



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>







U. S. AIR FORCE

B 649466

Scanned by Google

878

A4

APULEII
OPERA OMNIA.

VOL. III.

Delph. et Var. Clas.

Apul.

A P U L E I I

OPERA OMNIA

33/49

EX EDITIONE OUDENDORPIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN TERTIUM.

T

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1825.

APULEII MADAURENSIS
DE
DOGMATE PLATONIS
LIBRI TRES.

8

INDEX CODD. MSS.

Usi fuere Mss. Florentinus, Putean. Leid. Vulcanii, Fulv. Harlem. Bened. Thuan. et Vossian. de quibus vide ad initium libri de Des Socr. *J. Besscha.*

APULEII MADAURENSIS

DE

DOGMATE PLATONIS

LIBER PRIMUS,

SIVE

DE PHILOSOPHIA NATURALI.*

[566] PLATONI habitudo corporis * cognomentum dedit.

Habitus corporis tribuit cognomen Platoni. Appellatus enim fuit ante Aris-

~~~~~

1 Quod in Edd. additur *Platonici*, abest a Mss. nonnullis. Adi ad Metam. titulum. Harl. *Platonis discipuli*. Ond.—2 Variis hic liber insignitur titulis. Aldus dedit *Vita, instituta, dogmata Platonis per Apuleium*. Mss. Harl. et Vulc. *de Platone et ejus dogmate liber incipit*. Florent. LUCII APULEII *de habitudine, doctrina et nativitate Platonis Philosophi*, non ut putat ediditque Elmenh. *doctrinarum cum Florido*. Is autem mihi non verus videtur et modo fictus ex primo libri argumento. Magis placeret mihi *de Platonis doctrina*, vel, ut Scriv. et alii, *de Philosophia*. Agit enim in hoc et duobus seqq. libris de Platonis doctrina, distincta in Philosophiam Naturalem, Moralem et Rationalem sive *πρὸς ἐμπειρίας*, ut docet liquido Is. Casanbon. ad Apolog. init. Quare talem ego concepi titulum *de dogmate Platonis lib. I. sive de Philosophia Naturali*: tum *de dogmate Platonis lib. II. sive de Phil. Morali, &c.* Vincentius Beluac. Spec. Hist. l. iv. c. 7. vocat *de vita et moribus Socratis*. Porro vario ordine quoque hi libri editi et scripti sunt. Prætulī ego hunc ordinem, quia mihi a vero non dissimile videtur, Auctorem hunc ordinem servasse pro ætate illorum philosophorum Socratis, de cujus Deo jam egit, Platonis, cujus dogmata jam recenset, Aristotelis, cujus librum de mundo vertit. Alioquin maxime inclinarem in dispositionem Vulcanii et Scaligeri, qui librum de

NOTÆ

|                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                                                              |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p><i>De Dogmate Platonis</i> [<i>De habitudine doctrinarum Platonis Philosophi</i>] Titulum hunc his Apuleii Opusculis asseruit Elmenhorstius ex membranis</p> | <p>Florentinis et Leidensibus. Vulgo inseribantur <i>De Dogmate Platonis</i>.<br/>         * <i>Platoni habitudo corporis, &amp;c.</i>] Lært. in ejus vita: <i>Ἐγγύς αὖτο δὲ τὰ πρὸς</i></p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|



Namque Aristocles<sup>3</sup> prius est<sup>4</sup> nominatus. Ariston ei fuisse<sup>5</sup> pater dictus est.<sup>b</sup> Ceterum Perictione,<sup>c</sup> Glauci filia, mater fuit: et de utroque nobilitas satis clara. Nam Ariston<sup>6</sup> pater, per Codrum, ab ipso Neptuno originem duxit: ab Solone<sup>7</sup> sapientissimo, qui legum Atticarum fundator fuit, maternus derivatus est sanguis. Sunt, qui Platonem augustiore conceptu<sup>d</sup> prosatum dicant,<sup>3</sup> cum quædam<sup>q</sup>

*loctes. Proditum est patrem fuisse ipsi Aristonem. Porro Perictione filia Glauci fuit mater ejus: et nobilitas ejus fuit valde inclita ex parte amborum. Pater enim Ariston traxit genus ab ipso Neptuno per Codrum: origo materna deducta est a Solone prudentissimo, qui fuit institutor legum Atticarum. Alii qui memorant Platonem fuisse genitum conceptionis venerabiliori, cum quoddam*

\*\*\*\*\*

mundo præponunt, et hunc vocant *Lib. secundum Philosophicorum*, tum de *Philosophia Morali*, &c. Et sane sic clare Ms. Florentinus, qui non habet librum *περὶ ἀπηνελας*, uti nec Edd. vett. et Junt. post. in qua hic *Liber primus* ponitur et vocatur: et tum *liber de mundo*; tunc: *de dogmate Platonis Liber tertius*; *secundus enim desideratus*: ridicule, et mirum Philomathem Pisanum non vidisse hunc et de mundo modo transpositos esse. Adhæc libros hos se invicem secutos fuisse et de mundo præponendum, videtur patere ex allocutione Auctoris ad *Ærastinum*, qui est in libro *de mundo* et de *Phil. Morali*: nam si hic primus esset, allocutio videtur hæc debuisse adesse. Alii unum vel unicuique hunc librum vocant. Ex Mss. nihil certi elici potest, quorum pars hos, pars illos et incerto ordine tantum exhibent. Retineri titulum de *dogm. Platonis* non recusat Elmenh. in Add. *Oud.*—3 Alii *Aristoteles*.—4 Absent verbum Mss. Voss. Bened. et Edd. ante Elmenh. *Oud.*—5 Sic Ms. Florent. et Edd. ante Vulcan. qui cum Scaligero et Wower. male edidit *Et Ariston pater*: nam ei et fuisse agnoscunt Mss. mei, sed ei præponunt cum Edd. vett. Ceterum Ald. Junt. Colv. Scriv. habent *Aristo*, et mox Edd. fere omnes, ut 'Plato' et sexcenta similia τοῦ ο ex Græco *av.* de quibus adi ad Met. l. vi. p. 413. b. Sed *Ariston* habent Mss. O. nisi quod in Bened. vitiose *Aristion*. Glossa est apud J. Sarisber. *Aristonis vel Aristidis*. Id.—6 Sic Mss. O. et Edd. vett. Ald. ac seqq. præter Elmenh. et Flor. *Aristo*. Id.—7 Harl. Voss. a *Solone*. Id.—8 Sic Voss. Harl. Leid. Bened. Edd. Vulc. Scal. Wow. Al. dicunt. Id.—9 Sic Edd. Vulc. Scal. Elm. &c. quo facit cod. Florent. *quidem*. An ergo multæ Apollinis suntfigurationes? Ego malim *quidem*, quod extat in Mss. reliquis et Edd. vett. item Wow. Id. *Quidem* placuit etiam Casau-

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Ἀρίστον τῷ Ἀργεῖω παλαιστῇ ἀφ' οὗ καὶ Πλάτων, διὰ τὴν ἐφεξῆς μετανομήθη, πρότερον Ἀριστοκλῆς ἀπὸ τοῦ πάντων καλούμενος ὄνομα.* 'Exercitatusque est apud Aristonem Argium palæstriam, a quo et Plato propter egregium corporis habitum cognominatus est, cum prius Aristocles ex Avionimine vocatus esset.' Πλάτων ergo a πλάτος latitudo.

<sup>b</sup> *Ariston ei fuisse pater dictus est, &c.* Vide Laërtium in ejus vita, quem secutus hic est Apuleius in omnibus fere quæ de Platone refert.

<sup>c</sup> *Perictione*] Quæ et Potone etiam Laërtio dicitur.

<sup>d</sup> *Sunt, qui Platonem augustiore conceptu, &c.*] Spensippus nempe, Clearchus, et Anaxilides, qui, ut refert Laërtius, affirmant Athenis famam

Apollinis figuratio Perictiona se miscuisset.<sup>1</sup> Mense etiam, qui apud Atticos Thargelion<sup>2</sup> dicitur, natus est: die, qua apud Delon<sup>3</sup> Latona fertur Apollinem Dianamque peperisse. Pridie Socraten genitum accepimus.<sup>4</sup>

*simulacrum Apollinis rem habuisset cum Perictione. Natus etiam est mense qui appellatur Thargelion apud Athenienses: eodem die quo Latona dicitur enixa esse Apollinem et Dianam in Delo insula. Didicimus Socratem natum fuisse die pra-*

~~~~~  
bono ad Diog. Laërt. III. 2. sed omnino legendum quædam. J. Bosscha.—
1 *Perictione se miscuisset.* Mss. Flor. Voss. Harl. Bened. et Edd. Elm. Scriv. *Perictioni*. perperam. In nominativo enim est *Περικτιόνη Perictione*. Sed malim *Perictiona* cum Casaubon. ad Diog. Laërt. § 2. cum ablativo sæpissime rē 'miscere' jungitur. Vide ad lib. III. Met. p. 219. 'inmixtum rore.' Minus bene Colv. Vulc. Flor. tacite dederunt *Perictiona*. Quid.—2 *Præve Targius* Bened. *Thargion* Voss. *Thargilion* Edd. vett. vel *Θαργήλιον* per Io-tacismum τοῦ η. Pejus in aliis *Targelion*. Gr. *Θαργήλιον*. Id. Vid. Not. Var.

NOTE

esse, Aristonem Perictionæ, cum esset speciosissima, vim inferre conatum esse: verum falsæ illius conatus irritos, vidisseque in somnis Apollinem, atque ex illo mundam a jugali copula, quoad pareret, uxorem servasse, quæ Platonem peperit.

* *Mense etiam, qui apud Atticos, &c.]*

Idem habet Laërt. quem vide.

[*Thargelion*] Mensis hic Aprili nostro ferme respondet, Apollini sacer, cujus bonam partem convivii et comotationibus insumere solebant: quin et Platonis sectatores ejus natalem quotannis eo mense celebrabant, ut patet ex Porphyrio, in vita Plotini, ubi dicit se carmen recitasse ἐν Πλατωνίῳ, hoc est, 'festis Platonis.'

* *Apud Delon*] Insula est una ex Cycladibus.

* *Pridie Socraten genitum accepimus]*

Barthius reponit *pri die*, male. Glossæ hoc esse videtur Scaligero, perperam. Wowerius, quem sequitur Elmenhorst. ad hunc locum, sic habet: 'At Diogenes Laërtius Socratem eodem die natum tradit, quo Latona Apollinem peperit. Manifesta dissensio: quam non video quomodo componas, nisi scribas *pri die* geni-

tum accepimus. Plato natus pridie ejus diei, quo Latona Apollinem Dianamque peperit. Delenda enim vox *Socratem*, quæ ex sequentibus irrep-sit.' Sed fallitur Wowerius. Revera enim Socratem pridie natum illius diei, quo natus est Plato, Laërtius refert: huic nempe septima, illam sexta die Thargelionis. Wowerium de-cepit, quod idem Laërtius habet, Dianam natam esse, quo die Socrates natus est, et Apollinem, quo die Plato. Videtur enim Laërtius contra vulgarem opinionem innuere, Dianam et Apollinem non eodem die natos, sed Dianam sexto, Apollinem vero septimo Thargelionis: quod et rectæ rationi non adversatur: sæpe enim fit ut gemellorum alter uno die, alter sequenti, aut etiam tardius nascatur. Porro, si cuiquam dubium sit quod afferro, adeat Laërtii loca, alterum de Socrate in vita ejus, et alterum de Platone in ejus vita. Noster a Laërtio in eo tantum differt, quod Apollinem et Dianam, communem opinionem secutus, eodem die natos putet, septimo nempe Thargelionis, quo die Plato natus est: cum Laërtius Dianam pridie natam, eodem

[567] Somnium etiam Socratis¹ soitum ferunt.⁴ Nam vidisse sibi⁵ visus est,⁶ cygni pullum ex altari, quod in⁷ Academia Cupidini consecratum est, volasse, et in ejus gremio residisse:⁸ et postea olorem illum penniis cœlum petisse,⁹ canore musico auditus hominum Deorumque mulcentem.¹ Cum hoc² Socrates in conventu³ hominum referret, Ariston⁴ Platonem puerum oblaturus Socrati magistro, commodum⁵ prosequabatur: Quem ubi aspexit ille, ingeniumque⁶ intimum de exteriore conspicatus est facie: Hic ille erat, amici, inquit, de Academia Cupidinis cygnus. Talis igitur, ac de talibus⁷ Plato, non solum heroum virtutibus præstitit, verum etiam æquiparavit Divum potestatibus.⁸ Nam Speusippus,⁹ domesticis instructus do-

cedenti. Memoratur etiam egregium somnium Socratis. Visus enim sibi est conspexisse pullum oloris evolasse ex ara, quæ in Academia est sacra Cupidini, et conedisse in suo sinu: ac deinde illum Cygnum tetendisse alis in cœlum, delectantem aures hominum et Deorum cantu suavi. Socrate hoc narrante in catu hominum, ecce Aristo deducebat Platonem puerum ad offerendum eum magistro Socrati. Quem simul ac ipse vidit, ac cognovit ex specie exteriori ingenium intus reconditum; O amici, ait, hic ipse erat oler profectus ex Academia Cupidinis. Ergo Plato cum esset ejusmodi, et creatus ex ejusmodi parentibus, non modo superavit virtutes heroum, sed etiam æquavit potentias Deorum. Speusippus enim, qui didicerat hoc in

—3 Harl. Voss. *Delum*. Id.—4 Rom. edit. et Basil. 1. s. *circumferunt*. Membran. Leidens. et Basil. 2. s. *fertur*. Elmenhorstius. Sic Mss. O. et Edd. pleræque, nisi quod in Voss. sit *citum*. Abest hæc periodus ab Ed. Vicent. In Edd. usque ad Vulcan. *circumferunt*. Edd. Vnlc. Scal. Wow. *scitum fertur*. Oud.—5 Non est in Excerptis Puteani. Elmenh.—6 Edd. ante Vulcan. *visum esse*. Voss. *visum est*. Oud.—7 Harl. *qui*. Pro cupidini Bened. *cupiditati*: male. Vide seqq. Id.—8 Al. *resedisse*.—9 Bened. *cœl. penitus pet.* Voss. *penitus c. p.* Ed. Scriv. *petiisse. rē auditus caret* Bened. sed habet *Deos hominesque*. Oud.—1 Liber scriptus: *demulcentem*. Tertullianus de anima: 'cygnus de sinu Socratis demulcens homines discipulus Plato.' Wower.—2 Addunt ergo Edd. ante Vulcan. Oud.—3 Edd. ante Vulcan. *in conventum*: nec male. Id.—4 Ariston Mss. et Edd. Aldina priores. Aristo reliquis. Id.—5 Harl. Vulc. *commodo*. male. V. Ind. Not. Id.—6 Voss. *ingeniumque*. Pro exteriori Mss. O. *exteriore*, et est abest Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. Id.—7 Bened. et de t. Id.—8 Joan. Salisber. Nugar. curial. lib. vii. c. 5. qui multa de Platone scripta e Nostro hoc verbatim pœne transcripsit, legit, *æquiparavit Divum potestates*. Colvius. Sariab. lib. vii. c. 5. 'æquiparasse dictus est Deorum potestates.' Florent. Basil. 1. et Rom. *a. d. potestatibus*. Fulvii liber *a. d. alium potestatibus*. Elmenhorstius. Singularis constructio

NOTE

scilicet die, quo Socrates natus est, existimet.

Laërtium, in vita Platonis, pag. 189. edit. Henrici Stephani.

¹ *Somnium etiam Socratis*] Vide

cumentis,¹ et pueri² ejus acre in percipiendo ingenium,³ et admirandæ verecundiæ indolem laudat: et pubescentis primitias⁴ labore atque amore studendi imbutas refert: et in viro harum incrementa virtutum et ceterarum convenisse testatur. Ex iisdem genitoribus¹ Glaucus⁵ et Adimantus⁶ ei fratres⁷ fuerunt. Doctores⁸ habuit in prima

sua familia, celebrat ingenium ejus pueri promptum in discendo, et mores admirabilis pudoris: et narrat prima tempora ejus adolescentiæ fuisse imbuta labore et cupiditate discendi: et affirmat augmenta harum virtutum et reliquarum in ipso compotisse cum vir esset. Fratres habuit Glauconem et Adimantum ex iisdem parentibus. Fuerunt ei magistri in primis elementis literarum Dionysius: in palaestra

~~~~~

est, ut 'æquiparare' neutraliter ponatur cum dativo. Hinc Vulc. et seqq. exhibuerunt *potestates* e J. Sarsiber. sed contra Mss. certe 2. Lindenbr. Fulv. Harl. Vulc. Forsan ergo sumitur ut 'adæquare' neutraliter cum dativo: de quo adi ad Hirt. lib. viii. c. 41. vide etiam Barth. lib. xxvii. Advers. c. 7. Septim. de B. Tr. ii. 4. 'divinis patris virtutibus propriam gloriam æquiparaverat.' Oud.—9 Male Edd. Vulc. Scal. *pseusippus*. Id.—1 Voss. Harl. dom. doc. instr. Id.—2 Sic recte Elmeuh. &c. cum Mss. O. Ante deerat et. Harl. *pueritiam*. An pueri jam? Id.—3 Sic hic locus correctus nobis e fide exscriptoris Salsiberiensis. Vulgo passim in *aire partiendo ingensium*: quod rectum fatebor et non tollendum, si quis me ejus rei ex aliquo veterum documento instruxerit. Sed etiam non aliter quam ut correximus legendum arbitratus est Th. Canterus vir humanissimus Var. Lect. lib. i. c. 18. Colo. Sic recte Florentinus. Sarsiber. et Bas. 2. Canterus Var. Lect. lib. i. c. 13. *acre in partiendo*. Ald. Basil. et Rom. a. in *aire partiendo*. Membranis Leidenses *acre impertiendo*: male. Elmenh. Sic optime Colv. emendavit e J. Sarsib. ut etiam ex ingenio Schefferus tom. v. Corp. Epist. p. 6. et Misc. Obs. vol. viii. tom. iiii. p. 417. atque ita discrete extat in Mss. Florent. Harl. aliisque. Voss. *aire in partiendo*. Absunt in *percipiendo* a Bened. *acre* legendum jam vidit quoque Th. Canter. Vulgo olim in *aire partiendo*: quasi ageretur de Arithmetica, ut *aëra* celeriter bene *dispungere* didicerit, ut habuimus in fine de Deo Socratis. Oud.—4 Harl. Vulc. Sarsib. *pubescentes*: recte, ni fallor, quamquam Scheff. Obs. Misc. l. c. in Sarsib. corrigiit *pubescens*. Vide ad Met. lib. iv. p. 257. 'fortunas inquirebamus populares:' ubi vulgo *popularium*. Veget. lib. i. c. 4. 'incipientem pubertatem ad militiam cogendam:' ubi male variant Mss. sic de Mundo p. 781. Ed. Flor. *adolescens atas*. Anson. passim 'puer ævum.' Id.—5 Vulg. *Glaucō*.—6 Græcis *Adæquarros*. sed Mss. et Sarsib. *Adimantus*. Edd. vett. *Adimanthus*. Oud.—7 Male rō ei abest Edd. Vulc. Scal. Wow. contra Mss. O. *fratres* ei Edd. Elm. &c. Id.—8 Vulgo *doctorem*. Laërtius καὶ ἐκαστὸν μὲν ὑποματὰ τὰ ἀπορρώπ. Elmenh. Sic Mss. Florent. Putean. Voss. Harl. Bened. Sarsib. Edd. Elm. &c. vulgo *doctorem*. quod per se non malum. Cic. Tusc. Disp. v. 8. 'Auctore Aristone et Antiocho.' ubi Benth. *auctoribus*: sed v. Wopkens.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Nam *Speusippus*, domesticis instructus documentis] Utpote qui Platonis esset ex sorore filius: genitus enim fuit Eurymedonte, et Potone Platonis sorore, ut Laërtius refert.

<sup>2</sup> Ex iisdem genitoribus] Aristone et Perictione.

<sup>3</sup> Glaucus [Glaucō] et Adimantus fratres] Et soror Potone mater Speusippi.



literatura Dionysium: at<sup>9</sup> in palæstra Aristonem<sup>1</sup> Argis oriundum, tantosque progressus exercitatio [568] ei contulit,<sup>4</sup> ut Pythia<sup>2</sup> et Isthmia<sup>3</sup> de lucta certaverit.<sup>5</sup> Picturæ non aspernatus artem. Tragœdiis<sup>4</sup> et dithyrambis se utilem finxit.<sup>5</sup> Jamque carminum confidentia elatus, certatorem<sup>6</sup> se profiteri cupiebat, nisi Socrates<sup>4</sup> humilitatem cupidinis<sup>7</sup> ex ejus mentibus<sup>8</sup> expulisset, et veræ laudis gloriam in ejus animum inserere<sup>9</sup> curasset. Et antea quidem Heracliti secta fuerat imbutus.<sup>1</sup> Verum cum se Socrati de-

vero Aristo Argivus, et adeo in ea profecit exercitio, ut contenderit lucta in ludis Pythiciis et Isthmicis. Non neglexit artem pingendi. Formavit se idoneum scribendis Tragœdiis et Dithyrambis. Et jam inflatus fiducia suorum versuum, volebat profiteri nomen inter contententes de illis, ni Socrates ejecisset ex ejus animo vilem illam cupiditatem: et induxisset in ejus mentem decus vera gloria. Ac fuerat quidem prius instructus placitis Heracliti. Sed postquam se applicuit Socrati, non

Misc. Obs. vol. VIII. p. 50. Noster de Phil. Mor. p. 597. 'participes pærum et virum:' sic Mss. at Edd. vett. *participem*: de Mundo p. 716. e Mss. 'Scythicum et Hiberum freta.' Oud.—9 Non habet Saresb. aut Voss. Id.—1 Ms. Vulc. male *Aristotenem*. Id.—2 Edd. ante Vulcan. *cont. ei*. Bened. *intulit*. Id.—3 Salisb. *ut Pythia luctando certamina vicerit*. Sed eleganter, Pythia et Isthmia certaverit. Græcismus est. Antipater: *πρωτὴν ἔλκεα Νικοφῶν Ὀλύμπια*. Colv. Vid. Not. Var.—4 Al. *tragœdis*.—5 Alii *fixit*. Elmenhorstius. Harl. Voss. Vulc. Bat. male *fixit*. Oud.—6 Al. *actorem*.—7 Flor. *aviditatem cupiditatis*. Saresb. h. *hujus cupidinis*. Elmenhorstius.—8 Eodem, *ab ejus animo*. Scribendum potius forte, *mente penitus*, pro, *mentibus*: quod compendiosè *mē peitus*: unde nata, quæ vulgata, scriptura. Colv. Colvius non male *ex ejus mente penitus*. Elmenhorstius. Vide ad Met. lib. I. p. 48. b. Rarius certe 'mentes' de uno homine dicitur pro 'præcordiis.' Sanum tamen videtur: de Phil. Mor. p. 613. 'malitia seditionem mentibus parit, impediens incepta ejus.' Voss. *mentibus*. Bened. *motibus*. Oud.—9 Saresb.

## NOTE

<sup>2</sup> *Pythia*] Hi ludi in Apollinis honorem post devictum serpentem Pythona instituti, ut habet Ovid. lib. I. Metamorphos. peragebantur quinto quoque anno juxta Delphos, ut habet Strabo lib. IX.

<sup>3</sup> *Et Isthmia*] Ludi a Theseo instituti in Neptuni honorem, aut, ut quidam volunt, Palæmonis: celebrabantur in Isthmi Corinthiaci faucibus, unde Isthmici dicti.

<sup>5</sup> *De lucta [deluctata] certaverit*] Schlickerianus habet *deluctaverit*. Saresberienus *luctando certamina vicerit*.

<sup>9</sup> *Certatorem se profiteri [feri] cu-*

*piebat, nisi Socrates, &c.*] Colvius ex Saresber. actorem magis probat, quam certatorem, quasi voluerit Plato actoris personam in theatro sustinere: at retinenda vulgata lectio. Laërtius: *ἔπειτα μέντοι μέλλον ἀγωνιῶσθαι τραγωδία πρὸ τοῦ Διονυσιακοῦ θεάτρου, Σωκράτους ἁποδύνας κατέφλεξε τὰ ποιήματα, &c.* 'Demum, cum tragicum certamen esset initurus ante Dionysiacum Theatrum, audito Socrate, igni poemata exussit.'

<sup>1</sup> *Et antea quidem Heracliti secta fuerat imbutus*] Laërtius non ante quam Socratem audiret, sed post

disset,<sup>1</sup> non solum ingenio atque doctrina ceteros Socraticos<sup>2</sup> vicit, verum etiam labore et elegantia illustravit sapientiam<sup>3</sup> ab eo sibi traditam: labore, quo eam asserere nisus est: elegantia, per quam venustate<sup>4</sup> et majestate verborum plurimum ei<sup>5</sup> adhibuit dignitatis. [569] Sed posteaquam<sup>6</sup> Socrates homines reliquit, quæsit unde proficeret, et ad Pythagoræ disciplinam se contulit. Quam etsi ratione<sup>7</sup> diligenti et magnifica<sup>8</sup> instructam videbat,<sup>9</sup> rerum tamen continentiam<sup>1</sup> et castitatem magis cupiebat imitari.

*tantum superavit reliquos Socraticos acumine, et scientia, verum etiam ornavit labore et elegantia Philosophiam quam ab ipso acceperat. Labore quidem quo visus est eam confirmare; elegantia vero per quam adjecit ei maximum decus lepore et dignitate verborum suorum. At postquam Socrates sublatu est e civia, investigavit unde progressus faceret, et transiit ad sectam Pythagoricam. Quam licet animadvertet præditam esse accurata et splendida doctrina, nihilominus magis optabat emulari eorum abstinentiam a rebus, et castitatem. Et, quia animadvertet ab inge-*

*ci curasset ingerere. Elmenhorstus. Male. Oud.—1 Edd. ante Bas. dedidisset: solenni variatione. Vide ad Cæsar. B. G. II. 15. Id.—2 In manuscriptis et editis corrupte hic locus legitur, quem ex Sareab. ita restituas, censeo: Verum cum se Socrati dedisset, non solum ingenio atque doctrina ceteros Socraticos vicit; sed etiam labore atque elegantia sapientiam illustravit, eique recta assertionem sensuum, et majestate verborum plurimum adhibuit dignitatis. Elmenhorstus. Voss. Bened. Harl. Vulc. Socrat. ceteros. Minus accurate Elmenh. &c. cum Sarisber. sed etiam. Mss. et Edd. Q. vett. verum etiam. Oud.—3 Vid. Not. Var.—4 Ei carent Edd. ante Vulcan. Oud.—5 Excerpta Batavica, quæ municeps et amicus noster, ut et vir clarissimus Frid. Lindenbrogius nobiscum communicavit, legunt: primo eam quam: haud bene. Elmenh. Edd. Ald. Junt. postquam. Oud.—6 Acidal. ad Vellei. II. 28. oratione. Id.—7 Al. magnifica.—8 Abest Bened. Oud.—9 Bened. quia P. l. Lips. quod Pytha-*

## NOTÆ

ejus excessum, secta Heracliti fuisse imbutum Platonem refert, idque magistro Cratylo Heracliti discipulo. Fragmentum manuscriptum biblioth. Thuanæ a Domino Quesnel ejus tum bibliothecario mihi communicatum, in quo libri hujus pars continetur, et totus liber de Deo Socratis cum ultimo Floridorum fragmento, quod incipit: 'Qui me voluistis dicere ex tempore,' &c. hic habet Heraclidis, pro Heracliti: male: Platone enim recentior est Heraclides.

<sup>1</sup> Verum [sed] etiam labore, et elegantia illustravit sapientiam, &c.] Sic legitur apud Joann. Saresberiensem

hic locus: sed etiam labore atque elegantia sapientiam illustravit, eique recta assertionem sensuum, et majestate verborum plurimum adhibuit dignitatis: sensu nitidiore. At restituo ex fide Thuanarum membranarum: sed etiam labore atque elegantia illustravit sapientiam ab eo sibi traditam: labore, quo asserere eam visus est: (posset retineri nisus est:) elegantia, per quam venustate, et majestate verborum plurimum ei adhibuit dignitatis: quam lectionem expressi in Interpretatione.

<sup>2</sup> Rerum tamen continentiam] Notum Pythagoreos ab animalium esu abstinnisse.

Et, quod Pythagoreorum ingenium<sup>9</sup> adjutum aliis disciplinis<sup>10</sup> sentiebat, ad Theodorum Cyrenas,<sup>11</sup> ut Geometriam disceret,<sup>12</sup> est profectus: et astrologiam adusque Ægyptum ivit petitum,<sup>13</sup> ut inde prophetarum etiam ritus<sup>14</sup> addisceret. Et ad Italiam iterum venit, et Pythagoreos, Eurytum<sup>15</sup> Tarentinum, et seniore Archytam<sup>16</sup> sectatus.<sup>17</sup> Atque ad Indos et Magos<sup>18</sup> intendisset animum, nisi eum bella tunc<sup>19</sup> vetuissent Asiatica.<sup>20</sup> Quapropter inventa Parmenidæ<sup>21</sup>

nium Pythagoreorum subsidium habere ex aliis scientiis, ivit ad Theodorum Cyrenas, ut doceretur ab eo Geometriam: et ivit usque in Ægyptum comparatum Astrologiam, atque etiam ut ibi doceretur carimonias vaticinatorum. Ac rursus Italiam petiit, et audiit Eurytum Tarentinum et Archytam seniore Pythagoreos. Et adiecisset mentem ad petendos Indos et Magos, ni bella Asia tunc prohibuissent.

goreum genium. Id.—1 Harl. disc. al. Id.—† Alii Cyrenis.—2 Bened. discere. Ond.—3 Harl. Vulc. Bened. Voss. fuit. Id.—4 Harl. rit. etiam. Abest etiam a Bened. Id.—5 Vid. Not. Var.—6 Edd. ante Colv. sectatum. Oudendorp.—7 Sarisher. Medos Magos e Var. Lect. Idem.—8 Harl. tunc cum b. Bened. Voss. tunc et cum b. Idem.—9 Polycratel scriptor: Nisi eum procedere vetuissent bella Caletica. Laërt. Διόγω δὴ ὁ Πλάτων καὶ τοῖς μάγους συμμύζαν διὰ δὲ τοῦς τῆς Ἀσίας πολέμους ἀπέστη. Colvins. Florent. Leid. Excerpta Puteani et Batav. Rom. Fulv. Saresb. Caletica habuit. Eimenh. Bella scil. Cyri minoris cum fratre Artaxerxe: nam ut ait Laërt. διὰ τοῦς τῆς Ἀσίας πολέμους. Nihilominus aliud quid hic latere probant Mss. O. J. Sarisher. et Ed. Rom. habentes Caletica: quod quid sit non perspicio: non enim inde quis fingat B. Asia calefacta. Verosimilius latet nomen proprium, accuratius designans locum, ubi id bellum fuerit gestum: quare malim legere Chaldaea vel Chaldaica. Res enim gesta est circa Babylonem. V. Xenoph. Exp. Cyri p. 254. 262. Hic etiam Magi prae ceteris nobiles. In lib. de Mundo p. 740. 'Asiaticum regnum' in Mss. etiam corruptum est in Atticum vel Acticum. Ond.—1 Al. Parmenidis.—2 Non est in Florentinis. Eimenh.

## NOTE

\* Quod Pythagoreorum ingenium adjutum aliis disciplinis] Non ut Cynicorum, qui posthabitis naturali et rationali philosophia, uni morali, eique durissimæ atque impudentissimæ studebant: neque ut Epicureorum, qui naturalem quidem Philosophiam et moralem colebant, at respuebant Mathematicas disciplinas, et Logicam.

† Ad Theodorum Cyrenas, &c.] Idem habet Laërt. qui tamen Platonem ad Pythagoricos in Italiam prius ivisse tradit, ac postea profectum in Ægyptum ad Prophetas sacerdotesque.

\* Eurytum Tarentinum, et seniore Archytam] Philolaum atque Eurythum habet Laërtius.

† Atque ad Indos et Magos, &c. nisi eum bella tunc vetuissent Asiatica] Diogenes Laërt. διόγω δὴ ὁ Πλάτων καὶ τοῖς μάγους συμμύζαν διὰ δὲ τοῦς τῆς Ἀσίας πολέμους ἀπέστη. 'deceverat Plato etiam congredi Magis, verum propter Asiæ bella proposito destitit.' Bella hæc videntur fuisse Cyri Junioris adversus Artaxerxem Mneumonem fratrem suum, a quo victus atque in acie cæsus est: aut Pharna-

ac Zenonis<sup>1</sup> studiosius executus, ita omnibus, quæ admi-  
rationi sunt singula,<sup>2</sup> suos libros explevit, ut primus tri-  
partitam philosophiam copularit,<sup>3</sup> [570] sibi que invicem  
necessarias partes, neque<sup>4</sup> pugnare inter se tantummodo,  
sed etiam mutuis adjuvare auxiliis ostenderit.<sup>5</sup> Nam  
quamvis de diversis officinis<sup>6</sup> hæc ei essent philosophiæ  
membra suscepta, naturalis ab Heracliteis,<sup>7</sup> intellectualis<sup>a</sup> a  
Pythagoreis, moralis ex ipso<sup>8</sup> Socratis fonte; unum tamen  
ex omnibus, et quasi proprii partus corpus effecit. Et<sup>9</sup>  
cum principes harum familiarum impolitas sententias et  
inchoatas<sup>1b</sup> auditoribus tradidissent, eas hic, cum ratione<sup>2</sup>  
limando, tum<sup>3</sup> ad orationis augustæ honestissimam spe-

*Quare cum evolisset diligentius reperta Parmenidis et Zenonis, sic referat libros  
suos omnibus, quorum unumquodque est admirabile, ut ipse Princeps conjunxerit  
Philosophiam, quæ divisa erat in tres partes, et ostenderit partes illas sibi mutuo  
necessarias esse, neque solum eas non adversari sibi invicem, verum etiam præstare  
sibi subsidia reciproca. Licet enim hæc partes Philosophiæ essent ab eo desumptæ ex  
variis scholis, nimirum Naturalis ab Heracliteis, Intellectualis a Pythagoreis, Ra-  
tionalis, et Moralis ex ipsa scaturigine Socratis; nihilominus conflavit unum cor-  
pus ex omnibus, quod fuit veluti proprius ejus fortis. Cumque auctores harum nec-  
essarum exhibuissent suis discipulis dogmata imperfecta, et tantum inchoata, hic red-  
didit ea perfecta et admiranda quoque, ea poliendo ratione, præcipue ornando ad de-*

\*\*\*\*\*

Male tamen uncis inclinare Elm. et Scriv. *Oud.*—3 Bened. Voss. Vulc. Edd.  
ante Colv. copularet. *Id.*—4 Bened. non. Ed. Ald. nec. Dissolvendum est  
et ostenderit non pugnare. Non opus enim est cum Casaub. at Laërt. III. § 18.  
statuere hic Græcismum, et non semel subintelligere, vel addere cum Schef-  
fero Misc. Obs. vol. VIII. tom. III. p. 419. quod fieri deberet, si neque ejicias  
auctoritate Cod. Vossiani. *Id.*—5 Florent. Voss. Vulc. ostenderet. *Id.*—6  
Forte melius rō officinis ejiciendum. *Toll.*—7 Vid. Not. Var.—8 Harl. Edd.  
Ald. Junt. post. Colv. ab. Abest Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *Oud.*—9 Exu-  
lat a Bened. et pro principes Edd. Junt. pr. Ald. princeps. *Id.*—1 Sic Mss.  
cum Vulcan. et seqq. Priores Edd. incompas. Suet. in Claud. c. 3. 'nec ab-  
solutum a natura, sed tantum inchoatum.' *Id.*—2 Sic rursus bene Mss. et  
Edd. Vulc. ac seqq. Antea oratione, quo fit, ut bis idem diceretur. *Id.*—3  
Tum etiam. Male hic rō etiam intrusit et suo cod. Vulc. quæ vocula mox se-  
quitur. Abest a Mss. reliquis et Edd. prioribus rectius, quare deletur. *Id.*

#### NOTE

bazi et Tissaphernis inter se, quos  
Asiæ Artaxerxes Mneumon præposu-  
erat, quibus bellis finem imposuit  
Tissaphernes a Rege occisus. Flo-  
ruit enim Plato circa illa tempora.

<sup>a</sup> Ac Zenonis] Eleatis, non autem  
Cittiei: hic enim post Platonis tem-

Delph. et Var. Clas.

pora floruit.

<sup>a</sup> Naturalis ab Heracliteis, intellectu-  
alis, &c.] Idem habet Laërt. in ejus  
vita. Ms. Thuan. Naturalis a Pytha-  
goreis Dialectica Rationalis atque Mo-  
ralis ex ipso Socratis fonte.

<sup>b</sup> Inchoatas] Colvius, incomptas.

Apul.

3 U

ciem induendo,<sup>4c</sup> perfectas atque etiam admirabiles fecit. Multi auditorum<sup>5</sup> ejus<sup>d</sup> utriusque sexus<sup>e</sup> in philosophia floruerunt. Patrimonium in hortulo,<sup>6</sup> qui Academiae junctus fuit, et in duobus ministris,<sup>7</sup> et in patera, qua<sup>8</sup> Diis supplicabat, reliquit. Auri<sup>f</sup> tantum, quantum puer nobilitatis insigne in auricula gestavit.<sup>g</sup> Ceterum tres ejus<sup>9</sup> ad Siciliam adventus mali quidam<sup>h</sup> carpunt, diversis opinionibus disserentes.<sup>a</sup> [571] Sed ille primo historiae gratia, ut naturam Ætnæ, et incendia concavi montis intelligeret: secundo, petitu Dionysii,<sup>b</sup> ut Syracusanis assisteret, pro-

*centissimam faciem sermonis majestate pleni. Plurimi ex ejus discipulis utriusque sexus clari fuerunt in Philosophia. Patrimonium, quod reliquit, fuit exiguus hortus, qui conterminus erat Academiae, et duo famuli, ac crater quo libabat Diis. Nec plus auri reliquit, quam quantum gestavit in aure dum esset puer, quod erat nota ejus nobilitatis. Porro quidam maligni accusant tres ejus itiones in Siciliam, loquentes ex variis conjecturis. Verum ille primo ivit propter historiam naturalem, ut cognosceret naturam Ætnæ, et inflammationes montis illius cavi: secundo ivit accersitus a Dionysio, ut opitularetur Syracusanis, atque ut disceret leges urbium*

~~~~~

—4 Alii, *inducendo*. Basl. Ald. et Rom. *deducendo*. Elmenhorstius. Sic Ms. unus Lindenbr. Fulv. Voss. Harl. et Vulc. cum Edd. Elm. &c. In Edd. prioribus est *deducendo*. Mss. Thuan. Bened. *inducendo*: de quo vide ad Met. I. v. p. 375. b. quod tamen hic non placet. Oud.—5 Bened. *auditores*. Id.—6 Harl. *ortulo*. Id.—7 Alii *ministeriis*.—8 Pro qua Bened. *que*. Oud.—9 Abest ejus a Bened. Voss. et Harl. Id.—1 Harl. Voss. *quidem*. Id.—3 *Differentes*

NOTE

^c *Inducendo*] Ms. Thuan. *inducendo*.

^d *Multi auditorum ejus*] Quorum nomina vide apud Laërtium.

^e *Utriusque sexus*] Inter Platonis auditores Laërtius mulieres duas recenset Lastheniam Mantineam, et Axiotheam Phliasiam.

^f *Patrimonium in hortulo, &c. et in duobus ministris, et in patera reliquit. Auri, &c.*] Paulo plura tamen reliquisse probat ejus testamentum a Laërtio relatum, quo legat Adimanto filio suo fundum ἐν Ἡφαιστίδῳ, et fundum ἐν Ἐποιδῳ, (sic enim legendum monuit Casanbonnus :) argenti minas tres, argenteam phialam drachmarum CLXV. cymbium drachmarum XLV. annulum aureum, et inaurem auream, ambo drachmas quatuor et

tres obolos pendentia, præterea minas tres sibi ab Euclide Lapidica debitas, servos quatuor, suppellectilem et vasa scripta, quorum haberet exemplar Demetrius.

^g *Auri tantum, quantum puer nobilitatis insigne in auricula gestavit*] Ejusmodi inaures ea de causa ἀνοθήκη Græcis dicebantur, quasi dicas 'ingenuitatis signa.' Cur autem in auricula dicat non in auribus, discite ex Isidoro, Orig. lib. XIX. cap. 31. 'Inaures ab aurium foraminibus nuncupatæ, quibus pretiosa genera lapidum dependuntur. Harum usus in Græcia, puellæ utraque aure, pueri tantum dextra ferebant.'

^h *Secundo, petitu Dionysii, &c.*] Non petitu Dionysii secundam profectio-

fectus est,³ et ut municipales leges ejus[†] provinciæ addisceret:⁴ tertius ejus adventus fugientem Dionem, impetrata a Dionysio venia, patriæ suæ reddidit.¹ Quæ autem consulta, quæ δόγματα² Græce licet dici, ad utilitatem hominum, vivendique⁵ et intelligendi et loquendi rationem¹ extulerit, hinc ordiemur. Nam quoniam tres partes philosophiæ congruere inter se primus obtinuit,⁶ nos quoque separatim dicemus de singulis, a naturali philosophia facientes exordium. Initia rerum esse tria arbitratur⁷ Plato:²

illius provincia: tertio suo adventu restituit in patriam Dionem aufugientem, exorato Dionysio ut ei ignosceret. Hic vero incipimus referre quamnam placita (ea possunt Græce vocari δόγματα) ediderit ad commodum hominum, et ad rationem vivendi et intelligendi atque exantiandi. Quia enim ipse primus affirmavit tres partes Philosophiæ convenire inter se, nos etiam disceremus de unaquaque seorsim, incipientes a Philosophia Naturali. Plato censebat esse tria principia rerum,

lego. Brant. Leid. et Rom. dissentientes. Elmenhorstius.—3 Exulat est ab Harl. et Voss. Oud.—† Voss. ejus leges eius. Id.—4 Vulgo, disceret. Elmenhorstius. Sic Elm. et seqq. e Florent. Reliqui Mss. cum Sariaber. disceret. L. Holsten. legit leges et provincia scisceret ex Laërtio et Platone Ep. 3. 7. 8. Mox Bened. ipsum Dionem fugientem. Oud.—5 Excerpta Puteani et Batav. videndique. Elmenhorstius. Mss. præter Voss. videndique: male. Pro et loq. Harl. Bened. Voss. ac loq. Oud.—6 Quidsi legas, sustinuit, id est, sustinuit? Colvius. Prave: obtinuit enim notat, pro certo affirmavit et statuit. L. vii. Met. 'sed obtinuit alius: Init. Apol. 'certus equidem eram, proque vero obtinebam.' Oud.—7 Ms. Florent. et inde Elmenh. &c. dant arbitrabatur, ut Laërtius ἀνέπτυε § 69. Sed Mss. reliqui arbitratu retinent: et sic seqq. in præsentī vocat (ubi tamen Bened. habet vocavit) pronunciat, commemorat, &c.

NOTE

nem suscepisse Platonem scribit Laërt. sed contra ultro Dionysium Juniorem convenisse, postulasseque ab eo terram et homines, qui juxta constitutam a se rempublicam viverent; nec abfuisse suspicionem cum magno sui periculo Dioni et Theotæ persuadere tentasse, ut liberarent insulam.

¹ Tertius ejus adventus fugientem Dionem, impetrata, a Dionysio venia, patriæ suæ reddidit] Id tamen eum obtinere nequissae refert Laërtius, et infecto negotio ad patriam rediisse.

² Consulta, quæ δόγματα] 'Consultata' dicta sunt decreta Senatus, plebis vero 'scita,' at Philosophorum

'placita,' Græcis δόγματα, ἀπὸ τοῦ δοκεῖν, 'quod sic videantur.'

¹ Vivendique et intelligendi et loquendi rationem] Hoc est, placita tum Moralia, tum Physica, tum Logica, seu Dialectica.

² Quoniam tres partes philosophiæ congruere inter se primus obtinuit] Vide Laërt. in vita Platon. His tribus partibus accessit quarta ἡ μετὰ τὰ φυσικά, de qua multa Aristoteles.

³ Initia rerum esse tria arbitratur Plato, &c.] Male ergo Laërt. ait eum posuisse duo omnino rerum principia, Deum et Materiam. Hunc Apuleii nostri locum manunt Chalcid. in Plat. Timæum pag. 408. 'sunt initia

ciem induendo,^{4c} perfectas atque etiam admirabiles fecit. Multi auditorum⁵ ejus^d utriusque sexus^e in philosophia floruerunt. Patrimonium in hortulo,⁶ qui Academiae junctus fuit, et in duobus ministris,⁷ et in patera, qua⁸ Diis supplicabat, reliquit. Auri^f tantum, quantum puer nobilitatis insigne in auricula gestavit.^g Ceterum tres ejus⁹ ad Siciliam adventus mali quidam^h carpunt, diversis opinionibus disserentes.^a [571] Sed ille primo historiae gratia, ut naturam Aetnae, et incendia concavi montis intelligeret: secundo, petitu Dionysii,^b ut Syracusanis assisteret, pro-

centissimam faciem sermonis majestate pleni. Plurimi ex ejus discipulis utriusque sexus clari fuerunt in Philosophia. Patrimonium, quod reliquit, fuit exiguus hortus, qui conterminus erat Academiae, et duo famuli, ac crater quo libabat Diis. Nec plus auri reliquit, quam quantum gestavit in aure dum esset puer, quod erat nota ejus nobilitatis. Porro quidam maligni accusant tres ejus itiones in Siciliam, loquentes ex variis conjecturis. Verum ille primo ivit propter historiam naturalem, ut cognosceret naturam Aetnae, et inflammationes montis illius cavi: secundo ivit accersitus a Dionysio, ut opitularetur Syracusanis, atque ut disceret leges urbium

—4 Alii, induendo. Basil. Ald. et Rom. deducendo. Elmenhorstius. Sic Ms. unus Lindenbr. Fulv. Voss. Harl. et Valc. cum Edd. Elm. &c. in Edd. prioribus est deducendo. Mss. Thuan. Bened. inducendo: de quo vide ad Met. l. v. p. 375. b. quod tamen hic non placet. Oud.—5 Bened. auditores. Id.—6 Harl. ortulo. Id.—7 Alii ministeriis.—8 Pro qua Bened. que. Oud.—9 Abest ejus a Bened. Voss. et Harl. Id.—1 Harl. Voss. quidem. Id.—2 Differentes

NOTE

^c Induendo] Ms. Thuan. inducendo.

^d Multi auditorum ejus] Quorum nomina vide apud Laërtium.

^e Utriusque sexus] Inter Platonis auditores Laërtius mulieres duas recenset Lastheniam Mantineam, et Axiotheam Phliasiam.

^f Patrimonium in hortulo, &c. et in duobus ministris, et in patera reliquit. Auri, &c.] Paulo plura tamen reliquisse probat ejus testamentum a Laërtio relatum, quo legat Adimanto filio suo fundum ἐν Ἑφαιστίδῳ, et fundum ἐν Ἐποιδίδῳ, (sic enim legendum monuit Casaubonus :) argenti minas tres, argenteam phialam drachmarum CLXV. cymbium drachmarum XLV. anulum anreum, et in aurem auream, ambo drachmas quatuor et

tres obolos pendentia, præterea minas tres sibi ab Euclide Lapidica debitas, servos quatuor, suppellectilem et vasa scripta, quorum haberet exemplar Demetrius.

^g Auri tantum, quantum puer nobilitatis insigne in auricula gestavit] Ejusmodi in aureas ea de causa ἀνδρία Græcis dicebantur, quasi dicas 'ingenuitatis signa.' Cur autem in auricula dicat non in auribus, disce ex Isidoro, Orig. lib. XIX. cap. 31. 'In aures ab aurium foraminibus nuncupatae, quibus pretiosa genera lapidum dependuntur. Harum usus in Græcia, puellae utraque aure, pueri tantum dextra ferebant.'

^h Secundo, petitu Dionysii, &c.] Non petitu Dionysii secundam profectio-

fectus est,³ et ut municipales leges ejus[†] provinciæ addisceret:⁴ tertius ejus adventus fugientem Dionem, impetrata a Dionysio venia, patriæ suæ reddidit.¹ Quæ autem consulta, quæ δόγματα^k Græce licet dici, ad utilitatem hominum, vivendique⁵ et intelligendi et loquendi rationem¹ extulerit, hinc ordiemur. Nam quoniam tres partes philosophiæ congruere inter se primus obtinuit,⁶ nos quoque separatim dicemus de singulis, a naturali philosophia facientes exordium. Initia rerum esse tria arbitratur⁷ Plato:ⁿ

illius provincia: tertio suo adventu restituit in patriam Dionem aufugientem, exorato Dionysio ut ei ignosceret. Hic vero incipimus referre quamnam placita (ea possunt Græce vocari δόγματα) ediderit ad commodum hominum, et ad rationem vivendi et intelligendi atque enuntiandi. Quia enim ipse primus affirmavit tres partes Philosophiæ convenire inter se, nos etiam disseremus de unaquaque seorsim, incipientes a Philosophia Naturali. Plato censebat esse tria principia rerum,



lego. Brant. Leid. et Rom. dissentientes. Elmenhorstius.—3 Exulat est ab Harl. et Voss. Oud.—† Voss. ejus leges eius. Id.—4 Vulgo, *disceret*. Elmenhorstius. Sic Elm. et seqq. e Florent. Reliqui Mas. cum Sarisber. *disceret*. L. Holsten. legit *leges ei provinciæ scisceret* ex Laërtio et Platone Ep. 3. 7. 8. Mox Bened. *ipseum Dionem fugientem*. Oud.—5 Excerpta Puteani et Batav. *vivendique*. Elmenhorstius. Mas. præter Voss. *vivendique*: male. Pro et loq. Harl. Bened. Voss. ac loq. Oud.—6 Quidsi legas, *sobstinuit*, id est, *sustinuit*? Colvius. Prave: *obtinuit* enim notat, pro certo affirmavit et statuit. L. vii. Met. ‘sed obtinuit alius:’ Init. Apol. ‘certus equidem eram, proque vero obtinebam.’ Oud.—7 Ms. Florent. et inde Elmenh. &c. dant *arbitratur*, ut Laërtius ἀνέπτυε § 69. Sed Mas. reliqui *arbitratur* retinent: et sic seqq. in præsentī vocat (ubi tamen Bened. habet *vocat*) *pronunciat, commemorat*, &c.

NOTÆ

nom suscepisse Platonem scribit Laërt. sed contra ultro Dionysium Juniorem convenisse, postulasseque ab eo terram et homines, qui juxta constitutam a se rempublicam viverent; nec abfuisse suspicionem cum magno sui periculo Dioni et Theotæ persuadere tentasse, ut liberarent inanis.

¹ *Tertius ejus adventus fugientem Dionem, impetrata, a Dionysio venia, patriæ suæ reddidit*] Id tamen eum obtinere nequise refert Laërtius, et infecto negotio ad patriam rediisse.

^k *Consulta, quæ δόγματα*] ‘Consultata’ dicta sunt decreta Senatus, plebis vero ‘scita,’ at Philosophorum

‘placita,’ Græcis δόγματα, ἀπὸ τοῦ δοκεῖν, ‘quod sic videantur.’

¹ *Vivendique et intelligendi et loquendi rationem*] Hoc est, placita tum Moralia, tum Physica, tum Logica, seu Dialectica.

^m *Quoniam tres partes philosophiæ congruere inter se primus obtinuit*] Vide Laërt. in vita Platon. His tribus partibus accessit quarta ἡ μετὰ τὰ φυσικά, de qua multa Aristoteles.

ⁿ *Initia rerum esse tria arbitratur Plato, &c.*] Male ergo Laërt. ait eum posuisse duo omulno rerum principia, Deum et Materiam. Hunc Apuleii nostri locum muniant Chalcid. in Plat. Timæum pag. 408. ‘sunt initia

Deum, et Materiam, rerumque Formas, quas *idéas* idem vocat, inabsolutas, [572] informes, nulla specie⁸ nec qualitatibus significatione distinctas. Sed hæc de Deo sentit,⁹ quod⁹ sit incorporeus. Is unus, ait, ἀπερίμετρος,¹ rerumque genitor, rerumque omnium exornator,² beatus et beatificus, optimus, nihil indigens, ipse conferens cuncta. Quem quidem cœlestem pronuntiat,³ indictum, innominabilem, et ut ait³ ipse, ἀβήρτον, ἀκατανόμαστον:⁴ cuius naturam invenire difficile est; si inventa sit, in multos eam enuntiari non

Deum, Materiam, et Formas rerum, quas ipse appellat Ideas, imperfectas, nondum formatas, nulla specie a se invicem distinctas, neque ullo characteris qualitatibus. Verum hæc sunt quæ opinatur de Deo, cum corpore carere. Ille solus (inquit) immensus est, productor rerum, trahens ad se cuncta, felix et felices faciens, optimus, nullius rei egens, largiens ipse omnia. Quem affirmat quidem esse cœlestem, nulla dictione aut nomine designari posse: et esse, ut ipse dicit, indictum innominabilem: cuius difficile est cognoscere naturam: eamque, si sit cognita, non posse efferrî in

quare arbitratur revocavi. Id.—8 Pro speciei. Vide Agel. lib. ix. cap. 14. Brant. Nulla sp. nec. Mss. Florent. Fulv. Voss. Bened. Harl. Edd. Elm. &c. quare id retinui. Alii n. sp. vel quo sensu specie foret Genitivus. Vide Brantium et nos supra. Oud.—9 Bened. quia. Ed. Junt. post. incorporeus is unus, et, ut ait. Id.—1 Flor. ἐνίμετρος rerumque g. Leid. ἀνίμετρος. Aldus, ἀνίμετρος. Elmenh. Harl. Leid. ἀνίμετρος. Colv. Wow. ἀνίμετρος. Vide Haeseum Hist. Crit. t. xiv. p. 185. Oud.—2 Sic bene Florent. Voss. Bened. Edd. Wow. Elm. &c. Al. pronuntiant. Id.—3 Abest et ab Ed. Ald. Id.—4 Flor. Fulvii liber, Excerpt. Puteani et Bas. 2. ἀβήρτον, ἀκατανομαστον. Aldus, οὐράνιον, ἀβήρτον καὶ ἀβήρτον. Elmenh. Hæc sinxerunt, ut videtur, primi editores, e præcedentibus vocibus 'indictum, innominabilem: nam et hinc Aldus fecit addens cœlestem οὐράνιον, ἀβήρτον καὶ ἀβήρτον. sine dubio, quia in illorum Codd. Græca non aderant. Si respicit Auctor præcedentia Latina, et ea ipsius Platonis verbis exprimere voluit, placeret magis ἀβήρτον, ἀκατανομαστον, i. e. indictum, incorporeum: sic enim sæpe Plato. Vide Laërt. et Cic. de Nat. De. l. i. c. 12. ubi Bouhier. legit ἀκατανομαστον. Sed Mss. Florent. Fulv. Voss. Leid. Putean. Bened. Harl. Vulc. Edd. Junt. post. Bas. sec. ἀβήρτον, ἀκατανομαστον, invisum, invictum: unde suspicor etiam Latinum indictum corruptum pro invictum, et Græcum ἀβήρτον abiisse in ἀβήρτον. Legendum ergo

NOTÆ

Dens et Sylva. (ὄλη materia) et Exemplum: et Plutarchus de Placitis Philosophorum, lib. i. cap. 3. ubi ait has esse Socratis et Platonis de universo sententias, 'tria esse principia, Deum et Materiam et Ideam seu Exemplar,' quod Noster hic Formam vocat. De Ideis vide Platonis Parmenidem. Ms. Thuan. hic habet arbitratur, non arbitrabatur.

⁸ Sed hæc de Deo sentit] Pleraque hæc e Platonis Timæo desumpta sunt.

⁹ Omnium exornator [extortor] Non violentus quidem, sed suavis, qui 'non necessitate, sed cupiditate ad se rapiat,' ut ex Platonis convivio colligitur: ad quod vide Marsilii Ficini commentarium.

⁴ Ἀβήρτον, ἀκατανομαστον] Id significant hæc vocabula, quod supra dixit

posse. Platonis⁵ hæc verba sunt: *θεὸν εὐρεῖν τε ἔργον, εὐρόντα δὲ εἰς πολλοὺς ἐκφέρειν ἀδύνατον.*⁶ Materiam vero improcreabilem⁷ incorruptamque⁷ commemorat, non ignem, neque aquam, nec aliud de principiis et absolutis⁸ elementis esse: sed ex omnibus primam figurarum capacem,⁹ factionique subjectam:⁴ adhuc rudem, et figurationis qualitate viduatam, Deus artifex conformat universam.¹ Infinitam vero idcirco, quod ei sit² interminata magnitudo. Nam quod infinitum est, indistinctam³ magnitudinis habet finem: atque ideo, cum viduata sit fine, infinibilis recte videri potest.⁴ [573] Sed neque corpoream, neque sane⁴ incorpo-

plures. Hæc sunt verba Platonis, 'Deum et invenire difficile, et ab eo qui invenerit in multos efferrī impossibile.' At vero Materiam esse ingenerabilem, et incorruptibilem, et eam non esse Ignem, neque Aquam, neque aliud ex Elementis, seu principiis perfectis: sed eam esse primam omnium aptam figurari, et elaborari: Deus fabricator configurat totam adhuc informem, et carentem caractere configurationis. Ideo autem ait eam esse infinitam, quia habet extensionem illimitatam. Quod enim est infinitum, habet limites extensionis indeterminatos, idcircoque cum careat termino, jure potest apparere indefinita. At neque faletur eam esse corpo-

foret invictum, innominabilem, i. e. *ἄρητον, ἀδάμαστον.* Oud.—5 Abest a Bened. Id.—6 Vid. Not. Var.—7 Bened. *inprobab.* non corr. et mox *aqua ne pro aquam nec.* Oud.—8 Abest copula Edd. ante Colv. Id.—9 Bened. *figuram cap. esse.* Id.—1 Quidam libri et pauciores, *universa.* Colvins. Voss. Vulc. Edd. ante Colv. *universa.* Oud. Ed. Bip. nescio unde, habet *diversam.* J. Bosscha.—2 Alii, *quod Dei sit.* Elmenhorstius. Bened. *quia ei sit.* Harl. *quod sit ei.* Fulv. *quod Dei sit:* male. Voss. *interminator.* Oud.—3 Al. *indistinctum.*—4 Voss. Bened. cum Florent. *sed sane.* Harl. *sed ne sane.* Bene. 'ne' pro 'ne quidem,' ut passim. V. Ind. Not. Alioquin scribe *sed nec sane.*

NOTE

'indictum, innominabilem.'

¹ *Platonis hæc verba sunt: θεὸν εὐρεῖν τε ἔργον, &c.] Immo hæc ex Timæo: τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ πάντος εὐρεῖν τε ἔργον, καὶ εὐρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν.* 'Factorem igitur et patrem hujus universi, et invenire difficile, et eum, qui invenerit impossibile est efferre in omnes.'

² *Materiam vero improcreabilem, &c.] Plato in eodem Timæo ait materiam 'matrem et receptaculum omnium creaturarum aspectabilium et sensibilibus, neque terram, neque aërem, neque ignem, neque aquam, neque*

quæcumque ex his sunt, neque ex quibus hæc; sed speciem quandam invisibilem, et informem, omnium receptricem.'

³ *Factionique subjectam] Stewechius malebat fictioni.*

⁴ *Infinibilis recte videri potest] 'Indefinitam' nostro ævo dixit Cartesius materiam alio sensu, eo scilicet quod nullos ejus fines animo deprehenderet: Plato hic, quod formas capere posset infinitas.*

⁵ *Sed neque corpoream, neque sane, &c.] Chalcidius in Platonis Timæum: 'Quibus ita decursis sequitur, ut an*

ream esse concedit.⁵ Ideo autem non putat corpus, quod⁶ omne corpus specie qualicumque non careat. Sine corpore vero esse, non potest dicere, quia nihil incorporeale corpus exhibeat: sed vi⁷ et ratione sibi eam videri corpoream, atque ideo nec actu solo,⁸ neque tamen sola opinione cogitationis⁹ intelligi. Namque corpora,⁹ propter insignem evidentiam sui,¹ simili iudicio⁷ cognosci. Sed quæ substantiam non habent corpoream, cogitationibus ea videri:² unde adulterata opinione,³ ambiguum materiæ hujus intelligi qualitatem: ἰδέας vero,⁴ id est, formas omnium simplices et æternas esse, nec corporales^b tamen: esse autem⁴ ex iis, quæ Deus sumserit, exempla rerum, quæ

ream, neque certe incorpoream. Propterea vero non arbitratur eam esse corpus, quod corpus quodlibet habeat formam aliquam: nequit autem affirmare eam esse incorpoream, quoniam nihil incorporeum potest constituere corpus: verum aut eam sibi videri corpoream virtute et ratione: eamque idcirco neque percipi sola natura sua, neque etiam sola existimatione mentis. Corpora enim ob suam manifestissimam evidentiam percipi cognitione ejusdem modi: at illa quæ non sunt natura corporea, percipi intellectione sola: atque inde fieri ut natura hujus Materiæ dubia credatur, corrupta existimatione. Ideas autem, hoc est, formas universarum rerum, esse simplices et æternas, neque tamen corporeas: quæ autem ex his Deus

~~~~~

Id.—5 Harl. Bened. Voss. *conc. esse*. Forſan ὅδ' esse inducendum. Id.—6 Bened. *quia*: contra paulo post pro *quia* Voss. *quod*. Id.—7 Ed. Junt. *pr. ut*: et pro *sibi eam* Ms. Vulc. *secunda*. Id.—8 *Opinione cognitionis*. Ms. *op. cogitationis*. Sic paulo post: 'sed quæ substantiam non habent corpoream, ea cogitationibus videri.' Sciopp. in *Symb. Wower*. Rom. edit. *cognitionis*, male. Sic paulo post, 'cogitationibus videri.' Elmenh. Bened. *cogit. opinionis*. Edd. ante Scalig. *cognitionis*: male et contra Mss. ut viderunt Sciopp. et Wow. Oud.—9 Recte Manus. *namque corpora*. Sciopp. in *Symb. Wowerius*. Vulgo, *namque corporea*. Elmenhorstius. Fulviano Codici accedunt Florent. Voss. Bened. Harl. Vulc. In Edd. ante Wower. *corporea*: quòd eodem redit. Malim tamen Mss. sequi. Oud.—1 Abest Bened. Id.—2 Harl. Voss. Bened. *luc. corporum ea cog. vid.* Bene. Id.—3 *Adultera op.* Flor. *adulterata op.* ῥόθῳ λογισμῷ. Elmenh. Immo sola Ed. Scal. habet *adultera*. Mox Edd. vett. inverso ordine *hujus materiæ*. Oud.—4 Lege cum Florentino, *c. esse tamen ex*

#### NOTÆ

corpus sylvā sit, consideremus. Neque corpus, neque incorporeum, quiddam posse dici simpliciter puto; sed tam corpus, quam incorporeum possibilibus.

<sup>8</sup> *Nec actu solo*] Hoc est, neque propria evidentiā, (atque, ut ita dicam, sensibilitate,) adeo ut ex eo quod actu existat illico percipiatur sensi-

bus.

<sup>7</sup> *Simili iudicio*] Hoc est, evidenti.

<sup>3</sup> *Adulterata opinione*] Similiter Alcinous de Doctr. Platonis, cap. 8. materiam dixit ῥόθῳ λογισμῷ ληπτόν.

<sup>4</sup> *Ἰδέας vero*] Vide Platon. in Parmenide, et Laërt. pag. 194. et seqq.

<sup>b</sup> *Nec corporales, &c.*] Lege juxta Ms. Thuanum: *nec corporales tamen*.

sunt, eruntve: nec posse amplius, quam singularum specierum singulas imagines in exemplaribus inveniri: gignentiumque omnium,<sup>c</sup> ad instar ceræ, formas etfigurationes<sup>d</sup> ex illa exemplorum<sup>e</sup> impressione signari. *Oûrlas*,<sup>f</sup> quas essentias [574] dicimus, duas esse, ait: per quas cuncta gignantur, mundusque ipse: quarum una cogitatione<sup>d</sup> sola concipitur: altera sensibus subjici<sup>g</sup> potest. Sed illa, quæ mentis oculis comprehenditur, semper et eodem modo,<sup>h</sup> et sui par ac similis<sup>i</sup> invenitur, et quæ vere sit.<sup>i</sup> At enim<sup>j</sup> altera opinione sensibili et irrationabili æstimanda est, quam nasci et interire ait. Et, sicut<sup>k</sup> superior vere esse

*experit, esse exemplaria rerum quæ sunt, aut erunt, et in illis exemplaribus non posse reperiri plus quam unum simulacrum uniuscujusque speciei: et formas ac figuras omnium quæ generantur, per modum ceræ, notari caractere illo Idearum. Dicit duas esse substantias, quas nos vocamus essentias: quarum ope omnia generantur, atque adeo ipse Mundus: quarum altera percipitur tantum mente: altera potest exponi sensibus. Verum illa quæ cognoscitur lumine animi, semper reperitur et eadem, et sibi æqualis ac similis, ac vere existens. Sed enim altera, quam dicit oriri et emori, expendenda est existimatione sensibili et irrationali. Ac quemad-*

is. Elmenhorstius. *Corp. tamen: esse autem ex.* Sic Mss. plurimi et Edd. Elmenhorstio priores, qui cum seqq. edidit *nec corp. esse, tamen ex ia.* Male: saltem distinguere debuisset, *nec corporales: esse tamen:* et forsân sic legendum: nam abest autem a Florent. et in Bened. exaratur *tamen esset aut ex.* Oud.—5 Male Edd. ante Vulcan. contra Mas. et sensum *significationes.* Id.—6 Tò exemplorum non est in Florentino. Elmenh. Perperam. Eædem Edd. contra hic *figuratione.* p. 574. 'signari impressione formarum.' Oud.—7 Tàs oûrlas. Harl. Bened. Voss. non agnoscunt *tàs bene.* Sic supra *lêtas*, non *tàs lêtas.* Id.—8 Voss. *sensus subici.* Id.—9 Sic Mss. plerique cum Vulcan. et seqq. sed in Bened. Voss. et Edd. prioribus *sui par ac sui similis.* Perinde est. Colv. Ed. et *sui sim.* Id.—10 Ita Florent. Voss. Harl. Bened. Edd. Elm. &c. In ceteris *ut quæ vere sit.* Junt. post. *veræ.* Id.—2 Sic Mss. et Edd. Junt. Bas. sec. Vulc. &c. Reliquæ *Etenim.* Male: opponit hanc *oûrlas* alteri. Id.—3

## NOTÆ

*Esse autem ex his, quæ Deus sumserit, &c.* planiore multo sensu.

<sup>c</sup> Gignentiumque omnium] Observa 'gignentium' passive sen potius neutraliter sumtum pro 'nascentium.'

<sup>d</sup> [Tàs] *Oûrlas* quas essentias dicimus, duas esse, ait, &c. quarum una cogitatione, &c.] Laërt. in vita Platonis pag. 194. διὸ καὶ τῶν ὁρῶν τὰ μὲν, ἀλόγητά εἶναι, τὰ δὲ νοητά. 'Quocirca, eorum

quæ sunt, alia sensibus percipi, alia mente.' Vide totum locum. Hanc essentiarum divisionem Plato ab Epicharmo transtulit, referente Alcimo Philosopho apud eundem Laërtium.

<sup>e</sup> Sed illa, quæ mentis oculis comprehenditur, semper et eodem modo, &c.] Vide Laërt. pag. 192. edit. Henr. Stephani, in 8.

memoratur, hanc non esse vere, possumus<sup>4</sup> dicere.<sup>f</sup> Et primæ quidem substantiæ vel essentiæ primum Deum esse,<sup>5</sup> et materiem,<sup>g</sup> formasque rerum, et animam: secundæ substantiæ, omnia quæ informantur,<sup>6h</sup> quæque<sup>7</sup> gignuntur, et quæ ab substantiæ superioris exemplo originem ducunt: quæ mutari et converti possunt, labentia, et ad instar fluminum profuga: ad hoc illa,<sup>8</sup> quam dixi, intelligendi substantia, quoniam constanti nititur robore, etiam<sup>9</sup> quæ de illa<sup>i</sup> disputantur, ratione stabili et fide plena sunt. At

*modum illa prior dicitur vere existere, ita possumus affirmare hanc posteriorem non vere existere. Ac primo quidem Deum esse primam substantiam seu essentiam, et Materiam, ac Ideas rerum, et Animam: universa vero quæ ex iis formantur et quæ generantur, et quæ ab archetypo superioris substantiæ ortum trahunt, esse secundæ substantiæ: quæ quidem possunt immutari et converti, fluentia, et fugientia more fluviorum: iterum illa essentia intelligens de qua locutus sum, quia fulciatur virtute firma, illa quoque quæ dicuntur de ipsa, nituntur firma ratione, et digna sunt quibus*

~~~~~

Abest et a Bened. *sis* Edd. Vic. Bas. *Id.*—4 Non recte satis sine distinctione jungunt *vere poss.* Edd. usque ad Vulc. *vere non esse*: quod non nihil clarius, sed est contra *Mss.* *Id.*—5 Harl. *Deum pr. sine esse.* *Id.*—6 Lege: *quæ inde formantur.* Wowerius. Lege cum Wowerio *inde formantur.* Elmenhoratius. Revocavi constantem *Mss.* et Edd. lectionem, quam e conjectura Wowerii eiecit Elmenh. et seqq. reponentes *inde form.* Frustra. 'Informari' optime huic loco convenit, nam notat formam aliunde accipere et 'originem ducere, cum mutari et converti possit,' ut hæc descripsit Auctor. Sic Virg. l. viii. *Æn.* vs. 426. 'informatum fulmen:' et paulo post: 'informant clypeum:' ubi vide comm. *Oud.*—7 Bened. *quæ.* *Id.*—8 Pessime ante Floridum (quem miror ne verbulo quidem de sua distinctione monuisse; nisi sit, quod alii ejus honorem invideret, et suum inventum jactare non ausus fuerit) hæc jungebantur priori voci *profuga*, et post *substantia* ponebatur major distinctio, cum illa sit nominativus verbi *nititur*. Vidit id et monuit Mer. Casanb. ad Laërt. d. l. et Vulcanius calamo ad marginem Ed. Colv. sic distinxit. Ceterum *adhæc* ibidem legit Casanb. atque Elm. in add. et edidit Scriv. sic p. 577. 'adhæc attributa est ei perpetua juvena.' Malim tamen *adhoc* cum Lipsio. Vide omnino ad Met. l. v. p. 354. a. nam ibi in *Mss.* et Edd. eadem confusio. Pro *quam* Bened. *qua.* *Id.*—9 Sic recte e Florent. Cod. edidit Elm. et seqq. Accedunt *Mss.* Fulv. Voss. et Harl. Vulgo et cum *Ms.* Bened. *quæ* vocula fecit hunc locum obscuriorem, qui nunc est clarissimus. *Id.*—1 Sic Florent.

NOTE

^f *Hanc non esse vere, possumus dicere*] Nimirum non esse existentia certa et stabili, qualis est rerum, quas superior illa essentia complectitur, sed existentia adeo incerta, adeo fluxa, adeo instabili, ut quæ huic secundæ essentiæ attribuantur, scilicet sensibilia vix unquam existere dici possint, sed perpetuo vel nascantur, vel intereant.

^g *Et materiem [mentem]* Repone ex membranæ Thuan. et *materiem*: sic enim habent illæ: *matiem*. Ratio patet ex textu ipso: frustra enim mox repeteret *et animam*, et enumerando principia rerum male omitteret *Materiam*.

^h *Inf. [inde formantur]* *Ms.* Thuan. *informantur*.

hujus,² quæ veluti umbra et imago est superioris, rationes quoque et verba, quæ de ea disputantur, inconstanti sunt disciplina.³ Initium omnium corporum materiam⁴ esse memoravit: hanc [575] et signari impressione formarum.¹ Hinc prima elementa esse progenita, Ignem et Aquam, Terram⁵ et Aëra. Quæ si elementa sunt, simplicia esse debent, neque ad instar syllabarum nexu mutuo copulari.⁶ Quod⁶ istis evenit, quarum⁷ substantia multimoda potestatum coitione⁸ conficitur. Quæ cum inordinata,⁹ permixtaque essent, ab illo ædificatore mundi Deo ad ordinem nu-

omnino credatur. Quantum ad hanc vero, quæ est quasi umbra et effigies altioris, rationes quoque et voces, quæ dicuntur de ea, non habent stabilitatem doctrinæ. Affirmavit Materiam esse principium universorum corporum: eam quoque configurari applicatione formarum. Inde orta esse prima elementa, Ignem et Aquam, Terram et Aërem. Quæ si sunt elementa, debent esse simplicia, neque conjungi copulatione reciproca per modum syllabarum. Quod accidit illis rebus, quarum essentia constat multiplici concursu qualitatum. Quæ cum essent sine ordine et confusa, disposita sunt in ordinem secundum numerum et mensuram in circuitum

et Edd. Elm. &c. Mss. et Edd. reliqui de ea. Id.—2 Sic Florent. Voss. Bened. alique, et pleræque Edd. at *qus* Harl. Vulc. Edd. Vulc. Scal. Wow. Id.—3 Modius noster *inconstantis sunt disciplina*. Colvius. Bene. Elmenh. Nescio cur; nam utrumque æque probum est. Nihilominus *inconstantis disciplina* edidit Scriv. et Flor. Male et contra mentem Auctoris in *constantis* olim ediderunt quidam divisim: nam aliud voluisse ex sensu satis patet. Oud.—4 Fulv. *materiem*, ut supra '*materiem formasque rerum*.' Id.—5 Voss. et terram. Mox pro *quæ* Bened. *qua*, et cum Harl. inverso ordine *debent esse: tum syllarum pro syllabarum*. Id.—6 Sic correre Lips. et Elm. in Add. atqne edidit Scriv. et Flor. consentiente Ms. Bened. Recte. Edd. et Mss. reliqui *quæ*. Id.—7 Elm. in Add. *quorum*, ut edidit Scriv. Id.—8 *Potestatum commixtione*. Bas. 1. *Comitione*. Unde legit Modius, *coitione*. Colvius. Emendabis auctore Ms. *potestatum coitione*. Wowerius. Flor. et Leid. *potestatum coitione*. Elmenhorstius. Alii *potestate*. Vulc. *potestatem*. Voss. m. *multi potestatem*. Pro *coitione* vero, quod cum Modio primus admisit Vulc. habent vett. Edd. *comitione*. Ald. Junt. post. Colv. *commixtione*: sed Voss. *comotione*, et *coitione* rectius Mss. ceteri: ut de Mundo p. 719. '*nubium coitiones*:' monendum tamen, quia non temere repudiandum videtur, in Bened. exarari *potestate in commune*. Oud.—9 *Ordinata*. Et sensus et libri scripti auctoritas legendum suadet: *inordinata*. Sequitur enim quod postea demum sint ad ordinem deducta. Sciopp. in *Symb.* Vere liber scriptus, *inordinata*. Wowerius. Vulgo, *inordinata*: inepte. Elmenhorstius. *Ordinata* inepte Ms. Bened. et Editiones ante Wower. Bened. *adificatione*.

NOTÆ

¹ *Hanc et signari impressione formarum*] Supra '*gignentiumque omnium, ad instar ceræ, formas etfigurationes ex illa exemplorum impressione signari*.'

² *Neque ad instar syllabarum nexu mutuo copulari*] Ex Platonis Timæo similitudo hæc desumpta.

meris et¹ mensuris in ambitum deducta² sunt. Hæc e plurimis³ elementis¹ ad unum redacta esse: et ignem quidem, et aëra, et aquam habere originem atque⁴ principium ex trigono,⁵ qui fit⁶ trianguli recti non paribus angulis.^{m n} Terram vero directis quidem angulis,⁷ trigonis, et vestigiis⁸

ab illo Deo conditore orbis. Ea ex multis elementis rediisse ad unum, ac Ignem quidem et Aërem, et Aquam ducere ortum et initium ex triquetro, quod efficitur quando anguli trigoni recti non sunt aequales. Terram autem fieri ex triangulis

~~~~~

Oud.—1 Abest τὸ et a Bened. Id.—2 Bened. *deducta*. Voss. *didicta*. Id.—3 Ego tales Edd. in quibus et pl. præter Scriv. nondum vidi. Harl. quoque a pl. Bened. *pluribus*. Id.—4 *Originem atque*. Hæc desunt in Edd. ante Vulcan. contra Mss. Id.—5 Florent. Harl. Voss. Bened. a m. pr. *trigone*. sic Mart. de pila l. xii. c. 42. 'tepidum trigonem.' Nil tamen muto. Videtur librarios offendisse masculinum genus qui, pro quo pessime Edd. Ald. Bas. pr. Colv. Vulc. pr. habent *quæ*, cum in animo haberent τὸ τρίγωνον; ut hic Græce. Sed Noster subintellexit *angulum*, ne nimis repetita vox tædiosa esset. Statim 'angulis trigonis.' p. 576. 'æquipedum trigonum.' Manil. ii. 276. 'signa trigona.' Id.—6 Mss. aliquot et Ed. Scal. *sic*. Id.—7 *Qui fit anguli recti, non paribus angulis. Et prioris quidem, &c.* Mellor hic et auctor vetus Fulvii codex: *qui fit trianguli recti non paribus angulis: terream vero directis quidem angulis trigonis et vestigiis paribus esse. Et prioris quidem, &c.* In Vulcanii editione versu 28. 29. et 30. delenda sunt ista jubente volente ratione et Mss. auctoritate: *Et prioris quidem forma tres species, &c.* usque ad illa: *non paribus*. Inepte enim bis sunt posita. Sciopp. in *Symb. Vigesies angulam*. Venet. Bas. 2. *viginti angulam*. Colvius. *Et prioris quidem, &c.* Ad quid hæc repetita? ante eadem semel dicta, sufficiebat. Itaque totum illud induxerim: *Et prioris quidem forma tres species existere, Pyramidem octangulam et vigintiangulam*. Idem. Liber Fulvii: *qui fit trianguli recti non paribus angulis. Terram vero directis quidem angulis et vestigiis paribus esse*. Hæc secuti sumus. Nam illa quæ vulgo inseruntur, inepte repetita sunt. Wower. *Ex trigono, qui sit trianguli recti non paribus angulis*. Sic Wower. et Sciopplus ex Fulvii lib. rescribunt. Flor. *ex trigone, qui sit anguli r. n. p. a.* Excerpt. Bat. *g. s. anguli r. n. paribus: terram vero directis quidem angulis trigonis, et vestigiis paribus esse, et prioris quidem forma tres species existere, pyramidem, octangulam, et vigintiangulam sphaeram, et pyramidem figuram ignis in æq. habere*. Basil. Aldus, et Rom. hic inserunt tres versus, et prioris quidem *forma 3 species existere: pyramidem et octangulum, et vigesies angularem sphaeram non paribus*, quos auctoritate manuscriptorum codicum, ut superfluos expunximus. Vide Agell. lib. i. c. 30. Alcinoum cap. 13. Chalcid. p. 60. et seqq.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> E plurimis elementis] In vulgg. et plurimis. Unde Elmenhorst. e plurimis. Ms. Thuan. a plurimis, recte.

<sup>m</sup> Et ignem quidem, et aëra, et aquam habere principium ex trigono, qui fit trianguli recti non paribus angulis. Terram vero, &c.] Videndus Lært. in vita Platonis.

<sup>n</sup> Ex trigono, qui fit trianguli recti non paribus angulis] Hunc trigonum *ισοπλευρον* esse necesse est: ex solis enim *ισοπλευρους*, hoc est, æquilateris trigonis, compingi possunt quæ postea memorat *ὁμοδρόμων* et *εὐκορδοδρόμων*. Quod ergo ait, 'qui fit trianguli recti non paribus angulis,' sic juxta Plato-

paribus esse. Et prioris<sup>9</sup> quidem formæ tres species existere, pyramidem,<sup>o</sup> octangulam,<sup>1</sup> et<sup>2</sup> vigintiangulam.<sup>3</sup> Sphæram<sup>3</sup> et pyramidem<sup>4</sup> figuram ignis<sup>5</sup> in se habere, [576] octangulam<sup>6</sup> vero aëris, angulatam vicies<sup>7</sup> sphæram aquæ dictam esse: æquipedum vero trigonum<sup>8</sup> efficeret ex sese quadratum, quadratum vero<sup>9</sup> cubum,<sup>1</sup> quæ terræ sit<sup>2</sup> propria.<sup>3</sup>

*quidem rectangulis et laterum æqualium, et nasci quidem tres species ex figura priore, nempe Pyramidem, octangulam figuram, et vigintiangulam. Globum et Pyramidem habere in se figuram Ignis, octangulam autem, Aëris, figuram vigintiangularum destinatum esse Aqua: triangulum autem rectangulum isosceles ex se signere quadratum, quadratum autem signere tesseram, quæ figura Terræ*

*Elmenh. Scal. dedit angulis rectis non paribus cum Cod. Bened. A Vulc. Ms. etiam abest angulia. Edd. priores anguli recti non paribus angulis cum Florent. Voss. et Harl. quare omnino placet Wowerii et Scloppii cum seqq. emendatio. Intelligit Triangularem formam, cuius lineæ tamen et anguli non æquali sunt magnitudine. Vide ipsum Platon. p. 1063. Quæ post hæc inepte inserebant Edd. ante Scalig. et recte mox sequuntur, delenda esse jam alii monuerunt. Oud.—8 Abest ab Edd. Juntina sec. prioribus. Id.—9 Exulat et a Bened. Id.—1 Bened. a m. sec. octogonum. Id.—2 Bened. caret et. Id.—3 Sphæram, &c. usque ad vicies desunt Bened. Id.—4 Voss. pyramidem. Id.—5 Edd. ante Junt. post. ignem, inepte. Vide Laërt. et Plat. in Timæo. Id.—6 Harl. octangulum. Id.—7 Edd. ante Junt. post. vigies. Id.—8 Fulv. trigonorum. Glossa. Bened. ter enim terni XXVII. ter sunt i. e. cubus. Id.—9 Quadratum vero. Exulant a Mss. Flor. Voss. Fulv. Bened. Harl. Eodem fere res reddit. Id.—1 Voss. Harl. Bened. Græco more cubon. Bene. Id.—*

## NOTÆ

nem ipsum explicandum est, ut trigonus ille *ισόκλεις* intelligatur compositus ex sex triangulis rectangulis inter se æqualibus, ductis nimirum a singulis angulis in opposita latera lineis perpendicularibus: atque hi sane trianguli angulos habebunt ad basin non pares, cum horum alter alterius sit duplus, minimum vero latus dimidium baseos.

<sup>o</sup> *Pyramidem*] Illam nempe, quæ ex quatuor æquilateris triangulis constat, quamque *τετράεδρον* vulgo Geometræ vocant: estque primum ac simplicissimum ex quinque solidis regularibus.

<sup>p</sup> *Octangulam*] Errat Apuleius, et Platonis *ὀκτώεδρον* male interpretatur 'formam octangulam.' Octaëdron enim sex tantum habet angulos soli-

dos ex quatuor quemque angulis planis constantes, cum octo habeat superficies triangulares æquilateras.

<sup>q</sup> *Vigintiangulam*] Non felicius *εικοσάεδρον* interpretatur 'vigintiangulam.' Icosaëdron enim viginti habet superficies triangulares æquilateras, sed duodecim tantum angulos solidos, ex quinque planis angulis quemque constantes.

<sup>r</sup> *Æquipedum vero trigonum*] Triangulum rectangulum, cuius duo latera rectum angulum comprehendunt æqualia sint. Quadratum porro in quatuor ejusmodi triangulos dividitur, ductis ambabus diagonalibus, quæ sese mutuo ad rectos angulos in quadrati centro secant.

<sup>s</sup> *Cubum, quæ terra sit propria*] Supple *figura vel forma*. Plato in Timæo:



Quapropter mobilem pyramidis formam igni dedit,<sup>1</sup> quod ejus celeritas agitationi hujus videatur<sup>3</sup> esse consimilis. Secundæ velocitatis octangula sphaera est: hanc aëri detulit, qui levitate et pernecitate post ignem secundus esset. Vicenalis<sup>4</sup> sphaera est loco tertio: <sup>5</sup> hujus forma fluida<sup>6</sup> et volubilis aquæ similior<sup>7</sup> est visa. Restat tesserarum

*maxime congruat. Quamobrem attribuit Igni figuram mobilem Pyramidis, quia ejus velocitas videtur referre ipsius agitationem. Globus octangulus secundam celeritatem obtinet: assignavit hanc figuram Aëri, quia est ab Igne secundus levitate et velocitate. Globus vigintiangulus habet tertium locum: figura ejus fluxa et volubilis visa est magis referre Aquam. Superest forma cuberum, quæ quoniam est*

2 Edd. ante Basil. *fl.* Id.—3 *Agitationi* vid. Scribe ex veteri cod. *agitationi* hujus. Wowerins. Tò hujus adjectum ex Florentinis. Elmenh. Accedunt Harl. Voss. et Bened. Oud.—4 Flor. *vicinialis*. Rom. et Ald. *vigenialis*. Bas. 1. *vigesimalis*. Elmenhorstius. Harl. *vicinialis*. Bened. *viginialis*: sed suprascr. *vicenalis*. Voss. *vicinialis*. Edd. vett. *vigenialis*. Colvius. *vigesimalis*. Oudendorp.—5 Harl. Voss. *loco tertio est*. Idem.—6 Alii, *fluida*. —7 *Volubilis et aq. sim.* Florent. *mobilis, aquæ sim.* Elmenhorstius. Male Elmenh. e solo Florentino edidit cum sequentibus *mobilis*: e glossa hoc ortum: nam reliquæ servant *volubilis*: quod, ut bene vidit Florid. et sphaeræ et aquæ optime convenit. Vide ad Met. l. II. p. 91. a. 'pilæ volubilis.'

## NOTE

Ἡ μὲν τὸ κυβικὸν εἶδος δώμεν. Porro præter quatuor supra memorata solidæ regularia, est adhuc dodecaëdrum duodecim constans pentagonia et viginti solidis angulis, qua figura usum fuisse Deum ad universi constructionem ait Plato: ejus symbolicam hanc rationem affert Marcellinus Ficinus ejus interpretes, quod ut in hoc solido duodecim sunt pentagonæ superficies, ita et duodecim sunt in cælo signa Zodiaci, quorum unumquodque in triginta gradus resolvitur, ut et superficies pentagona in triginta triangulos, iis similes, de quibus supra. Ductis enim a figuræ centro ad singulos angulos lineis, quinque efficiuntur trianguli, quorum unusquisque, ut jam dixi, in sex alios triangulos oblongos subdividitur. Errat tamen Mars. Ficinus, cum ait quinque triangulos, in quos dividitur pentagonum, esse æquiláteros. Hoc enim tantummodo verum est in hexagonis,

quorum latus æquale est semidiametro circuli, cui inscribuntur. Atque hæc quinque supra memoratæ figuræ solidæ regulares ea de causa dictæ sunt Πλατωνικά σχήματα, quorum constructionis tradendæ causa Euclidem (qui Platonicius erat) universam Geometricorum elementorum tractationem suscepisse Proclus affirmat lib. II. ὅθεν δὴ καὶ τῆς συμπόσης στοιχειώσεως τέλος προσετίθησθαι (Εὐκλείδης) τὴν τῶν καλουμένων Πλατωνικῶν σχημάτων σύντασιν.

<sup>1</sup> *Mobilem pyramidis formam igni dedit*] Plato ibidem, τὸ μὲν τῆς πυραμίδος στερεὸν γεγενῆσθαι εἶδος πυρὸς στοιχείων καὶ σπέρμα. Certe experientia constat nitri particulas, ejus tanta in corripiendo igne celeritas, et correpto, vis est, pyramidalis esse figuræ.

<sup>2</sup> *Et volubilis [mobilis] aqua similior*] Ms. Thuan. *et volubilis*, melius de Aqua, et figura illa, quam ei tri-

figura: \* quæ cum sit immobilis, [577] terræ constantiam \* non absurde sortita est. Et alia initia inveniri forsitan posse, quæ aut<sup>9</sup> Deo nota sunt,<sup>1</sup> vel ei, qui sit Diis amicus. Sed de primis<sup>2</sup> elementis igni<sup>3</sup> et aqua, ceterisque, et illa<sup>4</sup> constare particulatim animalium et inanimantium corpora. Mundumque omnem ex omni aqua, totoque igni,<sup>5</sup> et aëris universitate, cunctaque terra esse factum: et non solum nullam horum partem extra orbem relinqui, sed vim quidem ejus<sup>6</sup> extrinsecus<sup>6</sup> inveniri. Hæc autem invicem

*immobilis, non incongrue attributa est firmitati Telluris. Dicit posse etiam fortasse reperiri alia principia, quæ cognita sunt vel Deo, vel etiam illi, qui sit carus Diis. Verum et hæc quæ cernimus corpora animalium, et rerum inanimatarum, composita esse ex primis elementis, Igne et Aqua, et reliquis minutatim inter se vinctis: et totum orbem conflatum esse ex tota Aqua, toto Igne, toto Aëre, ac tota Terra: ac non modo nihil eorum superasse extra mundum, sed ne virtutem quidem ipsius reperiri extra ipsum. Ea vero extra se et intra se coaptata esse invicem et*

Passim aquas, saxa volvere dicitur fluvius. Vide Melæ et Ovidii Indic. et Liv. l. xxi. c. 31. Oud. *Aqua.* Sic Mss. In Edd. ante Elmenh. et *aqua.* Pro sit Harl. It. Id.—8 *Terræ substantiam.* Edd. Vulcano priorum scripturam cum Florido revocavi, auctoritate Codd. Florent. Voss. Harl. Thuan. alve, firmitatem et immobilitatem. Vide Burm. ad Vellei. Paterc. l. ii. c. 29. 'constantia formæ.' Vnlc. e suo codice, cui accedit Bened. *substantiam:* sic 'hominum substantia' pro natura, de Phil. Mor. p. 616. Id.—9 *Posse, aut quæ.* Ms. *posse ait, quæ.* Ait, scilicet Plato. Sciopp. in *Symb. Wower.* A vulgatis rō ait male abest. Elmenh. Ait, *quæ aut.* Sic Elmenh. et seqq. Wower. ediderat, *ait, aut quæ.* Priores carent ait cum Mss. male, iudice Elmenh. at si me audis, bene et ex Apuleii stylo: qui hic passim adhibet infinitivum, ubique subintelligens 'sentit Plato:' sic supra p. 575. 'hæc reducta esse:' ut et in seqq. Vide p. 580. in f. & c. p. 581. item p. 586. 587. et in f. item de Phil. Mor. p. 608. ubi Mss. contra constructionem dant *sunt pro esse:* ut et p. 628. ubi alii *ait* addidere. Videtur ergo potius supplementum alicujus lectoris, vel natum esse e rō aut. Oud.—1 Voss. Harl. Bened. *sint.* Id.—2 *Sic de primis.* Lego ex eodem libr. *sed de pr.* Wowerius. Flor. *sed de pr.* Elmenhorstius. Item Voss. et Harl. In reliquis et Edd. ante Wower. *sic.* Oud.—3 Bened. Voss. male *igne.* Id.—4 Forte, et illis: vel potius, *ex illis.* Colvius. Flor. *ex illa.* Elmenhorstius. Colv. cum Scal. Elm. Scriv. *ex illis:* quod bene damnavit Floridus, consentientibus Mss. O. in rōis et illa. Oud.—5 Voss. *totaque.* Bened. *totaque ignis:* in quo mox facta pro factum. Id.—6 *Nihil quidem ejus extr.* Mss. *vim quidem ejus et extr.* quod

## NOTÆ

buit: et supra 'mobilem pyramidis iisque rectis, constantes. formam Igni dedit.'

\* *Tesserarum figura* Tesseram hic vocat cubum, figuram nempe solidam, sex quadratis superficiebus comprehensam, octo habentem angulos solidos, ex tribus quæque planis,

\* *Terræ const. [substantiam]* Lege ex Colvio et Ms. Thuan. *Terræ constantiam.*

† *Et illa [ex illis]* Ms. Th. et illa: melius.

‡ *Et non solum nullam horum [ejus]*

ex se intra se<sup>a</sup> apta<sup>7</sup> et connexa<sup>8</sup> esse. Idcircoque in igne, terra, aqua,<sup>9</sup> et aëre esse situs.<sup>1</sup> Et, sicut<sup>2</sup> ignis aëri cognatione jungitur, ita humor affinitati terrenæ jungatur. Hinc unum esse mundum, in eoque<sup>3</sup> omnia: nec relictum<sup>4</sup> locum, in quo alius, neque elementa superesse,<sup>5</sup>

*copulata: atque ideo esse certam posituram in Igne, Terra, Aqua, et Aëre. Ita ut quemadmodum Ignis connectitur affinitate cum Aëre, ita Aqua connectatur cognatione cum terra. Inde unicum esse orbem, et universa esse in ipso, neque superesse locum in*



impendio placet. Sciopp. in Symb. Elmenh. ediderat *sed vim quidem ejus*. Scriv. *sed quidem ejus vim*: et sane *sed vim* habent Flor. Harl. Bened. Voss. Fulv. probante etiam Scioppio. Bene si quidem tunc ἀντὶ κοινῶν subintelligas ὅδ non: de quo egi ad Met. l. vi. p. 121. Pric. Edd. autem ante Elmenh. *sed nihil quidem ejus*. Oud. *Et extrinsecus*. Sic recte Florent. Voss. Fulv. Harl. Bened. et Edd. ante Vulcan. qui male cum seqq. delevit ὅδ et. Intendit significationem pro *etiam*, vel. Id.—7 *Ex se et intra se apta*. Ita Ms. vulgo *ex se apta*. Elmenhorstius. Adde ex vet. cod. *ex se intra se apta*. Deinde: *situs non situs*, Woverius. *Ex se intra se*. Ita omnino hic locus legendus, auctoritate Mssorum omnium, nisi quod in Thuanæo sit *inter*. Prave vero ait Elmenh. in Mss. esse, unde ita cum seqq. edidit, *ex se et intra se*: quod exponit Florid. ‘*extra se et intra se*.’ Hoc non vult Auctor, sed *per se* nexu mutuo intra se esse copulata: atque ita Plato in Timæo p. 1049. φύλιον τε ἕρπον δὲ τοῦτον, &c. et clarius Auctor in seqq. quæ conferenda. Immo si nulla vis aut pars ullius elementi extra mundum est, quomodo *extra eum* connexa esse possunt? Quis non videt hanc absurditatem? Ante Wower. qui bene edidit *ex se intra se* non extant ὅδ *intra se* in Edd. Oud.—8 Alii *conveza*, male. Elmenh. Bened. *onera*. Florent. *conveza*, prave. Oud.—9 *Igne, terra et aqua*. Flor. *igne, terra, aqua*. Elmenhorstius. Harl. Voss. Vulc. *igne atque terra, aqua*. Edd. Elmenh. &c. *igne, terra et aqua*. Priores cum Bened. aliisque *igne atque in terra et aqua*. Oud.—1 Conjicit Colv. *situs*.—2 *At sicut*. R. ut *sicut*. Lipsius. *Jungatur*. Forte melius, *jugatur*. Gellius lib. xvii. ‘cum vero præterito jugantur, vim temporis sui amittant.’ Colv. *At sicut* tacite edidit Floridus pro *et* quod est in Mss. et Edd. forsitan pro ut, sicut subjunctivus sequens postulare videtur, nisi cum Colvio velis antiquæ *jugatur* pro *jungatur*: sed et de modorum variatione egi ad Met. l. x. p. 710. a. Voss. *jungantur*. Oud.—3 Sic Mss. et Edd. Elm. Scriv. Flor. Ante et in eo. Id.—4 *Nec rel. esse*. Ed. Scal. *ne*. Dele *esse* cum Mss. Florent. Harl. Bened. Id.—5 *Nec rel. esse loc. neq. elem. sup. &c.* Mutila hæc esse non est dubium. Dupliciter enim probare vult Apuleius unum esse mundum, primum, quia nullus alius est locus, in quo possit alius mundus generari, deinde, quia nulla sunt elementa, ex quibus alius mundus generetur, quare volente veteri codicē legendum: *nec relictum esse locum in quo alius: neque elementa superesse, &c.* Sciopp. in Symb. Mutila oratio. Quare scribendum ex veteri lib. *nec relictum esse locum, in quo alius, neque elementa superesse*. Woverius. Ante Wower. et Sciopp. in quo alius (scil. esse possit) invitis Mss. aberant. Eos vide et Plat.

#### NOTÆ

partem, &c. *sed vim quidem ejus, &c.* ἕκαστον ὑπολαμβάνων.  
Scribe: *sed ne vim quidem*. Sic enim     <sup>a</sup> *Ex se [et] intra se* Ms. Thuan. *ex*  
Plato: μέγας ὁδὸν ὁδῶν, ὁδὸν δυνάμιν     *se inter se*: melius.

ex quibus alterius mundi corpus possit esse. Ad hæc attributa est ei<sup>6</sup> perpetua juvenitas,<sup>7</sup> et inviolata valetudo.<sup>b</sup> Eoque nihil præterea extrinsecus est relictum,<sup>8</sup> quod corrumpere posset ejus ingenium : et si superesset,<sup>9</sup> non eum læderet, cum ita apud se ex omni parte compositus atque ordinatus foret, ut adversantia et contraria naturæ<sup>1</sup> disciplinæque ejus officere non possent. Idcirco autem perfectissimo<sup>2</sup> et pulcherrimo mundo<sup>3</sup> instar pulchræ et perfectæ sphaeræ [578] a fabricatore Deo quæsitum est, ut sit nihil indigens : sed operiens omnia coërensque contineat,<sup>4</sup> pulcher et admirabilis, sui similis,<sup>5</sup> sibi que respondens. Cumque illi septem motus locorum habeantur :<sup>6c</sup> processus et

*quo alius orbis possit esse, neque restare elementa ex quibus corpus alterius orbis possit constare. Præterea concessa est ei æterna juvenia, et valetudo incorruptibilis. Atque ideo nihil relictum est præterea extra ipsum, quod posset labefactare ejus naturam : et tametsi relictum esset, non noceret ei ; siquidem sic undique constitutus ac dispositus esset intra se, ut inimica et adversa non possent nocere ejus indoli ac legibus. Ideo vero a Deo creatore attributum est mundo absoluteissimo et decoratissimo, tanquam globo pulchro et omnibus suis numeris absoluto, ut nulla re egeat, sed complectatur universa, legens ea, et cohibens ; decorus et mirandus, semper sibi similis, ac secum conveniens. Hinc etiam existant hi septem motus locorum : progressio-*

in Timæo ibid. Pro neque Flor. Voss. Vulc. Harl. nec. Oud.—6 Voss. ei attr. est. Id.—7 Alii juvenia. Vulgo juvenus.—8 Bened. esse rel. Mox ejus ingen. inverso ordine Harl. et Voss. Oud.—9 Bened. sis rē etiam. Id.—1 Sic Rom. Ald. Alii, contraria natura. Colvius. Bas. sec. natura vitiose. Oud.—2 Harl. et perf. Id.—3 Alii modo. Elmenhorstius. Fulv. modo. Oud.—4 Plerique alii, continua. Basileensem postremam ed. secuti fuimus. Colv. Voss. coarctens. Edd. ante Vulcan. continua : sine sensu. Oud.—5 Sic Mas. nique a. Edd. ante Elm. Id.—6 Hinc illi et septem mot. loc. hab. Recte Flor. deesse suspicatus est voculam. Sed in Ms. Vulc. est illud et, in Harl. Voss. et Florent. illud etiam. Scribe ergo : Hinc illud. Etiam si vel hinc illi quod, etiam si, &c. V. Platon. in Timæo p. 1049. Loc. mot. Harl. Voss. sensu perspicuo. Est relicta hæc una mundo, etiam si 7. motus habeantur. Id. Ut odendum curavi cumque, deleta majori distinctione post torquentur, legendum

## NOTE

<sup>b</sup> *Attributa est ei perpetua juvenitas, et inviolata valetudo* [Plato in Timæo : *ἐν δὲ τῷ ἀνθρώπῳ καὶ ἡλικία*].

<sup>c</sup> *Cumque illi [Hinc illi et] septem motus locorum habeantur* Existimo omisam esse subjunctivam particulam cum. Itaque sic libentius legam : *hinc et illi septem motus locorum cum habeantur*, &c. Conjecturam meam firmat, quod, post enumeratas omnes

illas motus species, subjungit : ‘sex superioribus remotis,’ &c. hoc vult scilicet : Deum, quamvis sint septem motus locorum, nullum ex sex prioribus, qui per lineas rectas peraguntur, mundo tribuisse, quoniam illi contrarios habent, a quibus possunt destrui. At circularē ei assignasse, qui a contrario destrui non potest, cum ipse in seipsum revolvatur.

retrocessus,<sup>7</sup> dexterioris ac sinistri, sursum etiam deorsum-  
que<sup>8</sup> nitentium, et quæ in gyrum circuitumque torquentur,  
sex superioribus remotis,<sup>9</sup> hæc una mundo relicta est sa-  
pientiæ et prudentiæ<sup>1</sup> propria, ut rationabiliter volvere-  
tur.<sup>d</sup> Et hunc quidem mundum nunc sine initio esse dicit:  
alias originem habere, natumque esse: nullum autem ejus  
exordium<sup>2</sup> atque initium esse, ideo quod<sup>3</sup> semper fuerit:<sup>e</sup>  
nativum vero videri, quod<sup>f</sup> ex his rebus totius substantia

*nis et regressionis ad dextram, et ad sinistram, eorum quæ tendunt sursum et deor-  
sum, et eorum quæ vertuntur in orbem atque ambitum. Omissis sex prioribus, hæc  
sola progressio concessa est orbi, utpote cuius mens sapientiæ et prudentiæ, ut scilicet  
retaretur certa ratione. Et quidem modo ait hanc orbem carere principio, modo  
cum habere principium, et ortum fuisse: nullum autem ideo esse ejus principium et  
ortum, quoniam nunquam non extiterit: videri vero natum fuisse, quia natura et*

~~~~~

esse me monnit V. Cl. Lennep. J. Bosscha.—7 Sic Leid. et Basil. 2. Flor.
prorsus et retroc. Rom. et Aldus *progressus et r.* Elmenhorstius. Sic e Leid.
Cod. Vulcanius cum seqq. In Harl. et Edd. prioribus *progressus et retr.*
Voss. cum Florent. *prorsus et r.* Bened. *prorsus processus quod ante et retro e*
Glossa. De aliis Codd. tacent Viri Docti. An *prorsus processus*? ut supra
'prorsus custos' de Deo Socr. p. 691. ubi vide. *Oud.*—8 Sic e Florent. Elm.
&c. Antea vulgo *et deorsum.* Harl. Voss. Ed. Junt. post. *etiam deorsumque.*
Recte. Bened. *deorsumque etiam.* Id.—9 *Sex super. rem.* Carent his Edd.
ante Vulcan. prave. Vide Platon. in Timæo p. 1094. Id.—1 Vitiose Edd.
Colv. et Bas. tert. *sapientia et prudentia*: ut vidit etiam Gossius in marg. Id.
—2 Abest *ejus* a Bened. Id.—3 Sic Bas. 2. Aliæ omnes, *ideoque.* Colvius.
Bened. *ideo quia.* Edd. ante Bas. sec. *ideoque*: male. Statim pro quod Be-

NOTÆ

^d *Volveretur*] Ms. Thuan. *movere-
tur.*

^e *Nullum autem ejus exordium, &c.*
*atque initium esse, ideo quod semper fue-
rit*] Non hoc ipsum habet Plato in
Timæo: sed tantum Deum in crean-
do mundo secutum esse exemplar
sempiternum, non autem genitum.
Quidam tamen Platonis interpretes,
teste Marsilio Ficino, mundum sem-
piternum dixerunt, quibus nostrum
Apuleium adjoinere possumus. Sic
porro habet Ficinus cap. 18. compendii
in Timæo: 'Si quis interro-
get numquid apud Platonem mundus
fuerit sempiternus: Respondeo equi-
dem, interpretibus Severo, et Attico,
et Plutarcho, aliisque, ut Proculus

narrat, multis, non fuisse semper:
sed interpretantibus Crantore, Plo-
tino, Porphyrio, Iamblichio, Proculo,
et plerisque aliis, semper quidem fu-
isse, et fuisse semper a Deo, immo
fluxisse. Deum enim semper esse
aiunt: mundum vero fieri semper et
fluere: ac, si initio temporis carentem
consideraveris, ingenitum dici mun-
dum: sin autem perpetuum a Deo
ejus effluxum, assidue genitum: ne-
que minus ex Deo pendere, si depen-
derit pendeatque semper, quam si
aliquando cœperit dependere, vel des-
inat.'

^f *Nativum vero videri, quod, &c.*] Plato: γέγονεν ὁπαρὸς γὰρ, ἀπὸ τοῦ τέ-
στι, καὶ οὐκ ἐχεν. 'Genitus est: vi-

[579] ejus et natura constet,⁴ quæ nascendi sortitæ sunt qualitatem. Hinc et⁵ tangitur, et videtur, sensibusque corporeis⁶ est obviu. Sed quod ei nascendi causam Deus præstitit, ideo immortalis⁷ perseverantia⁸ est semper futurus. Animam vero animantium omnium non corpoream esse,⁹ nec sane perituram, cum corpore fuerit absoluta,^h omniumqueⁱ gignentium esse seniore,ⁱ atque ideo et imperitare² et regere ea, quorum curam fuerit diligentiamque

substantia illius universi conflata est ex rebus, quarum natura est ortum habere. Inde est quod palpatur, et aspicitur, ac sciet sensibus corporeis. At quoniam Deus ipsi præbuit causam nascendi, idcirco permanens est perpetua duratione. Animam autem cunctorum animalium non esse corpoream, neque eam certe interituram esse quando fuerit disjuncta a corpore, eamque esse antiquiorem cunctis, quæ generantur: et idcirco dominari et gubernare ea, quæ commissæ fuerint suæ curæ et

ned. rursus quia. Oud.—4 Ex his totius nat. et subst. constet. Flor. et Excerpt. Bat. et Leid. ex his rebus subst. ejus et nat. constet. Elmenh. Ex his rebus subst. ejus et nat. constet. Ita edidi fide Mss. Thuan. Voss. Vulc. seu Leid. et Harl. In Bened. est ex his rebus subst. et nat. Fulv. ex his rebus totius nat. ejus et subst. et sic Elm. cum seqq. nisi quod ejus postponant. Edd. priores ex his totius natura et subst. si quis totius retinere velit, per me licet. Oud.—5 Abest et a Bened. Id.—6 Corporis. Ms. corporeis: recte. Elmenh. corporis. Mss. O. corporeis: minus recte ante Elmenh. corporis. Oudendorp.—7 Edd. ante Vulcan. immortalis: contra Codd. Paulo ante Voss. causa. Id.—8 Male hanc vocem omittit Rom. codex. Elmenh.—9 Harl. Voss. non esse corp. Fulv. nec. Oud.—1 Male omniue Edd. ante Vulcan. Id.—2 Sic sane et quidam Fulvii codex: alius autem: intemperare: ut Fulvio probetur temperare. Sciopp. in Symb. Imperare. Ita postremo Basileæ eusum. Ante erat ubique intemperare: nec male quidem: ut notavi supra ad lib. iv. Floridor. Colv. Imperitare Mss. Lindenbr. et mei omnes cum uno Fulv. et Edd. Vulc. &c. præter Wowerii, qui cum Ursino tacite prætulit temperare, quia in altero ejus Cod. et Edd. vet. est intemperare. Sed jam in Ed. Junt. post.

NOTE

deri enim, et tangi potest, et corpus habet.' Ms. Thuanus habet hic: *natum vero videri, quod ex his rebus substantia ejus, et natura constet, &c.*

Sed quod ei nascendi causam Deus præstitit, ideo immortalis, &c.] Aliam causam refert Laërt. in vita Platonis, ἀλλὰ μὴν καὶ ἄφθαρτον διαμένειν τὸν κόσμον, διὰ τὸ μὴ διαλυθῆαι εἰς τὸν θεόν. 'eo quod non possit dissolvi in Deum.'

^h Animam vero animantium omnium non corpoream esse, nec sane perituram, cum corpore fuerit absoluta] Laërtius: ἀθάνατον ἔλεγε τὴν ψυχὴν, καὶ πολλὰ Delph. et Var. Clas.

μεταφθινέννησιν σώματα. 'Immortalem dixit esse animam, et multa corpora indnere: hæc est Pythagorica μετεμψύχωσις, quam aperte profitetur Plato in Phædone: nec mirum: audiverat enim in Italia Philolaum et Eurytum Pythagoricos.

ⁱ Omniumque gignentium esse seniore] Observa patrium casum cum adjectivo comparativi gradus. Et 'gignentium' pro 'nascentium,' quod jam observavimus. In hanc porro sententiam loquitur Plato, in Dialogo, cui nomen Epinomis: λάβαμεν δὲ ταῦτό γε, ὡς ψυχὴ πρεσβύτερόν ἐστι σώ-

Apul.

3 X

sortita,³ ipsamque semper et per se moveri, agitatricem aliorum, quæ natura sui immota sunt atque pigra. Sed illam cœlestem animam,^k fontem animarum omnium,⁴ optimam et sapientissimam, virtutem⁵ esse genetricem,⁶ subservire etiam⁷ fabricatori Deo, et præsto esse ad omnia inventa ejus, pronuntiat.⁸ Verum substantiam mentis hujus numeris et modis confici¹ [580] congeminatis ac multiplicatis augmentis,⁹ incrementisque per se et extrinsecus partis: et hinc fieri, ut musice¹ mundus et canore moveatur.^m Naturasque rerum binas esse:ⁿ et earum alteram^o esse, quæ

diligentia, atque eam semper moveri, et ex seipso, commoventem alia, quæ ex superte ingenio sunt immota et tarda. Illam vero animam cœlestem, originem animarum universarum, optimam, et sapientissimam, esse productricem virtutum, dicit quoque eam famulari Deo creatori, et paratam esse ad omnia ejus excogitata. At substantiam hujus mentis constari secundum numeros et modos duplicatis et multiplicatis auctibus, atque incrementis comparatis per se et ab extrinseco: atque inde effici, ut orbis rotetur musice et canore. Duasque esse natu-

~~~~~

Bas. sec. et Colv. extat imperare. Eadem confusio lib. 11. de Phil. Mor. p. 598. et sæpius: sed ibi Mss. quoque imperitare: ut et p. 623. 'imperitet multitudini:' et p. 624. 'qui imperitet:' de hoc verbo plura vide apud Heins. ad Sil. 1. 295. Plato: *θεωρίῳ καὶ ἐκφορῶν. Oud.*—3 *Diligentiamque secuta.* Num potius, *sortita?* Colvius. Basil. 1. Ald. et Rom. *secuta:* male. *Elmenh.* *Sortita* Mss. ut ex ingenio Colv. Edd. ante Vulcan. O. *secuta.* Typographi errore Ed. Scal. *sortitus.* Statim pro *per se* Bened. *ipse.* Oud.—4 Harl. Voss. Bened. Ed. Junt. post. *fontem animarum omnium cœlestem animam.* Bened. *opt. sapient. sine τῷ et.* Id.—5 Bened. Edd. Elm. Scriv. Flor. *virtutum:* male. Ipsa anima est virtus genetrix. *Id.*—6 Al. *genitricem.*—7 Exulat ab Edd. ante Vulcan. *Oud.*—8 Eadem annuntiat: et mox ejus pro hujus. *Id.*—9 *Argumentis.* *Augmentis* lego, vel *augmentis.* Brantius. Aldus, *argumentis,* corrupte. *Elmenh.* *Augmentis* Mss. Edd. Rom. Vic. Vulc. &c. *augmentis* Junt. post. cum Brantio. *Argumentis* inepte aliæ. *Oud.*—1 *Mu-*

#### NOTÆ

*μῆτος:* 'id igitur admittamus, animam corpore antiquiorem esse.'

<sup>k</sup> *Sed illam cœlestem animam, &c.]* De hac Anima intelligendus Virgilius, *Æneid.* vi. 'Principio cælum ac terras, camposque liquentes, Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque astra Spiritus intus alit, totamque infusa per artus Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.'

<sup>1</sup> *Verum substantiam mentis hujus numeris et modis confici]* Laërt. *ἀρχὴ τε ἔχει ἀριθμητικῇ.* 'Animæ initium constare numeris.' Vide Mars. Fic.

compendio in Timæum a cap. 26. ad cap. 36. Ms. Thuan. pro *rerum* hic habet unde.

<sup>m</sup> *Ut musice mundus et canore moveatur]* Videndus Plato, in Epinomide.

<sup>n</sup> *Naturasque rerum binas esse, &c.]* Supra, 'τὰς οὐδας, quas essentias dicimus, duas esse ait: per quas cuncta gignantur, Mundusque ipse: quarum una cogitatione sola concipitur: altera sensibus subjici potest,' &c.

<sup>o</sup> *Et earum alteram, &c.]* Mallem sic scriptum: *Et earum alteram esse, quæ*

videri oculis et attingi manu possit, quam quidem *δοξαστήν*, opinabilem appellat ille: et alteram, quæ veniat in mentem <sup>2</sup> *διανοητικήν*, cogitabilem <sup>3</sup> et intelligibilem: detur enim venia novitati verborum, rerum <sup>4</sup> obscuritatibus servienti. Et superiorem quidem partem mutabilem esse, ac facilem contuenti: <sup>5</sup> hanc autem, quæ mentis acie videtur, et penetrabili <sup>6</sup> cogitatione percipitur atque concipitur, <sup>7</sup> incorruptam, immutabilem, <sup>8</sup> constantem, eandemque, et semper

*ras rerum, ac unam earum esse, quæ percipitur animo, et quæ possit conspici oculis, et palpari manu, quam quidem ille vocat δοξαστήν, sub opinionem cadentem: alteram διανοητικήν, cogitabilem et intelligibilem: nam ignoscendum est novitati vocum, quæ utilis est illustrandis rerum tenebris. Ac priorem quidem partem esse mutabilem, et manifestam aspicienti: hanc vero, quæ cernitur lumine animi, et cognoscitur ac comprehenditur cogitatione acuta, esse incorruptibilem, immutabilem,*

sic Mss. omnes. Vulg. *Musica*. Vide Censorin. de die Nat. 13. *Elmenh.* Edd. Colv. Vulc. Scal. Wow. *Musica*. Edd. vett. *Musica*: sed recte Stew. Elm. &c. cum Mss. et Edd. primis *musicæ*. Post *τὸν* mundus abest et in Bened. Oud.—2 Vulgo: quæ veniat in mentem, quam quidem *δοξαστήν* opinabilem appellat ille et quæ videri, &c. sed bene vidit Florid. *τὰ* quæ veniat in mentem *τῇ* *δοξαστῇ* non convenire sed *τῇ* *διανοητῇ*: quare bene postponit. Clare id patet ex præcedentibus et seqq. et quæ scripsit de *οὐρα* p. 574. *Id.* *Id est opinabilem*. Carent hisce Mss. Florent. Voss. Fulv. Harl. Ed. Junt. post. sed solet vertere Græcam vocem Auctor: ut liquido patet e seqq. 'detur venia novitati verborum.' Abest *τὸ* id est ab Edd. Elm. Scriv. Flor. et mox possit exulat a Bened. *Id.*—3 *Alteram cogitabilem*. Proba mihi Fulvii conjectura, legentis: *alteram διανοητικήν et intell.* Scioppius in Symb. Fortasse et hic Græca vox excidit, ut scripserit Apuleius: *alteram διανοητικήν, id est, cogitabilem*. Wowerius. *Alteram διανοητικήν*. Ita recte eruditissimus Fulvius hunc locum emendat. Vide Plutarchum de procreatione animæ fol. 1024. Lærtium in Platone, Alcinoum c. 4. et 9. *Elmenh.* *Cogitabilem* ejiciebat Ursinus. Non male, nam *intelligibilem* satis id exprimit: nisi *novitati verborum* vells referre ad hæc duo, et non ad superius. Mss. nec Edd. ante Wower. habent Græcum. Oud.—4 Delet Florentinus. *Elmenh.* Bened. *servient*, et quod pro *quidem*. Oud.—5 Forte emendandum, *concreti*. Colv. *Concreti* divinatur Colv. non male. Brant. Harl. *continenti*. Oud.—6 *Ex penetrabili*. Harl. *Id.*—7 *Al. concipitur*.—8 *Forsitan et multa per se susp.* Ms. et ita per-

## NOTÆ

*videri oculis, et attingi manu possit, quam quidem δοξαστήν opinabilem appellat ille: et alteram, quæ veniat in mentem, διανοητικήν cogitabilem et intelligibilem, &c.* Suffragatur quod paulo infra ait: 'hanc autem, quæ mentis acie videtur, et penetrabili cogitatione percipitur, atque concipitur, incorruptam, immu-

tabilem,' &c.

¶ *Incorruptam, immutabilem, &c.]* Hæc natura rerum *διανοητική* incorrupta, æterna, &c. nihil aliud esse præter rerum Ideas, quas æternas esse et divinæ menti ab omni ævo insitas Plato affirmavit: sed vide ipsum in *Parmenide*.



esse. Hinc et duplicem rationem interpretationemque dicit. Namque illa visibilis, fortuita et non ita perseveranti suspitione<sup>8</sup> colligitur:<sup>9</sup> at hæc intelligibilis, vera, perenni, et constanti ratione probatur esse. Tempus vero ævi esse imaginem:<sup>9</sup> siquidem tempus movetur, perennitatis<sup>1</sup> fixa et immota est natura:<sup>2</sup> et ire in eam tempus, et in ejus magnitudinem [581] finiri ac dissolvi posse:<sup>3</sup> si quando hoc decreverit fabricator mundi Deus.<sup>7</sup> Ejusdem temporis spatiis mensuras mundanæ conversionis<sup>4</sup> intel-

*stablem, et eandem, atque æternam. Ideo ait etiam esse geminum earum modum et explicationem: illa enim, quæ conspicua est, cognoscitur suspitione fortuita, ac non diu durante. Verum hæc cogitabilis probatur existere ratione vera, perpetua, ac stabili. Tempus autem ait esse tantum effigiem quandam æternitatis: quandoquidem Tempus movetur, natura vero æternitatis est constans et immobilis. Tempus etiam tendere in eam, et posse terminari et resolvi in ejus immensitatem: si Deus conditor orbis statuerit hoc aliquando. Mensuras rotationis mundi percipi ope in-*

*severanti. Videndum num legi queat: et non ita perseveranti: id est, non nimis firma et tenaci. Sciopp. in Symb. In Flor. est, fortuita et inita perseveranti suspitione. Elmenhorstius. Lectionem quam excogitavit Sciopp. vel similem flagitat sensus, patetque ex oppositione perenni et constanti ratione: quare ita edidit Wow. (qui omisit et) Elm. et seqq. In Ms. Vulc. est et irata. Voss. et inita. In reliquis et Edd. prioribus est et muta: supra dixit, 'opinione sensibili et irrationabili.' Latet quid: an irrita persev. vel inrita nec pers. suspitione quæ semper irrita, vana manet et 'suspicio incerta,' non 'opinio firma.' Lipsius mutua, pro mutabili. Oud.—9 Basil. 2. concipitur. Rom. concipitur, male. Elmenh.—1 Ita Mss. sed Edd. ante Vulcan. et perennitas. Oud.—2 Voss. Harl. nat. est. Id.—3 Fluere ac dissolvi posse. Reponenda lectio editionis primogeniæ, finiri ac dissolvi posse. Vide Indicem. Elmenh. Mss. Vulc. Voss. Harl. Bened. et alii cum Edd. Vulc. Scal. Wow. fluere. Sed aliud videtur esse Fluere tempus: cum præterit et sequitur aliud. Aliud videtur esse Finitur, in perennitatem, nec amplius est. quare nil temere muto. Vide ad Met. lib. vi. p. 433. b. 'finire juvenem.' Pro ac Floridi Ed. male aut. Bened. decrevit. Oud.—4 Aldus et Basil. 1. conversationis, male. Elmenh. Voss. Harl. Bened. Edd. Junt. Ald. Bas. Colv. conversationis, sive frequentis et perpetuæ conversionis. Glossæ: Conversatio, ἀνατροφή, sed et conversatio ἀνατροφή apud Christianos Scriptores, Tertullianum, Hyginum, Vet. Interpr. V. Wasse ad Met. p. 180. Ed. Pric. pro 'conversio:' quare fere re-*

## NOTÆ

<sup>9</sup> *Tempus vero ævi esse imaginem]* Vide Chalcidius in Platonis Timæum, pag. 95. Alcinoius cap. 15.

<sup>7</sup> *Si quando hoc decreverit Deus]* Hinc videre est Platonem, cum immortaliter perseverantia futurum mundum dixit, non intellexisse quasi res sic se necessario habitura sit: sed tantum, si

finem mundas sit habiturus, hoc non ex ejus principiorum constitutione, sed ex mera Dei voluntate eventurum, cum mundi primordia ipsius Dei prudentia ita disposita sint, ut annuente eodem summo conditore, æternitatem spondeant.

ligi. Solis quippe<sup>5</sup> et Lunæ globum hoc agere,<sup>6</sup> ceterasque stellas, quas nos non<sup>7</sup> recte Erroneas et<sup>8</sup> Vagas dicimus: 'nostræ enim<sup>9</sup> super earum cursibus' opiniones disputationesque possunt errorem intellectus incidere.<sup>10</sup> Ceterum ille rerum ordinator ita reversiones earum, ortus, obitus, recessus, moras, progressusque constituit, ut ne modico quidem errori locus esset. Dies quippe cum noctibus mensium spatia complere, menses vicissim annorum orbis involvere:<sup>11</sup> nec prius,<sup>12</sup> quam signa hæc in luce sideræ<sup>13</sup> ardere cœperunt, iniri potuisse temporum numeros.<sup>14</sup>

*tervallorum ejusdem temporis: id enim præstare orbem Solis et Lunæ, ac reliqua astra, quæ nos perperam vocamus Errantia et Vaga: nam nostræ sententiæ et disceptationes de motibus eorum possunt impellere animum in errorem. Porro ille dispositor rerum sic disposuit recursus eorum, ortus, occasus, retrogressiones, stationes, et progressionem, ut ne parvi quidem erroris ansa relicta esset: nam dies simul et noctes perficere intervalla mensium, menses vices vices complere circulos annorum: et tempora non potuisse computari, antequam hæc astra incepissent fulgere lumine*

vocassem hanc vocem. cf. etiam infra. Oud.—5 Bened. autem. Id.—6 Edd. ante Vulcan. *facere* contra Mss. Id.—7 Nos non. Male hæc voces, invitis Codd. exulabant ab Editis ante Vulcan. de Deo Socr. ait: 'quæ vulgo vagæ nuncupantur ab imperitis,' adeoque non recte. Plato tantum ἐπικλην πλάγους ἔχοντα. Id.—8 R. erroneas et. Lipsius. Abest et a Voss. in quo diximus: pro dicimus. Id.—9 Nostræ enim, &c. Fortasse tota hæc periodus a mala manu est. Scilicet aliquis in causam inquisivit Apuleiani effati non recte, quam invenire sibi visus in margine annotavit. cf. Cic. de Nat. De. 11. 20. J. Bosscha.—1 Flor. cursus. Elmenhorstius.—2 Harl. Voss. in errorem intellectum incidere. At Bened. errorem intellectus incidere. Optime: ut jam dixi ad Met. lib. x. p. 714. b. 'Intellectus' est ergo secundus casus. Oud.—3 Harl. Vulc. et Edd. vett. item Wower. involunt. Id.—4 Bened. post. Id.—5 Sic optime e Ms. suo edidit Vulc. et seqq. nisi quod in omittat Wower. cum Cod. Harl. Voss. s. hæc enim luce sideræ. At Falvian. quoque addit in, Nostrum more. Vide ad Met. lib. xi. p. 754. b. Bened. habet signa XII. luce sideræ. Verrum non agit de signis Zodiacis, sed planetis. Adi Platon. p. 1052. Vulgo in lucem. Id.—6 Mss. poterunt. Elmenhorstius. Harl. Vulc. Bened. Edd. vett. Colv. Wow. potuerunt t. numeri. Voss. potuerunt t. numeris. Deesse aliquid scilicet credebant libraril, sed rursus subintelligitur 'sentit

## NOTE

<sup>5</sup> Solis quippe] Ms. Thuan. Solem quippe.

<sup>6</sup> Quas non recte Erroneas et Vagas dicimus] Noster in De Deo Socratis: 'Verum etiam quinque Stellas, quæ vulgo Vagæ ab imperitis nuncupantur: quæ tamen inflexo, et certo,

et stato cursu meatus longe ordinatissimos divinis vicibus æternos efficiant.'

<sup>10</sup> P. errorem intellectus incidere [possunt in errorem intellectum inducere] Ms. Thuan. possunt in errorem incidere: optime: sic legendum omnino.

Perituram quoque<sup>7</sup> esse observationem computationis hujus, si hic olim chorus antiquus<sup>8</sup> steterit.<sup>9</sup> Namque ut mensuræ et reversiones temporum noscerentur, circuitusque<sup>1</sup> mundi videretur, Solis incensa<sup>2</sup> sunt lumina: et vicissim, ut quies<sup>3</sup> desiderata proveniret animantibus,<sup>4</sup> opacitas est inventa noctis: mensesque [582] effici, cum Luna, circuli sui completo curriculo, ad eundem locum, a quo discesserit,<sup>4</sup> revertatur.<sup>5</sup> \* Anni vero spatia concludi, cum Sol quadrinas<sup>6</sup> temporum contigerit vices,<sup>7</sup> et ad idem signum fuerit invecus. Horum enumerationem in se revertentium, et a se proficiscentium, intellectu<sup>7</sup> cogitationis in-

*caelesti. Interituram etiam esse observationem supputationis, si hic vetus siderum cætus aliquando cessaverit moveri. Etenim, ut cognoscerentur mensuræ et recursus temporum, et ut cerneretur revolutio orbis, fax Solis accensa est: et vice versa obocuritas noctis reperta est, ut requies optata concederetur animalibus: et mensem aiebat constari, quando Luna peracto cursu sui orbis, redit eodem unde profecta est. Absolvi autem intervalla anni, quando Sol percurrit quatuor mutationes temporum, et relatus fuerit ad idem signum. Reperit cogitatione animi numerationem horum in se redeuntium, et discedentium a se. At tamen esse quosdam circuitus*

~~~~~

Plato.' Vide supra ad p. 577. Oud.—7 Abest Bened. et Edd. ante Vulcan. In Harl. Voss. que. Id.—8 Lips. attiguus vel astricus. Id.—9 Fixus acil. cessaverit. Goesius in marg. resisterit vel destiterit. Id.—1 Bened. noscentur circuitusque. Id.—2 Edd. ante Vulcan. male intensa. Id.—3 Ms. ut vicissim q. et placet. Sciopp. in Symb. Bened. Edd. ante Vulcan. carent et. Oud.—4 A quo discesserit. Absunt hæc Edd. ante Junt. poster. Id.—5 Voss. revertantur. Id.—6 Voss. a m. pr. quadrigas. Id.—7 Harl. Voss. Bened. Vulc. enumeratio intellectum. Prave, nec melius Edd. ante Vulcan. enumeratio intel-

NOTE

* *Animantibus*] Plerisque, non tamen omnibus, sunt enim quædam quæ solent in tenebris victum quærere, et capere somnum interdum, ut nocturæ.

* *Mensesque [mensēque] effici, cum Luna, &c. ad eundem locum, a quo discesserit, revertatur*] Talis mensis a Mathematicis dicitur mensis lunaris sideris, dierum circiter viginti septem, sed nullius usus est: cumque mensis lunaris pronuntiatur, intelligendus est mensis lunaris synodicus 29. dierum et 12. horarum cum 44. minutis: qui mensis fit, dum Luna a conjunctione cum Sole sive Novilunio

procedens, ad proximam conjunctionem, sive ad proximum Novilunium redit. Parum accurate ergo videtur hic locutus Apuleius: et revera non bene transtulit verba Platonis: sic enim is habet in Timæo: Μὲν δὲ ἐπειδὴν σελήνη περιελθοῦσα τὸν αὐτῆς κόκλον, ἥλιον ἐκκαταλάβοι. Ms. Thuan. menses hic habet, non mensē.

† *Quadrinas temporum vices*] Prima puncta Arietis, Cancrī, Libræ, et Capricorni, in quibus fiunt Æquinoctium Vernal, Solstitium Æstivum, Æquinoctium Autumnale, et Solstitium Hybernū.

venit. Esse autem stellarum nihilominus certos ambitus, legitimis curriculis perpetuo servatos,³ quos vix hominum solertia comprehendit. Unde fit,⁹ ut et Magnus ille vocitatus annus² facile noscatur: cujus tempus implebitur, cum vagantium stellarum comitatus ad eundem pervenerit finem, novumque sibi exordium et itinera per vias mundi reparaverit.¹ Globorum vero coelestium inter se nexorum per vices mutuas, omnium supremum esse eum, qui inerrabili² meatu censetur:² ejus amplexu ceteros coërceri. Et esse ἀπλανέσι primum ordinem, secundum Saturno datum,³ Jovi tertium, Martem⁴ quartum tenere, quintum Mercurio dari, sextum Veneris esse, septimum Solis itineribus incendi,⁵ octavum metiri Lunam. Exinde⁶ elementis om-

astrorum semper observatos cursibus justis, quos intellectus mortalium ægre complectitur. Unde cœnit ut ille annus appellatus magnus cognoscatur facile: cujus tempus adimplebitur, quando cœtus Siderum errantium pervenerit ad eundem terminum, et restauraverit sibi novum initium, et novas vias per meatus mundi. Inter orbes vero cœlestes, qui sibi invicem cohererent alternis nexibus, illum esse summum omnium, cujus cursus dicitur esse erroris expertus: reliquos contineri ejus ambitu. Ac primum quidem ordinem esse erroris expertem, secundum attributum esse Saturno, tertium Jovi, Martem occupare quartum, quintum tribui Mercurio, sextum esse Veneris, septimum inflammari meatibus Solis, Lunam percurrere octavum.

lectu. Id.—8 Certes...servatos. Edd. ante Junt. poster. ceteros. Edd. ante Vulcan. servatis. Id.—9 Edd. aliquot sit. Id.—1 Bened. reparavit: et mox Voss. Harl. nexorum inter se. Id.—2 Basil. 2. inenarrabili. Elmenhorstius. Miss. Harl. Voss. Vulc. Bened. Edd. Junt. post. Vulc. Wow. inenarrabili. Perperam. Hoc enim circulo stant fixæ stellæ, non errantes sive ἀπλανέσι, quod hinc sequitur. Oud.—3 Ἀπλανῆ primum ord. sec. Saturno datum. Ald. ἀπλανέσι. Sed Plato ipse: Ἐξ ἧς δὲ τῆς αἰτίας γέγονεν ὅσα ἀπλανῆ τῶν ἡσטרῶν ᾖ, θεία ὄντα, καὶ διὰ ταῦτα ἐν ταῖς στροφόμενα ἀεὶ μένει. Colo. Flor. aplanisii. male. Elmenh. Bened. aplan. Harl. Vulc. cum Edd. Vicent. Junt. pr. Bas. aplanes. Sed Cod. Florent. aplanesi, ut bene enotavit Lindembrog. non aplanisii, ut Elm. qui plane damnat: immo vero aplanesi seu ἀπλανέσι egregie, et confirmatur a Voss. qui habet aplanisii. Ordo primus est datus Aplanesi: secundus Saturno, &c. Perinde est sive Græcis sive Latinis velis scribere literis: nam Latini in his Græcis vocibus dativum quoque formant in esi vel isi: ut multis docet Heinsius ad Ovid. alique. Vide ad Met. lib. 11. p. 104. a. Oud.—4 Harl. Voss. Bened. Jovis. Bened. Voss. Martis. Id.—5 Mallim: incendi. Wowerius. Male. Ardescit hic circulus Solis meatibus. Incendi recte Vulc. e suo codice, cui accedunt Lindenbr. Voss. et Bened. In Harl. et Edd. prioribus est incedi. Oud.—6 Voss. Bened. octavo. Bened. et

NOTÆ

² Magnus ille vocitatus annus] Quem ² Eum, qui inerrabili meatu censetur] Plato τέλειον ἐνιαυτὸν appellat: hoc est, Cælum est Stellarum Fixarum. perfectum et absolutum annum.

nia ac principiis occupari. Ignem ante alia⁷ superiorem [583] esse, mox aëris locum: hinc aquæ proximum: et tunc globum terræ in medio situm æqualem loco, ac figura immobilem stare. Hos astrorum ignes⁸ sphaëris affixos,^b perpetuis atque indefessis cursibus labi: et hos animales Deos dicit esse.^c Sphaërarum vero ingenium ex igni⁹ coalitum et fabricatum. Jam ipsa animantium genera in quatuor species^{1d} dividuntur: quarum una est ex natura ignis ejusmodi, qualem Solem et Lunam² videmus, ceterasque siderum stellas: alterum ex aëria³ qualitate; hanc etiam Dæmonum⁴ dicit: ^e tertium ex aqua terraque coalescere,⁵

Postea elementa ac primordia tenere omnia reliqua spatia. Ignem primum omnium altissimum esse, post eum locum esse Aëris: inde conterminum esse locum Aquæ; ac denique orbem Telluris esse æqualiter in medio positum, immotum loco ac figura. Hæc lumina siderum annexa globis volvi curriculis assiduis et nunquam lassatis: et ait hos esse Deos animales: naturam vero Globorum illorum conflata esse et effectam ex igne. Ipsa autem genera animalium distribuuntur in tres species: quarum una est ex qualitate ignis, cujusmodi cernimus esse Solem et Lunam, ac reliquas Stellas astrorum: alteram ait esse ex natura Aëris; hanc ait esse speciem Dæmonum: tertiam speciem conflata esse ex Aqua et Terra, et genus mortale

~~~~~

inde. Id.—7 Ignem autem aliis. Ms. ignem ante alia. Virgil. *Æn.* i. 347. 'ante alios immanior omnes.' Sciopp. in *Symb.* Ante alia scilicet elementa: nam ut præ (vid. ad Flor. N. 24. extr.) sic etiam ante cum comparativo jungitur. Bene ergo hoc reposuere Elm. et seqq. cum Mss. Fulv. Florent. Voss. In Harl. Bened. autem alia. Edd. reliquæ autem aliis. Oud.—8 Bened. aquilem. Voss. hoc. Bened. hoc ast. etiones. Id.—9 Igne. Harl. igni. Bene. Vide supra ad p. 678. de Deo Socr. Id.—1 Al. in tres species. Vid. Not. Var.—2 Lips. quales. Voss. ac Lun. Oud.—3 Floridi Ed. contra Mss. et Edd. ceteras aëris. Id.—4 Bene rō etiam cum Mss. Florent. Voss. et Bened. reposuit Elmenh. pro esse, quod non revocare debuerat Floridus: at idem bene e Thuan. vult restituere dæmonum, et sic reliqui; pro quo Elmenh. ex Florent. turpiter reposuit dæmonem, licet accedant Bened. et Voss. Speciem hanc non dicit esse dæmonem Plato, sed esse etiam dæmonem, qui huic scilicet speciei accenseri debent, seu iis animantibus, quos ex aëria esse qualitate statuit cum Socrate. Vide latius de Deo Socr. et Platon. in Timæo p. 1053. Id.—5

#### NOTE

<sup>b</sup> Sphaëris affixos] Desunt hæc duo vocabula in Ms. Thuan.

<sup>c</sup> Et hos animales Deos dicit esse] Quos etiam idcirco in animalium divisione collocat.

<sup>d</sup> In quatuor [tres] species] Plato Tim pag. 40. quatuor constituit: εἰς δὲ τετράδες: μία μὲν οὐράνιον θεῶν γένος ἄλλη δὲ πτητῶν καὶ ἀερρόπορον τρίτη δὲ

ἐνυδρὸν εἶδος· πρῶτον δὲ καὶ χερσαίων, τέταρτον· Et Chalcidius: 'Dens animalium genera constituit quatuor: primum cœlestē, plenum divinitatis: alterum deinde præpes aëriavagum: tertium aquæ liquoribus accommodatum; quartum, quod terrena soliditas sustineret.'

<sup>e</sup> Hanc etiam Dæmonum dicit] Re-

et mortale genus corporum ex eo dividi terrenum atque terrestre: <sup>f</sup> sic enim χοῖκὰ censuit nuncupanda.<sup>6</sup> Terrenumque esse arborum, ceterarumque frugum, quæ humi<sup>7</sup> fixæ vitam trahunt: terrestria vero, quæ alit, ac sustinet tellus. Deorum trinas nuncupat species: quarum<sup>8</sup> est prima unus et solus summus ille,<sup>9</sup> ultramundanus,<sup>8</sup> [584] incorporeus: quem patrem et architectum hujus divini orbis<sup>1</sup> superius ostendimus. Aliud genus est, quale astra habent, ceteraque numina, quos Cœlicolas vocamus.<sup>2</sup> Tertium habent, quos Medioxumos Romani veteres appellant,<sup>h</sup> quod et sui ratione, et loco,<sup>3</sup> et potestate Diis summis sunt minores,

*corporum ex hac esse, et distribui in Terrenum et Terrestre: nam existimavit pulchre esse ita vocanda: et genus quidem Terrenum esse arborum, ac reliquarum frugum, quæ vivunt implantata terræ. Illa vero dici terrestria, quæ Terra nutrit ac sustentat. Dicit esse tria genera Deorum, quorum primum est ille unicus ac solus Deus supremus, ultra orbem habitans, corporis expertus, quem supra probavimus esse creatorem et fabricatorem hujus divini Mundi. Altera species Deorum est, qualem sidera obtinent, et reliqui Dii, quos appellamus Cœlestes. Tertium genus est eorum, quos antiqui Romani vocant Medioxumos: quia nati inferiores supremis Diis et*

Holstenius legit ex terra quartum coal. non attendens rursus tria genera esse et quatuor species. Ex Platonis πεῖθω pro terrestre et terrestria idem legit pedestre et pedestria. Id.—6 Vid. Not. Var.—7 Abest quæ a Voss. Oud.—8 Edd. ante Vulcan. quorum. Id.—9 Sic legendum est e Mss. In Edd. ante Vulcan. unus summus primus et solus ille. Ab Ed. Vulc. pr. et Wow. abest ille. Ceteræ habent, ut edidi, nisi quod ille præponant. Id.—1 Rom. et Basil. divi orbis: male. Elmenh. Divini Mss. et Edd. Junt. post. Vulc. &c. In reliquis divi. Oud.—2 Flor. Harl. Voss. Bened. nominamus. Id.—3 Sic bene Vulc. Wow. &c. Edd. priores dant ex sui ratione et l. Scal. omisit male τὸ sui. Bened. q. et vi et ratione sed l. Harl. Voss. quod est sui r. sed l. Florent. quod et sui r. sed l. Forsan quod et sui r. sed et loco. per ellipsin τῶν non solum.

## NOTE

stitue ex Thuanis membranis, Hanc esse Dæmonum dicit: sic etiam Colvius.

<sup>f</sup> Terrenum atque terrestre] ‘Terrenum’ vocat Plato χερσαίων, ‘terrestre’ vero πεῖθω, hoc est, pedestre, quod super terram pedibus graditur. Male ergo Colvius, quod sequitur, sic enim χοῖκὰ emendare voluit, et respondere χερσαία: quæ enim hic χοῖκὰ Apuleius nominat, ea sunt Platoni πεῖθᾶ, non autem χερσαία: adde quod et hoc utitur vocabulo Tertullianus de resurrectione carnis cap. 36. ‘Pri-

mus homo de terra Choicus, id est, Limaceus, secundus de cælo, id est, sermo Dei.’ Ms. Thuanus pro χοῖκὰ habet corrupte et ponenepton, quod fortasse ex his corruptum est, quæ Plato habet χερσαίων, καὶ πεῖθῶν.

<sup>8</sup> Ultramundanus] Mart. Capella, lib. II. ‘Ultramundanum fas est cui cernere patrem, Et magnum spectare Deum.’

<sup>h</sup> Tertium habent, quos Medioxumos Romani veteres appellant] Plaut. Cistellar. Act. II. Scen. I. ‘At ita me Dii Dæque, Superi, atque Inferi, et

hominum natura profecto majores. Sed omnia<sup>4</sup> quæ naturaliter, et propterea recte feruntur, providentiæ custodia gubernantur: nec ullius mali causa Deo poterit ascribi.<sup>1</sup> Quare<sup>5</sup> nec omnia<sup>6</sup> ad fati sortem arbitratur<sup>7</sup> esse referenda.<sup>8</sup> Ita enim definit: Providentiam esse divinam<sup>9</sup> sententiam, conservatricem<sup>k</sup> prosperitatis ejus, cujus causa tale suscipit<sup>l</sup> officium: divinam legem esse Fatum, per quod<sup>1</sup> inevitabiles cogitationes<sup>2</sup> Dei atque incepta complentur. Unde si quid providentia geritur,<sup>3</sup> id agitur etiam<sup>4</sup>

*natura, et habitatione, et virtute, superiores certe hominibus ex sua natura. At cuncta quæ moventur naturaliter ac perinde bene, reguntur tutela Providentiæ, neque causa ullius mali poterit attribui Deo. Quapropter non putat quoque universa esse referenda ad decreta Fatorum. Nam ita definit: Providentiam esse decretum Dei, quod tueretur incolumitatem illius rei, propter quam recepit ad se illud munus: Decretum Dei esse Fatum, quo ineluctabiles sententiæ et suscepta Dei perficiuntur. Ideoque, si aliquid fit a Providentia, illud fit etiam a Fato: et quod perficitur a*

~~~~~

Vide ad Met. I. x. init. 'scntum, sed et lanceam.' Id.—4 Voss. Bened. Dii. Harl. si om. Id.—5 Pro quare Bened. quarum. Id.—6 Pessime et contra mentem Platonis et Auctoris Edd. ante Vulcan. præter Ed. Junt. poster. et marginem Bas. sec. habent hæc omnia. Id.—7 Bened. fortem. Edd. ante Vulcan. arbitrantur. Id.—8 Esse referenda. Scribe ex Ms. referenda. Wowerius. Recte: nam sensus hoc postulat, et Fulviano accedit auctoritas Mæstorum Florent. Voss. Harl. Pag. 306. 'nec sane omnia referenda ad vim fati: vulgo ferenda. Oud.—9 Hoc ordine voces has edidi cnm Mss. et Edd. ante Vulcan. ne quis 'divinam' referat ad 'providentiam.' Auctor vult providentiam esse sententiam divinam sive Dei. Id.—1 Edd. ante Vulcan. præter Basil. sec. suscipit. Id.—2 Bened. per quam inev. agitationes. Voss. cognitiones. Id.—3 Al. agitur.—4 Voss. Bened. et. Ed. Junt. post. etiam et. Oud.

NOTE

Medioximi,' &c. Græci δαίμονας appellant. Vide Platonem in Symposio.

¹ Nec ullius mali causa Deo poterit ascribi] Plato, de Repub. lib. II. καὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν οὐδένα ἄλλον αἰτιατόν τῶν δὲ κακῶν ἅλλ' αὐτὰ θεὸς ζῆτεῖν τὰ αἴτια, ἅλλ' οὐ τὸν θεόν. 'et bonorum quidem nullus alius auctor dicendus est: malorum vero aliæ quævis a Deo causæ quærendæ sunt.'

^k Providentiam esse divinam sententiam, conservatricem, &c.] Plato, lib. x. de Leg. ὅς τῳ τοῦ παντὸς ἐπιμελουμένης πρὸς τὴν σωτηρίαν καὶ ἀρετὴν τοῦ ὅλου

πάντ' ἐστὶ συντεταγμένη. 'Eum, qui toti providet, ad virtutem salutemque totius omnia ordinare.' Ms. Thuan. habet Providentiam esse divinam sententiam.

^l Divinam legem esse Fatum, per quod, &c.] Fatum sic definebat Chrysippus, et alii Stoici, referente Laërtio, in Zenonis Cittiei Vita: ἐστὶ δὲ εἰσαρμμένη αἴτια τῶν ὄντων εἰρημένη, ἥ λόγος καθ' ὃν ὁ κόσμος διατάσσεται. 'Fatum est connexa rerum causa, sive ratio, per quam mundus administratur.' Vide Plut. De Fato.

fato: et quod fato terminatur, providentia debet susceptum videri. [585] Et primam quidem⁵ providentiam esse summi exsuperantissimique⁶ Deorum omnium, qui non solum Deos cœlicolas^m ordinavit, quos ad tutelam et decus per omnia mundi membra dispersit;⁷ sed natura etiam mortales Deos,⁸ qui præstarent sapientia⁹ ceteris terrenis animantibus, ad ævitatem temporis edidit:¹⁰ fundatisque legibus reliquarum dispositionem ac tutelam^a rerum, quas quotidie fieri necesse est, Diis ceteris tradidit. Unde susceptam providentiam Dii secundæ providentiæ ita gnaviter retinent,³ ut omnia etiam, quæ cœlitus mortalibus exhiben-

Fato, existimandum quoque est Providentiam illud esse aggressam. Ac primam quidem Providentiam pertinere ad supremum et præstantissimum omnium Deorum; qui non modo disposuit Deos Cælestes, quos dispersit per cunctas partes orbis, ad ejus conservationem et ornamentum; verum produxit quoque Deos mortales naturæ suæ, qui superarent prudentia reliqua animalia terrestria, quique duraturi essent quamdiu tempus duraret; et stabilitis decretis suis, permisit reliquis Diis ordinationem et conservationem ceterorum, quæ oportet cœnire singulis diebus. Ideoque Dii illi, quibus tradita est secunda Providentia, tam firmiter tenent Providentiam, quæ ipsis tradita est; ut cuncta etiam, quæ ex cœlo ostenduntur hominibus, retineant

~~~~~

—5 Edd. Elm. Scriv. *primam*. A Bened. et Ed. Flor. abest *quidem*. Id.—6 Quædam edd. *exsuperantissimique*.—7 Florent. Edd. Elm. Scriv. Flor. *sparsit*. Præfero Mss. reliquorum lectionem. Oud.—8 Haud male idem ille lib. *mortales eos*. Wowerins. Voss. Harl. Bened. quoque *eos*: sed male, et id potius monachis ascribendum, qui non capiebant *Deos mortales*: sed Auctor cum Platone eos discernit a Cœlicolis. Vide in Timæo p. 1053. Oud.—9 Harl. *sapientiam*. Id.—1 Flor. *sedit*. male. Elmenh. Bened. *edit*. Harl. *dedit*. Voss. *sedit*. A *fundatisque* abest *que* in Bened. Oud.—2 *Dispositionum ad tutelam*. Lege ex vet. cod. *dispositionem ac tutelam*. Wowerins. Recte, atque ita Florent. Voss. cum Fulv. et Edd. Wow. Elm. &c, Harl. Bened. *dispositionum tutel.* ut construas *tutelam dispositionum ac rerum*. Olim vulgo sine sensu *dispositionum ad tut.* Oud.—3 *Graviter retinent*. Forte legendum, *gnaviter retinent*; et sic etiam conjecerat eruditus adolescens J. Donsa F. Colb. Bene: nec aliter Mss. O. nisi quod Voss. *naviter*, ut alii malunt scribere. Ante

#### NOTE

<sup>m</sup> *Deos cœlicolas*] Solem, Lunam, ceteraque Astra, quæ in cœlo cernuntur.

<sup>a</sup> *Sed natura etiam mortales Deos*] Alios ab illis Cœlicolis, nempe Oceanum, Thethyn, Phorcyon, Saturnum, Rheam, et alios, quos omnes Plato ait eatenus nobis conspicuos, quatenus ipsi volunt.

<sup>o</sup> *Ad ævitatem temporis edidit*] Pla-

to in Timæo Deum inducit illos Deos sic alloquentem: 'Quia generati estis, immortales quidem et indissolubiles omnino non estis: nec tamen unquam dissolvemini, nec mortis Fatum subibitis: nam voluntas mea majus præstantiusque vobis est vinculum ad vitæ custodiam, quam nexus illi, quibus fuistis colligati tunc, cum gignebamini.'



tur,<sup>4</sup> immutabilem ordinationis paternæ<sup>5</sup> statum teneant. Dæmonas<sup>6</sup> vero, quos Genios et Lares possumus nuncupare,<sup>7</sup> ministros Deorum arbitratur,<sup>8</sup> custodesque hominum et interpretes, si quid a Diis velint.<sup>9</sup> Nec sane omnia referenda<sup>9</sup> ad vim fati putat : sed esse aliquid in nobis, et in fortuna<sup>10</sup> esse nonnihil : et fortunæ quidem [586] improvidos casus ignorari a nobis fatetur. Instabile enim quiddam et incurrens intercedere solere,<sup>11</sup> quæ consilio fuerint<sup>1</sup>

*statum immobilem dispositionis illius Dei parentis aliorum. Existimat autem Dæmones, quos nobis licet appellare Genios et Lares, esse famulos Deorum, et tutores hominum, et eorum internuntios, si cupiant aliquid a Diis. Neque arbitratur certe universa attribuenda esse potentiae Fati, verum aliquid pendere a nobis, et aliquid pendere a Casu : et confitetur quidem nos non cognoscere casus improvisos Fortunæ. Nam aliquid inconstans et interveniens solere obstatre iis, quæ fuerint incepta consilio*

inapte graviter. Voss. retinet. Oud.—4 Ita reposuit e suo Cod. Vulc. et seqq. cum vulgo ederetur *quæ a celestibus*. In Voss. et Harl. Codd. *quæ celestis mort. exhibeantur*, nisi quod Voss. *exhibentur*. Florent. *quæ celestibus a mort.* At Bened. tantum *quæ celestis exhibet*, scil. pater exsuperantissimus, unde subdit ordinationis paternæ : nam ibi male Wow. conjecit *æternæ*. pag. 205. habuimus ‘pater de summo Deo.’ Vide et Platon. d. l. Posses et *celestes mort. exhibent*. Nam *celitus* nusquam Auctor adhibet, nec etiam illo priores. Sed Lactantius, Prudentius, Ammianus usi fuerunt cum posterioribus. Id.—5 Quid si : *æternæ*? Wowerius.—6 *Dæmones*. Bened. *Dæmonias*. scribendum scil. *Dæmonas* cum Florent. Voss. Harl. Vulc. ut passim cum aliis Auctor acc. plur. in nominibus Græcæ originis exprimit. de Deo Socr. in f. ‘Sirenas.’ Oud.—7 Bened. *nuncupamus*, in quo mox abest *Deorum*. Id.—8 Florent. Voss. Harl. Edd. ante Vulc. Ed. sec. *arbitrantur*. Id.—9 *Referenda esse*. Sic Harl. Florent. Voss. Edd. Elm. Scriv. Flor. A reliquis bene *id esse* exulat. Florent. Voss. Harl. *putant*. Id.—1 Harl. Bened. Voss. et Edd. eodem rursus addunt *id esse*. Et mox pro *et fort.* Florent. Voss. Bened. *ejus fortunæ*. Abest quidem Edd. ante Vulcan. pro eo Bened. *quod*. Id.—2 *Intercedere ea solere*. Totam hanc periodum corruptam recte restitui. Wowerius. Ed. Bas. sec. *incedere*. Edd. ante Vulcan. item Wowerii *intere. ea solere* : sed carent *id* ea Mss. et satis subintelligitur in *id* quæ. Eleganter

## NOTE

<sup>1</sup> *Et interpretes, si quid a Diis velint*] Noster, de Deo Socratis : ‘Ceterum sunt quædam divinæ mediæ Potestates, inter summum æthera et infimas terras ; in isto intersito aëris spatio, per quas et desideria nostra et merita ad Deos commeant. Hos Græco nomine *δαίμονες* nuncupant, inter Terricolas Cælicolasque vectores hinc precum, inde donorum : qui ultro citroque portant hinc petitiones, inde supplicas,’ &c.

<sup>2</sup> *Et in fortuna, &c.*] Fatum et Fortunam sic distinguit Marsil. Ficinus, in Argumento lib. iv. Platonis, de Legibus : ‘Ceterum illa ipsa concursio celestium dispositio, quando talis provenit, ut artem necessario superatura sit, Fatum dicitur potius, quam Fortuna : quando vero talis, ut exsuperare inertem possit, et superari ab arte, Fortuna potius nominatur.’

et meditatione suscepta, quod <sup>4</sup> non patiat<sup>ur</sup> meditata ad finem venire. Et tunc quidem, cum impedimentum <sup>5</sup> istud utiliter provenerit, <sup>6</sup> res illa Felicitas nominatur: at ubi repugnationes <sup>7</sup> istæ nocivæ erunt, <sup>8</sup> Infelicitas dicitur. Omnium vero terrenorum nihil homine præstabilius <sup>9</sup> providentia dedit. Quare idem bene pronuntiat, hominis animam esse corporis dominam. <sup>1</sup> At enim cum tres partes animæ dicat <sup>2</sup> esse: <sup>3</sup> rationabilitatem, id est, mentis optimam portionem, hanc ait <sup>4</sup> capitis arcem tenere: <sup>5</sup> irascen-

*et longa recogitatione, quod non sinat excogitata perducere ad exitum. Et quidem, quando illud obstaculum successerit commode, id vocatur Felicitas: verum, quando illa obstacula erunt nocua, appellatur Infelicitas. Ex cunctis autem terrestribus rebus Providentia nihil produxit excellentius homine. Quapropter idem Plato recte ait mentem hominis esse dominam corporis. Sed enim cum pronuntiet tres esse partes animæ: dicit Rationem, hoc est, excellentissimam partem animi, occupare*

enim pronomen demonstrativum passim omitti quis nescit? Sic infra p. 589. in Mss. optimis 'exhaustis et labentibus, quæ inferuntur:' vulgo additur *ita*. Vide Burm. ad Virg. *Æn.* iv. 598. Frustra ergo tentat Wopkens. Misc. Obs. vol. viii. p. 76. locum Velleii l. ii. c. 116. *quem virum ne qui intellexit quidem abunde miratus est. pro, ne ille quidem qui intellexit:* non opus ergo pro *ne* substituere *nemo*. In Bened. h. l. vitiose est *Solem quod.* Oud.—3 Sic Florent. Voss. Harl. Edd. Elm. &c. *Antea fuerunt.* Abest a Bened. *Id.*—4 Sic bene e conjectura edidit Wower. nisi malis *quia:* nam Mss. et Edd. priores *quæ:* sine sensu. Exulat a Bened. *Id.*—5 *Vulgatum ante, tum imp.* Colvius. Monuit jam Stewech. supra ad p. 580. caret vocula Bened. *Pro istud* Edd. ante Vulcan. *illud.* Oud.—6 Sic Florent. cum Edd. Elm. &c. Bene. In aliis *provenit.* *Id.*—7 Florent. *repugnations:* male. *Elmenh.* Cum Florent. faciunt Voss. et Bened. *Oud.*—8 *F. nocuerunt.* Brantius. Inepte. Statim *vero* abest a Bened. *Oud.*—9 *Præstantius.* In Margarita Poët. legitur, *præstabilius.* Colvius. Accedunt Fulv. Voss. Harl. Bened. Vere. de Deo Socr. p. 694. 'præstabili ariolari.' Flor. N. 6. 'genus præstabile.' N. 23. 'colores præstabiles:' et hoc ipsum in Apol. p. 545. 'quod multo præstabilius est:' ut et apud Cicer. ii. de Off. 19. 'Quid eloquentia præstabilius?' *Oud.*—1 Sic optime Scal. et Elm. ac seqq. ediderunt cum Mss. Lindenbr. Bened. &c. in Harlem. Voss. *Iidem bene pronuntiant, homines esse an. c. d.* Abest *70* esse a Bened. In Edd. ceteris *Iidem homines bene pronuntiant esse an. c. d.* Inepte: unde Lips. jam legit *idem hominis bene pronuntiant, &c.* Pro *dominam* Voss. *divinam.* Mox pro *animæ* Edd. ante Vulcan. *animi.* *Id.*—2 Ms. *ducat:* id est, putet. Sciopp. in *Symb.* Vulgo *dicat:* male. Vide Iadicem. *Elmenh.* Florent. et Voss. cum Fulv. *ducat:* nec male. *Oud.*—3 *Al. rationabilem.*—4 Sic Mss. et Edd. præter Florent. et Edd. Elm. ac seqq. unde exulat *hanc:* me non temere assentiente, licet eodem res redeat. *Id.*—

## NOTE

- <sup>1</sup> *Homini animam esse corporis dominam*] Ex Platonis Phædone. lib. ix. pag. 734.  
<sup>2</sup> *At enim cum tres partes animæ dicat esse, &c.*] Vide Platon. de Republ. <sup>3</sup> *Rationabilitatem, &c. ait capitis arcem tenere*] Vide Plat. Timæum, pag. 1073. et seqq.

tiam vero procul a ratione, ad domicilium cordis deduc-  
tam esse, obsequique<sup>5</sup> eam, et in loco respondere sapien-  
tiæ: <sup>6</sup> cupidinem atque appetitus, postremam mentis<sup>7</sup> por-  
tionem, infernas abdominis<sup>8</sup> sedes tenere, ut popinas quas-  
dam et latrinarum latebras,<sup>9</sup> diversoria nequitiae atque lux-  
uriæ. Relegatam vero idcirco longius a sapientia hanc  
partem videri, ne importuna vicinitate ratio consultans de-  
super cunctorum saluti, in ipsa cogitationum utilitate tur-  
baretur.<sup>1</sup> Totum vero hominem in capite vultuque<sup>2</sup> esse.<sup>3</sup>  
Nam<sup>3</sup> prudentiam, sensusque omnes, non alias<sup>4</sup> quam illa  
parte corporis contineri. Cetera enim membra ancillari et  
subservire<sup>5</sup> capiti, cibos et alia subministrare. [587] Ver-

*arcem capitis: Irascentiam autem dimotam esse ad sedem cordis longe a Ratione, atque eam obedire et parere Prudentia, cum est opus. Cupiditatem et Appetitum, quæ sunt ultima pars animi, occupare loca inferiora ventris, veluti quasdam ganeas, et latibula cloacarum, stabula malitiæ et impudicitia. Hanc autem mentis portio-  
nem videri ideo procul remotam a Ratione, ne molesta propinquitas illius in ipso  
fructu meditationum prudentiam interturbaret intentam ex alto incolunitati cuncta-  
rum partium. Totum autem hominem consistere in capite et facie. Rationem enim  
et omnes sensus non alibi residere, quam in illa parte corporis. Nam reliquos artus  
famulari et ministrare capiti, suppeditare escam atque alia. Constituit etiam*

~~~~~

5 Edd. ante Vulcan. carent *τῇ* que. Id.—6 Stewechins, et *respuere interdum
logos sapientia*. Logi. Elmenh. Et in loco resp. Ubi res et locus postulat. Non
habent *τὸ* et Harl. Voss. et Bened. resp. in loco Edd. ante Elmenh. contra Mss.
quod obscurius. Ridicule et frustra Stewech. Oud.—7 Bened. *enim mentis*.
Exulat male *τὸ* mentis ab Edd. ante Vulcan. Id.—8 Bened. *ab iis*. Harl. ad
imas. Pro tenere Edd. ante Vulcan. *obtinere* contra Mss. Id.—9 Voss. a m.
pr. *tenebras*: et mox *relegatum*. Id.—1 Vicin. et *rationem consumptam desuper
cunct. sal. &c. turbaret*. Exponit Florid. *τὸ consumptam pro intentam*, ut sen-
sus loci flagitare videbatur. Verum hujus locutionis idoneum exemplum
quæro. Aliud quid latet: nam *τὸ* et otiosa hic est vocula, quare etiam omi-
sit Wow. cum Salmasio qui ad Epictet. p. 146. legit *consulituram*. In Edd.
vero ante Scalig. ut et Wowerii *legas constitulam*: sed Mss. *consumptam* vel
consumpta, ut exhibent Florent. et Bened. ac Plato ait p. 1074. *κατοικοῦν
ποπῆρας τοῦ βουλευόμενου* sive *consultors*. Adhuc in Mss. Florent. Voss. et
Bened. *est turbaretur*. Hinc minima mutatione lego sic, *ne importuna vicini-
tate ratio consultans desuper cunctorum saluti, &c. turbaretur*. In Edd. ante
Vulcan. præter Junt. poster. est *perturbaret* contra Mss. Id. *Cogitationum
vicinitate*. Ita emendo secutus vulgatam lectionem *cognitionum vicinitate*.
Wowerius. Sed recte Vulc. et ceteri cum Mss. dederunt *cogitationum utili-
tate*. Oud.—2 Voss. *vultu inque*. Id.—3 Ita Florent. Voss. Harl. Bened. Edd.
Elm. &c. *Reliquæ namque*. Id.—4 Lego, *non alia*. Colvius. Sc. parte:
quod et ego malim: nam *alias* pro *alio loco* an Latinum sit dubito. Oud.—5
Subservire, &c. Hæc satis sunt mendosa, neque ejus purgandi par fuit erudi-

NOTÆ

² Totum vero hominem in capite vultuque esse] Vide Timæum pag. 1056.

ticem etiam sublime positum,* ut dominum atque rectorem, providentiaque ejus a periculis vindicari. Sed et⁶ machinamenta, quibus ad sentiendas^x dijudicandasque quantitates et qualitates⁷ sensus instructi sunt, ibidem erga regiam capitis constituta esse,⁸ in conspectu rationis, ut intelligendi ac persentiscendi⁹ veritas adjuvetur. Sensus vero ipsi ad ea, quæ sunt sensibilia, apte compositi a natura,¹ intelligentiam cognatam tenent. Et primo oculorum² acies gemellas perlucidas esse, et quadam³ luce visionis illustres, noscendi luminis⁴ officium tenere: auditio-

caput in summa parte corporis tanquam dominum et gubernatorem ejus, et quidem illud ait defendi a periculis, ipsius prudentia. Verum et organa, quibus sensus præditi sunt, ad percipiendas et æstimandas magnitudines et qualitates, posita esse ibidem circa arcem capitis prope rationem, ut veritas intellectionum et sensationum juvetur. Ipsi autem sensus a natura facti convenienter ad res sensibiles habent rationem sibi affinem. Primo enim binos oculorum orbis esse perlucidos, et splendentes quodam lumine visus, gerere munus cognoscende

~~~~~

tus doctissimi Vulcanii constas. Emendabuntur autem, si Fulvianum secnti codicem legamus: *subservire capiti, cibos et alia subministrare: verticem etiam in sublime posuit, ut dominum atque rectorem, providentiaque ejus a periculis vindicaret.* Scioppius in Symb. Mendosa hæc sunt et corrupta; quæ tamen recte ex Cod. scripto emendabo: *Cetera membru ancillari et subservire capiti, cibos et alia subministrare. Verticem etiam in sublimi posuit, ut dominum atque rectorem providentia ejus a periculis vindicaret.* Wowerins. Tò capiti adjecti ex Florent. Elmenh. Bene emendarunt Sciopp. et Wow. e Cod. Fulv. et Elm. &c. e Florent. quibus accedunt Putean. Thuan. Voss. Leid. Vulc. Harl. Bened. et Ed. Junt. post. quæ tamen prave habet cum Edd. reliquis ante Vulcan. carentibus τῷ capiti, quoque observare. Ond. Vid. Not. Var.—6 Ita Florent. Bened. Edd. Elm. Scriv. Flor. Ab aliis abest τὸ et. Ond.—7 Voss. Bened. et dijudicandas qualitates. Absunt quoque quantitates et a Thuan. Harl. et Edd. ante Vulcan. Id.—8 Carent Edd. ante Junt. poster. Id.—9 Ac cum Elmenh. et reliquis dedi e Florent. Voss. Harl. Vulc. In reliquis atque. Bened. a m. pr. et Edd. ante Vulcan. persentiscendi. Id.—1 Sic e suo Cod. Vulc. et seqq. In prioribus erat vitiose composita, naturæ. Florent. Voss. et Harl. composita natura. Bened. compositi natura. Non male quoque. Id.—2 Veteres editi, Ac ocul. vel, At ocul. Saniores et integriorem lectionem e Basil. 2. expressimus. Colv. Edd. ante Junt. poster. ac vel at sine primo. Harl. Voss. ac primo. Iisdem Edd. abest τὸ gemellas. Ond.—3 Carent τῷ et Florent. Harl. Voss. Bened. eas q. edd. priores Vulcanio exhibent. Id.—4 Ridicule Edd. ante Vulcan. literas contra Mss. unde in marg. R. res

#### NOTÆ

\* *Verticem etiam [in] sublime positum [posuit]* Sic restituit Wower. ex Ms. Fulvii: legebatur prius *vectare etiam sublime possit*; ab aliis *vectare ut in sublime possit*, sensu aut nullo, aut

certe intricatissimo.

x *Machinamenta, quibus ad sentiendas, &c.]* Organa sensuum, pnta nares, oculos, &c. Vox *quantitates* deest in Ms. Thuano.

tiam vero procul a ratione, ad domicilium cordis deduc-  
tam esse, obsequique<sup>5</sup> eam, et in loco respondere sapien-  
tiæ: <sup>6</sup> cupidinem atque appetitus, postremam mentis<sup>7</sup> por-  
tionem, infernas abdominis<sup>8</sup> sedes tenere, ut popinas quas-  
dam et latrinarum latebras,<sup>9</sup> diversoria nequitiae atque lux-  
uriæ. Relegatam vero idcirco longius a sapientia hanc  
partem videri, ne importuna vicinitate ratio consultans de-  
super cunctorum saluti, in ipsa cogitationum utilitate tur-  
baretur.<sup>1</sup> Totum vero hominem in capite vultuque<sup>2</sup> esse.<sup>u</sup>  
Nam<sup>3</sup> prudentiam, sensusque omnes, non alias<sup>4</sup> quam illa  
parte corporis contineri. Cetera enim membra ancillari et  
subservire<sup>5</sup> capiti, cibos et alia subministrare. [587] Ver-

*arcem capitis: Irascentiam autem dimotam esse ad sedem cordis longe a Ratione, atque eam obedire et parere Prudentiae, cum est opus. Cupiditatem et Appetitum, quæ sunt ultima pars animi, occupare loca inferiora ventris, veluti quasdam ganeas, et latibula cloacarum, stabula malitiæ et impudicitiae. Hanc autem mentis portio-  
nem videri ideo procul remotam a Ratione, ne molesta propinquitas illius in ipso  
fructu meditationum prudentiam interturbaret intentam ex alto incolumitati cuncta-  
rum partium. Totum autem hominem consistere in capite et facie. Rationem enim  
et omnes sensus non alibi residere, quam in illa parte corporis. Nam reliquos artus  
famulari et ministrare capiti, suppeditare escam atque alia. Constituit etiam*

~~~~~

5 Edd. ante Vulcan. carent τῇ que. Id.—6 Stewechins, et respuere interdum
logos sapientiæ. Logi. Elmenh. Et in loco resp. Ubi res et locus postulat. Non
habent τὸ et Harl. Voss. et Bened. resp. in loco Edd. ante Elmenh. contra Mas.
quod obscurius. Ridicule et frustra Stewech. Oud.—7 Bened. enim mentis.
Exulat male τὸ mentis ab Edd. ante Vulcan. Id.—8 Bened. ab iis. Harl. ad
imas. Pro tenere Edd. ante Vulcan. obtinere contra Mss. Id.—9 Voss. a m.
pr. tenebras: et mox relegatum. Id.—1 Vicin. et rationem consumptam desuper
cunct. sal. &c. turbaret. Exponit Florid. τὸ consumptam pro intentam, ut sen-
sus loci flagitare videbatur. Verum hujus locutionis idoneum exemplum
quæro. Aliud quid latet: nam τὸ et otiosa hic est vocula, quare etiam omi-
sit Wow. cum Salmasio qui ad Epictet. p. 146. legit consulturam. In Edd.
vero ante Scalig. ut et Wowerii legas constitutam: sed Mss. consumptam vel
consumpta, ut exhibent Florent. et Bened. ac Plato ait p. 1074. κατοικοῦν
πορρωτάτω τοῦ βουλευομένου sive consultore. Adhæc in Mss. Florent. Voss. et
Bened. est turbaretur. Hinc minima mutatione lego sic, ne importuna vicini-
tate ratio consultans desuper cunctorum saluti, &c. turbaretur. In Edd. ante
Vulcan. præter Junt. poster. est perturbaret contra Mss. Id. Cogitationum
vicinitate. Ita emendo secutus vulgatam lectionem cognationum vicinitate.
Wowerius. Sed recte Vulc. et ceteri cum Mas. dederunt cogitationum utili-
tate. Oud.—2 Voss. vultu inque. Id.—3 Ita Florent. Voss. Harl. Bened. Edd.
Elm. &c. Reliquæ namque. Id.—4 Lego, non alia. Colvius. Sc. parte:
quod et ego malim: nam alias pro alio loco an Latinum sit dubito. Oud.—5
Subservire, &c. Hæc satis sunt mendosa, neque ejus purgandi par fuit erudi-

NOTÆ

^u Totum vero hominem in capite vultuque esse] Vide Timæum pag. 1056.

ticem etiam sublime positum,^u ut dominum atque rectorem, providentiaque ejus a periculis vindicari. Sed et⁶ machinamenta, quibus ad sentiendas^x dijudicandasque quantitates et qualitates⁷ sensus instructi sunt, ibidem erga regiam capitis constituta esse,⁸ in conspectu rationis, ut intelligendi ac persentiscendi⁹ veritas adjuvetur. Sensus vero ipsi ad ea, quæ sunt sensibilia, apte compositi a natura,¹ intelligentiam cognatam tenent. Et primo oculorum² acies gemellas perlucidas esse, et quadam³ luce visionis illustres, noscendi luminis⁴ officium tenere: auditio-

caput in summa parte corporis tanquam dominum et gubernatorem ejus, et quidem illud ait defendi a periculis, ipsius prudentia. Verum et organa, quibus sensus præditi sunt, ad percipiendas et æstimandas magnitudines et qualitates, posita esse ibidem circa arcem capitis prope rationem, ut veritas intellectionum et sensationum joveatur. Ipsi autem sensus a natura facti convenienter ad res sensibiles habent rationem sibi affinem. Primo enim binos oculorum orbis esse perlucidos, et splendentes quodam lumine visus, gerere munus cognoscendæ

tus doctissimi Vulcanii conatus. Emendabuntur autem, si Fulvianum secuti codicem legamus: *subservire capiti, cibos et alia subministrare: verticem etiam in sublime posuit, ut dominum atque rectorem, providentiaque ejus a periculis vindicari*. Scioppius in Symb. Mendosa hæc sunt et corrupta; quæ tamen recte ex Cod. scripto emendabo: *Cetera membra ancillari et subservire capiti, cibos et alia subministrare. Verticem etiam in sublimi posuit, ut dominum atque rectorem providentia ejus a periculis vindicaret*. Wowerinus. Tò capiti adjecti ex Florent. *Elmenh.* Bene emendarunt Sciopp. et Wow. e Cod. Fulv. et Elm. &c. e Florent. quibus accedunt Putean. Thuan. Voss. Leid. Vulc. Harl. Bened. et Ed. Junt. post. quæ tamen prave habet cum Edd. reliquis ante Vulcan. carentibus *τὸ capiti*, quoque *observare*. Ond. Vid. Not. Var.—6 Ita Florent. Bened. Edd. Elm. Scriv. Flor. Ab aliis abest *τὸ et*. Ond.—7 Voss. Bened. *et dijudicandas qualitates*. Absunt quoque *quantitates et* a Thuan. Harl. et Edd. ante Vulcan. Id.—8 Carent Edd. ante Junt. poster. Id.—9 *Ac* cum Elmenh. et reliquis dedi e Florent. Voss. Harl. Vulc. In reliquis atque. Bened. a m. pr. et Edd. ante Vulcan. *persentiscendi*. Id.—1 Sic e suo Cod. Vulc. et seqq. In prioribus erat vitiose *composita, naturæ*. Florent. Voss. et Harl. *composita natura*. Bened. *compositi natura*. Non male quoque. Id.—2 Veteres editi, *Ac ocul. vel, At ocul.* Saniozem et integriorem lectionem e Basil. 2. expressimus. Cole. Edd. ante Junt. poster. *ac vel* at sine *primo*. Harl. Voss. *ac primo*. Iisdem Edd. abest *τὸ gemellas*. Ond.—3 Carent *τὸ et* Florent. Harl. Voss. Bened. *eas q.* edd. priores Vulcanio exhibent. Id.—4 Ridicule Edd. ante Vulcan. *litteras* contra Mss. unde in marg. R. *res*

NOTÆ

^u *Verticem etiam [in] sublime positum [posuit]* Sic restituit Wower. ex Ms. Fulvii: legebatur prius *vectare etiam sublime possit*; ab aliis *vectare ut in sublime possit*, sensu aut nullo, aut

certe intricatissimo.

^x *Machinamenta, quibus ad sentiendas, &c.* Organæ sensuum, puta nares, oculos, &c. Vox *quantitates* deest in Ms. Thuan.

nem vero aëreæ naturæ participem, aëriis nuntiis⁵ percipere sonores. Jam gustatus⁶ solutiores esse sensus, ideoque humidioribus potius et aquosis commodatos.⁷ Tactum etiam terrenum⁸ atque corporeum, solidiora, quæque⁹ contingi offendiquæ possunt, sentire.¹ Eorum etiam, quæ corrupta mutantur,² separata intelligentia est.³ In media namque regione oris nares natura constituit, quarum bifori via⁴ odor cum spiritu comseat.⁵ Conversiones autem mutationesque⁶ odoratus causas dare,⁷ easque de corruptis⁷ vel adustis, vel muculentibus,⁸ vel madefactis sentire,⁸ cum quidem ea quæ vertuntur, vapore vel fumo exhalato,

lucis: Auditum autem, qui de aëris natura participat, sentire sonos ope nuntiorum aëriorum. Quod ad Gustum attinet, sensationes ejus esse laxiores, atque idcirco congruere magis rebus humidis et aquosis: Tactum quoque, qui terrestris et corporeus est, percipere omnia solidiora, quæ possunt palpari et tangi. Est etiam alia perceptio eorum, quæ ex corruptione immutantur. Nam natura locavit in medio vultu nasum, per cuius binos meatus odor fertur una cum halitu. Conversiones autem et immutationes præbere causas olfactus, atque eas percipi ex corruptis, aut ustulatis, aut rancescentibus, aut humefactis, cum quidem ea promuntur, et tepore

~~~~~

*alias Lips. ætheris coniecere. Id.—5 Al. aëreis. Florent. Voss. Bened. Vulc. aëris: solita confusione. Id.—6 Edd. ante Junt. post. gustus. Iisdem Edd. absunt rā solutiores, &c. usque ad aquosis. Id.—7 Humilioribus... commendatos. Mutila hæc de gustu olim animadverteram, quare ea jam ascripsi ex Beroaldina editione, et reponenda puto: ideoque humidioribus potius, aut aquosis commodatos. Quinimmo et quæ de olfactu subsequuntur, mea opinione in hunc modum restituenda: Eorum etiam, quæ corrupta videntur, separandi vis intelligenda est. Vulgatæ editiones ad unam omnes legunt, quæ corrupt. imitantur, separanda vis inest. Stewechius. Humidioribus bene Stew. Vulc. &c. In Edd. Junt. post. Bas. sec. Colv. humilioribus. Harl. humistoribus: in eodem et Voss. ac Bened. et aquosis pot. Commodatos quoque bene correxit Stew. cum ederetur commendatos, ut est in Harl. Oud.—8 Bened. tactus terr. Pro atque Harl. ac. Id.—9 Solidiora quæcunque. Florent. Voss. Fulv. Harl. Bened. quæque. Bene sane. Solidiora, et quæ possunt contingi. Id.—1 Florent. Fulv. Ed. Scriv. et sentire possunt. Prave. Id.—2 Edd. ante Junt. post. imitantur. Perperam Stewech. videntur. Id.—3 Sic Mss. et Edd. Vulc. ac seqq. Priores separanda vis intelligenda est. Hinc Stew. separandi vis, quod non intelligo. R. separando. Intelligenda habet Harl. Id.—4 Al. symphonias. Vid. Not. Var.—5 Bened. meat. Idem cum Voss. conversationes. Vide supra ad p. 581. Oud.—6 Edd. ante Junt. post. aut mutationes. Bened. Voss. odoratas. Id.—7 Abest de a Voss. Id.—8 Vid. Not. Var.—9 Restant integræ.*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Conversiones autem mutationesque vel mitescuntibus, quod, si recipias, intellige de fructibus maturescentibus.

<sup>2</sup> Vel muculentibus] Ms. Thuanus:

odoris in his iudicium sensusque succedant. [588] Nam si res sint integræ<sup>9</sup> et aër purus,<sup>1</sup> nunquam<sup>2</sup> ejusmodi auras inficiunt. Et sensus quidem ipsi nobis communes sunt cum ceteris animantibus. At enim hominum<sup>3</sup> solertia ejusmodi<sup>4</sup> beneficio divino<sup>5</sup> instructor auctorque,<sup>6</sup> quod auditus illis est visusque<sup>6</sup> præstantior. Oculis namque metitus est cælum, siderumque<sup>7</sup> circuitus, et astrorum obitus atque ortus, eorumque<sup>8</sup> cum significatibus<sup>9</sup> spatia<sup>b</sup> comprehendit: ex quo pulcherrimus et uberrimus fons ille philosophiæ profluxit. Auditū vero quid homini magnificentius potuit evenire? per quem prudentiam sapientiamque condisceret,<sup>1</sup> numerosque orationis metiretur, ac modos fa-

*vel fumo spirant: sequitur perceptio et æstimatio odoratus in eis. Si enim res sint incorruptæ, et aër sit serenus, nunquam infectant tales exhalationes. Ac ipsi quidem sensus sunt nobis communes cum reliquis animalibus. Verum sagacitas hominum melius ornata et dotata est hoc divino munere, quia habet auditum et visum excellentiorem. Etenim homo mensus est oculis cælum, et complexus est mente revolutiones astrorum, et ortus, occasusque stellarum, et eorum intervalla cum suis significationibus. Unde præstantissimus ille et abundantissimus Philosophiæ fons manavit. Quid autem potuit accidere homini præstantius Auditū? cujus ope disceret prudentiam et sapientiam, et expenderet numeros sermonis, et daret ipsi modum*

Forte *reflent.* Brantius. Non male. Vide ibid. Platon. et me ad l. ix. Met. p. 641. b. *Res sint int.* edidit Scal. Elm. &c. *si res int.* Vulc. et Wow. At Edd. priores *resistent integre.* Ms. Vulc. *si res stent integre.* Harl. *si res non stent integre.* Florent. Bened. Voss. *si res istent ægre vel ægra:* unde lego: *si res istæ integre.* Ond.—1 Edd. ante Junt. post. *purus.* Pro auras, quod abest a Voss. in Florent. est aures: et mox pro et Bened. et Voss. eos. Harl. et Voss. inverso ordine *comm. nobis.* Id.—2 Al. *hominis.*—3 Harl. et Edd. ante Vulcan. *ejusdemmodi.* Ond.—4 Inverso ordine Harl. Voss. Id.—5 *Auctiorque est.* Edd. ante Vulcan. male *aptiorque sine rē est,* quo carent etiam Bened. Voss. et Harl. bene. Id.—6 *Auditus ille visusque.* Malim, *illis.* Vulcanius. Sic Harl. et Edd. ante Vulcan. Stew. emendabat *illi,* atque ita Bened. et Ed. Scal. Sed Florent. modo exhibet *auditū visusque.* Forte *auditū ille visusque.* Wow. *illis visusque est.* Ond.—7 Carent *rē que* Edd. ante Vulcan. Mox Bened. *astrorumque.* Id.—8 Eadem Edd. non habent hoc contra Mss. Goeius bene vidit et saltem addi debuisse. sed Lips. conjecit *ortus cum significantibus spatiis,* i. e. διασθημασι. Id.—9 Al. *significantibus.*—1 Edd. ante Vul-

## NOTÆ

<sup>a</sup> Nam si res sint integræ, et aër purus, nunquam, &c.] Plato, eodem Timæi loco: τὸ γὰρ τῶν ὁσμῶν πῦρ, ἡμυρῆς. εἴθε δὲ οὐδὲν συμβάλλει συμπερπία τῶς τὸ τῶν σκεῖν ὁσμῆς. 'Semigenia enim est odorum natura: speciei ve-

Delph. et Var. Clas.

Apul.

ro nulli competit odorem habere,' hoc est, ex se, et quamdiu ad corruptionem non vergit.

<sup>b</sup> Spatia] Vulgo aspectus astrorum vocant.

3 Y



ceret, fieretque et ipse totus<sup>2</sup> modulatus ac musicus. Huc lingua,<sup>3</sup> et dentium vallum,<sup>4</sup> et ipsius osculi<sup>4</sup> venustas accessit: quod quidem aliis animantibus ad explendam victus necessitatem, inferendasque ventri copias comparatum est: sed homini<sup>5</sup> promptuarium potius rectæ rationis et suavissimæ orationis hoc datum est;<sup>6</sup> ut quæ prudentia corde conceperit, ea sensa<sup>7</sup> promat oratio. Sed et<sup>8</sup> totius corporis habitus et figura membrorum alia conditione sunt optima, alia longe<sup>9</sup> pejora. Inferiora reguntur<sup>1</sup> optimatum<sup>2</sup> præstantia, et ipsa ministerium suggerunt victuale. Pedes denique humerorum tenus<sup>3</sup> capiti obediunt. At su-

*los, ipseque evaderet totus numerosus ac musicus. Præter linguam additum est septum dentium, et decor ipsius oris, quod quidem datum est ceteris animalibus ad subveniendum necessitati victus, et suppeditanda alimenta alvo: at illud concessum est homini ut esset penus rectæ rationis et sermonis jucundissimi, ut sermo offerat illas cogitationes, quas Prudentia formaverit in pectore. Verum habitudo etiam totius corporis et forma singularis est. Membrorum quædam habent optimam conditionem, quædam habent nullo deteriorem. Quæ deteriora sunt, gubernantur excellentia meliorum. Atque ipsa funguntur officio nutriendi. Denique a pedibus usque ad humeros omnia membra parent capiti. Porro septa superciliarum defen-*

\*\*\*\*\*

can. *disceret*. Voss. *numerosus*. Oud.—2 *Totus ipse*. Harl. *ipse totus*. Bened. Voss. *et ipse totus*. Bene. Id.—3 Margar. Poët. *lingua*. Colvius. Scil. in dativo. Contra Mss. id. *recepere* Elm. Scriv. Flor. Optime Bened. *huc lingua*. Oud.—4 Harl. Bened. *oculi*. Id.—5 *Hominis*. Malim. *homini*. Vulcanius. Vulcanii conjecturam testor confirmari Fulvii manuscr. *homini*. Sciopp. in Symb. Mastii Vulc. et Fulv. *accredit* Florent. atque ita jam conjecerat Stew. Ante Wower. *edebatur hominis*. Bened. *homini ob prompt*. Pro *comparatum* Voss. *comparandum*. Oud.—6 Vet. edit. *rationis et suavissima datum est*. Colvius. Tâ *orationis hoc non agnoscunt* Edd. ante Junt. post. Pro *datum* Bened. *elatum*. Oud. Casaub. ad Apol. p. 411. Ed. Flor. locum citans: *homini promptuarium rectæ rat. et suav. orat. os datum est*, fortasse magis Auctoris sensum quam verba ob oculos habuit. Alias, si os Mstis probari posset, *apprimere* placeret. J. Bosscha.—7 Harl. *conceperat*. Voss. *concepit*. Bened. *conceperit eas usa*. Oud.—8 Harl. Voss. et Edd. ante Vulcan. cum Wower. non habent *et*. Id.—9 Rom. et Bas. 2. Reliquæ *atque longe*. Colvius. Sic recte Mss. et Edd. ante Elmenh. exceptis Basil. in quibus *atque l.* unde Stew. conjecit *aliaque*, quod male tacens arripuit Elm. et seqq. Oud.—1 Voss. *geruntur, reguntur*, ducta lineola sub *geruntur*. Id.—2 Harl. et Edd. ante Vulcan. *optimatum*. Id.—3 *Humo tenus*. Omnes fere libri veteres: *humero tenus*. Satius tamen visum sequi vulgariam lectionem, utpote simpliciorum et pleniorum. Wower. Bened. Edd. ante Vulcan. item Wow. *humo tenus*: sed male. Auctor ait, omnia membra et universa, (de singulis separatim ager,) ab imis usque ad summa, capiti obedire, ut p. 586. 'cetera membra ancillari et subservire capiti.' Sed cur uno humero? Recte ergo Mss. Florent. Fulv.

#### NOTE

\* *Dentium vallum*] Homero *ἰππος ὀδόντων*.

perciliorum <sup>4</sup> sepes <sup>d</sup> præmuniunt <sup>5</sup> oculos; ne desuper [589] proruat, quod teneras visiones mollesque perturbet. Pulmones loco, ac sui genere, cordi plurimum consulunt. Cum exardescit ira,<sup>6</sup> trepidansque <sup>6</sup> celerioribus motibus vertex cordis ipsius madens sanguine,<sup>7</sup> pulmonum <sup>8</sup> excipitur mollitia, siti, frigore. Lienem <sup>9</sup> vero jecinori,<sup>1</sup> nec frustra,<sup>2</sup> esse finitimum, ut ejus redundantiam <sup>3</sup> participatis haustibus relevet, abstergeatque <sup>4</sup> ea, quæ sordium fuerint, purumque ac sincerum præstet: quod maxime fibris est commodum.<sup>5</sup> Ventrem hiris intestinorum <sup>5</sup> circumplexum,

*dunt oculos, ne aliquid cadat ex superiori parte, quod turbet visus teneros ac delicatos. Pulmones permultum præsumunt cordi, situ suo, et sua natura. Quando Ira inflammatur, et cacumen ipsius cordis palpitans pulsibus citatioribus, plenum sanguine excipitur mollitie, siccitate, et frigiditate pulmonum. Lienem autem idem Plato ait non incassum esse vicinum hepatis, nempe ut exoneret ejus exuberantiam, combibendo partem ejus humorum, et, si quæ impura sint, ea deterget, ac reddat eum mundum ac sanum: quod est valde utile visceribus. Altrum esse circumvolutum*

~~~~~

et Ed. Bas. sec. humerorum tenuis. Voss. humorum t. Nam tenuis a Nostro etiam cum Genitivo jungi jam diximus ad Flor. N. 2. 'Nubium tenuis.' de Phil. Mor. p. 612. 'Tyrannidis tenuis:' sic enim Mss. Vide Drakenb. ad Liv. l. XLIV. c. 40. Apud Solin. p. 13. prave Ed. Ald. *crure tenuis* pro *crurum t.* Etiam cum accusativo construitur. Vide ad Val. Flacc. l. 538. Oud.—4 *Ad sup.* Edd. ante Vulcan. ac. Male Edd. Elm. Scriv. ad. Id.—5 Harl. Voss. denique præmuniunt. Idem.—6 Harl. *trepidans*. Lips. *trepidatque*. Idem.—7 Fortassean in autographis fuerit, *vertex cordis bilis madens sanguine*. Stewechius. Bened. *ipsius madens sanguinem*. Oudendorp.—8 Al. *pulmonis*.—9 *Lienem* Mss. O. et Edd. Junt. post. Vulc. &c. In Colv. et aliis *splenesh*. Oud.—1 Edd. ante Vulcan. *jecori*, ut p. 590. Harl. Voss. *jecinori*. Bened. Florent. alique cum Edd. Vulc. Scal. *jecinori*: ut hæc passim variantur. Id.—2 *Non frustra*. Florent. Voss. *vel frustra*. Absunt a Bened. Recte Harl. *nec frustra*. Id.—3 Sic optime Florent. cum Edd. Elm. &c. In reliquis Mss. et Edd. *redundantia*: nisi hoc sit substantive positum in plur. ut 'eminentia cujusque operis' apud Vellel. l. 17. ubi alii *eminentiam*. Id.—4 Sic bene Voss. ut apud Plantum aliosque. *Deterget* in præf. Lib. IV. Met. in f. et in Apol. p. 406. Ed. Flor. In reliquis libris est *abstergetque*. Bened. *et abet*. In quo pro *quæ* est *quæque*. Voss. *sordidum fuerit purumque et sinc.* Id.—

NOTÆ

⁴ At [Ad] *superciliorum sepes*] Lege ex Ms. Thuano, *At superciliorum sepes, &c.*

⁶ Cum *exardescit ira, &c.*] Vide Platonem in Timæo pag. 1078. Hæc quæ sequuntur omnia, in Fragmento Ms. Thuano desunt.

¹ *Lienem vero jecinori, &c.*] Tim. pag. 1075.

⁵ Quod maxime fibris commodum] Divinationis ergo, ut instar speculi nitentes sint et perspicuæ, atque ad imagines exprimendas accommodatæ, ut habet Plato ibidem. Jecur enim somniorum, ac visorum, vaticiniorumque causam esse vult: ut videre est tota pag. 1074. Timæi.

et nexibus impeditum esse, ne esculenta⁶ et poculenta sese penetrarent, sed ut retenta paulisper utilitatem sui accessu⁷ animantibus exhiberent,⁸ ne exhaustis⁹ et labentibus iis quæ inferuntur,¹ momentis omnibus appetendi cibi² necessitas immineret, et ad hoc unum³ occupari⁴ nobis dies noctesque esset necesse. Visceribus ossa sunt tecta:⁵ eadem revincta sunt nervis. Et tamen ea, quæ⁶ sunt internuntia sentiendi, sic sunt operata visceribus, ne crassitudine sensus hebetentur. Illa etiam, quæ juncturis⁷ et copulis nexa sunt, ad celeritatem⁸ facilius se movendi haud⁹ mul-

anfractibus intestinorum et intricatam eorum connexionibus, ne cibi et potus statim effluerent; sed ut tantisper cohibiti præberent ex se emolumentum et vectigal quoddam animalibus, et ne absorptis et effluentibus iis, quæ eduntur, necessitas appetendæ escæ instaret singulis momentis, et cogeremur intenti esse huic uni rei per dies ac noctes. Ossa sunt cooperta carnibus: eadem sunt alligata inter se ligamentis. Nihilominus ea, quæ sunt instrumenta sensuum, ita sunt tecta carnibus, ut sensus non retardantur earum opacitate. Ea etiam, quæ colligata sunt commissuris et ligamentis, non sunt onerata multis carnibus, ut moveantur velocius et facilius.

5 Vid. Not. Var.—6 Bened. *sed et n. Voss. impedimentum*: solito errore. Vid. ad Frontin. et Cæsar. Abest *ne* a Voss. *Oud.*—7 *Retenta paulisper utilitatem sui et censum.* Flor. et Bas. 1. Rom. Ald. *ac sensum*, male. Elmenh. Sic cum Vulcanio ediderunt ceteri Edd. Floridiusque exponit ‘emolumentum et vectigal quoddam;’ at vellem mihi indicaretur locus, ubi *census* ita sumatur, licet extare videatur in Codd. nonnullis. Certe Voss. *ac censum.* At Mss. Florent. Harl. *ac sensum*: quod non temere damno. In Edd. vett. et *sensum.* Cibi *sensum* sui si ventri afferunt et intestinis, addunt etiam utilitatem. Verum in Bened. est *sui accessu*, quod verum esse jam obiter monui ad Met. lib. iv. p. 279. b. Paulatim suo accessu cibi præbent utilitatem, non subita ruina sese penetrantes: ut ait Auctor. *Oud.*—8 Bened. *exhiberet.* Id.—9 *Nam ne exhaustis.* Intrusum erat istud *nam* a Vulcanio, qui pro neque quod edebatur ante ipsum, sic exhibuit cum seqq. Sed recte Harl. Voss. et Bened. non agnoscunt istud *nam.* Id.—1 Non male *quod* iis exulat a Florent. Voss. et Bened. Vide supra. qui in Harl. *Id.*—2 Batav. et Puteani excerpta *appetitu.* Elmenhorstius. Ut et Harl. *Fors rursus appetundi.* *Oud.*—3 Edd. ante Junt. post. *ad hæc un.* Id.—4 *Occupari.* Exc. Batav. *occupandum.* Elmenhorstius. Item Harl. in quo inverso ordine est *dies nob.* ut et mox Edd. quoddam *nec. esset.* *Oud.*—5 Abest *sunt* a Bened. *Id.*—6 Bened. *omnia quæ.* Id.—7 *In juncturis.* Delenda auctoritate Ms. particula in. Scioppius in Symbola. Mss. O. cum Ed. sec. Vulc. et seqq. *juncturis.* In Edd. prioribus est *in junct.* per pleonasmum *quod* in, ut supissime Nostro. Sed contra Mss. non id intrudendum ubique. *Oud.*—8 Quid si legamus, *ad celerius faciliusque se movendum?* Vulcanius. *Ad celeritatem fac. sese movenda.* Sic ediderunt Elm.

NOTE

^b [*Nam ne exhaustis, &c.*] Tollen-
dum esse illud *nam*, et punctum ante
hæc verba *visceribus ossa sunt tecta*,

&c. ponendum esse, facile videbit
quisquis Timæi paginam 1075. legere
voluerit.

tis impedita sunt visceribus. Denique ipsius capitis verticem specta: coniectum tenui cute, capillisque hirsutum videbis, adversus vim¹ frigoris et caloris. [590] At enim² illæ opimæ³ sunt partes, quas labor subigit:⁴ ut femina ipsa, qua sessitandi⁵ regio est. Quid de cibatu ipso¹ loquar? quem⁶ itinera ex utero manantia⁷ fibris jecoris adjuncta dispertiant, in cruoris habitudinem⁸ versum, ut eum ex eo loco⁹ per omnes artus natura solers derivari faciat.¹

Postremo, aspice summum ipsius capitis, videbis illud esse opertum exigua pelle, et hirtum crinibus contra impressionem frigoris et caloris. Verum illa membra, quæ macerantur labore, sunt pingua: qualia sunt femora, qua parte sedetur. Quid dicam de ipso cibo? quem viæ meantes ex ventre, et annexa fibris hepatis, distribuant mutatum in speciem sanguinis, ut Natura prudens curet eum inde deduci in

Scriv. Flor. quæ me non intelligere fateor. Sese autem in nullo est scripto nec edito, verum Mss. Florent. Voss. Vulc. Bened. alique exhibent *semovenda* cum Edd. Vulc. pr. Wow. *Semovendam* Harl. et Edd. priores, quod æque obscurum. Lips. et Scal. seu Ed. sec. Vulc. *se movendi*. Recte quod ad sensum. Verum forsitan emendandum fuerat *ad celeriter atque f. se movenda*, vel potius, ut insistamus propius Mstorum vestigiis *ad celeritate f. se movenda*, ut constructio sit *ad movenda se celeritate*. Ond.—9 Harl. Voss. *aut* et *inverse sunt imp.* ubi Voss. rursus *impedimenta*. Id.—1 Sic Florent. et Ed. Elm. &c. Alii *adversum*. Id.—2 *At enim, &c. regio est*. Desunt hæc Edd. ante Junt. post. Id.—3 *Optimæ*. Forte, *opimæ*. Vulcanius. Rectius in aliis *opumæ*, pro *opimæ*: quod defendit Casaubonus. Brant. *Opimæ* Casaubonus. Flor. Leid. *optimæ*: male. Elmenh. Recte Vulc. et Casaub. ad Apol. p. 165. cum Scal. et seqq. *opimæ*. *σαρκὶ ἐμπικληρωμένας* vocat Plato. In Mss. et Edd. prioribus de more *optimæ*. Voss. *opumæ*, ut vult Brant. sed vide ad Met. lib. II. p. 115. b. Ond.—4 Bened. *subit*. Voss. Ed. Junt. post. *subit*. Id.—5 Ita Edd. priores et Wow. cum seqq. ut dicat *femina* quoque inter eas partes, quæ pingues sunt et labore subiguntur, esse pingua, quia in ipsis regio est sedendi, ne illa membra crebra sessione impedimentum acciperent. Nisi ita capias, nescio cur *femina* inter partes ponat, quas labor subigit. Sine distinctione *f. ipsa qua* Vulc. In Mss. Bened. Harl. Edd. Junt. post. Bas. sec. Colv. Scal. *ipsaque sc. clunes*. In Florent. *semina*. Bened. *semen*. Voss. *semen ita ipsa qua*. Id.—6 Bened. *que*. Voss. *quam*. Id.—7 *Ex utero manentia*. Lege meo consilio, *manantia*. *Manare* dicitur cum humor ex integro non nimis solido per minimas suas partes erumpit, teste Festo. *Stewech*. Verum, *manantia*. Colvius. Rom. *manentia*, male. Elmenh. Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Bas. Colv. *manentia*, male. Ond.—8 *Pro habitudinem* Edd. ante Vulcan. *similitudinem* contra Mss. Id.—9 Harl. *eam*. Male eo omisit Floridus. Pro *artus* Voss. *artis*. Id.—1 Florent. Voss. *facit*. Bened. *faciatur*.

NOTE

¹ De cibatu ipso] Chylum intellige.

² Itinera ex utero manantia] Venæ portæ rami, quibus sanguis ex intestinalis ad jecur deferretur, et quibus chylum deferri putabant: neque enim

notæ ipsis erant venæ lacteæ his posterioribus temporibus repertæ. Uterus porro, qui ut plurimum vulvam significat, hic venter est.

Sed e regione² cordis venarum meatus³ oriuntur, per pulmonum spiracula vivacitatem⁴ transferentes, quam de corde susceperint:⁵ et rursus ex illo loco divisæ per membra totum hominem juvant spiritu.⁶ Hinc⁷ illæ anhelandi vices haustæ, redditæque alterno modo, ne mutuis impediantur occursibus. Venarum diversæ sunt⁸ qualitates, quas ad procreandum e regione cervicum⁹ per medullas renum commeare, et suscipi¹ inguinum loco² certum est:

omnia membra. At canales venarum nascuntur ex parte cordis, transvehentes per spiracula pulmonum spiritum vitalem, quem acceperunt a corde; atque inde iterum distributæ venæ per artus suppeditant spiritum universo corpori. Hinc illæ alternationes spirandi, acceptæ et remissæ per vices, ne sibi invicem obstant occursibus reciprocis. Aliæ sunt qualitates venarum illarum, quas constat ex colli partibus transire per intima renum, generationis causa, atque excipi regione inguinum: ac

Id.—2 E regione. Edd. Ald. Junt. utraque Bas. pr. regione. Vide ad Met. lib. iii. p. 189. b. Id.—3 Bened. venatus: et mox rursus Edd. ante Vulcan. pulmonis. Id.—4 Bened. vicinitatem: pro quam de c. Id. que de c. Id.—5 Susceperunt. Bened. Voss. susceperint. Recte. Id.—6 In totum hom. juvant spiritum. Melius liber scriptus: totum hominem juvant spiritum. Hinc illæ anhel. Wowerius. F. in totum hominem juvant spiritum. Brantius. Wower. ex Fulvii lib. i. Spiritu. bene. Elenkh. Edd. ante Wower. in totum h. j. spiritum: unde Brant. coniecit in totum h. j. spiritu: ut fors in totum separatim sumserit. Sed recte receptam nunc lectionem e Ms. Fulvii emendavit Wow. nam accedant Bened. Voss. et Harl. non habentes in. Ond.—7 Ed. Vulc. hic. Voss. hanc illa. Id.—8 Bened. sunt dispersæ. Voss. quoque dispersæ. Id.—9 Ita egregie emendavit Vulc. confirmatum a Mss. O. et Platone, ipsoque sensu. Antea ridicule edebatur ad procurandum e reg. servitium: nisi quod in Ed. Junt. post. jam extet cervicium: quod retinuit Wow. forsitan recte, sed tamen contra Mss. quos scio. In Vulc. Ed. typographi errore est procreandam. Id.—1 Bened. reum et meare et suscipit. Id.—2 Fortasse, lacu. Vide notata ad Apol. Brant. Inepte. Mss. O. inguinum loco ut bene Wow. et seqq. Ante Vulcan. edebatur ignium l. Ille cum Scalig. edidit in inguinum l. Sed in nullus codex agnoscit. Inguum Bened. Harl. Hæ partes sexcenties loca vocantur, et loci genitales; ut locum Columellæ lib. vii. c. 13. correxere Heins. ad Vellei. Lib. ii. c. 126. et jam ante Berroald. ad Apul. Met. lib. vii. 'ob admissuram pasti' et sic Obseq. c. 97. 'Vestimento ducto in inguinibus, exerta lingua, per inferiores locos quod ignis ad os emicnerit:' ut lego: alii aliter. V. Burm. ad Ovid. Fast. iv. 157. Verburg. in Rep. Erudit. A. 1719. M. Dec. p. 529. sed male. Nec

NOTE

¹ Venarum meatus, &c.] Arteriarum, quas hic venarum nomine complectitur.

² Vivacitatem] Sanguinem in corde calefactum et rarefactum.

³ Spiritu] Sanguine illo subtiliori, qui sæpe etiam ab Anatomicis 'spi-

ritus vitalis' dicitur.

⁴ Venarum diversæ sunt qualitates, quas ad procreandum e regione cervicum, &c.] Arterias intelligit spermaticas, quæ procedunt a trunco aortæ, sub claviculis deorsum reflexæ.

et rursum venarum genitale seminum³ humanitatis exire.^P
 [591] At cum totius corporis diversas dicat esse substantias :⁴ primam⁵ vult videri ex igni et aqua, et ceteris elementis ; aliam⁶ ex consimilibus partibus viscerum,^a ossiculorum, cruoris, et ceterorum ; tertiam de discrepantibus diversisque membris, id est, capite, utero,⁷ et articulis disparibus. Unde et substantia,⁸ quæ de simplicibus constat elementis, si id quod necessitate⁹ victus extrinsecus arro-

iterum egredi inde tanquam seminarium generationis humana natura. Sed cum affirmet esse varias substantias universi corporis, censet primam videri conflatum ex Igne et Aqua, atque reliquis primordiis : aliam ex partibus similibus Carnis, Ossium, Sanguinis, et aliorum : tertiam de membris dissimilibus ac diversis, hoc est, Capite, Ventre, et dissimilibus compagibus. Unde etiam substantia, quæ composita est ex elementis simplicibus, si illud, quod est necessarium ad vivendum, tribuitur

=====

melius deleri jubet Wopkens. in Misc. Obs. Vol. VIII. rā per inferiores locos. Vide Comment. Oud.—§ Alii semen. Al. seminum. Vide Not. Var.—4 Cum totius corp. duas dicat s. Scribe : diversas dicat subst. Woverius. Legerim : dicat tres esse substantias. Brantius. Diversas Wower. et seqq. corrigere ex corrupta voce duas, quod extat in Vulc. Cod. ejusque Ed. ac Scal. ut et coll. Lindenbr. Sed Harl. Bened. Voss. et Edd. priores carent hac vocula. Oud.—5 Harl. Voss. Bened. primum. Mox Harl. recte igni. V. supra. Id.—6 Bened. aliud. Pro tertiam Edd. ante Junt. post. tum eam. Id.—7 Bened. et utero. Id.—8 Abest et Edd. ante Vulcan. Pro quæ Bened. qua. Id.—9 Ex necessitate. Dele rā ex auctoribus Mss. Florent. Voss. Harl. Bened. Vulc. Pro

NOTÆ

^P Et rursum venarum genitale seminum humanitatis exire] Aliquid hic corruptum esse videtur, nec facile est emendare. Colvius pro exire respondet exire, sed neque hoc sensum satis planum efficit. Videtur tollenda vox venarum, ac legendum et rursum Genitale seminum humanitatis exire, ut sit sensus : venas illas seu arterias, quæ susceptæ sunt inguinum loco in testiculis, et sic vulgo ab Anatomicis 'vasorum deferentium' nomine insignitæ veniunt, ab iisdem testiculis ad parastatas redire, seminum humanitatis continentes ; quo loco 'vasa ejaculatoria' dicantur : videturque inde esse, quod illarum venarum diversas esse qualitates dixerit, ad illa duo distincta earum munia respiciens.

^a Primam vult videri ex igni et aqua, et ceteris elementis ; aliam ex consimilibus partibus viscerum, &c.] Cave hunc locum sic intelligas, quasi viscera, ossa, cruor, et ceteræ ejusmodi partes ex elementis non constant, aut caput, uterus, &c. non constant ex carnibus, ossibus, cruore : sed hoc sibi velle Apuleium existima, Corpus tribus modis vulgo dividi, nempe ultima et simplicissima divisione in partes elementares, Ignem nempe, Aërem, &c. ex quibus constat : divisione vero non ultima, in partes similes carni, ossium, sanguinis, venarum, nervorum, &c. ex quibus est conflatum : ac denique alia divisione, nec ipsa ultima, in partes dissimiles, puta, caput, brachia, pectus, ventrem, &c.

gatur, quomodo congruit et generi¹ singulorum, qualitatem corporis temperiemque custodit: at² illis, quæ de³ consimilibus, robur auget,⁴ his, quæ inter se⁵ disparia supra diximus, pulchritudinem nutrit: et simul æqualitas⁶ ista sicci, humidi, ferventis, ac frigidi, sanitatem, vires,⁷ speciemque largitur: sicut⁸ illa intemperans atque immoderata permixtio, singulis universisque vitiatis, animal celeri exitio corrumpit.⁹ Tripartitam animam idem¹ dicit: primam ejus rationabilem esse partem: aliam excandescentiam,² vel irritabilitatem:³ tertiam appetitum;⁴ eandem⁵ cupiditatem possumus nuncupare.⁶ Sed tunc animanti sanitatem adesse, vires, et pulchritudinem,⁷ cum ratio to-

extrinsecus quemadmodum expedit naturæ uniuscujusque, conservat habitum et temperamentum corporis: addit autem vires illis partibus, quæ constant ex similibus substantiis: alit vero pulchritudinem in illis, quæ supra diximus esse dissimilia inter se: atque illa æqualitas sicci, humidi, calidi, et frigidi simul confert bonam valetudinem, robur, et pulchritudinem: quemadmodum ea commixtio male temperata et immoderata, corruptis singulis et universis, resoluit animal veloci morte. Affirmat Animam distingui in tres partes: primam partem ejus esse Rationem: alteram esse Iracundiam, sive Irritabilitatem: tertiam Appetitum, quam possumus quoque nominare Concupiscentiam. Verum animal tunc præditum est prospera valetudine, robore, et forma, quando Ratio gubernat totam Animam, ac duæ partes

~~~~~

arrogatur Bened. Voss. arrogatur. Id.—1 Pro etiam g. Abest tamen et a Ms. Bened. et Edd. ante Vulcan. Nec sane opus est. Voss. generis. Id.—2 Exulat a Florent. Et Harl. Bened. Voss. Edd. ante Junt. post. Id.—3 Abest quæ Mss. Voss. Harl. Id.—4 Edd. ante Vulcan. carent hac voce, reclamante sensu, perspicuitate, et Mssorum auctoritate. Id.—5 *His*, quæ inter se. Vana est gloria Floridi, se primum corrigere, quia scilicet in Edd. Elm. ac Scriv. editur usque, ut extat vitiose in Florent. sed *his* quæ recte Edd. ceteræ. Post auget debet poni distinctio. Illis, quæ de consimilibus sunt, robur auget, *his*, quæ disparia, pulchritudinem nutrit. In Mss. Harl. Bened. Vulc. non male et *his*: quod tamen non opus est. Id.—6 Florent. Harl. obæqualitas, ut et infra ubique. Id.—7 Bened. viresque. Id.—8 Bened. sic. Harl. ut cum. Voss. sicum. Id.—9 Ita optime emendavit Vulc. cum seqq. nisi quod Scal. dederit corripit. In Edd. ante Junt. post. aliis corripitur. Junt. post. Bas. sec. Colv. anima corripitur. Sed animal corrumpit Mss. Lindenbr. Vulc. Bened. qui habet a m. pr. animam. Voss. anima corrumpit. Id.—1 Edd. ante Vulcan. esse. Id.—2 Bened. excandentiam. Id.—3 Sic Mss. O. cum Vulc. Scal. Elm. &c. In Edd. reliquis irritabilem. V. Salmas. ad Epictet. p. 157. Id.—4 Harl. Florent. Voss. appetitus. Id.—5 Sic edidi plenior post appetitum distinctione posita, ex auctoritate Codd. Florent. Voss. Bened. Harl. Vulgo eandemque. Id.—6 Edd. ante Vulcan. dicere contra Mss. Id.—7 Deest et in Harl. Be-

#### NOTE

<sup>1</sup> *His* [*His*, quæ inter se, &c.] Vulgo legitur, usque inter se, &c. nullo sensu. Emendavi, mutata voce, usque, in has

duas, *his* quæ: ex quibus per errorem fuerat conflata. Patet emendationis ratio ex Interpretatione.

tam regit,<sup>8</sup> parentesque ei<sup>9</sup> [592] inferiores duæ partes, concordantesque<sup>1</sup> inter se, iracundia et voluptas, nihil appetunt, nihil commovent,<sup>2</sup> quod inutile esse duxerit ratio.<sup>3</sup> Ejusmodi ad æquabilitatem<sup>4</sup> partibus animæ temperatis,<sup>5</sup> corpus nulla perturbatione<sup>6</sup> frangitur. Alioquin<sup>7</sup> invehit ægritudinem atque in Valentiam<sup>8</sup> et fœditatem: cum incompōsitæ et inæquales inter se erunt: cum irascentiam et consilium<sup>9</sup> subegerit, sibi que subjecerit<sup>1</sup> cupiditas: aut cum dominam illam reginamque rationem, obsequente licet<sup>2</sup> et pacata<sup>3</sup> cupidine, ira flagrantior<sup>4</sup> vicerit. Sed ægritudinem mentis stultitiam dicit esse,<sup>5</sup> eamque in partes duas<sup>6</sup>

*inferiores ei obediunt, atque Iracundia et Cupiditas, sibi invicem consentientes, nihil cupiunt, nihil excitant, quod ratio pronuntiaverit esse noxium. Illis partibus Animæ sic compositis ad æquabilitatem, corpus nulla perturbatione labefactatur. Alias trahit morbum, debilitatem, et deformitatem: quando erunt inordinata, et inæquales invicem: quando nempe Concupiscentia devicerit ac sibi subdiderit partem irascentem, et Rationem: vel quando Iracundia ardentior superaverit illam magistræ ac Reginæ Rationem, quomodo Concupiscentia ipsi obediat, et sit sedata. At autem morbum Animi esse Stultitiam, et distribuit eam in duas partes,*

ned. Voss. Paulo ante pro animanti Harl. animantis. Id.—8 Scil. animam. Ms. Bened. Ed. Colv. totum. Harl. tota regis. Id.—9 Hoc participium vindicavi Apoleio, auctoribus Mss. Florent. Fulv. Voss. Putean. Batav. Harl. Bened. Regitur æque ac ‘concordantesque’ a verbo ‘nihil appetunt.’ Vulgo parentque simpliciter, vel parentque ei, ut in Edd. Elm. Scriv. Flor. Sic de Mundo p. 749. ‘ejus arbitrio parentum mentes agitantur,’ i. e. subjectorum: ut apud Sallust. Id.—1 Edd. Wow. et O. ante Vulcan. concordæque. Id.—2 Edd. ante Junt. post. movent. Edd. Vulc. Scal. Bas. tert. commonent: male. Id.—3 Dixerit R. Malim, duxerit R. Colvius. Bene, et sic Mss. O. duxerunt Harl. duxerint Voss. Oud.—4 Harl. et Edd. ante Vulcan. æquabilitatem: ut supra. Sed et de Deo Socr. p. 683. ‘æterna æquabilitate.’ Id.—5 Bened. temperatis. Id.—6 Florent. turbatione. Harl. et Ed. Colv. conturbatione. Id.—7 Voss. et Ald. Junt. alioqui. Id.—8 Sic Florent. Voss. Harl. Bened. Edd. Junt. post. Elm. &c. In reliquis in Valentiamque. Pro incompōsitæ Bened. inpacte. Id.—9 Ms. Florent. irascentia consilium. Fulv. Voss. Bened. Edd. Elm. Scriv. irascentia et consilium: sed omnino male. Auctoris meus est: Tum invehit ægritudinem, &c. cum una ex tribus partibus duas reliquas vicerit: ex. gr. cum Cupiditas subegit Irascentiam et Consilium, sive Iram et Rationem, quæ eadem sunt; aut cum Ira vicit Rationem, obsequente Cupidine. Alioquin bis de Ira victrice loqueretur. Si vel sic tamen Irascentia quis præferat, mallet cupiditatem: ut dicat: cum Ira vicit Consilium et Cupiditatem, vel cum Rationem vicit, eique obsequatur Cupido. Sed multo præplacet vulgata lectio. Id.—1 Ed. Wow. subjecti. Pro aut cum Florent. Voss. Bened. autem c. Id.—2 Sic Harl. Voss. Bened. Vulgo hæc obs. Id.—3 Ita Mss. O. In Edd. ante Vulcan. placata: solita variatione. Voss. cupidini. Id.—4 Bened. flagrantiora. Id.—5 Harl. st. esse dicit. Id.—

## NOTÆ

\* Sed ægritudinem mentis stultitiam Timæo pag. 1084. dicit esse, eamque in partes duas, &c.] In



dividit. Harum <sup>6</sup> unam imperitiam nominat, aliam <sup>7</sup> insaniam vocat: et imperitiæ morbum ex gloriosa jactatione contingere, <sup>8</sup> cum eorum, quorum ignarus est, doctrinam aliquis scientiamque <sup>9</sup> mentitur: <sup>1</sup> furorem vero pessima consuetudine et libidinosa <sup>2</sup> vita solere evenire. Hancque insaniam nominari, quam vitiosa qualitas corporis prodit, <sup>3</sup> cum ea, quæ sunt rationi <sup>4</sup> parata in ipso vertice, importunis angustiis <sup>5</sup> coarctantur. At enim tunc hominem <sup>6</sup> esse perfectum, cum anima et corpus <sup>7</sup> æqualiter [593] copulantur et inter se conveniunt, sibi que respondent: <sup>1</sup> ut firmitas mentis prævalentibus corporis viribus non sit inferior. Corpus

*quarum alteram vocat Ignorantiam, alteram nominat Dementiam. Atque agri-  
tudinem Ignorantiæ accidere ex superba ostentatione, quando aliquis falso præ se  
fert cognitionem eorum, quæ nescit. Dementiam autem solere contingere ex malis  
moribus, et vita luxuriosa. Atque eam appellari Insaniam, quam corrupta quali-  
tas corporis demonstrat, quando nimirum ea, quæ sunt præparata Rationi, in ipso  
capite coarctantur angustiis molestis. Verum tunc demum hominem esse perfectum,  
quando Anima et Corpus junguntur ex æquo, et consentiunt inter se, ac sibi sunt  
proportionata, ita ut Animi robur non cedat robori corporis exsuperanti ipsum.*



<sup>6</sup> Sic Mss. In Edd. ante Elmenh. *quarum*. Id.—<sup>7</sup> Al. *alteram*.—<sup>8</sup> Voss. *con-  
tingere*. Oud.—<sup>9</sup> Sic elegantius edidi cum Harl. Voss. Bened. vulgo *aliquis  
doctr.* Ante Vulcan. simpliciter excusum erat *scientiam*. Id.—<sup>1</sup> Batav. Exc.  
*metitur*, male. Elmenh. Item Bened. Oud.—<sup>2</sup> Voss. *libinosa*. Pro *hancque*  
Junt. post. *eamque*. Id.—<sup>3</sup> Inepte Floridus interpretatur per ‘demonstrat’:  
cum notet parit, creat, producit. Vide ad Met. lib. 1. p. 11. b. et alibi. In  
Bened. vero est *qua*: dein in eodem et Harl. ac Vulc. *prodit*. Edd. ante  
Vulcan. *prodidit*. An *quæ v. c. qualitate prodit vel prodiit a prodire*? Eodem  
res redit. *Vitiosa* Ed. Rom. Id.—<sup>4</sup> Harl. *æque rat. sunt*. Voss. *ea quæ rat.  
sunt*. Id.—<sup>5</sup> Putean. Harl. Edd. ante Vulcan. *auxiliis*. Id.—<sup>6</sup> Harl. Voss.  
*hom. tunc*. Id.—<sup>7</sup> Florent. *corporis*, male. Elmenh.—<sup>8</sup> Bened. *natis*, suprascr.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *At enim tunc hominem esse perfec-  
tum, cum anima et corpus æqualiter  
copulantur et inter se conveniunt, sibi-  
que respondent*] Nam, ut ait Plato,  
quando anima corpore admodum po-  
tentior est, exultat in eo atque effertur,  
et totum ipsum intrinsecus qua-  
tiens languoribus implet. Si discere  
aut docere ambitiosa quadam concer-  
tatione contendit, liquefacit protinus,  
aut inflammat corpus, atque la-  
befactat. Contra vero, si corpus  
grande ac pigriori mole superexce-

dens pusillæ exilique animæ copula-  
tur, suam molem adaugebit, animum  
vero reddet hebetem, indocilem, et  
obliviosum. Igitur *μία δὲ τοῖ* (inquit  
Plato) *συνημία πρὸς ἑαυτῷ, μήτε τὴν  
ψυχὴν ἄνευ σώματος κινεῖν, μήτε τὸ  
σῶμα ἄνευ ψυχῆς ἵνα ἀμυνόμενον γίνωσται  
ἑαυτῷ καὶ θανά.* ‘una est utriusque  
conservatio, neque animam sine cor-  
pore movere, neque corpus sine ani-  
ma: ut ea inter se contententia fiant  
æquipollentia, et sana.’

vero tunc nativis<sup>8</sup> incrementis augetur, cum valetudinis portio procurata<sup>9</sup> salubriter modum necessarii victus<sup>1</sup> nescit excedere: nec valetudo obteritur magnitudine externorum laborum, nec pabuli sarcina immoderatus invecit,<sup>2</sup> vel<sup>3</sup> non ut oportet digesti distributique per corpus. Tunc enim artus ac membra vigoris debiti modum et vires retinent, cum id, quod inferitur ad totius corporis conservationem, veluti singillatim<sup>4</sup> exæquatam, cunctis partibus dividitur. Verum enimvero<sup>5</sup> cum id minime fit, tunc sequi<sup>6</sup> exitium corporis.

*Corpus autem tunc gaudet suis naturalibus augmentis, quando pars sanitatis jam comparata salubriter nunquam transgreditur quantitatem alimenti necessarii: neque sanitas opprimitur mole laborum exterorum, neque onere cibi avidius congesti, aut non concocti, neque derivati per corpus, ut opus est. Etenim artus et membra tunc conservant modum et robur firmitatis debita, cum illud, quod editur ad sustentationem totius corporis, distribuitur in omnia membra tanquam singulis praparatum ex æquo. At quando id non fit, tunc ait sequi mortem corporis.*

naturalibus. Oud.—9 Ms. Fulv. passio. Leid. pastio. Florent. Voss. Harl. Putean. potio. In Bened. tantum portionis procurat. Male omnes. Plin. lib. xxi. c. 3. 'In hoc est aliqua valetudinis portio.' Id.—1 Bened. modum et vict. n. excedere. In eodem mox abest magnitudine et est exteriorum pro externorum. Id.—2 Nec pabuli sarcina immoderatus invecit. Nemo non legendum videt: nec pabuli sarcina immoderatus invecit. Repetito ἀντὶ τοῦ σώματος obteritur: non obteritur sarcina pabuli. Sciopp. in Symb. Sarcina Florent. vulgo, sarcina, male. Elmenh. Recte sarcina legunt Sciopp. Wow. et Elm. cum seqq. atque ita diserte Florent. et Bened. In Mss. reliquis et Edd. prioribus sarcina vel sarcine: ut ad 'magnitudine' referatur. Sed ipsa sarcina est magnitudo seu pondus nimium pabuli, qua obteritur sanitas. Frustra autem Ill. N. Heinsius margini allevit sagina. Adi omnino ad Met. lib. iv. p. 271. b. 'sarcina corporis praevalebat.' Dein Bened. modo immoderanti. Oud.—3 Bened. et. Id.—4 Harl. Ed. Vic. sigillatim: male. v. supra. Id.—5 Verum enim. Hæc usque ad finem desunt Mss. Vulc. Harl. Bened. et rā cum id minime fit absunt a Voss. Id.—6 Edd. Vulc. pr. Wow. sequitur. male. Rursus enim subintelligitur sentit Plato. scil. in Timæo p. 1084. Vide supra. Abest hoc verbum a Voss. qui pro corporis tantum dat copō, et sequentem librum sine distinctione his annectit, ut et faciant Mss. alii, ut Fulv. Bened. &c. Id.

APULEII MADAURENSIS  
DE  
DOGMATE PLATONIS  
LIBER SECUNDUS,<sup>1</sup>  
SIVE  
DE PHILOSOPHIA MORALI.<sup>2</sup>

---

[594] MORALIS philosophiæ<sup>3</sup> caput est, Faustine fili,<sup>4</sup>

*Fili Faustine, præcipuum Philosophiæ Moralis est, ut cognoscas quibus modis*

~~~~~

Usui fuere in libro de Philosophia Morali: *Vossianus, Florentinus, Benedictinus, Vulcanii* sive *Leidensis, Puteani Excerpta Lindenbrogii, et Fulviani Codd.* de quibus omnibus vide ad initium Libri de Deo Socratis. *J. Bosscha.*

1 In Manuscripto Fulvii Ursini codice liber hic ab eo, qui est de dogmate Platonis, nequaquam distinguitur: quod, nisi fallor, jam alii quoque notaverunt. *Sciopp. in Symb.*—2 Hic liber in Fulvii Ursini manuscripto codice non distinguitur ab illo, qui est de Philosophia Naturali. Sed in membranis Florent. et Leidensibus novum titulum præ se fert, quem nos expressimus. *Elmenh.* Ita hunc titulum concepere Wowerius et Elmenh. auctoribus membranis Florent. et Leidens. Antea proscribatur de *Philosophia liber* vel de *Philosophia liber unus* sive *unicus*. Male. vide notata ad initium lib. 1. de Dogm. Plat. Nec melius in ceteris Mss. sine ulla distinctione annectitur præcedenti libro. Sed ibi de Naturali Philosophia, hic de Morali agit, ut e primis liquet verbis. Præterea hunc librum *Faustino* cuidam discipulo, unde *filius* vocat, inscribit, sicut librum de Mundo. In ceteris nulla ejus viri est mentio. *Oud.*—3 Sic solummodo Romana editio: in aliis omnibus *M. Philosophia*. Colvius. Sic recte Colv. et aeqq. ex Ed. Rom. cui assentiunt Mss. O. ut debent. In reliquis *Philosophia*; quod inde forsan or-

NOTÆ

⁴ *Faustine fili*] Quis fuerit Faustinus ille, dicere in promptu non est. Existimo fuisse nobilem quempiam

adolescentem, cui librum suum inscribit, quemque filium vocat blandiens, neque enim ejus revera filium

ut scias, quibus ad beatam vitam perveniri rationibus possit. Verum ad beatitudinem, bonorum finem, ante alia contingere ⁴ ostendam, quæ de hoc Plato senserit. Bonorum igitur alia ^c eximia ac prima per se ducebat ⁵ esse: [596] per perceptionem ^d cetera ⁶ fieri bona ⁷ existimabat. Prima bona esse Deum summum, mentemque illam, quam *νοῦν* ⁸ idem vocat: secundum ea, ⁹ quæ ex priorum fonte profuerent, esse animi virtutes, Prudentiam, Justitiam, Pudicitiam, Fortitudinem.¹ Sed his omnibus præstare Pruden-

possit perveniri ad vitam felicem. Sed demonstrabo definitionem Bonorum secundum sententiam Platonis præcipue conducere ad Felicitatem. Aiebat ergo ex Bonis quædam egregia et prima esse bona ex seipsis: putabat reliqua evadere Bona per participationem. Primaria Bona esse supremum Deum, et illam mentem, quam ipse appellat νοῦν: post illa, Bona quæ emanarent e scaturigine primorum, esse virtutes mentis, nimirum Prudentiam, Justitiam, Continentiam, Fortitudinem. Verum Prudentiam præcellere his omnibus. Constituit Continentiam secundam

tum, quia libri titulus erat *Moralis Philosophia*: nam in Cod. Bened. exaratur *Inc. moralis Philosophia* c. Oud.—4 Vid. Not. inf. et Not. Var.—5 Al. dicebat.—6 Mss. tantum non omnes, et Edd. primæ, item Junt. post. Scal. sive Vulc. sec. *Wow. præceptionem*: sed bene viderunt Elm. et Flor. intelligi *μὲν* seu participationem. At Ms. Bened. *cetera per receptionem*. Forsan bene: si a sapientibus illa recipiantur, sive cum iis communicentur. Oud.—7 Voss. *bona fieri*. Id.—8 Sic Mss. In Edd. Junt. post. Colv. *τὸν νοῦν*. Priores prave *τὴν νοῦν*. Id.—9 Addebatur ante Vulcan. *illas*, male et contra Mss. Sed ea Bened. Id.—1 Ex seqq. patet ordinem vocum debere esse *pudic. justit.* Ait enim 'Sed his omnibus præstare prudentiam, secundam numero et potestate continentiam posuit, has justitiam sequi.' At forsan illa virtutum nomina e margine in textum irrepserint, ut scripserit Ap. *esse animi virtutes, sed his omnibus, &c.* Certe in Bened. non comparent *justit.*

NOTE

fuisse puto, cum ipse vetulam duxerit Prudentiam, ut patet ex Apologia, ac proinde partui vix habilem.

^b Verum ad beatitudinem, bonorum finem, ante alia contingere, &c.] Locus hic non omnino sanus mihi videtur: ut sensus eliciatur commodus, lege: *Et cum sit verum ad, &c.* hoc vult sciñcet, cum ad naturam Beatitudinis, quæ in Bonorum omnium aggregatione consistit, recte cognoscendam, opus sit ipsa bona et eorum naturam ac finem, hoc est, *τὸν ὅρον*, definitionem, cognoscere; se demonstraturum quæ fuerit Platonis super illa bono-

rum definitione sententia. Sic nomen 'finis' Cicero usurpat lib. 1. De Finibus Bonorum et Malorum.

^c Bonorum igitur alia, &c.] Vide hanc divisionem Bonorum apud Plotinum Ennead. 1. lib. vii. Porro quæ hoc libro habet Apuleius, ea pleraque ex libris Platonis de Leg. et de Rep. desumpsit.

^d Per perceptionem] Quædam Exemplaria habent *per præceptionem*, male. *per perceptionem* est quod κατὰ μὲν Alcinoi cap. 27. *per participationem* vulgo in scholis.

tiam. Secundam numero ac potestate Continentiam posuit. Has Justitiam sequi. Fortitudinem quartam esse. Differentiam hanc bonorum esse constituit: partim divina per se^a et prima, simplicia duci bona: alia hominum: nec eadem omnium existimari.³ Divina quapropter³ esse atque simplicia, virtutes animi:⁴ humana autem bona ea, quæ quorundam essent,⁴ quæ cum corporis commodis congruunt,⁵ et illa,⁵ quæ nominamus externa:⁶ quæ⁶ sapienti-

numero et vi. Post has esse Justitiam. Fortitudinem esse quartam. Affirmat hoc esse discrimen Bonorum: quedam Bona vocari divina ex seipsis et primaria ac simplicia; alia humana, et illa quidem non censi Bona omnium. Etenim divina Bona et simplicia esse virtutes mentis: Bona vero humana esse ea, quæ spectarent tantum ad aliquos, ea, quæ conveniunt cum bonis corporis, et ea, quæ vocamus

putic. &c. usque ad vocem secundam. Id.—2 Recte Rom. et Basil. 2. Reliquæ, omnia. Colvius. Sic recte Mss. et Edd. Rom. Junt. post. Lugd. 1587. &c. scilicet modo sapientium, non vero aliorum, adeoque quorundam tantum, ut e seqq. liquet. Edd. priores omnia. Oud.—3 Roman. Bas. Aldus quippe, bene. Elmenh. Divina quapropter esse emendavi, auctoribus Mss. omnibus et Edd. Vulc. utraque ac Wowerii; pro quo malo iudicio Elm. et seqq. revocant priorem lectionem quippe. Quia tantum dupliciter bona dividuntur in divina et humana, ait Auctor propterea virtutes animi referendas esse inter divina, sensu clarissimo. Offensi forsitan fuerunt viri docti secunda sede vocis quapropter, sed ea aliquoties a Nostro positam esse videbimus infra ad p. 611. Oud.—4 Minora a. b. eaque quorundam esse. V. C. Innumera a. bona, &c. Vide an legendum sit, Minora autem bona ea esse, &c. Vulc. Scribe ex V. C. ea quæ quorundam essent. Wowerius. Humana autem bona ea quæ quorundam essent, quæ. Ita Florent. Bened. Fulv. et alii, cum Ed. Vulc. sec. Elmenh. &c. In ceteris minora; nec male: hæmpera Voss. innumera Vulc. Abest autem a Bened. Dein eaque quorundam esse; quæ Edd. ante Wower. qui jam vulgatum correxit e Ms. Fulvii, consentientibus in τῶ ἐσσε Bened. Voss. ut et Florent. si Elmenhorstio fides: eaque etiam in Mss. iisdem: at in Var. Lectt. Lindenbr. scribitur, bona, eaque quorundam, quæ eodem sensu, et brevius: certe suavius: ubi quæ non toties concurrit. Nam facile carere nos posse τῶ ἐσσε vel essent, quivis videt. Vulc. Ed. sec. Bona quorundam esse ut quæ: interpolate. Oud.—5 Edd. ante Scalig. sive Vulc. Ed. sec. ut illa. Id.—6 Abest quæ Edd. ante Vulcan. et quæ Ms. Bened. Id.—7 Cum Scioppio et

NOTÆ

^a Differentiam hanc bonorum esse constituit: partim divina per se, &c.] Plato lib. 1. de Legibus, pag. 773. διπλὰ δὲ ἀγαθὰ εἰσι, τὰ μὲν ἀνθρώποις, τὰ δὲ θεῶις, &c. ubi hanc bonorum divisionem explicat. Vide totum locum.

⁴ Virtutes animi] Prudentiam, temperantiam, justitiam, et fortitudinem, quam jam supra commemoravit.

⁵ Quæ cum corporis commodis congruunt] Eas sunt apud Platonem ὑγιεία, κάλλος, et λῆξις: sanitas, pulchritudo et vires.

⁶ Et illa, quæ nominamus externa] Platoni πλοῦτος, οὐ τυφλὸς, ἀλλ' ἐξὲν βλάττω, ἢ περ ἀπὸ ἐπιγῆται φρονήσεως. 'divitiæ, non cæcæ, sed acutum cernentes, si prudentiam sequantur.'

bus¹ et cum ratione ac modo viventibus sunt sane bona:⁷ stolidis et eorum usum ignorantibus oportet esse⁸ mala. Bonum primum⁹ est verum, et divinum illud optimum, et amabile, et concupiscendum, cujus pulchritudinem rationabiles appetunt mentes, natura duce, instinctæ eadem [596] ad ejus ardorem.¹ Et quod non omnes id adipisci queunt,² neque primi boni adipiscendi facultatem³ possunt

extrinseca: quæ post Bona sunt iis, qui sapiunt, et vivunt secundum rectam rationem: necesse autem est esse mala stultis, et nescientibus iis recte uti. Primum Bonorum est illud verum et divinum, præstantissimum, et amabile, et appetendum, cujus omnes animæ ratione præditæ exoptant pulchritudinem, Natura monstrante viam, ipsa allectæ ad ejus amorem. Quia tamen non possunt omnes illud consequi, neque possunt habere copiam consequendi primi Boni, tendunt ad illud, quod spectat

Elmenh. e Ms. Ursini seqq. quoque legunt secundum sive quasi bona. Ne audias. Vix enim Latinum est. Plato δικαίως καὶ ὁλοῦς ἀνδράσι ait hæc esse βέλτιστα κτήματα, ἀδίκους δὲ κακίστα, citante Colvio. Id.—8 Voss. esse op. Id.—9 Ed. Colv. bonorum pr. Id.—1 Editiones vet. instructæ eadem ejus ardore. Unde legendum putavi, instructæ eadem ad ejus ard. ut scripsi supra ad lib. viii. Metam. Colv. Frustra. Vide ad Met. lib. viii. p. 168. Ed. Pric. Edd. ante Junt. post. dant eandem ejus ardore. Ms. Bened. eodem ejus ardore. Abest quoque præpositio a Florent. et Voss. Adeo ut latere aliquid videatur. Oud.—2 Et quod omnes adipisci queunt, &c. Auctore Ms. nova hic faciendæ est periodus, et legendum: Et quod non omnes id adipisci queunt, neque primi boni adipiscendi facultatem possunt habere, ad id feruntur, quod hominum est. Sciopp. in Symb. Indicio Ms. hæc restituenda novæ periodo et legendum. Et quod non omnes id adipisci queunt, neque primi boni adipiscendi facultatem possunt habere. Wowerius. Auctoribus membranæ novam hic feci periodum. Elmenh. Scioppium et Wower. bene secuti sunt Elm. et seqq. consentientibus Mss. Florent. Vulc. Voss. Bened. In Edd. primis, Ald. Junt. Bas. pr. Vulc. pr. et quod non omnes adip. q. qui neque primi. At Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. sed quæ non omnes adip. q. qui n. p. nisi quod in Junt. post. absit qui. Scal. sive Vulc. sec. ed. et non omnes id adip. q. qui n. p. Oud.—

NOTÆ

¹ Quæ sapientibus, &c.] Sic Hieronymus in Esaiam: 'perspicuum est divitias et egestatem, sanitatem et languorem, voluptatem et cruciatum nec bona esse, nec mala, sed pro sustentinent diversitate bona et mala fieri.' Vide Platonem, lib. ii. de Legibus, pag. 792.

² Neque primi boni adipiscendi facultatem, &c.] Quia ipsum nequeunt cognoscere, ac proinde neque appetere, cum ignoti nulla sit cupiditas. Deum autem, qui summum Bonum

est, difficile esse invenire secundum Platonem jam observavimus lib. superiori, ad hæc Apuleii verba οὐδὲν εὐβέλτερον ἢ ἑρῶν, &c. ubi Platonis ipsius verba protulimus ex Timæo. Porro, quod hic ait, verum utique esse potest de Paganis, qui veri Boni cognitionem habere non poterant nisi ope Philosophiæ, cui sane non omnes erant idonei. At de Christianis falsum est, cum stupidissimi quique ad summi illius Boni cognitionem ope fidei evehantur.

habere, ad id feruntur, quod hominum est.¹ Secundum,^m nec commune multis³ est, nec quidem⁴ omnibus similiter bonum. Namque appetitus, et agendi aliquid⁵ cupido, aut vero bono incitatur,⁶ aut eo, quod videatur⁷ bonum:ⁿ unde natura duce cognatio quædam est cum bonis ei animæ portioni, quæ rationi consentit.⁸ Accidens autem bonum esse putat,⁹ quod corpori, rebusque venientibus extrinsecus copulatur:^o et illum quidem,ⁱ qui natura² imbutus est ad sequendum bonum, non modo sibimet ipsi natum putat, sed omnibus^p etiam hominibus:³ nec pari aut simili modo, ve-

ad homines. Secundum Bonum neque extenditur ad plurimos, neque certe est æqualiter Bonum omnibus. Appetitus enim et Cupiditas aliquid faciendi, vel instigatur vero Bono, vel illo quod apparet Bonum. Quare illa pars Anima, quæ conjuncta est cum Ratione, habet affinitatem quandam cum Bonis instinctu Naturæ. Existimat autem Bonum contingens esse illud, quod conjungitur corpori, et rebus accidentibus ab extrinseco: et credit quidem eum, qui natura edoctus est ad sectandum bonum, non tantum natum esse sibi ipsi, verum etiam cunctis hominibus: neque hoc eadem vel simili

3 Ms. com. multis est. Sciopp. in Symb. Exulat τὸ est ab Ed. Wow. cunctisque ante Vulc. sec. Sed in Fulviano extare monuit jam Sciopp. et ita quoque Mss. nostri. Sed nec abest a Bened. qui cum Voss. et Ed. Vulc. sec. habet commune cum multis. Verum in hac constructione alius solet addi dativus; uti mihi cum multis id commune est. Oud.—4 Voss. Bened. quod male. Id.—5 Edd. ante Junt. post. ad aliquid. Id.—6 Flor. Leid. verbo bono. Elmenhorstius. Fulv. initiatur: male. Oud.—7 Bened. simpliciter quod videtur. Id.—8 Rationi conv. Prave Bened. cum hominis A. partitionis, et quæ curationi conv. et Voss. partitionis, quæ curationi conv. quod ultimum extat quoque in Florent. et Vulc. Rationi legendum esse patet satis ex libro præc. et infra p. 598. Nisi viderem voces has sæpe confundi, ut infra p. 615. male in nonnullis ratio pro curatio, conjicerem cum ratione conv. Id.—9 Scil. Plato. Edd. ante Vulc. sec. putatur. Bened. Voss. est et putatur. Id.—1 Edd. ante Junt. post. et aliquando q. Bened. et ille quidem. Male. Id.—2 Vid. Not. Var.—3 Sic Mss. O. et Edd. vett. τὰ etiam hominibus sine causa deant in Ed. Vulc. pr. Wow. &c. quam Vulcanii Editionem passim sequuntur Basileenses,

NOTE

¹ Quod hominum est] Sanitatem nempe, formam, vires, et divitias, quæ Platoni ἀσφάλεια ἀγαθὰ sunt.

^m Secundum] Bonum illud, de quo modo.

ⁿ Aut eo, quod videatur bonum] Hinc est quod Plato ait in Protagora, pag. 248. ἐπὶ τὰ κακὰ οὐδὲς ἐκὼν ἐπύθευ, οὐδὲ ἐπὶ τὰ ὀλέα κακὰ εἰποι. 'nemo lubens ad mala descendit, neque ad illa, quæ mala existimat.'

^o Quod corpori, rebusque venientibus extrinsecus copulatur] Ejusmodi bona sunt sanitas, forma, vires, divitiæ, nobilitas generis, &c.

^p Et illum quidem, &c. non modo sibimet ipsi natum putat, sed omnibus] Plato, Epist. ix. quæ est ad Archytam Tarentinum, ait 'nullum nostrum sibi soli natum esse: sed ortus nostri partem sibi patriam vindicare: partem parentes: partem amicos,' &c. quod

rum patriæ unumquemque conceptum esse,⁴ dehinc proximis, et mox ceteris, [597] qui familiari usu vel notitia junguntur. Hominem ab stirpe ipsa⁵ neque absolute bonum,⁶ nec malum⁶ nasci: sed ad utrumque proclive ingenium ejus esse.⁷ Habere quidem semina⁸ quædam utrarumque rerum cum nascendi origine copulata, quæ educationis disciplina in partem alteram⁹ debeant emicare: ¹ doctoresque puerorum nihil antiquius curare oportere,² quam ut amatores virtutum velint esse;³ vel moribus et institutis eos ad

ratione, sed unumquemque amicum esse patriæ, postea parentibus, ac denique reliquis, qui connectuntur cum ipso necessitudine familiari aut notitia. Hominem ab ipsa sua origine, non procreari omnino bonum, neque malum: verum ejus naturam propensam esse ad utrumque, illum quidem habere primordia aliqua utriusque conjuncta cum initio cui ortus, quæ necesse sit prosilire in alteram partem pro rationis institutionis eorum: atque opus est, ut Magistri puerorum nulli rei magis studeant, quam ut illi evadant studiosi virtutum, aut ipsos adeo continuo imbuant moribus et præceptis,

quas Bas. 2. vulgo vocat Elmenh. Potius Bas. 3. debuit dicere: nam illa quam 2. vocat Colvius, longe prior est Valcanio. Oud.—4 Vid. N. Var.—5 Florent. *ab stirpe ipsa.* Vide Lipsium Introduct. ad Stoicam Philosophiam lib. II. Dissert. II. *Elmenhorstius.* Voss. et Vulc. cum Florent. *ipse.* Bened. *homine.* Oudendorp.—6 Voss. Bened. *malum nec b.* Idem.—7 Sic Mss. Carent Edd. ante Vulcan. *et ejus.* Idem.—8 Voss. *semina q.* Idem.—9 Vulgo *altam em.* Fulv. a. *evitare.* Elmenhorstius. Immo typhothetarum errore Ed. Vulc. sec. habet *altam.* Oud.—1 Fulvius de conjectura legit, *evitare.* Scioppins in Symb. Male Fulvius. *emicare* idem ac *prosilire* et se exserere sive apparere tam in bonam, quam malam partem, quod faciunt semina boni et mali pro educationis disciplina. Hinc *emicare* et *eminere* confundi videas. Adi ad Lucan. ut et *emanare.* Vide ad Met. I. IX. p. 657. b. Sic 'emicationes sylvarum' I. de Mundo p. 743. Aristoteli *ἐκπύρεσι.* Edd. Vulc. pr. Wow. *debent.* Oud.—2 *Curare oportet.* Bened. *oportere:* nec male. In reliquis et Edd. *oportet.* Id.—3 Q. *ut amatores virtutum vel inter se, &c.* Vide, siue concinnior conjecturæ nostræ scriptura: *quam ut amatores virtutum velint esse: moribus et instit. e. a. i. p. imbuere, ut regere et r. d. magistratū justitiā: quare præter cetera induci ad hoc eos oportere ut sciant.* Stewechius. Tò *sint* post ut primus Vulc. addidit, invitis Mss. O. ut puto, certe meis, et mox tacite Elmenh. ac seqq. post vel *ejecit inter se,* quæ etiam locum non habent,

NOTÆ

Cicero ex Platone transtulit in lib. I. de Officiis.

¹ *Patriæ unumquemque [acceptum] conceptum esse* Observa *acceptum* hic necio an satis proprie, sed certe necessario (ut ex superioribus patet) positum non passive pro eo, qui placet et amat patriam, &c. sed active pro eo, qui amat patriam. Quæ quidem ac-

Delph. et Var. Clas.

ceptio singularis mihi videtur, ne quid pejus dicam. Quod si quicquam contra editionum omnium consensum liceret mutare, pro *acceptum* libenter legerem *addictum.*

² *Hominem ab stirpe ipsa neque absolute bonum, &c.* Vide Platonem, in Menone, pag. 420. et seqq.

Apul.

3 Z

id prorsus imbuere,⁴ ut regere et regi discant magistra iustitia. Quare præter cetera induci ad hos eos oportere,⁵ ut sciant, quæ sequenda fugiendaque sint, honesta esse, ac turpia: illa voluptatis ac laudis; hæc vero⁶ dedecoris ac turpitudinis.⁶ Honestam eadem quæ sunt bona,⁷ confidenter optare nos oportere. Tria genera ingeniorum ab eo sunt comprehensa, quorum præstans et egregium⁸ appellat unum: alterum, teterrimum⁹ pessimumque: tertium ex utroque modice temperatum,¹ medium nuncupavit. Me-

ut discant gubernare et gubernari Equitate rectrice. Ideoque eos præsertim ad id impellendos esse, ut noscant quæ oporteat sectari, et quæ evitare, quædam esse Honestam, quædam Inhonestam; illa esse jucunda et decora, hæc autem indecora ac inhonestam: nobis appetenda esse audacter Bona ea, quæ sunt Honestam. Complexus est tres species ingeniorum, quarum unam excellentem vocat eximiam: alteram deterrimam et pessimam: tertiam appellavit mediam, quæ mediocriter mixta est ex

sed a Mss. O. et Edd. vett. exhibentur. Scilicet optime divinavit Stewech. *Ut amatores virtutum velint esse; moribus et instit.* Abest *70* et a Voss. et Bened. Oud.—4 Cum in Edd. ante Vulcan. exhiberetur *inbibere*, Lipsius coniecit *eosdem id, &c.* sed recte Stewech. cum Colvio coniecere *inbuere*, ut exhibent Mss. O. Sic *inbuere in disciplinas* Gell. l. xvi. c. 8. Id. Vid. Not. Var.—5 Sic Stewech. e conjectura, sed et Mss. O. Vulc. Ed. et seqq. Antea minus bene ceteros. Ed. Wow. *oportet*. Male. Nam putat Plato vel simile ubique subintelligendum est: ut statim. Oud.—6 *Ille voluptatis, dedecoris ac turpitudinis; hæc laudis honesta*. Mire hæc in vulgatis depravata et turbata, quæ integritati suæ restituimus. Wower. *Ille volupt. ac laudis; hæc vero ded. ac turp.* Sic optime hunc locum exhibuit Ed. Vulc. sec. quam miror non secutum esse Elmenh. Coniecit ita quoque vir doctus in marg. et quasi de suo Floridus. Sriver. edidit *illa vol. hæc laudis; hæc vero d.* Sed ita triplicem facit divisionem, cum tantum agatur de *honesto et turpi*. Interpolate nimis Wower. *illa vol. ded. ac turp. hæc laudis*. Potius honesta tam voluptatem videntur comprehendere sive verum gaudium ex virtute ortum, quam laudem. Mss. tamen omnes et Edd. reliquæ habent, *hæc laudis*. *Hactenus, &c.* An fuit *ac laudis; altera vero d.?* Oud.—7 Sic Mss. O. et tacite Elm. cum seqq. In Edd. prioribus *eademque, quæ*: quod etiam non displicet. Id.—8 Sic Florent. et Edd. Junt. post. Elm. ac seqq. in reliquis non compareret *70 et. Id.*—9 Edd. ante Vulc. sec. *deterrimum*, solenni confusione. Vide Ind. Pro tertium Edd. ante Vulcan. *tertiumque*. Id.—1 *Ex utroque medio temperatum*. Corrigendum ex Ms. *ex utroque modice temp.* Scioppius in Symb. Malim cum V. C. *ex utroque modice temp.* Wowerius. Rom. et Ald. *ex utroque medio*, male. Elmenh. Bene Sciopp. et Wow. cum Vulc. Ed. sec. et seqq. consentientibus Mss. Fluv. Florent. Pat. Voss. In Bened. est *modifce temporum*.

NOTÆ

⁴ *Ille voluptatis, ac [hæc] laudis: hæc vero, &c.* Censeo legendum *illa voluptatis ac laudis: hæc vero, &c.* duo enim tantum posuit genera, sequendorum nempe, et fugiendorum, sive Hones-

torum, et Turpium. Deinde Honestam voluptatem afferre dicit, et laudem, Turpia vero, dedecus et turpitudinem.

diocritatis hujus vult esse participes ³ puerum docilem,³ et virum progredientem ad modestiam, eundemque commodum ac venustum.⁴ Ejusmodi quippe ⁵ medietates⁶ inter virtutes et vitia intercedere⁷ dicebat, tertium quiddam: ex quo alia laudanda, alia culpanda essent. Inter scientiam [598] validam, alteram falsam,⁸ pervicaciæ vanitate jactatam: inter pudicitiam⁹ libidinosamque vitam, abstinentiam et intemperantiam posuit:⁹ fortitudini ac timori medios pudorem et ignaviam fecit. Horum quippe quos ¹ mediocres vult videri, neque sinceræ esse virtutes, nec vitia tamen mera et intemperata, sed hinc ² atque inde per-

duabus aliis. Censet puerum docilem, et virum tendentem ad moderationem, quique sit commodus et lepidus, participare hanc mediocritatem. Nam aiebat talia media esse inter virtutes et vitia, quæ quidem essent aliquid tertium: et ex iis quædam esse laudabilia, quædam vero vituperabilia. Inter scientiam firmam et ignorantiam constituit alteram scientiam adullerinam, quæ ostentatur superbia pertinaci: et inter Pudicitiam ac vitam luxuriosam, Continentiam et Incontinentiam. Interposuit Audaciæ ac Metui Verecundiam et Pusillanimitatem. Nam illorum hominum, quos ait esse in mediocri statu, existimat nec virtutes esse puras, neque tamen vitia pura et permixta, sed ex hac atque illa parte esse temperata. Mali-

Oud.—2 Edd. ante Vulcan. *participem*. Vide ad l. 1. de Dogm. Plat. p. 567. Ed. Flor. *Id.*—3 Ms. *docibilem*: quod puto esse Apuleii: sic et infra in eodem Ms. est, *indocibilitas*. Scioppius in Symb.—4 Vid. Not. Var.—5 Edd. ante Vulcan. *enim*. Oud.—6 Florent. Ed. Vulc. pr. *medietatis*. *Id.*—7 Edd. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *intercedere*. *Id.*—8 Florent. Voss. Bened. *prudentialiam*. An scripsit Auctor *prudentialiam*? eodem sensu. Glossæ: *Pudentia, ἀλοχῶν*. *Id.*—9 *Vitam et abstinentiam posuit*. Ms. *vitam abstinentiam*. et t. p. deleta priore copula. *Sciopp.* in Symb. Dele particulam *et*, ut jubet Ms. *Wower*. Recte Edd. Vulc. sec. *Wow.* et seqq. ediderunt *abstinentiam*, cum vulgo male et *abst.* exhiberent: ubi merito *et* et exulat a Mss. et Ed. Junt. post. Dein et *temperantiam* habent quoque Mss. Vulc. (qui ita expressit in Ed. pr.) et Bened. Voss. Fulv. alique. Sed Edd. vett. *intemperantiamque*. Florent. membranæ et *intemperantiam*, verissime, uti etiam in Interpretatione vertit Floridus, licet inepte *temp.* in textu habeat. Sensus loci *Intemp.* necessario exigit: ut patet ex supra dictis. Oud.—1 Bened. *quas*. *Id.*—2 Potius scribam, *sed intemperata, et hinc*. Colvius. *Nec vitia temeraria et int.* Hæc est doctissimi Vulcanii lectio, sane non nimis bona. Reponatur itaque ex impressis et scriptis libris germana: *nec vitia tamen mera et intemperata*. Mq.

NOTE

¹ *Eundemque commodum ac venustum*] Colvius conjiciebat reponendum *eundemque comem modo ac venustum*.

² *Inter scientiam validam, alteram falsam, &c.*] Videtur hiare hic locus: sic restituendum crediderim: *inter ignorantiam, et scientiam validam, alteram falsam, &c.*

ram falsam, &c. Ratio emendationis patet ex eo, quod paulo ante scriptum est: *'ejusmodi quippe medietates inter virtutes et vitia intercedere dicebat,' &c.* juxta hanc emendationem verti in Interpretatione.

mixta esse. Malitiam vero deterrimam³ et omnibus vitiis imbuti hominis dicebat⁴ esse: quod accidere censebat, cum optima et rationabilis portio,⁵ et quæ etiam imperitare⁶ ceteris debeat,⁷ servit aliis; illæ vero vitiorum ducatrices,⁸ iracundia et libido,⁹ ratione sub jugum⁹ missa, dominantur.¹ Eandem² malitiam de diversis constare, abundantia, inopiaque.^{3,7} Nec solum eam⁴ inæqualitatis⁵ vitio claudicare arbitratur, sed etiam incumbere dissimilitudinem.⁶

tiam autem aiebat pertinere ad hominem pessimum et pollutum cunctis vitiis: quod aiebat contingere quando pars Animæ potissima et rationalis, quaque debet dominari reliquis, subdita est aliis, illa autem antesignana vitiorum Ira et Libido subdita sibi Ratione imperitant. At præterea illam ipsam Malitiam constitui in diversis, excessu nempe et defectu. Neque existimat tantum eam vacillare vitio inæqualitatis, verum etiam laborare eam disparitate. Nam non posset consentire cum

rum et sincerum idem valet, cui opponitur temperatum sive mixtum. Illud, *Temeraria*, est temerarium. *Sciopp.* in *Symb.* Repone ex impressis et scriptis libris: *Nec vitia tamen mera et intemperata.* Wowerius. *Nec vitia tamen mera* est lectio Aldi, Rom. et Bas. 1. codicis. In Flor. Leid. et Bas. legitur, *nec v. temeraria*, temere. *Elmenh.* Non cepit Auctoris mentem Vulcanius, cum ex suo Cod. substituit *temeraria*: prave: licet accedat Florent. Recte vulgatum vindicant Sciopp. et Wower. Plato aiebat, iis hominibus, quos *mediocres* vocabat, non meras inesse virtutes, sed nec mera vitia et *intemperata*; quæ non habent temperiem virtutis; sed illis inesse quædam hinc inde permixta, claro sensu. Nec percipio, quid volnerit Colvius, potius scribens *sed intemperata et.* Tunc *temperata* debuerat dicere. *Oud.*—3 Sic Mss. Flor. Put. Fulv. Bened. Voss. et Edd. Elm. &c. Ante deterrimi. Id.—4 Voss. *ducebat.* Vide ad hujus libri init. Sed sequitur 'censebat,' ut bene reposuit, Mss. consentientibus, Vulcanius pro ante vulgato ibi quoque *dicebat.* Id.—5 Bas. 1. Rom. et Aldus, *proportio*, male. *Elmenh.* Et O. ante Vulcan. Vide ad. l. i. de Dogm. Plat. p. 586. Flor. Infra p. 612. 'animæ portio.' Lipsius quoque ascripsit R. *portio.* *Oud.*—6 Edd. ante Vulc. sec. *imperare* contra Mss. vide ad Phil. Nat. p. 199. a. Id.—7 *Debet.* Bened. *debent.* *Lege debeat.* Id.—8 *Vulg. ductrices:* alii *ductrices.*—9 Bas. 1. Ald. Rom. *jugo*: male. *Elmenh.* Omnes Edd. ante Vulcan. *Sub jugo.* Male, iudice *Elmenh.* Nec ego sequor. Defendi tamen posset ob præteritum, et ex iis, quæ notavi ad Cæsar. l. i. B. G. c. 7. ubi eadem varietas. Mss. O. hic *jugum.* *Oud.*—1 Prave Ms. Vulc. cum ejus Ed. pr. *domantur.* Id.—2 Ed. Flor. male *eam.* Id.—3 Mss. Bened. Voss. *Ab. inop. constare.* Id.—4 *Nec sol. ea.* Ed. Junt. post. *eam:* ut Florid. in Interpret. quod præfero. scil. 'Malitiam:' immo sequitur 'posset,' &c. Id.—5 Bas. 1. in *qualitatis*, male. *Elmenh.* Male Edd. ante Vulcan. in *qualitatis.* *Oud.*—6 Bened. et *incumb. sed etiam.* Vulc. Voss. *incumb. sed eti-*

NOTE

⁵ Cum optima et rationabilis portio] Supple anima, quam quidem portio- nem in capite ponit Plato.

⁸ Illæ vero vitiorum ducatrices iracundia et libido, &c.] De his Plato in Timæo.

² Eandem malitiam de diversis constare, abundantia, inopiaque] Abundantia enim nimia (ut ait Plato Dial. 4. de Republ.) delicias, desidiam, et rerum novarum studium parit: Inopia vero cum rerum innovatione illi-

Neque enim posset cum bonitate congruere, quæ a semet-ipsa tot modis discrepet; et non solum disparilitatem, sed et inconcinnitatem⁷ præ se gerat. Tres quapropter⁸ partes animæ tribus dicit vitiis urgeri. Prudentiam indocibilitas⁹ impugnat: quæ non abolitionem infert scientiæ, sed contraria est disciplinæ discendi.³ Hujus duas ab eo species accepimus, imperitiam et fatuitatem: quarum imperitia sapientiæ, fatuitas³ prudentiæ inveniuntur [599] inimicæ. Iracundiam, audacia: ⁴ ejus comitatum sequuntur indignatio et incommobilitas, dicta Græce ἀσθησία.⁵

Bonitas, quandoquidem tam multiplici ratione differat a seipsa; et non tantum præ se ferat dissimilitudinem, verum etiam incongruitatem. Quamobrem affirmat tres portiones Animæ premi tribus vitiis. Ratio oppugnatur ab Indocilitate, quæ non importat sublationem doctrinæ, sed adversatur docilitati requisita ad discendum. Didicimus ab ipso duas esse species illius, Ignorantiam et Stoliditatem: quarum Ignorantia Scientiæ, Stoliditas Prudentiæ contrariæ reperiuntur. Pars Irascibilis oppugnatur ab Audacia. Ejus associæ sunt Indignatio et Stupor, dictus Græce

am. Dein Fulv. Bened. Ed. Junt. post. dissimilitudine: ut claudicare subintelligatur. Latet quid. Id.—7 Sed etiam concinnitatem. F. inconcinnitatem. Brantius. Bene. Perverse enim in Edd. ante Vulcan. præter Junt. post. est concinn. Bened. sed et inconcinn. Ex tali cod. Editores primi contra mentem Auctoris etiam conc. effinxerunt. Oud. Contra pro inconcinnitate Ernestus et Oudend. in Suet. Aug. c. 86. legunt concinnitate. e suis Codd. quibus accedit Santenii Cod. apud Ruhnken. in Præf. Lex. Scheller. J. Bosscha.—8 Quapropter tres. Bened. Voss. tres quapropter: quo ordine Auctor sæpissime in hoc libro. Vide infra p. 611. Dein urgeri Ed. Scriv. Oud.—9 Sic Mss. Fulv. Bened. cum Scioppio, Vulc. Ed. utraque, Elm. et seqq. ut alibi. Sed Mss. et Edd. reliquæ indocilitas. Id.—1 Bened. impugnat. Id. 2 Ita Mss. O. cum Vulc. et seqq. in Ed. Vulc. sec. abest discendi. Priores discende. Id.—3 Edd. ante Vulcan. et fat. Id.—4 Voss. Florent. Ed. Junt. post. Audaciam. Quomodo exandescantiam sive secundam animæ portionem (vide lib. præc.) impugnet, eique contraria sit in uno homine, de quo agitur, non percipio. Forsan hic etiam quædam desunt. Id.—5 Dicta Græce ἀσθησία. In marg. Bas. 2. ἀνασθησία. 'Ανασθησία quam 'Indolentiam' Cicero dixit, teste Sid. Apollinare. Colv. Legerim potius cum Ms. ἀσθησία: qua voce etiam Aristoteles hac ipsa de re utitur. Sciopp. in Symb. Flor. DORTERIA NYIS. Leid. DORGEITHNIS. alii ἀσθησία. Basil. 2. et Ald. ἀνασθησία, Rom. ἀσθησία. Elmenh. Græca recte e Cod. Fulv. emendavit

NOTE

berallitatem, et maleficia gignit.

* Audacia] Quam a Fortitudine plurimum discrepare ait Plato in Protagora, et Audaciam quidem hominibus provenire ab arte, ab ira, ab insania, Fortitudinem vero a natura debitaque educatione animorum.

* Incommobilitas, dicta Græce ἀσθησία] Alii ἀνασθησία, quæ est indolentia Ciceropi, quidam ἀνασθησία, quam insensibilitatem vertere possumus. At ἀσθησία magis quadrat huic loco: melius enim exprimit quam habet Apuleius 'incommobilitatem.' Et

ita enim dixerim, quæ non extinguit⁶ incitamenta irarum, sed ea stupore defigit immobili.⁷ Cupiditatibus applicat luxuriam, id est, appetitus voluptatum et desideriorum, ad fruendum potiendumque haustus inexplebiles.⁸ Ex hac manat avaritia atque lascivia: quarum altera liberalitatem coërcet,⁹ altera immoderatus fundendo¹ patrimonia prodigat facultates.² Sed virtutem³ Plato^b habitum esse dicit

ἀοργησία: sic enim vocaverim affectum, qui non aufert stimulos Irarum; verum sistit illos torpore immobili. Apponit parti concupiscenti Libidinem, hoc est, desideria Voluptatum, et insatiabiles haustus cupiditatum ad fruendum et potiendum. Ex hac libidine derivantur Avaritia et Lascivia, quarum una cohibet largitatem, altera dissipat bona patrimonii, profundendo ea intemperantius. Plato autem ait Virtu-

Sciopp. sen inirascencia, lentitudo et incommobilitas, ac bene adducit Aristot. l. 11. Eth. c. 7. Huc facit Plutarchus *περὶ ἀοργησίας*; et sic clare Mss. Voss. Recte ergo secuti sunt Scal. Elm. &c. At *ἀναλγησία*, ut est in Vulc. Ed. pr. Wow. et Edd. vet. *ἀνασθησία*, quod habet Junt. post. sunt glossæ. Ceterum Florent. et Bened. habent sine illis dicta Græce sic *ΔΟΡΤΗΣΙΑΝΟΤΙ* et Vulc. Ms. *ΔΟΡΤΗΣΙΑΝΟΤΙ*: unde Floridus facit Genit. *νόου*; sed cur non potius, ut sæpe etiam formatur, *νοός*, seu contracte *νοῦς*? atque sic placet etiam Haseo in Hist. Crit. At potius aliud lateat: nam pro *ita* enim legunt Mss. Florent. Voss. Bened. interim qui etiam dat diximus. Fuitne? *Incommobilitas*, *ἀοργησία* nos interm dixerimus. Oud.—6 Florent. *extinguunt*, male. Id.—7 Vid. Not. Var.—8 Ms. *luxuria*, id est, appetitus voluptatis et desideriorum. Scripserim: cupiditatibus applicat luxuriam, id est, appetitus voluptatum et desiderium a. f. p. ausus inexplebiles: id est, enormes cupiditates. Wover. Cup. applicat luxuriam i. e. appetitus voluptatum et desideriorum, ad fruendum potiendumque haustus inexplebiles. Ita e Cod. Florent. exhibuit primus Elm. In Edd. vet. luxuriam applicat i. e. appetitus voluptatem et desiderium. Vulc. Ed. sec. Luxuriam i. e. appetitus applicat voluptatem et desiderium, et eo ordine Bened. Voss. quorum primus tamen habet voluptatum et desideriorum. Wow. edidit app. voluptatum et desiderium. Mox quoque appetitus in plur. dixit Auctor: quare sequor Elmenhorstium, nisi quod jungam desideriorum haustus ad fruendum, &c. sc. omnibus rebus, quas cupit. Inplebiles male Bened. Oud.—9 Edd. vet. ante Vulcan. præter Junt. post. coërciat vel coërcet. Id.—1 Potiusne, imm. circendo? Colvius.—2 Patrimonii prodigat facultates. Fulvii liber patrimonio pr. facultatum. Inepte. Elmenh. Sæpe junguntur facultas et facultas patrimonii: et huic lectioni patrocinatur Vulc. Cod. patrimonii prodig. facultate. At Bened. patrimonio pr. facultatem. Voss. patrimonio pr. facultate. Florent. patrimonio pr. facultatem. Quare primo malim cum Ed. Vulc. sec. scribere fundendo patrimonio: nam ita sæpe in plur. Cic. de Off. lib. 11. c. 15. 'patrimonio effuderunt largiendo.' Or. 11. Cat. 5. 'patrimonio sua profuderunt.' Adi VV. DD. ad Justin. xiv. c. 8. 'post damna patrimoniorum.' Gron. ad Sen. lib. 11. Contr. c. 9. 'quid porro ista patrimonio.' Dein facultas, sed

NOTE

magis convenit cum corrupta lectione codicis Florentini ab Elmenhorstio relata, DORTESIA NYIS, quam puto corruptam fuisse ex hac germana:

ΔΟΡΤΗΣΙΑ ΝΟΟΤ incommobilitas animi.

^b Sed virtutem Plato, &c.] Vide Platonis Menonem, et lib. 1v. de Repub.

mentis optime et nobiliter figuratum,⁴ quæ concordem sibi et quietum,⁵ constantem etiam facit eum, cui fuerit fideliter intimata, non verbis modo, sed etiam factis⁶ secum⁷ et cum ceteris congruentem.⁸ Hoc vero proclivius, si Ratio in regni sui solio constituta,⁹ appetitus et iracundias semper domitas et in frænis habet :¹ ipsique² ita obediunt, ut tranquillo ministerio fungantur. Unimodam vero esse virtutem,^c quod bonum suapte natura³ adminiculo non indi-

tem esse habitum animi optime et præclarissime formatum, quæ Virtus illum, cui fuerit sincere infixa, reddit sibi unanimum, et pacatum, stabilem quoque, et convenientem secum, et cum reliquis, non verbis tantum, sed et factis quoque. Id autem facilius est, si Ratio collocata in throno sui Regni, teneat perpetuo Cupiditates et Iras sibi subditas, et illas sic ei pareant, ut exerceant sua munia quiete. Virtutem autem ait esse uniformem, quia Bonum ex suapte ingenio non opus habet sustenta-

~~~~~

sæpius facultates simpliciter pro bonis obseq. occurrunt, ut infra p. 603. et sæpe. Apud Cicer. ibid. et lib. i. de Off. c. 13. ubi ut et ad lib. v. Fam. Ep. 20. consule Mannium. Potuit lineola supra e omisa pro m, vel s ob seq. literam s excidisse: unde incertus hæreo an facultates, an facultatem, quo plures ducunt Mss. præferam. Oud.—3 Virtutes. Sic constanter Mss. et Edd. præter Floridum, qui tacite edidit virtutem. Rectius: si quidem Mss. O. sequimur, ut ipsi fecerant, qui tamen virtutes retinuerant, in seqq. quæ facit cui fuerit intimata, ubi ante Vulcan. erat in Edd. faciunt et fuerint intimata. Sub his tum debuērunt intelligere mens: quod non tam concinnum videtur. Virtutes rursus pag. seq. Vide etiam subnexa ab Apuleio, et seqq. notas. Id.—4 Hab. esse d. mentis optime et nobiliter figurata. Omnino legendum: hab. esse d. mentis optime et nobiliter figuratum. Sic enim disertim Ms. Sciopp. in Symb. Non videtur omnino rejicienda Ms. cod. lectio mentis optima, et nobiliter figurata: qui cum corde sibi quietum, constantem. Woverius. Bene Sciopp. atque sic cum Ms. Fulv. exhibent quoque Voss. et Bened. ac Edd. Elm. Scriv. Flor. In vett. est figurata. Edd. Vulc. ac Wow. mentis optima ac nobiliter figurata: et sic plane Florent. nisi quod careat rō et. Oud.—5 Ita primus edidit Elm. e Mss. Florent. et Leid. addens et: cum Vulcanius primo reposuisset quietum. Edd. vett. concordem sibi quietem, ut est in Voss. Immo quietem habent Mss. plurimi, et Bened. cum corde sibi quietem. In Fulv. cum corde sibi quietum. Voss. constanter. Vide num legi debeat Virtutes, &c. mentis, &c. quæ, sc. mens cum corde sibi quietem, constantem etiam facit eum, cui fuerint intimata sc. virtutes. Edd. vett. etiam eum faciunt. Id.—6 Sic Mss. In Edd. ante Vulcan. non tantummodo verbis, sed factis, et etiam. Id.—7 Bened. sic ut. Id.—8 Cum cet. congruentem. Ultima vox male abest ab Edd. ante Vulcan. cajú Ed. pr. cum aliis. Id.—9 Addunt sit Edd. ante Vulcan. Id.—1 Contra sensum Mss. Fulv. Voss. Bened. indomitas et in frænis. Vulgata lectio sana est et bene Latina. Ob hanc tamen varietatem, quæ non videtur de nihilo orta, conjicio in domitu. Glossæ Domitus dñpatis. Cic. lib. ii. de Nat. De. c. 60. 'Efficimus domitu nostro quadrupedum vectores.' Id.—2 Sc. Rationi. Voss. Bened. et Edd. ante Vulcan. ipsæque sive iracundiæ, vel ἀρχαῖς ipsæ pro ipsi. Id.—3 Voss. Bened. natu-

#### NOTÆ

<sup>c</sup> Unimodam vero esse virtutem] Vide Plat. in Protagora, pag. 229. et seqq.

get : perfectum autem quod sit,<sup>4</sup> solitudine debet esse contentum. Nec solum qualitas, verum etiam similitudo cum virtutis ingenio conjungitur : ita enim secum ex omni parte<sup>5</sup> congruit, [600] ut ex se apta sit, sibi que respondeat. Hinc et<sup>6</sup> medietates,<sup>4</sup> easdemque virtutes ac summitates vocat : non solum<sup>7</sup> quod careant<sup>8</sup> redundantia et egestate, sed quod in meditullio quodam vitiorum sint sitæ.<sup>9</sup> Fortitudo quippe circumdatur, hinc audacia, inde timiditate.<sup>9</sup> Audacia quidem confidentiæ<sup>1</sup> fit abundantia ; metus vero vitio<sup>2</sup> deficientis audaciæ. Virtutum perfectæ quædam sunt,<sup>3</sup> imperfectæ aliæ.<sup>3</sup> Et imperfectæ sunt illæ,<sup>4</sup> quæ in

*culo, sed quod est perfectum, debet esse contentum se uno. Neque tantum qualitas connectitur cum natura virtutis, sed etiam et similitudo. Nam sic sibi ipsi undique convenit, ut ex se ipsa sibi sit concinna, et sibi consentiat. Hac etiam de causa appellat Medietates easdem virtutes, quæ etiam Summitates dicuntur, non modo quia expertes sunt excessus et defectus, verum etiam quia locales sunt quodammodo in medio vitiorum. Etenim Fortitudinem circumstant hinc Audacia, illinc Metus. Audacia quidem fit ex copia Fiducia ; Timor vero est vitium Confidentia destituentis. Ex virtutibus aliquæ sunt perfectæ, aliæ imperfectæ. Ac illæ quidem*

\*\*\*\*\*

ræ. Vide ad Met. lib. vii. p. 502. a. Id.—4 Ita Mss. In Edd. ante Vulc. sec. et Wow. cum sit. Male Edd. Scriv. Flor. sit. Id.—5 Voss. parte omni. Id.—6 Hinc etiam. Voss. Bened. hinc et. Bene. Id.—7 Edd. ante Vulc. sec. et Wow. nec solum. Id.—8 Sic Mss. sitæ sunt Edd. ante Vulcan. Præcedit 'careant.' Variatio illa modorum non infrequens est, et inferius occurret. Sed Mss. sunt sequendi. Id.—9 Bened. timid. prave. Id.—1 Plerumque edit. confidentia. Colvius.—2 Metus v. vitium. Scribo, vitio. Colvius. Excerpta Puteani malitia. Elmenhorstius. Rectius Colvius legit vitio. Oud.—3 Bened. quædam. Voss. Bened. q. imperf. sunt aliæ. Id.—4 Absent sunt a Bened.

#### NOTÆ

<sup>4</sup> *Medietates*] Cave has medietates easdem esse putes, ac eas, quæ Philosophi τὰ μέσα, media, vocant, de quibus infra nonnihil. Hæc enim sic dicta sunt, quod ex se neque bona, neque mala sint, sed media inter utraque : illæ vero, quod mediæ sint inter duo contraria vitia, quales esse virtutes jam supra dictum, et fusius infra declaratur ab Apuleio.

<sup>5</sup> *Easdemque virtutes ac summitates vocat : non solum, &c.*] Totum hunc locum mire illustrant quæ habet Aristoteles lib. 11. de Moribus cap. 6.

quem vide.

<sup>6</sup> *Non solum quod careant, &c.*] Refer hoc ad 'medietates,' non autem ad 'summitates.'

<sup>8</sup> *Virtutum perfectæ quædam sunt*] Diogenes Laërt. in Vita Platonis : τῆς τελείας ἀρετῆς εἶδη τέτταρα, ἐν μὲν φρόνησι, ἐν δὲ δικαιοσύνῃ, τρίτον δὲ ἀνδρείᾳ, τέταρτον σωφροσύνῃ. 'Perfectæ consummatæque virtutis esse species quatuor, primam Prudentiam, secundam Justitiam, Fortitudinem tertiam, quartam Temperantiam.'

omnibus beneficio solo naturæ proveniunt,<sup>h</sup> vel quæ solis disciplinis traduntur,<sup>i</sup> et magistra ratione<sup>j</sup> discuntur. Eas igitur, quæ ex omnibus constant, dicimus<sup>k</sup> esse perfectas. Imperfectas virtutes semet<sup>l</sup> comitari negat. Eas vero, quæ perfectæ sunt, individuas sibi,<sup>k</sup> et inter se<sup>8</sup> connexas esse, ideo maxime arbitratur, quod ei, cui sit egregium ingenium, si accedat industria, usus etiam et disciplina,<sup>9</sup> quam dux rerum Ratio fundaverit, nihil [601] relinquetur,<sup>i</sup> quod non virtus administret. Virtutes omnes<sup>2</sup> cum animæ partibus<sup>3</sup> dividit:<sup>4</sup> et illam virtutem, quæ ratione sit nixa,<sup>5</sup> et est spectatrix dijudicatrixque<sup>6</sup> omnium rerum, pruden-

*sunt imperfecta, quæ nascuntur in singulis solo munere naturæ, aut quæ produntur solis præceptis, et addiscuntur Ratione docente. Dicimus ergo illas esse perfectas, quæ conflatae sunt ex omnibus. Negat Plato virtutes imperfectas inter se connexas esse. Idcirco autem præcipue existimat illas, quæ sunt perfectæ, esse inter se conjunctas et inseparabiles, quod is, qui habet præstantem tadolem, si insuper habeat Solertiam, Experientiam quoque, et Disciplinam, quam Ratio gubernatrix rerum firmaverit, nihil amplius habebit quod virtus non exequatur. Distribuit virtutes juxta distributionem portionum animæ: atque illam virtutem, quæ innititur Rationi et considerat atque æstimat omnia, appellat Prudentiam et Sapientiam; ex*

~~~~~

Voss. at illæ non male deest Edd. ante Vulcan. Id.—5 Ita bene e suo Cod. edidit Vulc. et seqq. consentientibus Mss. Florent. Bened. nisi excerpta fallunt: ut passim 'vita magistra,' 'natura magistra,' 'experientia magistra.' In Putean. Voss. et Edd. prioribus *magis ratione*: unde Lipsius non male margini allevit *magistrations*: immo sic emendavit Salmas. ad Solin. p. 336. negans in Mss. *magistra* esse. 'Magistrations publicæ' in Cod. Theodos. de Scholis. Sed statim, 'disciplina, quam dux rerum Ratio fundaverit.' Id.—6 Edd. ante Vulcan. o. his contra Mss. sed *constant* bene Fulv. Voss. ut et dicamus, in quo accedit Bened. Id.—7 *Sibi*met lego. Brantius. Ed. Junt. post. cum Brantio *sibi*met. Oud.—8 Bened. *intra se*. Id.—9 *Usus et disc.* V. C. *ausus*. Vulcanius. *Usus etiam*. Sic Mss. Florent. Voss. Bened. Edd. Elm. Scriv. Flor. Abest etiam a prioribus. *Usus et ausus* ut male est in Cod. Vulc. et alibi confunduntur, ut apud Veget. Prol. 'ausibus literarum:' ubi contra perperam alii *usibus*. Sæpe *ausus* 4^{ta} decl. pro *ausum*. V. Burm. ad Ovid. Met. lib. xi. vs. 242. et me ad Hirt. B. Al. c. 43. Oud.—1 Bened. *erit*. Id.—2 Edd. ante Vulcan. *omn. virt.* Id.—3 Bened. *paribus*. Id.—4 Sic Mss. Florent. Voss. Bened. Edd. Elm. Scriv. Flor. Antea *divisit*. Statim *lidem dicit*; antea *dixit*. Id.—5 Edd. ante Vulcan. *nece*. Id.—6 Ita

NOTÆ

^h Quæ in omnibus beneficio solo naturæ proveniunt] Quales sunt naturales omnes animi dotes.

ⁱ Vel quæ solis disciplinis traduntur, &c.] Quales sunt artes omnes.

^k Eas vero, quæ perfectæ sunt, indivi-

duas sibi, &c.] Hoc est, quod in scholis vulgo dicunt Virtutes connecti in statu heroico.

^l Virtutes omnes cum animæ partibus dividit] Lib. iv. de Repub. pag. 641. et 642. quas vide.

tiam dicit, atque sapientiam : ^m quarum sapientiam disciplinam vult videri divinarum humanarumque rerum ; prudentiam vero, scientiam esse intelligendorum bonorum et malorum, ⁷ eorum etiam, quæ media ⁸ dicuntur. ⁿ In ea vero parte, quæ iracundior habeatur, fortitudinis sedes esse et ⁹ vires animæ, nervosque ad ea implenda, quæ nobis severius agenda legum imponuntur imperio. ¹ Tertia pars mentis est cupidinum et desideriorum, cui necessario ² abstinentia comes est : quam vult esse servatricem convenientiæ ³ eorum, quæ natura recta pravaque sunt in homine. ⁴ Ad placentiam ac mediocritatem ⁵ libido flectitur, ⁶ actusque voluptarios ⁷ ratione hujus dicit ac modestia coerceri. Per has tres animæ partes quartam virtutem justitiam æqualiter dividendam se, scientiamque ⁸ ejus causam esse dicit, ut

quibus censet sapientiam esse scientiam rerum divinarum et humanarum : Prudentiam autem esse disciplinam cognoscendorum Bonorum et Malorum, atque eorum, quæ appellantur Media. In illa autem Animæ portione, quæ est commotior, dicit esse domicilium Fortitudinis, et robur Animæ ac vires ad exequenda illa, quæ nobis severius præscribuntur facienda jussu Legum. Tertia portio Animæ est ea, quæ pertinet ad Cupiditates et Appetitus, cui necesse est adesse Temperantiam, quam ait Plato esse conservatricem congruentiæ illarum rerum, quæ ex se sunt bona et mala. In homine Cupido inclinatur ad complacentiam, et moderationem, et ait actiones voluptuosas cohiberi hujus virtutis dictamine et moderatione. Distribuit ex æquo per has tres portiones mentis Justitiam quartam virtutem, et ait eam esse causam cur

Elm. &c. e Mss. Hanc vocem non agnoscunt Edd. ante Vulcan. qui e sua Cod. cum Wower. dedit et dijud. ut est quoque in Putean. Abest que a Voss. Id.—7 Exulat et a Bened. Id.—8 Non habet Bened. 7d quæ. Edd. ante Vulcan. media quæ. Id.—9 Fortit. sedem esse. et. Mss. Voss. Bened. Vulc. et Edd. ante Bas. sec. sedes in plurali, quod non fuerat mutandum. Carent et Edd. ante Vulcan. Id.—1 Bened. imperitia : inepte. Id.—2 Exulat a Bened. necessaria Ed. Junt. pr. Id.—3 Bened. veniente. Id.—4 Recta pr. sunt. In homine, &c. Malim cum Voss. sunt in hom. &c. Id.—5 Voss. Bened. ad med. Id.—6 Edd. ante Vulcan. sec. Ed. reflectitur. Id.—7 Excerpta Puteani adusque v. male. Elmenh.—8 Vid. Not. inf. et Not. Var.—

NOTE

^m *Prudentiam dicit, atque sapientiam*]. Harum duarum Prudentia tantum virtus est moralis, quippe quæ sola circa Bona et Mala ac Media versatur. Sapientia vero ex numero est illarum virtutum, quas dicit Plato beneficio naturæ aut disciplina comparari.

ⁿ *Eorum etiam, quæ media dicuntur*] Τῶν μέσων, de quibus supra, quæ nimirum ex sese neque Bona, neque Mala, sed perinde sunt atque illius animus, qui ea possidet : quallia sunt Bona fortunæ et corporis.

^o *Æqualiter dividendam se [dividentem,] scientiamque*] Corruptes procul-

unaquæque potiori rationi⁹ ac modo [602] ad fungendum¹ munus obediât.² Hanc ille heros justitiam modo³ nominat, nunc universæ virtutis nuncupatione complectitur,⁴ et item fidelitatis⁵ vocabulo nuncupat:⁶ sed cum ei, a quo⁷ possidetur, est utilis, benivolentia est; at cum foras spectat, et est fida speculatrix utilitatis alienæ, justitia nominatur. Est et illa justitia,⁸ quæ quartum vulgata divisione virtutum locum possidet, quæ cum religiositate, id est, *διδόρυ*⁹ copulatur:¹ quarum religiositas Deum honori ac suppliciis¹ divinæ rei mancipata¹ est; illa vero hominum

singula pareant optima ratione et modo ad exequendum suum munus. Eam Divinus ille vir nunc appellat Justitiam, nunc eam comprehendit generali vocabulo Virtutis, atque appellat etiam eam nomine Fidelitatis; at quando utilis est illi, qui eam habet, dicitur Benevolentia: sed cum respicit extra se, atque est fidelis exploratrix commodi alieni, appellatur Justitia. Illa etiam Justitia est, quæ tenet quartum locum in communi distributione Virtutum, quæ conjungitur cum Religione, hoc est, Sanctimonia: ex quibus Religio addicta est cultui Deorum, et supplicationibus Re-

~~~~~

<sup>9</sup> Potiorem ratione. Forte potior in ratione: vel, potiore ratione, vel, potiori rationi ac modo. Colvius. Recte: sed potiore ratione edidere Vulc. et seqq. quod confirmatur Mss. Florent. Putean. Bened. Voss. In Mss. Vulc. est *potiora*. Antea *potiorem* nullo sensu. Pro ac modo Bened. *ne modo*. Oud.—1 Aldus ad fugiendum. male. *Elmenhorstius*. Wower. etiam ad fugiendum; inepte. *Oudendorp*.—2 F. *obaudiât*. Brantius. V. alibi. Voss. *obediât*. *Oudendorp*.—3 Voss. *modo just*. Idem.—4 Excerpta Puteani, *compleatur*: male. *Elmenh*.—5 Malim cum Ms. *vere fid*. Scioppius in Symb. Wower. Fulvii liber *vera f.* recte. *Elmenh*. *Vere* ediderunt etiam Wow. et Scriv. *Oud*.—6 Florent. et Edd. ante Vulc. sec. *nuncupatur*. Bened. *nominat*. Id.—7 Voss. *quod*. Bened. *qui*, in quo mox pro *benivol.* est *bonivol.* et in Voss. *aut* pro *at*. Id.—8 Bened. *alia Just*.—9 *Id est διδόρυ*. Desunt Edd. primis, Junt. pr. Ald. Bas. pr. in quibus etiam male *copulantur*. Id.—1 Bened. *divi-*

#### NOTÆ

dubio locus, quem restituere absque Mssum ope non ausim. Interim, ut sensum elicerem commodum sic interpretatus sum quasi fuisset scriptum: *Per has tres animæ partes quartam virtutem Justitiam aequaliter dividit, eamque causam esse dicit, &c.* Favet meæ interpretationi quod ait Plato lib. iv. de Rep. pag. 640. Justitiam esse, quæ Temperantiæ, Fortitudini, et Prudentiæ vim præbuit, quæ et innatæ perseverarent quamdiu ipsa adesset.

<sup>P</sup> Est et illa justitia, &c.] Strictius

sumta pro virtute illa, quæ suum unicuique tribuit.

<sup>9</sup> Quæ cum religiositate, id est, *διδόρυ* copulatur] *Οσιότης* hæc, seu sanctitas, secundum Platonem, ea Justitiæ pars est, quæ suum Deo tribuit. Vide illum in Dialogo, cui Euthyphro nomen est. 'Religiositas' vox Apuleio peculiaris.

<sup>1</sup> Ac suppliciis] Sacrificiis, et propitiationibus. Hoc sensu apud Livium, lib. xxvii. legas 'suppliciis votisque fatigare Deos.'

societatis et concordiae<sup>2</sup> remedium atque medicina<sup>3</sup> est. Duabus autem æqualibus de causis utilitatem hominum justitia regit: quarum est prima, numerorum<sup>4</sup> observantia,<sup>5</sup> et divisionum æqualitas, et eorum quæ pacta sunt symbolum;<sup>6</sup> <sup>7</sup> ad hæc ponderum mensurarumque custos, et communicatio opum publicarum:<sup>6</sup> secunda finalis est,<sup>8</sup> et veniens ex æquitate partitio, ut singulis in agros dominatus congruens deferatur, ac servetur bonis potior, minor non bonis.<sup>7</sup> [603] Ad hoc,<sup>8</sup> bonus quisque natura et industria in honoribus et officiis præferatur: pessimi cives luce careant dignitatis. Sed ille justus in deferendo honore, ac servando,

*ligionis. Justitia autem est medela ac remedium societatis et pacis humana. Justitia vero dirigit comoda hominum ob duas rationes æqualis momenti; quarum prima est observatio computationum, et æqualitas divisionum, et instrumenta pactorum: insuper custodia ponderum ac mensurarum, et dispensatio divitiarum publicarum: secunda pertinet ad limites agrorum, et est divisio procedens ex Justitia, ut conveniens dominium in agros tribuatur unicuique, et major servetur bonis, minor vero malis. Præterea, ut singuli boni tum suapte indole, tum arte sua anteponantur in dignitatibus et muneribus adipiscendis, cives autem mali priventur splendore Magistratus. Verum hæc est ratio æqua observanda illi, qui favet bonis et pro-*

~~~~~

nis nuncupata. Id.—2 Bened. ac concord. Id.—3 Bened. ac medic. Idem.—4 Edd. ante Vulcan. minorum. Id.—5 Edd. vett. symbola: aliæ symbola.—6 Voss. publicarum: ut alibi. statim pro in agros Fulv. magistratos. Oud.—7 Ms. servetur bonus optimis, optior minor non bonis. Adhoc bonus quisque, &c. qua lectione quid fieri debeat, aliorum facio judicii. Illud. Adhoc, probo, quia probum et antiquum: de Asino pag. 81. Sciopp. in Symb. Edd. ante Junt. post. scrutetur bonus optimis potior: pro totis bonis potior habet etiam Vulc. liber bonis vel optimis potior: unus Fulv. optimis potior. Alter Fulv. Florent. Voss. bonis optimis optior. Bened. bonis optimis optior. Videant acutiores. An ac servetur bonis optio potior? Oud.—8 Sic cum Scioppio e Ms. Fulv. bene reposuit Elm. e Ms. Florent. eisque accedit Voss. Antea edebatur ad hæc:

NOTE

² Quorum est prima, numerorum observantia, &c.] Hæc vulgo Justitia commutativa dicitur: cujus est consu-
lere, ut ne quis in solitis hominum
commercibus et contractibus injuria
afficiatur.

³ Et eorum quæ pacta sunt symbolum
[symbola] Hoc est, tabulæ, instru-
menta, tesserae, aræ, ea denique om-
nia, quæ pactorum firmandæ fidei in-
serviunt. Sæpius in hoc significatu
legas symbola quam symbola. Repe-

ritur quidem cum apud alios, tum
apud Plautum multis in locis, sed non
eodem plane significato: Cureul.
Act. iv. Scea. 1. 'Symbolarum col-
latores apud forum piscarium.'

⁶ Secunda finalis est, &c.] Hæc pos-
terior dicitur Justitia Distributiva:
ipsiusque est, præmia et poenas pro
meritorum ratione statuere. Finalis
ideo hic dicta, quod ea statuatur, quæ
ad agrorum fines spectant.

modus est ei, qui est suffragator bonorum, et malorum subjugator: ut semper in civitate emineant,⁹ quæ sunt omnibus profutura, jaceant et subjecta sint cum suis auctoribus vitia. Quod facilius obtinebitur,¹ si duobus exemplis instrquamur: unius, divini, et tranquilli, et beati;² alterius, irreligiosi³ et inhumani, ac merito intestabilis;⁴ ut pessimo quidem alienus et aversus a recta vivendi ratione⁵ facultates suas, divino illi ac cœlesti bonus similliores esse velit.⁶ Hinc Rhetoricæ duæ sunt apud eum partes:⁷ quarum una est disciplina contemplatrix bonorum,⁸ justī tenax, apta et conveniens cum secta ejus, qui politicus⁶ vult videri: alia vero adulandi scientia est, captatrix

culcat malos, in tribuenda et conservanda dignitate: ut illa semper excellant in civitate, quæ futura sunt utilia universis, vitia vero cum suavisioribus eorum negligantur, et proculcentur. Quod efficietur facilius, si erudiamur exemplis duorum hominum, unius religiosi et quieti ac felicitis, alterius impij et crudelis, ut qui edocetur aversus quidem a deterrimo et eo, qui aberrat a justa institutione vitæ, malis suas opes convenire illi religioso cœlesti et probo. Exinde ipse ponit duas partes Rhetoricæ: quarum una est scientia observatrix Bonorum, studiosa Æquitatis, quæ idonea est, et congruit cum professione illius, qui vult haberi aptus regenda civitati: altera autem est disciplina adulandi, quæ aucupatur verisimilitudinem, experientia

ut passim ita variatur. V. Ind. Not. Id.—9 Bened. remaneant. Mox pro auctoribus Edd. ante Vulcan. actoribus. Id.—1 Hic in Romano et Aldo desunt vi. versus integri. Elmenh. Quod fac. &c. esse velit desunt omnia Edd. primis, Junt. pr. Ald. Bas. pr. Oud.—2 Voss. ac tr. ac b. Ed. Junt. post. ac tr. Addit hominis Bened. Id.—3 Alterius vero religiosi. Religio mihi est Vulcanianam hanc probare lectionem: malo cum scriptis et impressis: Alterius irreligiosi et inhumani. Scioppius in Symbola. Prave Ed. Vulc. pr. vero rel. ut monuit Sciopp. Oud.—4 Bened. intestibilis. Id.—5 Vid. Not. Var.—6 Recte ita scriptum in Romano libro. Ven. pollicitus: alii omnes, publi-

NOTÆ

⁹ Ac merito intestabilis] 'Antiqui' (inquit Porphyrio ad Horat. Sermon. Sat. III.) 'Eos, quos ad testimonium admitti nolebant, intestabiles vocabant. Detestabiles, quorum testimonium malum et execrandum esset.' 'Improbis intestabilisque' in Legg. 12. Tab.

⁵ Ut pessimo quidem alienus et aversus a recta ratione, &c.] Locus hic proculdubio corruptus est. Conjiciebam sic legendum: ut pessimo quidem alienus, et averso a recta vivendi ratione,

facultates, &c. ut sensus esset: ut (Civis quispiam, cui hæc duo exempla proponerentur) 'abhorrens ab improbo illo, qui a recta vita deflectit, malit suas opes probo illi viro permittere, quem iis credat melius usurum.'

⁷ Hinc Rhetoricæ duæ sunt partes] Vide Platonis Gorgiam.

⁸ Quarum una est disciplina contemplatrix bonorum, &c.] Hanc tamen Plato non Rhetoricam, sed Justitiam Judiciariam appellat, eamque opponit Rhetoricæ.

verisimilium, usus nulla ratione collectus. Sic enim ἄλογον τριβὴν⁷ elocuti sumus,^a quæ persuasum velit, quod docere non valeat. Hanc δύναμιν τοῦ πείθειν [604] ἔνεν τοῦ διδάσκειν^b definivit Plato:^c quam civilis particulæ⁹ umbram, id est, imaginem nominavit.^c Civilitatem vero,ⁱ quam πολιτικὴν^a vocat, ita vult a nobis intelligi, ut eam³ esse ex virtutum

comparata sine ratione. Nam sic exposuimus ἄλογον τριβὴν, quæ vult persuadere, quod non potest docere: Plato definivit eam facultatem persuadendi absque docendo: quam appellavit umbram, hoc est, simulacrum cuiusdam partis scientiæ Politicæ. Vult autem Scientiam Civilem, quam appellat Politicam, sic a nobis

~~~~~

titus. Verba Platonis ad hanc scripturam firmandam, Gorgia: πὺς λόγους πολιτικῆς μορίου εἰδωλον εἶναι τὴν ῥητορικὴν. Vide etiam sub finem Dialogi. Colv. Ald. et Rom. publicitus: insulse. Elmenh. Sic recte e Platonis Gorgia et Ed. Rom. consentientibus Mss. emendavit Colv. cum seqq. Edd. Vic. Ven. publicitus, aliis publicitus. Oud.—7 ἄλογον τριβὴν. Hæc male omittit Romanus et Aldus. Elmenh. Sic enim, &c. docere non valeat. Carent his Edd. primæ, Junt. pr. Ald. Bas. pr. Reliquæ dicere ante Vulcan. contra Mss. et mentem Apuleii. Valet quidem dicere, sed ἄλογως et sine ratione, adeoque non valet docere. Oud.—8 Vid. Not. inf. et Not. Var.—9 Al. articuli.—1 Sic Elm. et seqq. e Florent. Reliqui Mss. et Edd. carent τῷ vero. Oud.—2 Mss. et Edd. vett. Latine Politicon. Id.—3 Bened. eandem, a quo mox τὸ numero

#### NOTE

<sup>a</sup> Sic enim ἄλογον τριβὴν elocuti sumus] Quod magis ad verbum veritas: usum ratiocinio carentem.

<sup>b</sup> Hanc δύναμιν τοῦ πείθειν ἔνεν τοῦ διδάσκειν [τοῦ τὰ ψευδῆ πιδανὰ δοκεῖν] Hæc Vulcanii editio est: habent Florent. et Leidens. membranæ: ΔΥΝΑΜΕΙΝ ΤΟΤΕ ΤΟΙΝ ΔΕΦΙΤΟΤΤ ΔΑΣΚΕΙΝ. monstrose et nullo sensu. Exemplar meum Elmenhorstianum habet ad marginem manu emendatum δύναμιν τοῦ πείθειν ἔνεν τοῦ διδάσκειν virtutem persuadendi nec docendi, quod magis accedit, meliusque quadrat cum eo, quod habet Plato in Gorg. pag. 313. οὐκοῦν (ῥητορικὸν φῆς ποιεῖν οὐδὲς τε εἶναι) περὶ πάντων ἔσσι' ἐν ὅλῳ πιδανὸν εἶναι, οὐ διδάσκοντα, ἀλλὰ πείθοντα; hoc est, 'nonne (dicis te quempiam efficere posse Rhetorem) ut de omnibus in turba probabiliter dicere possit, non docen-

do, sed suadendo?'

<sup>c</sup> Quam civilis particula umbram, id est, imaginem nominavit] Pleræque editiones habent, civilis articuli, male. Debetur hæc emendatio Lindenbrogio, ad Ammianum lib. xxx. pag. 196. quam rectam esse probant hæc Platonis in Gorg. pag. 316. ἔστι γὰρ ἡ ῥητορικὴ, κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον, πολιτικῆς μορίου εἰδωλον. Quænam vero sit illa pars Civilis Scientiæ, cuius Rhetorica umbra tantum est et simulacrum, inferius declarat idem Plato: nempe eam esse Justitiam Judiciariam, quam in adulationis genere mentitur Rhetorica, quemadmodum Sophistica Legalem, Fucatoria Gymnasticam, et Quæquaria Medicinam. Verum hæc, et quæ sequuntur, fusius vide apud Platonem, pag. 316. 317. et seqq. in Gorgia.

numero sentiamus : nec solum agentem, atque in ipsis administrationibus rerum <sup>4</sup> spectari ab ea universa atque discerni.<sup>5</sup> Nec solum providentiam prodesse civilibus rebus, sed omnem sensum ejus atque propositum, fortunatum et beatum statum facere civitatis.<sup>6</sup> Hæc eadem utilitati animæ procurat <sup>7</sup> duobus modis. Altera namque legalis<sup>8</sup> est, juridicialis altera. Sed prior consimilis est exercitationi, per quam pulchritudo <sup>d</sup> animæ et robur acquiritur : sicut exercitatione valetudo <sup>9</sup> corporis gratiaque retinetur.<sup>1</sup> Juridicialis illa medicinæ par est : <sup>10</sup> nam morbis animæ medetur, [605] sicut illa corporis. Has disciplinas vocat, plurimumque earum curationem commoditatis afferre proficitur. Harum imitatrices esse coquinam et unguen-

*concipi, ut existimemus eam esse unam ex Virtutibus: neque eam tantum esse activam, et occupatam in ipso regimine, sed omnia prorsus considerari ab ea, et distinguui. Et Providentiam non tantum promovere res Politicas; verum omne ejus intentum et propositum esse, ut reddat statum Civitatis omnino prosperum et felicem. Hæc ipsa studet commodis mentis duplici ratione. Nam una est Legalis, altera Juridicialis. At prima harum perstimilis est exercitio, quo decor et firmilas comparatur menti: quemadmodum sanitas et pulchritudo corporis conservatur exercitio. Hæc Judicialis similis est Medicinæ: affert enim remedium aegritudinibus mentis, quemadmodum Medicina aegritudinibus corporis. Has nominat Scientias, et affirmat studium ipsarum parere permultum utilitatis. Dicit Culinariam et Cosmeti-*

abest. Id.—4 Edd. ante Vulcan. verum. Id.—5 Tò atque exulat a Mss. Voss. Bened. univæ quoque Voss. Id.—6 Flor. et Leid. *satisfacere civitati*: male. Elmenh. Bened. quoque *satisf.* Voss. *satisf.* Non male Leid. Florent. civitati. Oud.—7 *Utilitatem anima procurat.* Bened. *utilitates.* Sed Florent. Voss. *utilitati.* Vere, et Apuleiano more *procurare* et *curare* dativo junctum. Supersisse e Mss. id Auctori nostro restituimus. V. Ind. Not. Vulc. Cod. *procreat.* Id.—8 Bened. *regalis.* Id.—9 Bened. *exercitatio.* Florent. caret *τῷ* valet. Id.—10 *Continetur.* Ms. *retinetur.* Scioppius in Symbola. Fulvii liber, *continetur.* Elmenhorstius. Edd. ante Vulcan. sec. *continetur* contra Mss. O. nam male Elm. ait in Fnlv. esse. Contrarium monuit Sciopp. Oud.—2 Verissime emendavit vir doctus (Mercerus, ut opinor). Vulgo et Mss. *pars.* ineptissime; quod miror, a nemine alio observatum. Juridicialis prudentia non est pars Medicinæ, sed ei par sive similis; ut legalis consimilis

## NOTE

<sup>4</sup> *Exercitationi, per quam pulchritudo, &c.]* Gymnasticæ.

<sup>5</sup> *Juridicialis illa medicina par est]* Male in ceteris editionibus, *medicina pars est.* Emendationem hanc, ut et alias non paucas, ignotæ manui debeo, cujus nonnulla habeo annotata

ad marginem mei Elmenhorstiani exemplaris. Ceterum hæc ad verbum pæne expressa sunt ex Platone: sic enim habet: τῆς δὲ πολιτικῆς, ἀπὸ μὲν τῆς γυμναστικῆς τὴν νομοθετικὴν (λέγω) ἀπὸ τὸν πολεμικὸν δὲ τῆς λαμπρῆς τὴν δικαιοσύνης.

tariam.<sup>3</sup> Sed et<sup>4</sup> artem sophisticam, professionemque juris blandam, et assentationum illecebras<sup>5</sup> turpes profitentibus,<sup>6</sup> inutiles cunctis:<sup>6</sup> quarum sophisticen coquinæ conjungit.<sup>7</sup> Nam ut illa medicinæ professione interdum opinionem imprudentium captat,<sup>8</sup> quasi ea, quæ agit, cum morborum medela conveniant; sic sophisticè imitata juridicalem

*en esse earum simias. Verum artem Sophisticam, et professionem Juris assentatricem, ac præ se ferentem inhonestas blanditias adulationum, esse omnibus noxiam. Ex quibus Sophisticam copulat cum Culinaria. Sicut enim illa nonnunquam aucupatur nomen Medicinæ existimatione ignarorum, quasi illa, quæ facit, congruunt remediis morborum; illa Sophistica mentita professionem Juris dicundi, hanc de se*

~~~~~

est exercitationi, &c. Bened. *illam*. Id.—3 *Alii coquinarium*. Infra: 'Sophisticam coquinæ conjungit.' Vide quæ Daniel Heinsius ad Maximi Tyrii dissertationem 5. p. 42. notat. *Elmenh. Voss. quoquinam*. Florent. etiam et Bened. cum Edd. Elm. Scriv. Flor. *coquinam*: quia subjicit Auctor 'Sophisticen coquinæ conjungit': ubi tamen quis ipsam *culinam* posset intelligere, sub qua angustularia etiam potest comprehendi. *Mss.* tamen sequi malo quoque. *Oud.*—4 Ita tacite Florid. *Mss.* et Edd. carent *rg et*. Id.—5 *Assentationum illecebris*. Recte *Ms. ass. illecebras*. Scioppius in *Symbola*. Corrige ex scripto: *Illecebras turpes profitentem, inutilem cunctis*. Wowerius. *Wower.* ex Fulvii lib. a. *illecebras t. profitentem, inutilem c.* recte. *Elmenh.* Recte Scioppius et Wowerius cum seqq. *ass. illecebras e Ms. Fulv.* cui accedit Bened. in quo *assumptionum illecebras*. *Oud.*—6 *Turpes profitentem, inutilem cunctis*. Idem *Wow.* hoc pacto se corrigere ait ex eodem libro, et secuti sunt ceteri. Dubito de ejus fide. Edd. priores cum *Mss.* omnibus *turpes profitentibus, inutiles cunctis, &c.* scil. *esso*. quod non video, cur mutandum fuerit. Id.—7 *Quarum sophisticam coquinæ conj.* Edd. *Vic. Junt. pr. quorum*. Malim autem *quare*, quæ vox ita sæpe, præsertim in *Ms. Bened.* corrupta est. Dein Ed. Scriv. *Sophisticen*. Bene. mox enim *Sophisticæ*: ubi *Mss. Florent. Voss. Bened.* male *Sophisticen*. Id.—8 Sic habent, cum *Mss.* aliquot, Edd. ante *Elmenh.* qui edidit *opinionem imprudentiam*. Sed forsitan mutari id non oportuerat. Coquina sæpe captat, sive sibi conciliat, vel fallit imprudentium sensus professione medicinæ et ciborum utilitate. Sic 'captare puellas' Ovidio, &c. At *Ms. Bened.* *professio*, et *opinionem* Bened. Florent. Edd. Elm. Scriv. *imprudentiam* Florent. Voss. Sed Floridus edidit *professionem opinionem imprudentium captat*, explicatque 'aucupatur nomen medicinæ.' ut 'captare famam, plausus, auram popularem:' at his melius quadrat

NOTE

¹ *Professionemque juris blandam, et assentationum illecebras turpes profitentibus* [*profitentem*] Hanc Plato unico vocabulo *ἡγοπάτης* vocat, semperque opponit Justitiæ Judiciariæ, quam Noster supra Rhetoricæ partem dixit contemplatricem Bonorum, justitiam tenacem, &c.

² *Quarum sophisticen* [*sophisticam*]

coquina conjungit] Paulo aliter Plato. Ait enim more Geometrico: 'quod Fucatrix ad Gymnasticam, id ad Medicinam esse Coquinarium: Immo sic, quod Fucatrix ad Gymnasticam, hoc Sophisticam ad Legalem: rursumque quod Coquinarium ad Medicinam, id Rhetoricam esse ad Justitiam.'

statum, dat opinionem stultis,⁹ quasi justitiæ studeat, quam iniquitati favere¹ constat. Unguentariam vero professores² juris imitantur: nam sicut illa³ remedio vult esse, per quod species corporibus ac valetudo serventur, et non modo⁴ utilitatem corporum minuit, sed robur etiam viresque frangit, et verum⁵ colorem ad desidiam sanguinis mutat; sic hæc scientiam imitata juris,⁶ simulat quidem virtutem se animis augere, enervat autem⁷ quod in illis nativæ fuerit industriæ. Virtutes eas doceri et studeri posse⁸ arbitrat, quæ ad rationabilem animam pertinent,⁹ id est, sapien-

ignaris facit existimationem, veluti faveat aequitati, cum certum sit studere eam injustitiæ. Professores autem Juris referunt Cosmeticon. Quemadmodum enim hæc contendit unguenta sua mederi morbis, per quæ etiam pulchritudo et sanitas conservantur corporibus, et tamen non tantum immittit commoda corporum, sed labefacit quoque firmitatem et vires, et immutat colorem genuinum, faciendo ut sanguis subsidat ad interiora: ita hæc mentita Jurisprudentiam, fingit quidem se procurare mentibus incrementa Virtutis, at revera debilitat naturalem solertiam, quæ est in illis. Existimabat virtutes illas, quæ spectant ad portionem rationalem mentis, nimirum Sapientiam et Prudentiam, posse tradi præceptis, et comparari studio: at-

‘captare opinionem.’ *Id.*—9 Fulvii liber *status*: male. *Elmenh.*—1 Voss. *favore*. *Ond.*—2 *Mss.* Florent. Bened. Voss. *professores*. An *prof. noxia juris imitatur?* vel *noxia?* *Id.* Propius ad *Mstos* accedit *professio inanis*. *J. Bosscha.*—3 *Ed. Vulc. pr. s. illis. vitiose*. Mox pro *per quod* Bened. *quam*. *Ond.*—4 *Sic Elm.* et seqq. *Sed Mss. et Edd. vett. carent rō et.* Deest tamen vel *supra dum*, vel *hic sed*, aut tale quid. *Id.*—5 *Al. et iterum: conjicit Brantius integrum.* *Vid. Not. Var.*—6 *In scientiam mutata juris.* *V. C.* unica dictione *inscientia*. Ego legendum censuerim, *scientiam imitata juris*. *Vulcan.* Alii *mutata*. *Scribe mentita vel imitata*. *Wower.* *Scientiam imitata juris recte Mss. Florent. Putean. Bened. Edd. Vulc. sec. Wow. &c. Edd. vett. inscientiam mutata.* *Vulc. pr. scientiam mutata.* *Mss. Voss. Vulc. in scientiam imitata.* Alii *scientiam mutuata*. *Ond.*—7 *Basil. I. Ald. et Rom. enervato.* male. *Elmenh.* *Sic bene Vulc. e suo cod. cui astipulantur Florent. Putean. enervata ut Bened. Voss.* Ante simpliciter *enervato*. *Ond.*—8 *Virtutes eas doc. arbitrabatur, quæ ad rat. animam p.* Imperfectum hoc e Florent. primus edidit Elm. et astipulatur Voss. In ceteris et Edd. prioribus obvia variatione *arbitratur*. Eodem redit, immo statim ‘censet,’ ‘appellat.’ Dein *animum* Florent. Bened. Voss. *Vide ad lib. I. de Dogm. Plat. p. 586.* Sed nil muta. Ceterum *Colv. Elm. Flor.* contrarium aiunt a Platone doceri in Menone. Verum non recte distinguere videntur viri docti. Plato non omnem virtutem doceri non posse existimat, sed eam tantum, quæ solo naturæ beneficio in homine est, licet etiam rationi conveniat; alioquin enim virtus esse non posset: ast alias *rationabiles* omnino doceri posse, ut ‘sapientiam,’ ‘prudentiam’ et ‘Justitiam,’ quæ et ‘naturæ beneficio’ et ‘magistra ratione’ disci possunt. Hæc ‘perfectas virtutes’ appellavit. *Vide omnino p. 600. et hic seqq. Id.*—

NOTÆ

¹ *Virtutes eas doceri et studeri posse,* none, ubi fuse disserit Virtutem doceri. Contrarium docet Plato, in Me-

Delph. et Var. Clas.

Apul.

4 A

tiam et prudentiam : et illas, quæ vitiosis partibus pro remedio⁹ resistunt, id est, [606] fortitudinem et continentiam, rationabiles quidem esse. Superiores autem¹ virtutes pro disciplinis haberi. Ceteras, si perfectæ sunt, virtutes appellat : si semiperfectæ sunt,¹ non illas quidem² disciplinas vocandas esse censet;³ sed nec⁴ in totum existimat disciplinis alienas.⁵ Justitiam⁶ vero, quod trinis animæ regionibus sparsa⁷ sit,⁸ artem vivendi, ac disciplinam putat : et nunc docilem¹ esse, nunc usu et experiendo⁸ provenire. Bonorum autem quædam sui gratia⁹ asserit appetenda,¹ ut beatitudinem, ut bonum gaudium :^m alia

que eas quidem, quæ obstant portionibus Animæ corruptis, veluti earum remedium, nempe Fortitudinem et Temperantiam, esse quidem rationis participes. Priores vero Virtutes existimari Scientias. Si reliquæ sint perfectæ, vocat eas Virtutes : si vero tantum semiperfectæ sunt, non existimat quidem eas appellandas esse Scientias ; at non putat eas omnino remotas esse a Scientiis. Existimat autem Justitiam esse artem et Scientiam vivendi, quæ extenditur per tres partes mentis : et eam comparari præceptis, modo usu et experientia. Affermat autem aliqua Bona cupiendâ esse propter se, v. g. Beatitudinem, et justam Latitiam : alia non propter se,

9 Bened. pro medio. Id.—1 Sic tacite e Cod. Florent. edidit Elm. et seqq. E suo Vulc. sed superiores. In reliquis Mss. et Edd. non compareret adversativa particula. Id.—2 Male eas Ed. Floridi. Abest quidem ab Edd. ante Vulcan. Id.—3 Bened. censent. Id.—4 Sic rursus tacite Elm. &c. e Florent. Reliqui Mss. et Edd. sed non. Id.—5 Vitiose Bened. existimas disciplinas al. Idem.—6 Prave Edd. ante Vulcan. excepta Junt. post. justitia. Idem.—7 Quod tribus an. regionibus sparsa. Ms. Bened. que terris. Delevi autem 7d ex, quod, nescio unde, irrepsit primum in Ed. Vulc. sec. Nec male uncis incluserunt Elmenborat. ac Scriv. Sed ejiciendum auctoribus Mss. O. et sensu. pag. 601. 'per has tres animæ partes, quartam virtutem justitiam æqualiter dividendam se.' Pro vivendi Bened. videndi. Id.—8 Edd. ante Vulcan. contra Mss. experientia. Id.—9 Bened. quædam sui generis. Id.—1 Sic etiam bis in seqq. Temere Ed. Flor. expetenda. Id.—2 Non sui gra.

NOTE

¹ Si semiperfectæ sunt, &c.] Has supra imperfectas appellavit, dixitque illas esse, quæ in omnibus beneficio solo Naturæ proveniunt, vel, quæ solis Disciplinis traduntur : et magistra ratione discantur.

² Justitiam vero, quod trinis animæ regionibus sparsa sit] Unde et Virtutes omnes Morales Plato nno Justitiam nomine complectitur.

¹ Docilem] Observa hic docilem, non

vulgato sensu accipi pro eo qui facile se doceri patitur, sed pro eo quod facile præceptis traditur et comparatur.

^m Ut bonum gaudium] Illud quod ex animi voluptatibus ac virtutum possessione percipitur : nam gaudium, quod ex sensibus provenit, bonum esse negat Plato in Gorgia, pag. 328. et 339.

non sui,² ut medicinam :² alia et sui et alterius,³ ut providentiam,⁴ ceterasque virtutes, quas et sui causa expetimus, ut præstantes per se et honestas ; et alterius, id est,⁵ beatitudinis, qui⁶ est virtutum exoptatissimus fructus. Hoc pacto etiam mala quædam sui causa fugitanda⁷ sunt, alia ceterorum,⁸ pleraque⁹ et sui et aliorum : ut stultitia, et ejusmodi¹ vitia, quæ et² sui causa vitanda sunt, et eorum, quæ accidere ex his possunt, id est, miseriæ atque infelicitatis.³ Eorum, quæ appetenda sunt, quædam absolute bona dicimus, quæ semper atque omnibus cum adsunt, invehunt commoda ; ut virtutes, quarum beatitas⁴ fructus est : [607] alia quibusdam, nec cunctis, vel perpetuo⁵ bona ; ut vires, valetudo,⁶ divitiæ, et quæcumque corporis

veluti Medicinam ; alia et propter se et propter aliud, veluti Prudentiam ac reliquas Virtutes, quas exoptamus et propter se, tanquam ex sua natura excellentes atque honestas, et propter aliud, nempe propter Beatitudinem, quæ est desideratissimus fructus Virtutum. Eadem ratione aliqua etiam Mala fugienda sunt propter se, quædam propter alia: quamplurima tum propter se, tum propter alia: quemadmodum Insania, ac similia Mala, quæ fugienda sunt tum propter se, tum propter ea quæ possunt evenire ex ipsis: nempe propter Miserias et Infortunia. Ex his quæ sunt optanda, vocamus nonnulla simpliciter Bona, quæ, cum possidentur, inferunt utilitatem perpetuo, et cunctis qui ea possident: quales sunt Virtutes, quarum fructus est Beatitudo: alia sunt Bona aliquibus, non autem omnibus, nec semper, veluti Robur, Sanitas, Opes, ac omnia quæ pertinent ad Corpus et ad Fortunam. Si-

tia. Tò gratia delet Florent. Elmenh. Delent quoque Bened. et Voss. quorum auctoritate ejiciendum et intelligendum e superioribus, ut statim ' alia et sui et alterius.' Oud.—3 Sic recte Elm. et seqq. cum Mss. Florent. Bened. Voss. In reliquis deest primum et contra genium Apuleii et hunc ipsum locum. V. seqq. Id.—4 Prave Ed. Flor. et prov. Bened. providentia. Id.—5 Bened. et. Id.—6 Al. quæ.—7 Edd. ante Vulcan. fugienda. Oud.—8 Alia ceterorum, &c. vitanda sunt. Desunt Mss. Bened. Voss. Id.—9 Florent. plerumque. Id.—1 Edd. ante Vulcan. hujusmodi. Id.—2 Male et exulat ab Edd. Wow. et Vule. pr. Id.—3 Infelicitates. Florent. caret conjunctione, sed et idem cum Bened. Voss. infelicitatis: in genitivo, ut jungas cum ' eorum,' sic ' vitia vitanda sunt causa sui et causa mis. atque infelicitatis, eorum ' sc. sive quæ sunt ex his accidentia. Male Elm. et seqq. et infel. Id.—4 Romana editio cum aliquot aliis, Beatitudinitas: Basileensis utraque, ita ut eunsm. Colb. Rom. et Ald. Beatitudinitas, recte, Elmenh. Mss. O. et Edd. Junt. post. ac seqq. Beatitas. Scriv. Beatitudo. Prave Edd. vett. beatitudinitas, quod insulse probat Elm. Sequitur Auctor Ciceronem, qui hunc virtutum fructum ' beatitatem ' et ' beatitudinem ' quoque vocat. Vide Davis. ad Cic. 1. de N. D. cap. 34. Oud.—5 Abest vel a Florent. et Ed. Scriv.

NOTE

² *Ut Medicinam*] Quæ expetitur ⁶ *Ut vires, valetudo, &c.*] Hæc sunt propter Sanitatem. τὰ μέγα, media, de quibus jam supra.

ac fortunæ⁶ sunt. Pari pacto, et eorum, quæ declinanda sunt, quædam omnibus ac semper videri mala, quando⁷ nocent atque obsunt; ut sunt vitia et infortunia: quædam aliis, nec ea semper nocere; ut ægritudinem, egestatem, et cetera.⁸ ^P Sed virtutem liberam, et in nobis⁹ sitam, nobisque voluntate appetendam: ¹ peccata vero esse non minus libera, et in nobis sita, non tamen ea suscipi voluntate.² Namque ille virtutis spectator, cum eam penitus intellexit³ bonam esse, et benignitate præstare, eam affectandam profecto, et sectandam existimabit sui causa: ³ at item ille,⁴ qui senserit, vitia non solum turpitudinem existimationi invehere, sed nocere alio pacto, fraudique esse, qui potest⁵ sponte se ad eorum consortium jungere? ⁶ Sed, si ad ejus-

mili quoque ratione, ex iis quæ vitanda sunt, aliqua apparere Mala universis, et perpetuo, quia lædunt et efficiunt; qualia sunt vitia et infelicitates: aliqua quibusdam tantum, ac ne perpetuo quidem ea officere; veluti Morbum, Pauperiem, ac reliqua. At virtutem esse liberam, et positam penes nos, et ultro exoptandam nobis: vitia autem non esse minus libera, et nostri arbitrii, nec tamen illa eligi ultro. Ille enim qui contemplatur Virtutem, quando cognovit omnino esse bonam, et excellere beneficentia, judicavit eam proculdubio appetendam esse, et sequendam propter se. Sicut ille quoque, qui animadvertit vitia non modo inferre sinistram notam famæ, verum etiam lædere alia ratione, et decipere; quomodo potest se ultro affinem facere eorum? At si tendit ad ejusmodi mala, et arbitra-

male. Id.—6 Voss. et f. Id.—7 Al. quoniam.—8 Sic Mss. Florent. Fulv. Voss. Bened. Ed. Junt. post. Elm. &c. Aliæ similia.—9 Nobisque. Ita Florent. et Edd. Elm. &c. Bened. et in nobis. Reliqui Mss. et Edd. et nobis. Oud.—1 Appetenda. Malim appetendam. Colvins. Bene appetendam reposuit Colv. et seqq. cum Mss. Oud.—2 Voss. intellexerint. Bened. intellexerit et benignitatem. Id.—3 Eam affectandam prof. et sectandam existimavit sui c. Hæc est lectio Cod. Florent. quam expressit Elm. et seqq. cum Vulc. et Wow. dedissent ad eam affectabit p. e. sect. existimabit s. c. atque ita Mss. Vulc. Bened. Voss. nisi quod per v quoque Voss. ut et Ed. Junt. post. In Edd. vet. eam affectabit et eam sect. existimabit. Futurum mihi magis placet. Forsan excidit viam, ut fuerit: ad eam affectabit viam. Terent. Heaut. n. 3. 60. 'ad dominas qui affectant viam.' Id.—4 Ut item ille. Edd. ante Vulcan. ac. Voss. aut. Florent. Bened. at. vere. Id.—5 Veteres impressi, Quis potest. Colvins. Bened. etiam quis: male. Oud.—6 Ad earum cons. se jung. Ms. eorum, scil. vitiorum. Sciopp. in Symb. Bene: et sic Florent. Voss. Bened. Prave Edd.

NOTÆ

^P Ut ægritudinem, egestatem, &c.]

Hæc quoque e numero sunt τῶν μάλιστα.

¹ Non tamen ea suscipi voluntate]

Hoc est, non appeti sub ratione vitiorum, sed sub aliqua falsa bonorum

et commodorum specie: ut infra explicatur: adeo ut cum ea perpetramus, voluntas nostra non in peccata ipsa feratur: sed in illa, quæ nobis finimus, commoda.

modi⁷ mala pergit,⁸ ac sibi usuram⁹ eorum utilem credit; deceptus errore, et imagine boni sollicitatus¹ quidem, sciens vero ad mala præcipitatur.¹ Discrepes quippe a communi² sententia, si non quidem ignores, quid inter pauperiem ac divitias intersit: et cum hæc in proclivi sita sint, nec pauperies honestatem, vel turpitudinem divitiæ allaturæ sint, si egestatem [608] rerum victui necessariorum³ copiis præferas, ineptire videaris: et adhuc illud absurdius, si qui⁴ sanitatem corporis spernat, eligens morbos. Sed illud postremæ dementiæ est, cum, qui virtutis pulchritudinem⁵ oculis animæ viderit, utilitatemque ejus usu⁶ et ratione perspexerit, non ignarus quantum dedecoris atque incommodi adipiscatur ex participatione⁷ vitiorum, tamen addictum se velit vitiis. Corporum sanitatem, vires, indolentiam, ceteraque ejusmodi⁸ bona extraria, item

tur sibi fore utile tibi uti, falsus errore, et invitatus quidem specie boni: sciens tamen detruditur ad Mala. Etenim differas a communi opinione, si scias quidem quantum sit discriminis inter Egestatem et Opes; atque, cum ista sint tibi facilia paratu, et Egestas non sit paritura honorem, aut Opes dedecus, si anteponas penuriam rerum quæ necessaria sunt ad vitam earundem abundantiam, existimaberis insanire. Atque hoc erit adhuc ineptius, si quis contemnat prosperam valetudinem corporis præponens ei aegritudines. Verum hoc est extrema insania, cum is, qui conspexerit acie mentis formositatem virtutis, et cognoverit experientia et ratione ejus utilitatem, sciens quantum probri et damni ferat ex consortio vitiorum, velit nihilominus esse mancipatus vitiis. Dicit hæc non appellanda esse absolute bona, prosperam Valetudinem, corporum Robur, doloris carentiam, aliaque

ante Elmenh. eorum. In Edd. ante Vulcan. legas ad e. cons. se ingerere: sed contra Mss. Forsan tamen phrasis non damnanda. Vide ad l. de Deo Socr. p. 702. 'Tute ad studium sapientie ingeria.' Oud.—7 Sic Mss. In Edd. ante Elmenh. *hujusmodi*. Id.—8 Bened. *pertingit*. Id.—9 Voss. *ad*. Bened. *et*. Edd. ante Vulcan. contra Mss. *usum*. Infra sæpius *usura*. Id.—1 Bened. *imaginem B. sollicitus*. Id.—2 Edd. ante Vulcan. *quidem*. Bened. *ad omni*. Id.—3 Bened. *necessarium*. Id.—4 *Si quis*. Florent. *sequi ut*. Voss. Bened. *sequi*: scribendum nempe *si qui*. V. ad Met. l. 1. p. 17. a. 'si qui velit.' Id.—5 Sic Mss. Male Edd. ante Vulcan. *cum quis pulchr. virtutis*. Abest virtutis a Bened. Id.—6 Ita Florent. Bened. Edd. Elm. &c. A ceteris exulat *et ejus*. Id.—7 Voss. *et*. Florent. caret *et ex*: quod uncis includere Elm. Scriv. et Flor. Id.—8 Minus bene Florent. Voss. et Edd. Elm. Scriv. Flor. *ejus*.

NOTÆ

¹ *Sciens vero ad mala præcipitatur*] et invitatus boni imagine (ut dixit) Locus hic non mihi videtur sanus; tendit ad mala, dici potest in ea se neque enim si quis errore deceptus scientem præcipitasse.

divitias, et cetera quæ fortunæ commoda ducimus,⁹ ea non simpliciter bona nuncupanda esse.¹ Nam, si quis ea possidens, usu se abdicet, ea illi² inutilia erunt: si quis autem eorum usum³ converterit ad malas artes, ea illi etiam noxia videbuntur. Si quis autem iis abutitur, obnoxius erit vitiiis: qui ea possidet, habere hæc etiam, cum obit, non potest.⁴ Unde colligitur, bona hæc simpliciter⁵ dici non oportere: nec etiam ea quæ sunt morbosa, ut pauperiem, ceteraque, existimari mala oportet.⁶ Nam qui tenuis est, si modificetur in sumtibus,⁷ nullam noxam ex eo sentiet:

hujusmodi bona externa, præterea Opes, et alia quæ vocamus Bona Fortuna. Si enim aliquis illa possidens prioret se eorum usu, ipsa erunt ei supervacanea. Si vero quispiam detorserit eorum usum ad pravas artes, ipsa videbuntur etiam illi perniciose. (Si vero aliquis male utitur eis, propensus erit in vitia, et, qui habet ea, non valet ea retinere, quando moritur.) Ex quo inferitur ea non esse nuncupanda absolute Bona: nec illa quoque quæ sunt ægritudinis plena, ut Egestas ac reliqua, judicanda sunt mala. Qui enim est angusta re, si moderetur impensis, nihil inde

~~~~~

Id.—9 Edd. ante Vulcan. *dicimus*. Vide ad hujus libri init. Id.—1 Mirum est, in Mss. Florent. Voss. Vulc. Bened. legi *sunt*: cum tamen præcedant accusativi: quod foret solæcismus sive anacoluthon durissimum, quo hic non usum puto Auctorem, sed ellipsi ducebat Plato: ut sæpissime. Vide ad l. 1. de Dogm. Plat. p. 196. b. Id.—2 Edd. ante Vulcan. *sibi*. Id.—3 Mss. Florent. Voss. Bened. *ejus*: ut ad 'Fortunam' hoc referas. Id.—4 Lib. Fulvii si q. a. i. a. *vitiiisque subjectus erit, qui ea possidet, haberi hæc etiam obit*. Æque corrupte. Et fallor aut tota periodus inducenda, quæ plane glossema videtur illorum, quæ præcesserunt. Hand inconcinne tamen emendabilis hoc modo: *Si quis autem iis abutitur, obnoxius erit vitiiis, et qui ea possidet, habere hæc etiam cum utilitate non potest*. Wowerius. Expressi lectionem codicis Leidens. (s. q. a. i. a. *obnoxius erit vit. qui ea possidet, habere hoc etiam cum obit non potest*) Basil. 2. s. q. a. i. a. o. et v. et *qui ea possidet habere hæc etiam cum utilitate non potest*. Ms. Fulvii et Flor. memb. hoc modo legunt: s. q. a. i. a. *vitiiisque subjectus erit, qui ea possidet, haberi hæc etiam obit*. Rom. Ald. et Bas. 1. omnino hæc ignorant, et videntur glossemata eorum quæ præcesserunt. Etmenh. Hæc Vulc. e suo cod. ita expressit *Si q. a. i. a. obnoxius erit vitiiis qui ea possidet, habere hoc etiam cum obit non potest*: quæ absunt prioribus Edd. Hæc saltem legendum fuerat, non hoc. Sed Ms. Voss. modo habet *vitiiis erit qui ea possidet haberi hæc etiam obit*. Bened. *vitiiis erit, qui ea possidet haberi hoc etiam obit vel obit*. Ego adhucdum *ἐνέχου*. Oud.—5 Bened. *simpl. hæc omnia*. Voss. *simpl. bona hæc*. Id.—6 Mss. Florent. Voss. Bened. *ut ea etiam q. s. m. quæ paup. c. existimari op.* Latet menda. Male etiam exulat ab Ed. Flor. Id.—7 *In sumtibus*. Absunt perperam Edd. ante Vulcan. Id.—

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Si quis autem iis abutitur, &c. cum obit, non potest*] Quidam codices omnino hæc ignorant, et certe videntur esse Glossemata eorum quæ præces-

serunt. Si tamen retineas, interpunge inter vocem *vitiiis*, et, *qui ea possidet*, ut sit sensus, quem expressi in Interpretatione.

et qui<sup>8</sup> recte pauperie sua utitur, non solum nihil capiet incommodi, verum ad toleranda cetera melior atque præstantior fiet.<sup>9</sup> Si igitur nec habere pauperiem, neque eam ratione regere<sup>1</sup> contrarium est; paupertas per se<sup>2</sup> malum non est. Voluptatem vero neque bonum esse absolute,<sup>3</sup> neque simpliciter malum: [609] sed eam, quæ sit honesta, nec pudendis<sup>4</sup> rebus, sed gloriosis actibus veniat, non esse fugiendam: illam vero, quam aspernatur natura ipsa,<sup>4</sup> turpi delectatione quæsitam, vitari oportere censebat. Solitudinem<sup>5</sup> et laborem, si naturabiles<sup>6</sup> essent,<sup>u</sup> et ab ipsa virtute descenderent, et essent pro aliqua præclara administratione susceptæ, appetibiles ducebat<sup>7</sup> esse: sed, si adversum naturam turpissimarum rerum<sup>8</sup> causa gignerentur, malas intestabilesque<sup>9</sup> esse. Non sola vitia<sup>1</sup>

*percipiet incommodi, et qui bene utitur sua tenuitate, non tantum nullam molestiam patietur, sed etiam evadet paratior atque optior ad reliqua sustinenda. Si ergo non repugnat pati inopiam, et eam moderari ratione, Inopia ex sua natura non est Malum. Existimabat Voluptatem nec esse simpliciter Bonum, nec absolute Malum: verum illam non esse evitandam, quæ sit honesta, nec oriatur ex rebus turpibus, sed ex præclaris facinoribus: illam autem partem oblectamento inhonesto, quam ipsa Natura respuit, esse fugiendam. Existimabat anxietatem et laborem esse optanda, si essent Natura consentanea, et procederent ab ipsa Virtute, atque subirentur ob aliquid egregii gerendum: verum esse mala et execranda, si crearentur contra Naturam ob res inhonestas. Non tantum vitia evenire voluntarie Mentibus, et con-*

8 Edd. eandem etiam qui. Mox pro incommodi Bened. incommodum. Id.—9 Florent. Bened. Voss. ad tollenda c. melioratum præstant. fiet: vel meliora cum ut in Voss. Non me expedit. An meliore actu? statim 'paupertas, quæ gloriosis actibus veniat:' sed p. 611. 'meliores præstantioresque.' Edd. ante Vulcan. *crit.* Id.—1 Bened. *rationem.* Id.—2 *Per se.* Carent male Edd. ante Vulcan. Id.—3 Voss. *ne pud.* Id.—4 Tò natura reposui ex Flor. Rom. et Aldo. *Elmenh.* Abest quippe ab Ed. Vulc. sec. Male. Pro delectatione Bened. *dilectione.* Oud.—5 Edd. ante Vulcan. *solitudinem:* male. Id.—6 Sic recte Vulc. in Ed. pr. cum Mss. Leid. Voss. Florent. aliisque. Sic Flor. N. 15. 'Naturabilia commentatus.' Edd. vett. cum Ms. Bened. et Edd. Vulc. sec. ac Wow. *naturales.* Pro descenderent Bened. *descenderet.* Id.—7 Ita rursus Florent. Voss. Edd. Elm. Scriv. Flor. In ceteris dicebat. V. supra. Id.—8 Tò rerum abest a Florent. *Elmenh.* Item Voss. Oud.—9 Consentiant in hac voce Mss. Florent. Putean. Vulc. Voss. Bened. ut Elm. cum seqq. edidit pro *detestabiles;* ut vulgo. Supra p. 603. 'Irreligiosi et

## NOTE

<sup>1</sup> Voluptatem vero neque bonum esse absolute, &c.] Vide Platonis Gorgiam pag. 338. et seqq. et ejusdem Philebum.

<sup>u</sup> Si naturabiles essent] Naturabiles, naturalis: juxta naturam, ut patet ex illis quæ sequuntur.

<sup>w</sup> Intestabilesque] Intestabilis hic

voluntate accidere animis, et venire<sup>2</sup> corporibus, sed esse medium quandam statum: qualis est, cum abest<sup>3</sup> tristitia, nec tamen lætitiā adesse sentimus. Ex his quæ in nobis sunt, primum bonum atque laudabile est virtus, bonum studentī. Adeo<sup>4</sup> honestum appellari oportet: solum quippe, quod honestum est, bonum dicimus: ut et malum,<sup>5</sup> turpe: ac merito,<sup>6</sup> quod turpe est, bonum non potest esse.<sup>7</sup> Amicitiam ait sociam,<sup>8</sup> eamque consensu consistere: reciprocamque esse, ac delectationis vicem<sup>9</sup> reddere, quando æqualiter redamat.<sup>9</sup> Hoc amicitiae commodo provenit, cum amicus eum, quem diligit, pariter ac se cupit prosperis rebus potiri. Æqualitas ista non aliter provenit, nisi similitudo in utroque<sup>1</sup> parili caritate<sup>2</sup> conveniat. Nam ut pares

*tingere corporibus, verum esse etiam quandam statum medium, veluti quando caremus merore, neque tamen experimur nos affici gaudio eorum quæ reperiuntur in nobis. Primum Bonum et laudabile illi, qui appetit Bonum, est Virtus: ideoque vocandum est Honestum. Etiam id tantum existimamus esse Bonum, quod est Honestum: quemadmodum et existimamus Malum id quod est Inhonestum. Et jure id, quod est Inhonestum, nequit esse Bonum. Dicit Amicitiam esse conciliatricem societas, atque eam positam esse in Concordia, et esse mutuum, et parere gaudium reciprocum, cum redamat ex æquo. Hoc evenit utiliter Amicitia, quando amicus optat, ut ille, quem amat, fruatur secunda fortuna eodem modo quo ipse optat ea frui. Hæc æqualitas non gignitur nisi similitudo consentiat in ambobus*

inhumani ac merito intestabiles.' Vide Glossas et Torrent. ad Horat. l. ii. S. 3. vs. 181. 'Is intestabilis et sacer esto.' Id.—1 *Non sola vitia, &c. sentimus.* Absunt hæc omnia Edd. primis, Junt. pr. Ald. Bas. pr. In Edd. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. *non sola initia:* unde Vulc. et Wow. e Msa. suis *non sola vitia* fecere, et sic Voss. Abest vox *sola* a Bened. *non solum* in Florent. ut edidere Elm. et seqq. Sed præfero *sola*, quod rectius esse docent sequentia. Post *vitia* Mss. Vulc. et Voss. addunt *sed:* an ait vel scilicet? ut sæpe. Id.—2 Edd. ante Vulcan. *convincere.* Id.—3 Bened. *abem.* Id.—4 *Ideo.* Voss. Bened. *adeo.* Recte, et eodem sensu. Vide ad Met. l. viii. p. 571. a. Id.—5 *Ducimus ut et malum.* Sic recte Vulc. et seqq. Edd. priores *dicimus et malum t.* Mss. Voss. *dicimus ut est malum t.* Bened. *ducimus ut est malum tempore.* Corrupte. Id.—6 Sic Voss. Bened. *Vulgo et mer.* Pro quod turpe Bened. iterum quod tempore. Id.—7 Ita Florent. Voss. Bened. Edd. Elm. &c. Vulc. cod. et Edd. vett. *dici:* nec male. Id.—8 *Prave* Edd. ante Elmenh. contra Mss. O. *dilectionis.* Id.—9 *Æqualiter reclamant.* Scripserim cum Modio nostro, *redamat.* Colvius. Edd. ante Vulcan. *reclamat æq.* Male, licet *reclamat* sit in Voss. Sed bene jam Modius monuit legendum esse *redamat:* pag. seq. 'nec reciprocari queant, ut ament quæ redamantur.' Oud.—1 Particulam *in* non agnoscit Florent. Elmenh. Uti nec Voss. Bened. Oud.—2 Rom. Bas. l. Ald. *paritate charitateque.* Elmenhorstius. Contra Mss.

## NOTE

idem est ac detestabilis.

sule Platonis libros de Legibus.

<sup>2</sup> Amicitiam ait sociam, &c.] Con-

paribus<sup>3</sup> irresolubili nexu junguntur: ita discrepantes, et inter se disjuncti sunt,<sup>4</sup> nec aliorum amici. Inimicitiarum autem vitia gignuntur ex malevolentia [610] per morum dissimilitudinem,<sup>5</sup> et distantiam vitæ, et sectas, atque ingenia contraria.<sup>6</sup> Alia etiam amicitie genera dicit esse: quarum pars voluptatis gignitur causa,<sup>7</sup> pars necessitatis. Necessitudinem et liberorum amor<sup>7</sup> naturæ congruus est: ille alius<sup>8</sup> ab humanitatis clementia, qui vulgo amor dicitur, est appetitus ardens,<sup>9</sup> cuius instinctu per libidinem capti amatores corporum,<sup>1</sup> in eo, quod viderint, totum hominem putant. Ejusmodi calamitates animarum, amicitias idem appellari vetat, quod nec mutuae sunt,<sup>2</sup> nec reciprocari queant, ut ament, quæ redamantur;<sup>3</sup> nec con-

*æquali dilectione. Sicut enim æquales connectuntur æqualibus vinculo indissolubili, sic inæquales discordant invicem, neque amici sunt aliorum. Labes autem odiorum creantur ex Malevolentia per disparitatem indolis, et discrepantiam vitæ, et professiones ac ingenia sibi adversantia. At etiam esse alias species Amicitie: quarum quædam conciliantur propter voluptatem, quædam propter Necessitatem. Amor familiarum et filiorum est consentaneus Naturæ: ille alter, qui fere vocatur Amor, adversatur Mansuetudini humanitatis: estque vehemens Cupido, cuius stimulatione libidinosa correpti Amatores corporum, existimant universum hominem consistere in eo quod aspexerint. Idem Plato prohibet, ne tales pestes Animorum vocentur Amicitie, quia nec sunt reciproca, nec possunt fieri mutua, ita ut quæ amantur, reda-*

*Oud.*—3 Eadem Edd. ante Vulcan. *pares enim parib.* Bened. Nam ut partes partibus. *Id.*—4 Dele *et* et. Elmenhorstina. Auctore Cod. Florent. de quo tacet: ceteri Elmenh. sunt secuti. In reliquis Mss. et Edd. *et inter se*, quod non innovatur fuerat, per frequentissimam Auctori nostro polysyndeton. Supra, 'et sui et alterius.' Vid. Ind. Not. *se* abest a Bened. *Oud.*—5 Bened. *coguntur*. Voss. *dissim. morum*. *Id.*—6 Bened. *ing. et contraria*. *Id.*—7 Sic tacite reposuit Elm. cum seqq. nihilominus bene et e Cod. Florent. Antea edebatur *necessitudinis*. Voss. *necessitudinem*. Bened. *necessitudo*. Ipsi proximi, ut conjuges, parentes, filii vocantur *necessitudines*: ut notum, p. 620. 'tali necessitudine orbatum.' *Id.*—8 Carent *et ille* Edd. ante Vulcan. contra Apuleii genium. *Id.*—9 *Et est appet. ardens*. Recte Voss. Bened. *desunt et*. Ille alius, qui Amor dicitur, est appetitus ardens. Vulc. Ed. pr. e Cod. suo *ardens*, male. *Id.*—1 Bened. caret. *Id.*—2 Edd. ante Vulcan. *quæ*. Bened. *neque*. Ed. Wow. *sint*: quia nescivit, modos hos frequenter variari. Adi Burn. ad Virg. Georg. 1. 155. *Æn.* 14. 591. me ad Frontia. lib. 111. Prol. supra sæpius: et ad Veget. lib. 111. c. 5. 'cum non possit atque facienda sunt:' de Mundo p. 724. 'quod ortus et occasus mutantur...Meridies et Arctos illadem semper regionibus sunt notatæ.' Mss. Bened. Vulc. et ejus Ed. *sed nec*. *Id.*—3 Flor. *redimantur*: male. Elmenh. Bened. *redemantur*.

## NOTÆ

<sup>1</sup> Alia etiam Amicitie genera, &c. Platonis Lysidem. quarum pars voluptatis causa, &c.] Vide



stantia illis adsit,<sup>4</sup> et diurnitas desit, amoresque ejusmodi satietate ac poenitentia<sup>5</sup> terminentur. Plato tres Amores<sup>6</sup> hoc genere dinumerat: quod sit<sup>6</sup> unus divinus, cum incorrupta mente et virtutis ratione conveniens, non poenitendus: alter degeneris animi, et corruptissimæ<sup>7</sup> voluptatis: tertius ex utroque permixtus,<sup>8</sup> mediocris ingenii, et cupidinis<sup>8</sup> modicæ. Animas vero<sup>9</sup> fusciores impelli cupidine corporum, unumque illis<sup>1</sup> propositum esse, ut eorum usura potiantur, atque ejusmodi voluptate et delectatione ardorem suum mulceant. Illæ vero<sup>b</sup> facetæ et urbanæ sunt.<sup>2</sup> Animas bonorum deamare, et studere illis, factumque velle<sup>3</sup> [611] uti quam plurimum potiantur<sup>4</sup> bonis

*ment, et quoniam neque habent stabilitatem, neque diu durant: atque tales Amores finiuntur fastidio et poenitentia. Plato recenset tres ejusmodi Amores, quia unus est Cælestis congruens cum animo sano, et cum Virtutis natura, nullam inferens sui poenitentiam. Alter proprius mentis ignavæ et libidinis teterrimæ: tertius temperatus ex ambobus, proprius Animi mediocris, et moderatæ Cupiditatis. Tetriores autem Mentes instigari Cupiditate corporum, atque hoc tantum habere in votis ut fruantur usu eorum, et leniant suum æstum tali voluptate atque oblectamento. Illæ autem puriores mentes sunt lepidae et comes. At illas diligere Animas Bonorum, et bene velle illis, optareque ut quam maxime possideant bonas artes,*

\*\*\*\*\*

Voss. quoque redimantur. Oud.—4 Bened. caret nec. Voss. absit. Id.—5 Societate ac poenit. Scribo ex Ro. edit. *satietate ac poen.* Colv. *Sanitate, vel, satietate*, quod propius accedit ad veterem lectionem, *societate*. Vulc. Retinui lectionem, quam ostentant Edd. Rom. Vic. et probavit Colv. Vulc. Ed. sec. aliique vulgo. Passim *satietas* de amoris tædio occurrit. V. Gebh. ad Tib. II. 1. 51. 'assiduo satiatas aratro.' Vitiose Edd. Junt. Ald. &c. *societate*. Sed Mss. Florent. Putean. Vulc. Voss. Bened. Edd. Vulc. pr. ac Scriv. dant *satietate*: quod omnino præferendum. Cum anima ex hoc errore et calamitate ad sanitatem rediit. In eadem re apposite Ovid. lib. I. Am. El. 10. 'Cum bene pertæsus est, animique resanuit error:' ubi v. Oud.—6 Ven. Ald. quod fit. Colvius.—7 Fulvii liber corrupti. Elmenhorstius.—8 Bened. *cupiditatis*. Oud.—9 *Animas vero, &c....capi posse*. Hæc cuncta absunt Edd. ante Ed. Junt. post. Id.—1 Ed. Vulc. pr. *utrumque*: vitiose. Bened. *illud*. Edd. ante Vulcan. unum quod: et pro esse contra Mss. est. Id.—2 Voss. *sint*. De his nondum egit. Forte *illas quæ* f. Id.—3 Sic optime correxit e suo Cod.

#### NOTE

<sup>2</sup> Plato tres Amores, &c.] Vide ejus Dialogum, cui titulus Convivium.

<sup>3</sup> Tertius ex utroque permixtus] Quem in tres adhuc dividit, quorum unus medium tenet inter Divinum et Vulgarem, duo reliqui magis accedunt, hic ad Divinum, ille ad Vulgarem: sed hos tres medios affectus,

potius quam Amores dicendos existimat, ideoque nec illis Dæmonum nomen tribuit, quo Amores Divinum et Vulgarem insignit.

<sup>b</sup> Illæ vero] Puriores mentes, quæ Amore divino flagrant, de quibus tamen nondum locutus est.

<sup>c</sup> Factumque velle] De hac formula

artibus, et meliores præstantioresque reddantur. Medias ex utroque<sup>5</sup> constare: nec delectationibus corporum<sup>6</sup> prorsus carere, et lepidis animarum ingeniis capi posse. Ut igitur ille amor teterrimus,<sup>7</sup> ac inhumanissimus, atque turpis, non ex rerum natura, sed ægritudine corporali morboque colligitur;<sup>8</sup> sic ille divinus, Deorum munere beneficioque concessus, aspirante cœlesti cupidine in animos hominum credatur<sup>9</sup> venire. Est Amoris tertia species, quam diximus mediam.<sup>9</sup> Divini atque terreni proximitate collectus, nexuque et consortio parili copulatus, et rationi propinquus est,<sup>10</sup> ut divinus ille; ut terrenus ille cupidini junctus est voluptatis. Culpabilium autem virorum quatuor formæ sunt:<sup>1</sup> quarum prima honoripetarum<sup>2</sup> est,

*atque efficiantur probiores et excellentiores. At vero medias Mentes constari ex ambabus extremis, atque ipsas non omnino abhorreere a delectationibus corporis, et posse etiam trahi elegantis indole Animarum. Quemadmodum ergo ille Amor teterrimus, et ferissimus ac inhonestus non concipitur ex natura rerum, verum ex morbo atque infirmitate corporali: ita ille cœlestis tributus dono ac liberalitate Deorum putatur penetrare in mentes humanas inspiratione Cupidinis divini. Est tertium genus Amoris, quod appellavimus medium, quod concipitur effusitate Amoris cœlestis et terrestis, et connectitur vinculo et societate aquali utriusque, et affinis est Rationi, quemadmodum ille cœlestis; et annexus est cupiditati Voluptatis, sicut ille terrestis. Sunt autem quatuor species hominum vituperabilium: quarum*

Vulc. cui accedunt mei omnes; nisi quod Bened. habeat illis rebus. Antea editum modo et factum velle. Id.—4 Sic recte idem Vulc. cum Mss. Ante qui pot. plurimum. Id.—5 Bened. ex utraque. Id.—6 Sic Florent. Voss. Bened. Edd. Elm. &c. ut supra 'amatores corporum.' Ante corpora. Id.—7 Edd. ante Vulcan. contra Mss. *deter.* Pro ac inh. Voss. et inh. Vide ad Met. lib. II. p. 108. b. Id.—8 Creditur. Florent. Bened. Voss. et Edd. ante Vulcan. recte credatur. Id.—9 Hic major distinctio ponenda est: nam aliquin collecta, &c. non collectus debuisset scribi. Bened. quem d. medium. Id.—10 Et rationi propinquus est. Non male Floridus, si Mss. addicant. In Edd. Vulc. et seqq. editur *Et ut rat. prop. est divinus ille, ita terrenus ille cup. i. e. v.* Sed non agitur hic de amore terreno, verum tertio, mixto inter cœlestem et terrenum. Pro ita in Edd. veti. ita et: pro cupidini in

## NOTÆ

jam ad Apologiam diximus.

<sup>4</sup> Sed ægritudine corporali morboque colligitur [provenit] Est enim juxta Platonem Insaniam species a bile adusta provenientis.

<sup>5</sup> Et ut Rationi propinquus est] Lege meo periculo: Et Rationi propinquus est, ut divinus ille; ut terrenus ille

cupidini, &c.

<sup>6</sup> Culpabilium autem virorum quatuor formæ sunt] Videndus Plato lib. VIII. de Republ. de his quoque infra iterum aget.

<sup>7</sup> Honoripetarum] Φιλοτιμους vocat Plato.

sequens abstemiorum,<sup>a</sup> tertia popularis, tyrannicæ dominationis ultima.<sup>3</sup> Evenit quapropter primum illud mentibus vitium,<sup>4</sup> cum vigor rationis elanguerit, superiorque et [612] robustior<sup>5</sup> fuerit animæ portio, in qua ira dominatur. At quæ 'Ολγαρχία dicitur, ea sic<sup>k</sup> nascitur,<sup>6</sup> cum propter

*prima est Ambitiosorum, altera Avarorum, tertia Plebeia, postrema est Imperii Tyrannici. Quare illa prima labe accidit Animis quando robur Rationis fuerit debilitatum, et ea pars Animæ, cui Ira imperat, evaserit superior, et fortior. Secunda vocatur δολγαρχία. Ea sic oritur, quando ob deterrimum alimentum illius*

~~~~~

Idem et Ms. Fulv. turpitudini. Dein voluptati habent Mss. Florent. Putean. Voss. et voluptati Bened. Unde fors legendum *Et ut rationi prop. est divinus ille, et terrenus ille turpitudini, ita junctus est voluptati.* Id.—2 Vid. Not. inf.—3 Tyr. dominationis est. Quidam editi Tyr. damnationis. Vide sub libri finem. Colv. Inepte Edd. ante Colv. damnationis. Exulat est a Voss. Vulc. et Edd. ante Elmenh. &c. Recte, jam præcesserat τὸ est. Oud.—4 Quapropter illud prim. m. ev. vit. Hic ordo ab Elmenh. est. at in Florent. exaratur quapropter vit. illud prim. ment. evenit. Sed in Mss. Bened. Voss. Vulc. evenit quapropter prim. illud ment. vit. Notandum sæpius a Nostro secundo in loco poni τὸ quapropter. Certe in Mss. sic init. h. libri 'divina quapropter esse.' p. 598. 'Tres quapropter.' p. 613. 'pessimo quapropter.' de Mundo p. 713. 'Superna quapropter.' ubi id monet quoque Vulc. sed non affert exemplum. Edd. vet. quapropter evenit pr. ill. ment. vit. Id.—5 Abest copula et Edd. ante Vulcan. Id.—6 Recte observat Flor. non hanc ita a Platone vocari, sed τιμαρχίαν et τιμοκρατίαν. Quare addit altera: audacter sane: nec tamen de suo: nam Wow. jam ante tacitis ediderat δολγ. dicitur alterum. In Bened. est et quæ δολγ. d. Unde fors legendum *At quæ δολγ. dicitur, ea sic*

NOTE

^a Abstemiorum] φιλοχρήματα Platoni sunt, non abstemii. Excerpta Puteani habent abstemiorum, hoc est, ignavorum, quod nihilo magis invenitur apud Platonem: non abhorret tamen ab ejus sensu: cum enim φιλοχρήματα illi congerendis pecuniis unice incumbant, res bellicas negligant, atque etiam vitant bella quantum possunt, utpote quæ congestam pecuniam exauriant, ipsosque thesauros ac eorum possessores militum et invidiorum civium rapacitati exponant. Minus quadrat τὸ Abstemiorum: Abstemius enim nihil aliud sonat quam a temeto, hoc est, vino, abhorrens. Corruptus proculdubio hic locus: unde certo emendem non habeo: quid, si legas Abstentorum, hoc

est, Abstinendum, et nummis suis tanquam sacris parcentium?

¹ Primum illud &c. vitium] Ambitionis.

^k 'Ολγαρχία, dicitur [altera:] ea sic, &c.] Sic omnino restituendum est, et punctum præponendum voci δολγαρχία, ut sensus superiorum verborum finitus intelligatur: neque enim Honoripetarum vitium δολγαρχίαν Plato vocat, sed τιμαρχίαν et τιμοκρατίαν, eaque primam apud eum constituit corruptæ Reipubl. formam, δολγαρχία secundam, τιμοκρατία tertiam, τυραννίς denique quartam: cum bene constitutæ Reipublicæ sit una tantum forma apud eum, nempe ἀριστοκρατία regis potestati mixta.

pessimum pactum⁷ ejus partis animæ, quæ ex cupiditatibus constat, non solum rationabilis et irascentiæ loca⁸ possidentur, sed ejus etiam,⁹ quæ non necessariae cupidines acciunt.¹ Hunc talem² Plato lucrificupidinem,¹ atque accipitrem pecuniæ^m nominavit. Qualitas popularis² existit, cum indulgentia cupidines laboratæ,⁴ non solum justis desideriis exardescunt, sed his etiam quasi obviæ atque occurrentes,⁵ et illam consiliariam,⁶ et illam alteram iratiorem⁷ animam^q

portionis Animæ, quæ conflatur ex Cupidinibus, non tantum occupantur sedes partis Rationalis et Irascibilis, verum etiam illa loca ipsius Concupiscibilis, quæ excitant Cupiditates non necessariae. Ejusmodi virum Plato appellavit Avidum quæstus, et Accipitrem pecuniæ. Indoles est, quando Cupiditates, fatigatæ nimia licentia, non tantum incendantur æquis desideriis, verum resistentes quoque et obloquentes eis opprimerunt suis qualitatibus illam Animæ partem consiliatricem, et illam alte-

nascitur. Id.—7 A Bened. abest pessimum. Idem et Vulc. cum Edd. Vulc. pr. Wow. pactum: male. Vide Ind. Id.—8 Bened. loco. Id.—9 Sic Voss. Al. etiam ejus sc. concupiscentiæ loca. Id.—1 Omnes libri, quibus usus: non necessaria cupidine sunt. Minus in his liquet. Sane et præcedentia implicita, turbata, et corrupta, quæ tamen sententiæ suæ restitui. Wower. Mss. Florent. Vulc. Voss. Fulv. necessaria cupidine sunt. Bened. vetera cupidine sunt. An alunt? Oud.—2 Al. palam.—3 Edd. Junt. Ald. Bas. Lugd. Colv. prave qualis. Oud.—4 Aliud quid substituendum hic videtur: ut saburrata, vel simile: quod magis placitum adhuc quæro. Colo. Colv. non male saburrata. Elmenh. Colvius tentat saburrata. Rectius irritata. Mox pro justis deid. exardescunt Voss. notis. Oud.—5 Sed his etiam, quæ obviæ atque occurr. Sic Mss. nisi quod in Vulc. sit etiam quam: at Edd. ante Vulcan. his æquis obviæ. Abundat certe illud quæ; quare expulit Floridus. Fuitne sed his etiam quasi obviæ? sæpe illud in quam et quæ corruptum est. Id.—6 Voss. consiliariam. Bened. consuetudinariam. Intelligit rationalem. Id.—7 Edd. ante Vulcan. rationabilem.

NOTÆ

¹ Hunc talem Plato lucrificupidinem] Repono *Lucrificupidem*, nempe virum ῥῆς ἡλεγχίας studiosum. Lucrificupidus, φιλοκέρδης Platoni in Hipparcho Dialogo.

² Atque Accipitrem pecuniæ] Qui pecuniam rapit, ut Accipiter aviculas. Porro 'Accipitrem' hunc nequaquam potui in Platone deprehendere, tametsi diu multumque fuerim aucupatus. Non Plato ergo, quantum arbitror, sed, ex sensu Platonis, Apuleius hoc avaro ἡλεγχίας studioso nomen indiderit, et quidem maxime congruum.

³ Qualitas popularis] Stádium ῥῆς δημοκρατίας.

⁴ Cum indulgentia cupidines laboratæ] Colvius *saburrata*, aut quid simile reponendum censebat. Ego nihil muto, 'cupidinesque laboratæ indulgentia,' quæ est Apuleii in abutendis vocabulis licentia, hic nihil aliud sunt quam cupidines laborantes nimia indulgentia.

⁵ Sed his etiam, quasi [quæ] obviæ atque occurrentes, &c.] Corruptus locus et sensu carens. Tollebam quæ, ut esset sensus, illas cupiditates non semper sequi justa desideria, sed eis etiam sæpe reluctari, ut in Interpretatione expressi.

⁶ Et illam consiliariam, et illam alteram iratiorem animam] Hoc est, Ra-

conditionibus suis presserunt.⁸ *Tύραννις* est luxuriosa⁹ et plena libidinis vita; quæ ex infinitis et diversis¹ et illicitis voluptatibus confiata, mente tota dominatur. Qui sit autem [618] pessimus,² eum non solum turpem, et damnosum, et contemptorem³ Deorum, et immoderatam et inhumanam atque insociabilem vitam ait vivere,⁴ sed nec cum proximis secumve congruere, atque ideo non modo a ceteris,⁵ verum etiam a se discrepare: nec aliis tantum, sed etiam sibi⁶ inimicum esse, et idcirco hunc talem⁷ neque bonis, nec

ram ardentiorē. Tyrannis est vita lasciva et libidinosa, quæ composita ex innumeris, et variis, et interdictis Voluptatibus, regnat per universam Animam. Dicit autem illum, qui est deterrimus omnium, non tantum esse turpem, et perniciosum, et spreto rem Deorum, et degere vitam intemperantem, et feram, et societatis inimicam, quin et eum non consentire cum cognatis, neque cum seipso, proptereaque dissentire non solum ab aliis, rerum a seipso quoque: nec solum esse infensum ceteris, sed etiam sibi metipsum, ideoque ejusmodi hominem neque esse amicum bonis, nec ulli



Male omnino. Bened. *irationabilem*: sed sequor Mss. plerosque et Edd. ceteras in *iraticrem*. Wow. *iratricem*: quod forsitan effinxit e vitiosa scriptura Ed. Vulc. pr. *iraticrem*. Id.—8 Florent. *presserint*. Fulv. *processerint*. Id.—9 Veteres, ex *luxuriosa*. Colvius. V. C. *tyrannidis tenuis* ex. forte *tyr. genus* ex. Vulcanius. Florent. *tyrannidis tenuis et luxuriosa*. Vulc. *tyr. genus est*. Colvius ita distinguit hunc locum *processerint tyrannidis tenuis*, l. Elmenhorstius. *Tύραννις est luxuriosa vita*. Sic Vulc. Ed. sec. cum seqq. At Ed. pr. cum Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. *Tyrannidis est l.* Edd. vett. item Wow. *tyrannidis ex l.* At Mss. O. *tyrannidis tenuis ex l.* nisi quod in Fulv. sit *et*. Quod hic memorat Elm. de Colvio falsissimum est. Scribendum videtur *presserunt Tyrannidis tenuis*. *Et est l.* vel tale quid: quod est quantum culpabilium virorum genus. Vide ad lib. 1. de Dogm. Plat. p. 588. Flor. 'hummerorum tenuis.' Ond.—1 *Quæ ex finitis et dic.* Corrige, *infinitis*. Wowerius. Recte, e Fulv. Cod. qui recte caret quoque *et*. Mss. ceteri et Edd. Vulc. ex *finitis et diversis et illic*. Absunt ab Edd. prioribus *et infinitis et*. Ond.—2 *Qui sit autem non pessimus, &c.* Lege: *qui sit autem omnium pessimus, cum non solum*. Wowerius. *Qui sit autem pessimus*. Ita Mss. O. et Ed. Vulc. sec. vere. In Ed. Vulc. pr. vitiose qui *situ autem non pessimus, cum*. Hinc Wow. cum seqq. effinxit *qui sit autem omnium pessimus*: sed in Mss. nullo *et omnium*. Edd. vett. *quis itaque ut pessimus*. Junt. post. Bas. Lugd. Colv. *quis itaque non pessimus*. Ond.—3 Bened. *temptorem*. Id.—4 Mss. Florent. Bened. Voss. Vulc. *immoderatum*. Dein etiam Florent. *et inhumanam atque insociabilem vitam ait vivere*: sed *vivere vitam elegans* et obvium est, ut mox 'servire servitium.' A Bened. abest *et* ait. Id.—5 Voss. a *ceteris modo*. Id.—6 Abest etiam ab Edd. ante Vulcan. Bene, nisi Mss. O. agnoscerent. De ea ellipsi egi sæpius. Exulat sibi a Bened. Id.—7 Bened. *hunc tantum talem*,

NOTÆ

tionem et Appetitum Irascibilem. est. De quo vide libb. viiii. et ix. de
 'Qui sit autem [omnium] pessimus, Republica.
 &c.] Pessimus vir Platoni Tyrannus

omnino cuiquam, nec sibi quidem amicum esse: sed eum pessimum² videri, quem nulla malignitatis superlatio possit excedere.⁹ Hunc talem nunquam in agendis rebus expedire se posse, non solum propter inscientiam,¹ sed quod ipse³ etiam sibi met sit ignotus, et quod perfecta malitia seditionem mentibus pariat,³ impediens incepta ejus atque meditata consilia,⁴ nec permittens quicquam eorum, quæ volet. Pessimo quapropter⁵ deterrimoque⁶ non ea tantum vitia, quæ secundum naturam sunt, pariunt execrabilitatem, ut est invidentia, ut est de alienis⁷ incommodis gaudium; sed etiam quæ natura non respuit, voluptatem dico, atque ægritudinem, desiderium, amorem,⁸ misericordiam, metum,⁹ pudorem, iracundiam. Idcirco autem hoc evenit, quod immoderatum ingenium, in quæcumque prouerit,¹ modum non habet, atque ideo semper ei aut deest aliquid, aut redundat. Hinc ejusmodi hominis amor omni tenore est corruptus,² quod non solum effrænatis cupidita-

prorsus, nec sibi quidem ipsi: at illum videri deterrimum, quem nullus excessus improbitatis possit superare. Ejusmodi hominem nunquam posse se extricare in negotiis gerendis, non tantum ob imperitiam, verum etiam quia est incognitus sibi ipsi, et quia summa improbitas excitat tumultum in animis: officiens propositis ejus inchoatis et præcogitatis, nec sinens eum facere quidpiam ex his, quæ cupiet. Qua de causa non solum illa Vitia, quæ sunt præter Naturam, qualia sunt Invidia, et Delectatio de alieno malo, reddunt detestabilem hominem, nequissimum et improbissimum, verum et illa quoque a quibus Natura non abhorret, nempe Voluptas, Sollicitudo, Cupido, Amor, Commiseratio, Timor, Verecundia, Ira. Hoc autem contingit propterea quod Animus intemperans, in quancumque partem se conjecerit, nullam servat mediocritatem, et propterea semper aliquid deest, vel abundat. Ideo Amor talis hominis est corruptus secundum se totum, non modo quia ipse optat Cu-

et statim hominis pro bonis. Id.—8 Edd. ante Vulc. sec. illum p. Id.—9 Quem...excedere. Sic Florent. Fulv. Voss. et Edd. Elm. Scriv. Flor. Recte qua in Bened. Edd. priores quod. In Ed. Ven. prave expedire. Id.—1 Al. incitiam.—2 Ita Mss. vel ipsi, ut Voss. et Bened. et Edd. ante Elmenhorst. ex cuius et seqq. Edd. male excidit rō ipse. Oudendorp.—3 Voss. seditione: Idem cum Bened. parit. Id.—4 Ms. Vulc. et Var. Lect. Putean. cum Ed. Vulc. pr. male mediata. Id.—5 Ita Mss. O. cum Vulc. sec. in Edd. primis quapr. pess. V. supra. Id.—6 Bened. detrimentorumque. Id.—7 Male Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. nec est de al. Eadem quoque ut et Ven. ignorant rō non ante respuit, sensu invito. Id.—8 Carent Edd. Vulc. pr. Wow. Id.—9 Inverse Bened. Voss. Id.—1 Bened. pro libidinem. Ed. Bas. pr. proripuerit. Pro modum Voss. modo: et mox Bened. ejusdemmodi pro ejusmodi. Id.—2 Ante Vulc. Ed. sec. abest rō est, ut etiam a Mssis. hominis amor Florent. Bened. Num fuit hominis is amor? quod convenit cum 'prouere,' 'tenore,' et 'errore distrahitur.' Mox pra

tibus et inexplibili siti¹ haurire avet⁴ omnia genera voluptatis, sed quod etiam⁵ formæ judicio, irrationabili⁶ errore distrahitur, [614] ignorans veram pulchritudinem, et corporis effectam, et enervem, et fluxam cutem deamans: nec saltem coloratos Sole,⁷ aut exercitatione solidatos, sed opacos umbra,⁷ vel molles desidia,⁸ sed cura nimia medullatos⁹ artus magni facit.⁹ Non sponte grassari¹ malitiam, multis modis² constat. Namque injuriam,² inordinatam

pidnibus effraenibus et siti inextinguibili se ingurgitare omnimodis Voluptatibus, sed etiam quia fallitur cæco errore inter judicandum de pulchritudine: non cognoscens veram formam, atque amans mollem, et languidam, et fragilem cutem corporis: neque saltem in pretio habet membra infusata sole, aut indurata exercitio, et obesa ob umbram, aut delicata ex otio, sed fucata ingenti cura. Certum est multiplici ratione improbitatem cœvire invito homine. Dicit enim Plato contumeliam

~~~~~

quod Bened. que. Id.—3 *Inexplicabili siti.* Forte legas rectius, *inexplibili siti*, vel, *inexpletibili*. Colvius. Colv. et Bas. 2. *inexplibili siti*, male. Vide Indicem et notas ad librum de Mundo. Elmenh. *Inexplibili siti.* Sic Cod. Vulc. et Colv. e conjectura. Sed Mss. Florent. Voss. Bened. et Edd. O. præter Vulc. Wow. ac Florid. habent *inexplicabili*. Liv. XL. 33. 'Inexplicabiles continuis imbris vis et inflati amnes.' Sed malim tamen ego quoque *inexplibili*, quam lectionem firmavi ad Met. I. II. p. 21. Oud.—4 Voss. Vulc. *habet* de more. Vide ad Flor. N. 19. Id.—5 *Quod ipso etiam.* Abest ipso bene a Mss. Florent. Voss. Bened. et Edd. ante Vulcan. in quibus sic etiam quod. Id.—6 Bened. et ration. Id.—7 *Et opacos umbra.* Copula deest Bened. Mira autem locutio *opacos* pro pingues, obesos. quod notandum. Id. Omnino legendum sed op. J. Bosscha.—8 Inverse Voss. Pro cura Bened. curam. Oud.—9 Al. *modulatos*. Vid. Not. Var.—1 Voss. *crassari*. Oud.—2 Al. *multo-*

#### NOTE

\* *Et inexplibili siti*] Sic malui cum Colvio, quam, ut in vulgatis *inexplicabili*, reluctantem licet Elmenhorstio, qui, ut alteram hanc lectionem tueatur, exempla duo alia affert, sed certe minime similia.

\* *Coloratos sole*] Ex more Veterum, qui, ut vires, firmitatem, coloremque, ac siccitatem corporibus conciliarent, cutem Sole curabant: *ἡλιον*, insolationem, vocabant: Persius Sat. IV. 'Quæ tibi summa boni est? uncta vixisse patella Semper, et assiduo curata cuticula Sole.' Ad quem locum vetus Scholiastes: 'Curata, scilicet a Chromatiariis: nam Chromatiarii dicuntur Colorarii, vel, qui tota

die in arena sunt, vel in Sole. Antiqui enim ungebant se, et in Sole erant, ut oleum corpus imbiberet.' et Juvenalis: 'Nostra bibat vernum contracta cuticula Solem, Effugiatque togam.'

\* *Sed cura nimia medullatos* [medicatos] Sic legit Wowerius, non ut in vulgatis *medullatos*: sic in Apologia dixit 'medicatus es.'

\* *Namque injuriam*, &c.] Observa 'injuriam' hic active poni pro ipsa injuriæ illatione. 'Injurias' (inquit Gell. lib. IX. cap. 12.) 'itidem dicimus tam illorum qui patiuntur, quam qui faciunt.'

passionem et ægritudinem mentis esse ait: unde liquido ad eam arbitratur homines non sponte ferri.<sup>3</sup> Quis enim tantum mali voluntate susciperet, ut in optima mentis suæ parte scelus et flagitium sciens veheret? Cum ergo possessio mali ab imprudentibus capitur, usum ejus et actiones oportet ab ignorantibus sustineri. Idcircoque pejus est nocere, quam noceri:<sup>4</sup> quod enim his rebus nocetur,<sup>5</sup> quæ sunt viliores,<sup>6</sup> corporis scilicet [615] et externis,<sup>7</sup> quæ vel imminui possunt, vel fraudibus interire,<sup>8</sup> illæsis potioribus,

*esse perturbatum affectum, et morbum animi. Ex quo manifeste inferit homines agi invitos. Nam quis ultro reciperet in se tantum mali, ut inferret prudens crimen et turpitudinem in præstantissimam portionem sui Animi? Cum igitur malum incipiat committi ab ignorantibus; necesse est ut usus ejus et facta exerceantur etiam ab ignavis. Atque ideo deterius est laderi quam ladi. Nam ladi his rebus quis potest, quæ abjectiores sunt, videlicet corporalibus, et extrinsecis, quæ possunt aut diminui, aut perire fallacis, melioribus, quæ spectant ad ipsam Mentem, sal-*

*modis et multimodis.*—3 *Liquido arbitratur, homines non sp. ferri.* Alii, *liquendum arbitratur.* male. Elmenh. Sic Florent. at Bened. *liquendum arbitrium.* Voss. *linquendum arbitratur.* Vulc. Ms. ejusque Ed. sec. *liquendum arbitri.* corrupte, sed unde vera lectio exhauriri potest. Wower. scilicet supplavit sensum inserendo ad eam, scil. injuriam ferri. Sed potius ex vestigiis Mss. lege *liquido ad eam arb. homines non sp. ferri,* vel *liquide:* utrumque enim dicitur. Oud.—4 Sic Vulg. Ed. sec. cum in prima et Wow. legatur *prius.* Sed Edd. priores habent *idcircoque id prius est quam noceri:* atque ita, sed sine *et id,* Florent. Bened. Voss. qui caret *et id.* Ms. Ynlc. etiam non habet *prius.* Non me expedit. Ex seqq. videtur sensus esse debere: Rem non magni momenti vel doloris esse, *noceri;* quia nocetur tantum in rebus corporeis et externis. 'Nocere pejus esse, quam noceri' mox demum dicit his verbis 'sed nocere longe pejus esse.' Id.—5 *Etenim his rebus nocetur.* Florent. et Ed. pr. Vulc. *Quid enim per interrogationem.* Sed optime Voss. Bened. Vulc. Mss. *quod enim,* i. e. quia, ut sæpe Noster. Vide ad Met. l. ix. p. 615. a. 'quod enim rebar.' Dein in his r. Edd. ante Vulcan. Id.—6 *Fulv. vilioris.* Id.—7 *Tò scilicet dele ex Florentino. Elmenh.* Non audio; quanquam abest quoque Voss. Vulc. ejusque Ed. pr. nisi vellis *corporeis.* Amat *scilicet* addere Apuleius. Vid. Not. Ind. In Bened. *corporis sc. et externis rebus.* Absunt et *externis* Edd. ante Vulcan. Oud.—8 *Quid si: funditus interire?* et mox:

## NOTÆ

\* *Non sponte ferri*] Supple, ad injuriam inferendam. Cave existimes Platonem, cum homines ad injuriam inferendam non sponte ferri ait, id eo sensu dicere, quasi superiore aliqua vi impulsus cogantur eam inferre, nec possint ab inferenda sibi temperare: sed sic accipe, non sponte, quasi dicat, non cum plena ipsius injuriæ cognitione; si enim certo cognosce-

rent injuriam, quam aliis inferunt, plus sibi quam illis nocere, nunquam profecto tantum in se malum admitterent. Hanc esse mentem Platonis et Apuleii nostri satis declarant quæ sequuntur.

† *Quam noceri*] Verbum hoc in passiva voce usurpatum, pro ladi, arbitrator jam observasse me.

Delph. et Var. Clas.

Apul.

4 B



quæ ad ipsam attinent animam. Sed nocere longe pejus esse.<sup>9</sup> Ex quo intelligi potest, quod animis bonis eo vitio pernicies infertur: plusque sibi obest,<sup>1</sup> qui alium cupit perditum, quam illi nocet, adversum quem talia machinatur. Et cum nocere alteri malorum omnium maximum<sup>2</sup> sit; multo gravius est,<sup>3</sup> si, qui nocet, abeat impune:<sup>4</sup> graviusque et acerbius est<sup>5</sup> omni supplicio, si noxio impunitas deferatur,<sup>6</sup> nec hominum interim animadversione plectatur: sicut gravius est,<sup>7</sup> acerbissimorum<sup>8</sup> morborum carere medicina, medentes fallere, nec uri aut secari<sup>9</sup> eas partes, quarum dolore incolumitati residuarum partium consulatur. Quare, ut optimi medici<sup>1</sup> conclamatis<sup>2</sup> desperatisque corporibus non adhibent<sup>3</sup> medentes manus, ne nihil profutura curatio<sup>4</sup> doloribus spatia promulget;<sup>5</sup> ita eos,<sup>6</sup>

*vis remanentibus. Verum dicit multo deterius esse lædere. Unde potest cognosci exitium importari probis Mentibus hoc vitio: et illum qui optat perdere alium, magis lædere seipsum, quam lædat eum, contra quem molitur talia. Et cum alium lædere sit summum omnium malorum; longe pejus est, si ille qui lædit, discedat impunitus: et durius atque asperius est quavis pena, si concedatur impunitas sonti, neque ipse interea puniatur castigatione hominum: quemadmodum pejus est destitui remedio gravissimorum morborum, fugere medicorum cognitionem, neque illa membra aduri, aut abscindi, quorum dolore prospiciatur saluti ceterorum membrorum. Quapropter, sicut præstantissimi medici non admovent manus opitulatrices corporibus jam defletis et desperatis, ne coram opera, quæ nulli usui futura est, proroget tempus doloribus perferendis; sic satius est ut illi moriantur quorum*



*nocere alteri malorum omnium maximum sit.* Sciopp. in Symb.—9 Bened. *sed non esse l. p. est.* Edd. ante Vulcan. *eis nocere.* Ed. Vulc. pr. *nocere his.* Oud.—1 Sic Mss. O. *illi nocet* Edd. ante Vulcan. Id.—2 *Malorum omnium noxiuum.* Scribe: E. c. *nocere a. m. et omnium maximum sit.* Wowerius. *Maximum* Wow. et Sciopp. emendarunt e Fulv. cod. quos secuti sunt Elm. &c. In reliquis Mss. et Edd. *noxium.* Oud.—3 *Abest* verbum substantivum a Voss. Bened. Id.—4 Leid. et Rom. *habeat i.* Elmenhorstius. Voss. Leid. teste Elm. item Ed. Rom. Vic. Ven. Colv. *habeat.* Utrumque bene. Ter. Eun. v. 2. 13. ‘*credin’ te impune habiturum.*’ ubi eadem varietas. ibid. v. 6. 18. ‘*si quidem istud impune habueris.*’ Alibi ‘*impune ferre.*’ Oud.—5 Voss. Bened. *est et ac.* Id.—6 Male Edd. ante Vulc. *differatur.* Id.—7 Vid. Not. Var.—8 Bened. *ex his.* Oud.—9 Male Edd. ante Vulc. *sec. nec secari.* V. ad Met. l. III. p. 192. b. Id.—1 Bened. *quarum dicit malis moriendum opt.* Voss. *optimi.* Ed. Scriv. *optime.* Id.—2 Bened. *et clam.* Id.—3 *Abest non a Bened. male.*—4 *Ne nihil prof. ratio.* Emenda *profutura curatio.* Wowerius. Florent. *ratio. male.* Elmenh. Florent. *nec:* dein *curatio* debetur Ed. Vulc. *sec. et Wow. quomodo* et Lipsius margini alleverat: et ita sæpe in re medica Noster et alii. Mss. et Edd. *primæ ratio:* quas voces aliquoties confundi, supra etiam hoc libro vidimus. Rittershus. Lect. Sacr. l. IV. c. 22. legit *curatio doloris.* Oud.—5 Florent. Voss. *promulcet.* Bened. *promulceat.* Cl. Wasse ad Sall. B. Jug. c. 29. conjecit *promisset;* quia id, teste Nonio, valet extendere, porro jacere. Nihil muto. *Sensus*

quorum animæ vitiis imbutæ sunt nec curari queunt medicina sapientiæ, emori præstat.<sup>7</sup> Namque<sup>8</sup> eum, cui non ex natura,<sup>9</sup> nec ex industria, recte vivendi studium conciliari potest, vita existimat Plato esse pellendum:<sup>1</sup> vel si cupiditas eum teneat, oportere sapientibus tradi, quorum arte quadam ad rectiora flectatur.<sup>2</sup> Et est sane melius talem regi, nec ipsum regendi alios<sup>3</sup> habere potestatem: nec dominari, sed servire servitium,<sup>4</sup> impotem ipsum aliorum addici potestati,<sup>4</sup> parendi potius quam iubendi officia sortitum. Virum pessimum non solum deteriorem etiam dicebat esse,<sup>5</sup> [616] quod distrahatur semper editione vitiorum,<sup>6</sup> et desideriorum<sup>7</sup> æstibus differatur: qui quanto

*Mentes infectæ sunt vitiis, nec possunt sanari remediis Sapientiæ. Etenim Plato arbitratur eum, qui nequit sibi comparare desiderium bene vivendi, neque Naturæ, neque arte, esse tollendum e vitiis: vel, si possideatur desiderio vivendi, eum esse committendum sapientibus, quorum industria quadam inclinatur ad meliora. Et certe præstat ejusmodi hominem gubernari, neque eum habere auctoritatem gubernandi alios: atque eum non esse dominum, sed servilem operam dare, ipsum impotentem subditi potentia aliorum, nactum munus obediendi potius, quam imperandi. Aiebat quoque nequissimum hominem non tantum pejorem esse, quia semper differtur adjectione vitiorum, quanquam distrahitur fluctuationibus cupiditatum: qui, quo plura*

~~~~~

breviloquæ orationis est, ne frustranea curatione annuntiet ægro, longius illi dolendum esse. Aliquoties Noster duas ideas concludit una in voce. Id.—6 Ms. Fulv. ita coram. Pro quorum Bened. quorum. Id.—7 Queunt, medicina sapientiæ eos mori pr. Ms. queunt medicina sapientiæ, commori præstat: interpunctio hæc bona est: de lectione dubito. Sciopp. in Symb. Prætulim distinctionem Codicis scripti: N. c. q. m. sapientiæ, commori præstat. Wower. Bene. Male priores post queunt distinguebant. Oud. Vid. Not. Var.—8 Edd. ante Vulcan. contra Mss. nam. Oud.—9 Nec ex natura. Florent. Edd. Elm. Scriv. Flor. non. minus bene. Id.—1 Veteres eusi, vita æstimatè populo esse pellendum. Unde conjectura mea fuit, ita existimate, populo esse pellendum. Populo pellendum, id est, ablegandum, relegandum. Colv. Sic Mss. et Edd. Junt. post. ac seqq. In prioribus vita existimate populo, &c. Acute Colv. sed aliud audent Mss. In Fulv. Plato noster. Oud.—2 Edd. ante Junt. post. flectantur. Id.—3 Edd. ante Vulc. contra Mss. in alios. Voss. reg. habet alios pot. Id.—4 Vid. Not. Var.—5 Sic Voss. et Edd. Elm. Scriv. Flor. etiam esse dic. in Florent. Bened. esse dic. tantum in Edd. reliquis. Oud.—6 Additione vitiorum. Forte melius, addictione vitiorum. Colvius. Additione Colv. additione malum. Brant. Ex vulgari hac scriptura, quam inepte tacitus revocavit Floridus, conjiciebat Colv. addictione; quia scilicet addictus est vitiis: idque probarem (ut 'addici culpæ' Met. I. III. p. 198. b. ubi vide) nisi Mss. Florent. Bened. Voss. Fulv. darent editione cum Edd. Vulc. Elm. Scriv. sive perperatione vitiorum. Oud.—7 Etsi desideriorum. Florent. et Leid. deside-

NOTÆ

* *Servitium*] Hic est servitus. Alias quæ et famulitium.
est ipsa familia, seu servorum turba,

plurium cupidior⁸ sit, tanto egentior sibimet,⁹ et prop-
terea aliis videri potest. Sperata quippe atque exoptata
vix pauca, et cum maxima ærumna proveniunt: iisque
flagrantiores cupidinum furores^{1b} succedunt: nec futuris²
modo³ angitur⁴ malis, verum etiam præteritis transactis-
que⁵ torquetur. Quos omnes⁶ morte sola ab ejusmodi
malis⁶ deduci posse manifestum est. Sed apprime bonos,
et sine⁷ mediocritate deterrimos, paucos admodum rario-
resque, et, ut ipse ait, numerabiles⁸ esse: eos autem,⁹ qui
nec plane¹ optimi, nec oppido deterrimi sint, sed quasi

*appetit, eo magis inops videtur sibi ipsi, ideoque et aliis. Etenim vix aliqua ex iis
quæ speravit, et cupivit, ei contingunt, idque cum summa difficultate: et ardentiores
furores cupiditatum ea sequuntur, nec tantum cruciatur malis futuris, sed etiam
jam elapsis et anteactis. Quos omnes homines evidens est non posse subtrahi talibus
malis nisi sola morte. Verum eos qui sunt summe boni, et eos qui sunt immodice
pessimi, perpaucos esse et rarissimos, et, ut ipse dicit, numerari posse: illos vero qui
neque sunt prorsus optimi, neque omnino pessimi, sed morum veluti mediocrium,*

rium: male. Elmenh. Voss. Bened. et. Iidem cum Vulc. Florent. et Edd.
ante Vulc. sec. *desiderium*. Malim legere cum Lipsio vel R. et *desideriorum*
astibus differatur. Oud.—8 Leid. *cupidior*. Elmenhorstius. Mss. O. *plurimum*.
et Bened. *cupidus*: non male: uti videbimus ad l. de Mundo p. 719. Ed. Flor.
Oud.—9 Edd. ante Vulcan. *sibimet egent*. Id.—1 *Cupidinum floresque*. Num,
fluoresque, vel, *livoresque*? Sed nihil tale mihi dum satisfacit. Cole. Scribe:
cupidines pluresque succ. Wowerinus. Num *fluoresque*, vel, *livoresque*? Colv.
sed nec illi, nec mihi satisfacit. Brant. Colv. c. *fluores*, vel, *livores*. Wower.
c. *pluresque*. Neutrum placet. Elmenh. Rursus id de suo non habere vide-
tur Florid. Nam Lipsius jam margini Codicis sui allevit R. *furores*. Ipse
scilicet legebat *cupidines furoresque*: nam in Edd. omnibus usque ad Elmenh.
exhibetur *cupidines floresque*. Rutgers. probante Elmenh. in Add. *cupidinum*
flocies, i. e. *φλόγες*, flammæ, faces. *Ἐπὶ γὰρ*. Voss. Vulc. Fulv. Bened. Putean.
cupidines floresque. Oud.—2 Voss. *ne f.* Id.—3 Edd. ante Vulc. Ed. sec. *tan-*
tummodo. Id.—4 Bened. *agitur*. Id.—5 Ed. Flor. caret *que*, male. Id.—6 Sic
Mss. O. et Edd. usque ad Bas. sec. quæ cum sequentibus sine causa dedit
ejuscemodi, ut alibi: *malis* Voss. *malo* Florent. Leid. Id.—7 Edd. ante Vulcan.
etiam. Id.—8 Bened. Edd. ante Vulcan. *etiam ut*. Inepte vero Edd. usque
ad Junt. post. *innumerabiles*; nisi quod prave etiam Ven. Edd. *immutabiles*. Id.
—9 *Eos autem*. Ab iisdem Edd. hæc exulant.—1 *Nec plane quidem*. Ultima
vox abest Mss. Florent. Voss. Bened. et Edd. ante Vulcan. qui e suo Cod.
addidit. Deleatur tamen. Rectius subintelligitur. Adi omnino Cort. ad
Sall. B. Catil. c. 52. 'Res aspera est, sed vos non timetis eam.' Id.

NOTÆ

^b *Cupidinum furores*] Sic restitu-
endum putavi, et commodus sensus effi-
citur. In vulgatis est, *Cupidinum flo-*
res, pro quo reponerat Colvius *fluores*,
vel *livores*.

^c *Quos omnes*] Cum de uno tantum
pessimo viro hactenus locutus sit,
mirum quam subito transit ad nume-
rum pluralem! sed animus ejus po-
tius spectandus est, quam verba.

medie morati,² plures esse. Sed neque superiores⁴ obtinere³ recta omnia, neque culpabiles^{4*} in omnibus labi. Horum vitia⁵ nec gravata, nec intempestiva sunt, aut nimium⁶ criminosa: quorum substantia est ex redundantia, vel defectu: quibus et approbationis⁷ integritas et modus est: et qui inter laudem vituperationemque mediam viam vadant, usque rerum capessendarum ejusmodi studio excitantur,⁸ ut nunc boni atque honesti eos ratione invitent, nunc inhonesta lucra et turpes⁹ illiciant voluptates. Talibus viris nec amicitiarum fides perseverat,¹ et amores non

permultos esse. Sed neque prastantiores horum se bene gerere in omnibus, neque eos, qui sunt vituperabiles, semper peccare. Vitia horum hominum nec sunt gravia, nec importuna, vel nimis damnabilia, quorum natura consistit in excessu vel defectu, quæ habent et probitatem et mediocritatem requisitam ad laudationem, et qui insistant iter medium inter approbationem et vituperium: et instigantur ad res suscipiendas tali affectu, ut modo probi ac honesti viri periciant eos ratione, modo turpes quæstus, atque obscena voluptates eos attrahant. Ejusmodi homines neque perseverant in fidelitate amicitiarum, et amores non semper mali, neque tamen sem-

—2 Malim cum Aldino et Rom. *medie morigerati*. Elmenhorstius. Caret ultima voce Bened. In Edd. ante Junt. post. *morigerati* sine *rois plures esse*. Elm. malo judicio contra Mss. et formularem locutionem bene, male, &c. *moratus* præfert *morigerati*. V. Lexica. Oud.—3 Abest Bened. *Id.*—4 Ita Mss. sed Edd. ante Vulc. sec. *inferiores*, qui opponantur *superioribus*, ut fere credas culpabiles e Glossa esse natum. *Id.*—5 *Horum vitia*, &c. . . *incurrunt*. Hæc cuncta absunt Edd. ante Junt. post. *Id.*—6 Sic Mss. et R. teste Lipsio cum Vulcan. et seqq. Ante minimum obvia variatione. *Id.*—7 Bened. *adplois*. An *adplausus* vel *adplicationis*? *Id.*—8 *Vadant, et rerum cap. ej. studio excitantur*. Sic edidit Elm. et seqq. Omnino male: saltem *vadant* debuit legi; nam contra Mss. tam planam modernum variationem invehere non decet. Edd. ante Vulcan. *vadent usque c. e. studia exc.* Vulc. Ed. pr. *vadentes, rerum c. e. studio exc.* Ed. sec. et Ms. ejus *vadentes rerum c. e. studio*. Ms. Bened. *vadant usque rerum c. e. studia exc.* Voss. *vadat usque rerum cap. e. studia exc.* Scilicet egregie habent membranæ Florentinæ *vadant, usque rerum c. e. studio exc. qui valet ut vel quo vadere possint*. Fraudi fait viris doctis, quod non viderunt jungenda esse, et (scil. qui) *excitantur studio rerum ejusmodi*, bonarum scilicet et malarum, qui vadant inter laudem et vituperationem: sic sæpe 'qui' per ellipsin omittitur, licet alius præcedat casus. p. 621. 'cui bona suppetunt et callet:' scil. 'qui.' Adi me ad Cæsar. l. iv. B. G. c. 3. Hirt. B. Afr. c. 64. 'quem dimiserat et postea se ad Pompeium contulerat.' Et sic passim Græci. Vide Gronov. ad Ælian. V. H. viii. 17. Alias facile ut inseri posset, sed non debet. *Usque* male ejecit Vulc. et seqq. pro, semper.

Lips. conjecit aliquando *usque capessendo ejus studio*. *Id.*—9 Bened. *qes*. *Id.*—1 Edd. ante Vulcan. *perseveret*: male. *Id.*—2 Bened. *inhonesti*. *Id.*—3 Ed.

NOTE

⁴ *Superiores*] Qui inter illos medie moratos meliores sunt.*

* *Culpabiles*] Vitiosiores ex illis me-

diorum morum hominibus. Aldinus Codex et Rom. habent *inferiores*.

[617] semper improbi, nec honesti² tamen, eorum animos incurrunt. Perfecte sapientem esse non posse dicit Plato, nisi ceteris ingenio præstet, artibus et prudentiæ partibus absolutus, atque iis jam tum a puero imbutus,³ factis congruentibus et dictis assuetus: purgata et effæcata animi voluptate,⁴ electis⁵ ex animo hinc abstinencia atque patientia,⁶ atque doctrinis⁷ ex rerum⁸ scientia eloquentiaque venientibus. Eum, qui per hæc profectus⁹ fidenti et securo gradu virtutis via graderetur,¹ adeptum solidam vivendi rationem, repente fieri perfectum,² hoc est, repente³ præteriti⁴ futuriq[ue] ævi ultimas partes attingere, et esse quodammodo intemporalem.⁵ Tum post hoc vitiis exclu-

per prohi invadunt eorum mentes. Plato ait neminem posse esse absolute Sapientem, nisi superet reliquos ingenio, perfectus disciplinis, et partibus Prudentia, et eis instructus ab ipsa usque pueritia: assuefactus consentanea facere et loqui: purificata et defæcata delectatione mentis, amplexus volenter hinc Continentiam et Tolerantiam, illinc Disciplinas, quas procedunt ex cognitione rerum, et fucundia. Illum, qui incipiens ab his, incederet per semitam Virtutis gressu audaci et tuto, acquisita firma ratione vitæ subito evadere perfectum: id est, subito assequi extrinsecas partes temporis elapsi et venturi, atque esse aliquo modo a tempore solutum.

~~~~~

Vulc. pr. atque jam tum a pueris. sec. atque iis j. t. a pueris. Herod. l. iv. c. 2. *ἐκ παλαιοῦ ἐλθὼν ἐν τῷ παιδείᾳ*. a pueris pace imbutus. Wow. atque jam tum a puero. Edd. priores atque a puero jam imb. Voss. atque enim jam tum a pueris. Bened. atque enim jam tum a puero imb. Vulc. simpliciter atque is jam tum imb. Id.—4 *Effæcata animi voluptate*. Divinavi olim, scribendum *defæcata an. voluptate*. Colvius. Basil. 1. Ald. et Rom. *effecta*. male. Elmenh. *Effæcata* recte reposuit e Ms. suo Vulc. assentiente Florentino. Voss. *effecta*, Edd. priores *effæta*: inepte. Oud.—5 In Bened. *exsectis*. Id.—6 *Atque patientia*. Carent his Edd. Vulc. Elm. typothetarum errore. Id.—7 Sic habent Mss. plerique et Edd. nisi quod Floridas tacite ediderit inde: ut respondeat *τῷ hinc*: sed hinc potest notare hanc ob rem, vel altius hæret vulnus: quod melioribus Mss. sanandum est. Nam Florent. Cod. habet *obque doctrinas*. Voss. *obque doctrinis*. Id.—8 Ed. Ven. *eorum*. Id.—9 Bened. *perfectus*. Id.—1 Ita constanter Mss. O. et Edd. vett. quod adeoque non mutandum erat in *grassearetur* cum Ed. Vulc. sec. vel cum Stew. et Ed. Elm. in *viam*, licet utrumque alibi sæpius occurrat. Id.—2 Bened. Voss. carent *τῷ fieri* et Bened. *profectum*. Id.—3 Florent. *hoc repente*: male. Elmenh. Florent. Voss. Bened. carent *τῷ est*. Oud.—4 Voss. *præteritis*. Id.—5 Lectio Basileensis ultimæ editionis. Ante erat, *in tempora latum*. Colvius. Flor. *intemporale*. Rescribe

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Electis ex animo hinc abstinencia atque patientia atque doctrinis, &c.*] In vulgatis editionibus *electis ex animo hinc Abstinencia, &c.* mendose proculdubio: quo enim pacto sapiens quis

evadere potest? si ex animo ejiciat hinc Abstinenciam et Patientiam, inde Doctrinas, &c. Malui, mutata una literula, *electis*.

sis,<sup>6</sup> insertisque et immissis omnibus,<sup>7</sup> quæ ad beatam vitam ferunt,<sup>8</sup> non ex aliis pendere, nec ab aliis deferri<sup>9</sup> sibi posse, sed in sua manu esse, sapiens recte putat. Quare<sup>1</sup> nec in secundis rebus effertur,<sup>2</sup> nec contrahitur in adversis: cum se ornamentis suis ita instructum<sup>3</sup> sciat, ut ab iis nulla vi segregetur. Hunc talem non solum inferre, sed ne referre<sup>4</sup> quidem oportet injuriam. Non enim eam contumeliam putat, quam improbus faciat: sed eam non putat,<sup>5</sup> quam patientia firmiter toleret. Qua quidem naturæ lege in animo ejus sculptum<sup>6</sup> sit, quod nihil horum possit nocere sapienti, quæ opinantur ceteri mala esse. Equidem sapientem illum, conscientia<sup>7</sup> sua fretum, secu-

*Tunc deinde expulsis vitiis, et implantatis ac inductis cunctis quæ ducunt ad vitam felicem, Sapiens jure arbitratur eam non esse penes alios, neque posse sibi tribui ab aliis, verum esse penes seipsum. Quapropter neque extollitur in prospera fortuna, neque angitur in sinistra, cum noverit se sic ornatum esse suis dotibus, ut non possit separari ab iis ulla violentia. Non modo non decet ejusmodi virum facere injuriam, verum ne reddere quidem illatam: neque enim existimat illam esse injuriam, quam homo malus inferat, sed nec illam existimat esse, quam Tolerantia constanter ferat. Qua quidem naturali lege infixum est ejus menti nullum ex iis, quæ reliqui existimant esse mala, posse ledere Sapientem. Illum quidem Sapientem innixum sua con-*

ex Romano et Aldo, *Et esse quodammodo in tempore latum*. Elmenhorstius. *Intemporalem*. Tum post hæc. Sic locum hunc constituit Philom. Pis. in Ed. Junt. post. et seqq. ac recte, præsertim ob vocem *quodammodo*: sive a tempore solutum, quia ultimas partes præteriti et futuri ævi attingit per doctrinas scil. et providentiam. Edd. priores habent non in tempore, ut ait approbatque Elm. sed in tempora latum p. præter Paris. in tempore: unde Stew. effinxit in tempore lectum. Frustra. Florent. tamen et Voss. *intemporale*. Tum. Dein Florent. Bened. post hoc. Bene. Vide ad Met. I. II. p. 168. a. Eadem variatio in Suet. Tib. c. 9. et Nemes. Ecl. 3. 59. Oud.—6 *Ut his exclusis*. Recte Ms. *vitiis excl.* Scioppius in Symb. Restitue ex scripto *vitiis excl.* Wowerius. Bene. atque ita Ed. Vulc. sec. cum seqq. et Florent. Bened.

In Voss. Vulc. et Edd. prioribus ut his. Oud.—7 Voss. *oio*. Id.—8 *Quæ ad b. vitam fuerunt*. Emend. *ad beatam vitam ferunt*: nam Platonis istud Auctor expressit τὰ πρὸς εὐδαιμονίας φέροντα. Cicero reddidit: 'quæ ad beate videntur ferunt.' Stewech. Emendo: *ferunt*. Wowerius. Leid. et Flor. g. a. b. v. fuerunt. Male. Elmenh. Recte emendarunt Wow. Stew. et Vulc. Ed. sec. cum seqq. Optimeque Stew. monet ex Platone esse expressum. Metaphora desumpta a via, quæ aliquo nos ducit, et passim ferre dicitur. Adi Bnrm. ad Vell. I. II. 27. Cæs. B. Civ. I. 27. Front. I. 5. 5. Voss. Vulc. et Edd. vett. fuerunt. Bened. ferunt. Oud.—9 Vulgo, *ferri*, male. Elmenh. Male Ed. Vulc. sec. *ferri*. Oud.—1 Bened. *putatur*. Quarum. Id.—2 Ed. Vic. *affertur*. Id.—3 Bened. ita ita instr. Mox pro vi Voss. *via*. Id.—4 *Sed ne referre*. Desunt Bened. In Voss. Edd. ante Junt. post. nec: ut sæpe. Id.—5 *Quam improbus faciat sed eam non putat*. Exulant Edd. ante Junt. post. A Florentino abest non putat. Forsan sed eam, quam patientia non firmiter toleret. Bened. tolerat. Id.—6 Ald. Junt. post. *sculptum*: perpetua variatione. V. supra.

rum et confidentem in [618] omni vita dicit futurum,<sup>8</sup> et quod omnia accidentia reputet,<sup>9</sup> ad meliores rationes trahens,<sup>1</sup> et quod nihil morose vel difficulter excipiat, sibi que persuadeat,<sup>2</sup> pertinere res suas ad immortales Deos.<sup>3</sup> Idem ille<sup>3</sup> diem mortis<sup>4</sup> suæ propitius,<sup>5</sup> nec invitus expectat, quod de animæ immortalitate confidat. Nam vinculis liberata corporeis sapientis anima<sup>6</sup> remigrat ad Deos,<sup>7</sup> et pro merito vitæ purius castiusve<sup>8</sup> transactæ, hoc ipso usu Deorum<sup>9</sup> se conditioni conciliat. Eundem sapientem

*scientia, esse tutum et confidentem per totam vitam dici ac fore, quoniam quicquid sibi contigerit, sic existimet secum, ut revocet ad meliorem partem: et quoniam nihil accipiat graviter ac moleste, et habeat pro certo sua negotia spectare ad Deos immortales. Ipse quoque oppertitur diem sui obitus tranquille ac libenter; quoniam securus est de immortalitate Animi. Etenim Animus Sapientis solutus nexibus corporis revertitur ad Deos: ac secundum meritum vitæ sanctius ac pudicius peractæ, propter id ipsum acquirit sibi sortem Deorum. Appellat eundem Sapientem excellentissimum, et me-*

*Id.—7 Alii, cum scientia, male. Elmenh.—8 In omni vita dici et futurum. A vulgatis rō dici male abest. Elmenh. Non ab omnibus vulgatis abest rō dici, sed tantum Vulc. auctoritate sui Cod. ejecerat, quod servant Mss. et Edd. ceteræ; sed melius Bened. dicit, ut jam edidit Wow. et quasi per se coniecit Floridus. Dicit sc. Plato: quare id reponendum. Male vero rō et hic intrusit Elm. et seqq. Oud.—9 Contra hinc ejecit et Vulc. et seqq. perperam et invitis Mss. Florent. Bened. Fulv. Voss. ac genio Apuleii. Est enim rursus polysyndeton 'et reputet et excipiat.' Bened. accedentia reputat. Id.—1 Ita Mss. cum Edd. Vulc. &c. In prioribus et ad m. r. trahat: sed et rationes exulat ab Edd. ante Junt. post. Id.—2 Sic Mss. Fulv. Flor. Voss. Bened. et Edd. Vulc. sec. Wow. Elm. &c. In reliquis persuaserit. Id.—3 Puteani excerpta jam ille. Elmenhorstius. Non Puteani Exc. sed Ed. Vulc. pr. habet jam ille. Oud.—4 Bened. dies. Ed. Colv. morti. Id.—5 Frustra Sciopp. coniecit promptus. Adi ad Flor. N. 17. 'propitia voluptas.' Id.—6 Puteani exc. ab ipsis a. Elmenhorstius.—7 Bened. ad omnes. Oud.—8 Voss. Bened. castiusque. Id.—9 Hoc ipso Deorum. Margarita poetica, quæ hæc citat, interse-*

## NOTE

<sup>8</sup> *Dicit [dici et] futurum* Forte melius legas *dicit futurum*, &c. supple, Plato.

<sup>1</sup> *Sibi que persuadeat, pertinere res suas ad immortales Deos* Socrates apud Ciceronem Tuscul. Quæst. lib. 1. 'Ne vos quidem, Iudices, ii qui me absolvistis, mortem timueritis: nec enim cuiquam bono mali quicquam evenire potest nec vivo, nec mortuo: nec unquam ejus res a Diis immortalibus negliguntur:' quæ ver-

ba translata sunt ex verbis Platonis in fine Apolog. ejusdem Socratis.

<sup>1</sup> *Nam vinculis liberata corporeis sapientis anima* Cicero prædicto loco: 'Nos vero, si quid tale acciderit, ut a Deo denuntiatus videatur, ut exeamus e vita læti, et agentes gratias pareamus, emittique nos e custodia, et levare vinculis arbitremur.'

<sup>1</sup> *Remigrat ad Deos* Vide Platonis Phædonem.

optimum nominat, ac bonum, ac prudentem recte arbitrat<sup>1</sup> : cuius sane consilia cum factis rectissimis<sup>2</sup> congruunt, et cui principia profecta sunt a justis ratione. At hunc<sup>3</sup> sapientem et fortissimum<sup>4</sup> dicit esse, ut qui<sup>5</sup> vigore mentis ad omnia perpetiend<sup>6</sup> sit paratus. Inde est, quod fortitudinem nervos animi, ipsasque cervices<sup>1</sup> ait<sup>7</sup> : ut ignaviam animæ dicit imbecillitati<sup>8</sup> esse finitimam. Divitem<sup>9</sup> hunc solum quidem recte putat<sup>10</sup> : quippe cum thesauris omnibus pretiosiores solus videatur possidere virtutum opes ; etiam quia solus<sup>2</sup> sapiens potest in usibus

*rito existimat eum esse bonum et prudentem ; cuius certe consilia conveniunt cum factis justissimis, et qui hausit sua principia ab Equitate. Hunc vero Sapientem ait quoque esse constantissimum, quippe qui præparatus sit robore Animi ad cuncta toleranda. Hinc est quod dicit Fortitudinem esse nervos atque ipsas cervices Animæ : quemadmodum et ait Pusillanimitatem esse proximam Debilitati Animi. Merito quidem arbitrat eum unum esse Locupletem ; quia nempe videtur solus habere divitias Virtutum, pretiosiores universis thesauris ; Sapiens debet quoque existimari locu-*

//////////

rit dictionem, hoc ipso usu Deorum. Colvins. Tò usu non est in Puteani Excerptis. Elmenh. Errat Elmenh. immo vero tò usu est in Putean. sed Lindenbrog. modo notarat abesse Al. nempe Edd. prioribus Vulcanii secunda, quæ omnes non agnoscunt tò usu : unde forsitan deceptus Floridus tacite quoque ejecit : sed agnoscunt Mss. Florent. Put. Fulv. Voss. Bened. et alii. *Unus* nempe tam bene vivendi, quam hac ipsa migratione ad Deos. Hoc actu fit Dens quasi. Oud.—1 Abest ac Ed. Vulc. pr. Wow. male. Rectius Bened. Cod. ac prudentem et recte arbitrat. Vide ad Met. l. 1. p. 71. b. 'proditum et recte conjicerem.' Id.—2 Eadem legit, rectissimi. Colvins.—3 Ad hoc. Eadem, At hunc tolerabiliter. Colvins. Cum Marg. Poët. Mss. Flor. Bened. ut reposuit Vulc. Ed. sec. &c. cum ante ederetur ad hoc, ut in Ms. Vulc. quod ramen primum videas in Ed. Junt. post. Priores dant ad hoc et. Voss. ac hoc. Oud.—4 Abest copula a Bened. Id.—5 Esse qui. Edd. vett. esse cum qui. Vulc. Ed. pr. Wow. esse, ut qui. Bene. Sic enim Mss. Voss. Leid. Id.—6 Sic ex eadem Margarita illa reponere ausi fuimus, cum tamen editiones omnes unanimiter haberent, percipiendi. Colvins. Bene : atque ita Mss. Oud.—7 Florent. et Edd. Elm. Scriv. quod fortitudinum nervos, ipsas animi cervices ait : et sane fortitudinum quoque Voss. et Bened. in quo etiam animo. Lege animæ. In ceteris cave quid mutes. p. 601. 'In ea vero parte, quæ iracundior habeatur, fortitudinis sedes esse et vires animæ, nervosque ad ea implenda, quæ nobis agenda Legum imponuntur imperio.' Id.—8 Edd. ante Vulcan. animi animæ. Vulc. Ed. pr. Wow. animi : sed contra Mss. ex quibus omnibus dedi quoque cum Elmenh. &c. dicit, cum antea exhiberetur ait. Id.—9 Putean. finit, et div. Id.—1 Voss. putet. Id.—2 Possidere virtutes ; opes etiam quia solus. Lego et distingue ex V. C. virtutum opes : quia etiam solus s. Wowerius. Possidere

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Fortitudinem nervos animi, ipsasque cervices, &c.] Adi Platonis Dialogum, cui titulus Laches.

<sup>10</sup> Divitem hunc solum quidem recte putat] In fine Phædri: πλοῦσιον δὲ νομίζοιμι μόνον τὸν σοφόν.



necessariis regere, videri ditissimus debet. Nam ceteri, [619] quamvis sint opibus affluentes, tamen quod vel usum<sup>3</sup> earum<sup>4</sup> nesciant, vel deducant<sup>5</sup> eas ad pessimas partes,<sup>6</sup> inopes videntur. Egestatem namque non absentia pecuniæ,<sup>7</sup> sed præsentia immoderatarum cupidinum gignit. Philosophum oportet,<sup>8</sup> si nihil indigens erit, et omnium contumax,<sup>9</sup> et superior iis, quæ homines acerba toleratu

*pletissimus, quoniam ipse unus potest recte dispensare divitiis in necessariis usibus. Alii enim, licet abundant divitiis, nihilominus videntur egeni, quoniam aut ignorant earum usum, aut iis abutuntur ad deterrima; etenim non penuria opum parit indigentiam, sed abundantia cupiditatum immodicarum. Si Sapiens nulla re egeat, et obstinatus sit adversus omnem fortunam, et elatus supra ea, quæ homines existi-*

~~~~~

virtutum opes; etiam quia s. sapiens, opes potest in us. nec. regere, videri dit. debet. Sic locum hunc constituit Elm. &c. sed jam ante Wow. e Mss. Fulv. ediderat virtutum opes; quia etiam, &c. Ed. Vulc. pr. virtutes, opes etiam, quia s. s. opes. Edd. vett. et Vulc. sec. simpliciter virtutes, quia etiam s. s. opes, &c. Ms. Bened. virtutes, virtutes etiam quia s. s. potest. Florent. virtutum opes etiam quas qd. sap. potest. Vulc. virtutes; opes etiam quia s. s. potest. Voss. virtutum opes etiam quia s. s. potest: unde liquido patet, saltem secundo loco opes delendum esse. Ceterum malo simpliciter virtutes. Opes e. jam qui s. sup. potest. Librarii videntes junctum virtutes opes, nec cogitantes illas distinctione separandas esse, emendarunt virtutum; alii post sapiens rejecerunt tō opes. Vel lege Virtutum opes. Opes etiam; nempe divitiis proprie dictas. Conjunctio ejusdem vocis passim alteram in Mss. solet excludere. Oud.—3 Abest vel Ed. Vulc. pr. Id.—4 Bened. eorum. Id.—5 Edd. ante Junt. post. diducant. Id.—6 Alii libri, artes. Wowerius. F. artes. Brantius. Statim 'ad artes bonas promtior:' ubi etiam Mss. quidam partes. Infra: 'artibus conjungendas.' Mss. partibus. Oud.—7 Abstinencia pecunia. Ita et V. C. Legendum tamen omnino censuerim absentia. Ita enim infra, 'Nec cujusquam absentia virtutis esse potest.' Vulc. Et sensus et veteris libri consensus Vulcanii conjecturam probat, legis: non absentia pecunia. Pulchra antithesis. Sciopp. in Symb. Absentia pec. Recte: non, abstinencia. Hanc clariss. Vulcanii emendationem probat Fulvianus Cod. Wower. Optime quoque correxit Lipsius in marg. In Mss. præter Fulv. et Edd. prioribus abstinencia: male: ut antithesis tōv præsentia docet. Oud.—8 Vitiosissime Edd. Vulc. sec. Elm. Scriv. dant philosophus: contra Mss. reliquas Edd. et Syntaxin. Bened. op. esse. Id.—9 Omnium sit contumax. Rom. et Aldus codex, omni fortuna sit contumax. Elmenhorstius. Deceptus fuit Florid. ab Elmenh. qui ita esse in Rom. et Ald. falso monet. Nam istud sit comparet demum in Ed. Vulc. sec. quod cur intrusum sit nescio: nam nec in Edd. nec in Mss. visitur, neque ulli usui est. Dein in eadem Ed. recte exhibetur omnium cum seqq. Antea legebatur omni fortuna cont. Cum dativo sic junxit Seneca in Thy. vs. 644. 'contumacem regibus populum:' quare nolim eam lectionem penitus damnare. At omnium exaratur in Mss. omnino cunctis, ut notet contemptorem et spre-

NOTE

⁹ Omnium [omni Fortunæ sit] contumax] Hæc est lectio Romani codicis et Aldi, quam secutus sum. Et

'omni Fortunæ,' intelligo adversus omnem Fortunam. Alii codices habent tantum, omnium sit contumax.

arbitrantur, nihil sic agere, quam ut semper studeat animam corporis consortio separare: et ideo existimandam¹ philosophiam esse mortis affectum,² consuetudinemque moriendi. Bonos omnes inter se oportet amicos esse, etsi sint³ minus noti: et potestate ipsa, qua mores eorum sectæque conveniunt, amici sunt habendi:⁴ paria quippe a similibus non abhorrent. Unde inter solos⁵ bonos fidem amicitiae esse constat.⁶ Sapientia boni amatorem adolescentem facit, sed eum,⁷ qui probitate ingenii sit ad artes bonas promptior. Nec deformitas corporis talem poterit abigere⁸ appetitum. Nam cum ipsa anima complacita est, homo totus adamatur: cum⁹ corpus expetitur,¹⁰ pars ejus deterior est cordi. Jure¹¹ igitur putandum est, eum, qui sit gnarus bonorum, cupidum quoque ejusmodi rerum esse.¹² Is enim solus bonis¹ desideriis accenditur, qui

manet dura ad patiendum, opus est ut nihil tam curet, quam ut semper conetur segregare mentem ex societate corporis: ac propterea putandum Philosophiam esse desiderium mortis et assuetudinem moriendi. Necesse est ut cuncti viri probi sint amici invicem, tametsi non se noverint inter se, et sunt existimandi amici vel ipsa virtute, qua eorum vita ac professio congruant. Nam similia non dissident a similibus. Ex quo certum est fidelem amicitiam inveniri tantum inter probos viros. Sapientia reddit amantem Boni juvenem, scilicet illum, qui sit paratior ad bonas artes bonitate sua indolis. Neque turpitudine corporis poterit arcere ejusmodi amorem. Quando enim ipse Animus placet, totus homo diligitur: at quando concupiscitur corpus, pejor ejus pars amatur. Ergo merito existimandum est illum, qui noverit bona, esse etiam avidum eorumdem. Nam ille unus inflammatur bonis desideriis, qui intuetur

torem omnium rerum, quas ceteri homines appetunt, qui nihilo indiget, sed et nihil cupit. Donat. ad Terent. Hec. III. 5. 54. 'Contumax proprie dicitur contemtor potiorum.' Glossæ Contumacia *καταπαρρησία*. Contumax *καταπαρρηγής*. —1 Existimandam rescribendum auctoribus Mss. Florent. Bened. Edd. Junt. post. Vulgo existimandum. Bened. affectam. Id.—2 Al. sunt.—3 Ms. Florent. et Edd. Elm. Scriv. Flor. am. tamen sunt h. Sed tum malim pro et scribere at. Ond.—4 Bened. interim s. Mox pro boni amat. Voss. Edd. quendam amat. boni. Id.—5 Malim scilicet; quamvis vulgatum defendi posset. Pro ad artes Florent. Fulv. ad partes. Id.—6 Bened. obigere. Voss. abig. pot. Post complacita abest est a Bened. Id.—7 Sed cum. Dele sed cum Voss. et Bened. Pro ejus Bened. hominis. Id.—8 Edd. ante Bas. sec. inepte dure. Id.—9 Mss. Voss. Bened. et Edd. ante Vulcan. dant ignarus: quomodo si legas, ejusmodi ad 'corporeas voluptates' referri debet. Sed Mss. Florent.

NOTE

¹ Philosophiam esse mortis affectum, *tia esse constat*] Vide quæ de Amicitia Plato habet in Lyside.
² Idem habet Cicero lib. I. Tuscul. Quæst.

³ Unde inter solos bonos fidem amici-

⁴ [Sed] cum corpus expetitur, &c.]
 Consule Platonis Convivium.

bonum illud oculis animi videt: hoc est esse sapientem.² Istud vero quoniam qui est ignarus,³ osor quoque, nec [620] amicus virtutum sit necesse est. Nec frustra hic talis amator est turpium voluptatum. Sapiens non modo meræ voluptatis⁴ quidem alicujus gratia veniet ad agendum,⁵ nisi præsto⁶ fuerint honesta emolumenta virtutis. Hunc eundem cum hujusmodi⁷ voluptate oportet vitam vivere honestam, et admirabilem, plenamque laudis et gloriæ: neque harum⁸ modo rerum causa ceteris omnibus præferri, verum etiam jucunditate et securitate solum et semper frui. Nec angetur carissimis⁹ orbatus affectibus:⁶ vel quod ex se omnia sunt apta, quæ ad beatitudinem pergunt; vel quod

illud Bonum acie mentis: talem esse Sapientem. Hoc autem sic est, quia oportet ut ille qui est ignorans, sit inimicus et adversarius Virtutum. Et vir ejusmodi non de nihilo est sectator voluptatum inhonestarum. Sapiens non accinget se ad faciendum quidpiam propter solam duntaxat voluptatem, nisi honesti fructus Virtutis affuerint. Necesse est eum ipsum cum tali voluptate ducere vitam honestam, mirandam, et cumulata[m] honore et gloria: nec tantum anteponi cunctis aliis propter hæc, verum etiam ipsum solum compotem esse voluptatis et fiducia. Neque dolebit, cum privatus erit dilectissimis suis liberis: aut quia cuncta quæ tendunt ad felici-

Fulv. Vulc. consentiunt in *gnarus*. Dein *cupiturum* extat in Mss. Voss. Bened. *cupitorem* Vulc. Edd. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. pr. Non male: sic enim lib. III. Met. p. 90. Lib. VII. p. 216. et Flor. N. 13. sed *cupidum* extat in Florent. Fulv. et Edd. reliquis. Dein *prave rebus* Edd. usque ad Vulc. Ed. sec. contra Mss. O. Id.—1 Ita Mss. In Edd. ante Vulcan. *His enim solus bonus*. Statim pro *animi* Bened. cum. Id.—2 *Hoc est esse sapientem*. Dele superflua: quæ et libri manu exarati ignorant. Wower. Sed Florent. Voss. Bened. habent *hoc esse sapientem*. Nihil e Vulc. Cod. annotatum est: sed ille cum seqq. in Ed. sec. exhibuit *hunc esse sapientem*: sed *hoc* et *istud* vero opponi debent. ut p. 621. 'illud omnibus beatum videri, cui,' &c. Nam male Lips. et Wow. *quoniam* delent, ut *ignarus istud* sit dictum pro *ignorans istud* vel *ignarus istius*, sive *quod ad istud*. Oud.—3 Edd. ante Vulcan. male *quoque*. Recte Floridus in Interpret. supplevit *istud vero sic est*. At tamen aliud quid latere videtur. Nam qui exultat a Mss. Florent. Voss. Bened. Forsan *istius vero boni ignarus*, sensu facillimo et claro. Pro amicis Bened. *amiciens*. Id.—4 *Voluptatum...voluptatis*. Florent. Voss. Vulc. *volunt*. Ultimo loco etiam Bened. Id.—5 Bened. *gri vetuet ad agendam*. Id.—6 Voss. Bened. Ed. Junt. post. *profecto*. Bas. sec. *profecta*. Id.—7 Voss. Florent. Bened. *ejus*. Id.—8 Abest Bened. in quo mox et *judicunditate*. Id.—9 Aldus *clarissimis aff.* male. Elmenh. Immo omnes Edd. ante Junt. post. male *clarissimi*.

NOTÆ

² Non modo meræ voluptatis [causa]
³ Modo hic est duntaxat, solummodo, ut sit sensus, quem expressi.

⁶ Nec angetur carissimis orbatus affectibus] Carissimi affectus sunt Li-

beri, qui et 'pignora cara' dicuntur. Jul. Capitolinus, in M. Antonino: 'Et Antoninus quidem non est satis motus defectione Cassii, nec in ejus affectus sæviit.'

decreto et lege rectæ rationis interdicatur ¹ ejusmodi afflictio; et quod si de tali se causa ² discruciet, vel illam ægritudinem ³ propter eum, qui est emortuus, suscipiat, quasi in pejore sit parte; ⁴ aut sua gratia, quod tali necessitudine doleat se privatum esse. Sed neque obiti ⁴ causa lamentationes suscipi oportet, si sciamus, illum neque aliquid mali passum: ac si fuerit bonæ voluntatis, etiam melioribus aggregatum: ⁵ neque sui gratia, ⁶ ut qui in se reponit omnia, nec cujusquam absentia, virtutis esse indigens potest, cujus perpetuam possessionem sibi vindicat. ⁷ Igitur sapiens non erit tristis. Sapientiæ finis est, ut ad Dei meritum ⁸ sapiens provehatur: hanc namque ⁹ futuram [621]

tatem, sunt ipsi convenientia; aut quia talis dolor prohibetur sententia ac præscripto rectæ rationis; et quoniam ille qui sic se maceret ob rem ejusmodi, vel patitur illum angorem illius causa qui diem obiit, veluti sit deteriore loco; vel propter se ipsum, quoniam graviter ferat se esse orbatum ejusmodi consuetudine. At neque merendum est propter mortem, si noverimus eum, qui obiit, nec expertum esse quicquam mali; et eum, si fuerit probe moratus, esse etiam accensitum beatis. Neque etiam dolebit Sapiens propter se ipsum, quippe qui collocat cuncta in se uno, neque potest laborare penuria Virtutis ob amissum ullum hominem, cum sibi asserat æternam ejus possessionem. Ergo Sapiens non merebit. Sapientiæ finis est ut Sapiens perducatur ad meritum Dei; atque hoc ipsi faciendum incumbere, ut ap-

~~~~~

mis. Oud.—1 Bened. *intenditur*. male. Id.—2 *Et quod si de tali se causa, &c.* priv. esse. Carent his Edd. ante Junt. post. In illa et seqq. usque ad Vulc. sec. *Et quid si.* atque ita Mss. Voss. Vulc. Sed idem in Ed. sec. bene quod reposuit: ut est in Florent. Bened. Prave Ed. Flor. *Et quod qui se tali de c.* Agitur de sapiente. Lipsius allevit olim margini quidem: non male. Id.—3 Sic Florent. cum Elmenh. Scriv. Flor. Reliqui *illam ægrit.* vel. Id.—4 *Obitus.* Ita quidem Florent. cum Edd. vett. et Elm. Scriv. Flor. Sed Mss. ceteri Fulv. Voss. Bened. Vulc. Edd. Junt. post. Bas. Lugd. Colv. Vulc. Wow. habent *obiti ἀρχαῖος* ut ‘senati,’ ‘tumulti,’ &c. apud Plant. Terent. Sallust. Anson. &c. Ita in Catal. Scal. p. 148. ‘nec adest dux ipse tumultus.’ Ms. venerandæ antiquitatis Leid. *rex ipse tumulti.* Id.—5 *Aggregatum.* Ms. *aggregatum*: elegantius. Scioppius in *Symbola*. Emenda ex scripto *aggregatum*. Wowerinus. Astipulantur Florent. Voss. Bened. Oud.—6 Mss. O. habent *neque ævi gratia.* Edd. ante Vulc. sec. *neque etiam alicui gr.* Id.—7 *Nec cujusquam, &c. vindicat.* Carent Edd. ante Junt. post. Id.—8 Hoc profectum a Vulc. Ed. sec. extat in Ms. Bened. In prioribus Edd. *Dei meritis*: sed Voss. *Dei meritum.* Florent. Fulv. *Dei merito.* Aliud quid latet, quo significat sapientem ad Deorum accedere conditionem, sicut conatur operibus ad eorum actus accedere. Id.—9 Ita Voss. Bened. Ed. Vulc.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Vel illam ægritudinem propter eum, qui sit emortuus, suscipiat, quasi in pejore sit parte]* Cicero Tusc. Quæst. lib. i. ‘Quis est igitur, qui suorum mortem primam non eo lugeat, quod eos orbatos vitæ commodis arbitretur?’

bonum illud oculis animi videt: hoc est esse sapientem.<sup>2</sup> Istud vero quoniam qui est ignarus,<sup>3</sup> osor quoque, nec [620] amicus virtutum sit necesse est. Nec frustra hic talis amator est turpium voluptatum. Sapiens non modo meræ voluptatis<sup>4</sup> quidem alicujus gratia veniet ad agendum,<sup>5</sup> nisi præsto<sup>6</sup> fuerint honesta emolumenta virtutis. Hunc eundem cum hujusmodi<sup>7</sup> voluptate oportet vitam vivere honestam, et admirabilem, plenamque laudis et gloriæ: neque harum<sup>8</sup> modo rerum causa ceteris omnibus præferri, verum etiam jucunditate et securitate solum et semper frui. Nec angetur carissimis<sup>9</sup> orbatus affectibus:<sup>6</sup> vel quod ex se omnia sunt apta, quæ ad beatitudinem pergunt; vel quod

*illud Bonum acie mentis: talem esse Sapientem. Hoc autem sic est, quia oportet ut ille qui est ignorans, sit inimicus et adversarius Virtutum. Et vir ejusmodi non de nihilo est sectator voluptatum inhonestarum. Sapiens non accinget se ad faciendum quidpiam propter solam duntaxat voluptatem, nisi honesti fructus Virtutis affuerint. Necesse est eum ipsum cum tali voluptate ducere vitam honestam, mirandam, et cumulatam honore et gloria: nec tantum anteponi cunctis aliis propter hæc, verum etiam ipsum solum compotem esse voluptatis et fiducia. Neque dolebit, cum privatus erit dilectissimis suis liberis: aut quia cuncta quæ tendunt ad felici-*

Fulv. Vulc. consentiunt in *gnarus*. Dein *cupiturum* extat in Mss. Voss. Bened. *cupitorem* Vulc. Edd. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. pr. Non male: sic enim lib. III. Met. p. 90. Lib. VII. p. 216. et Flor. N. 13. sed *cupidum* extat in Florent. Fulv. et Edd. reliquis. Dein *prave rebus* Edd. usque ad Vulc. Ed. sec. contra Mss. O. Id.—1 Ita Mss. In Edd. ante Vulcan. *His enim solus bonus*. Statim pro *animi* Bened. cum. Id.—2 *Hoc est esse sapientem*. Dele superflua: quæ et libri manu exarati ignorant. Wower. Sed Florent. Voss. Bened. habent *hoc esse sapientem*. Nihil e Vulc. Cod. annotatum est: sed ille cum seqq. in Ed. sec. exhibuit *hunc esse sapientem*: sed *hoc et istud vero* opponi debent. ut p. 621. 'illud omnibus beatum videri, cui,' &c. Nam male Lips. et Wow. *quoniam* delent, ut *ignarus istud* sit dictum pro *ignorans istud* vel *ignarus istius*, sive *quod ad istud*. Oud.—3 Edd. ante Vulcan. male *quoque*. Recte Floridus in Interpret. supplavit *istud vero sic est*. At tamen aliud quid latere videtur. Nam qui exulat a Mss. Florent. Voss. Bened. Forsan *istius vero boni ignarus*, sensu facillimo et claro. Pro *amicus* Bened. *anxiens*. Id.—4 *Voluptatum...voluptatis*. Florent. Voss. Vulc. *volunt*. Ultimo loco etiam Bened. Id.—5 Bened. *gri retuet ad agendam*. Id.—6 Voss. Bened. Ed. Junt. post. *profecto*. Bas. sec. *profecta*. Id.—7 Voss. Florent. Bened. *ejusm*. Id.—8 Abest Bened. in quo mox et *jucunditate*. Id.—9 Aldus *clarissimis aff*. male. Elmenh. Immo omnes Edd. ante Junt. post. male *clarissi-*

## NOTÆ

<sup>2</sup> Non modo meræ voluptatis [causa]  
<sup>3</sup> Modo hic est duntaxat, solummodo, ut sit sensus, quem expressi.

<sup>6</sup> Nec angetur carissimis orbatus affectibus] Carissimi affectus sunt Li-

beri, qui et 'pignora cara' dicuntur. Jul. Capitolinus, in M. Antonino: 'Et Antoninus quidem non est satis motus defectione Cassii, nec in ejus affectus sæviit.'

decreto et lege rectæ rationis interdicitur<sup>1</sup> ejusmodi afflictio; et quod si de tali se causa<sup>2</sup> discruciet, vel illam ægritudinem<sup>3</sup> propter eum, qui est emortuus, suscipiat, quasi in pejore sit parte;<sup>4</sup> aut sua gratia, quod tali necessitudine doleat se privatum esse. Sed neque obiti<sup>4</sup> causa lamentationes suscipi oportet, si sciamus, illum neque aliquid mali passum: ac si fuerit bonæ voluntatis, etiam melioribus aggregatum:<sup>5</sup> neque sui gratia,<sup>6</sup> ut qui in se reponit omnia, nec cujusquam absentia, virtutis esse indigens potest, cujus perpetuam possessionem sibi vindicat.<sup>7</sup> Igitur sapiens non erit tristis. Sapientiæ finis est, ut ad Dei meritum<sup>8</sup> sapiens provehatur: hanc namque<sup>9</sup> futuram [621]

*tatem, sunt ipsi convenientia; aut quia talis dolor prohibetur sententia ac præscripto rectæ rationis; et quoniam ille qui sic se maceret ob rem ejusmodi, vel patitur illum angorem illius causa qui diem obiit, veluti sit deteriore loco; vel propter se ipsum, quoniam gravius ferat se esse orbatum ejusmodi consuetudine. At neque mærendum est propter mortem, si noverimus eum, qui obiit, nec expertum esse quicquam mali; et eum, si fuerit probe moratus, esse etiam accensum beatis. Neque etiam dolebit Sapiens propter se ipsum, quippe qui collocat cuncta in se uno, neque potest laborare penuria Virtutis ob amissum ullum hominem, cum sibi asserat æternam ejus possessionem. Ergo Sapiens non mærebit. Sapientiæ finis est ut Sapiens perducatur ad meritum Dei; atque hoc ipsi faciendum incumbere, ut ap-*

mis. Oud.—1 Bened. *intenditur*. male. *Id.*—2 *Et quod si de tali se causa, &c. priv. esse.* Carent his Edd. ante Junt. post. In illa et seqq. usque ad Vulc. sec. *Et quid si.* atque ita Mss. Voss. Vulc. Sed idem in Ed. sec. bene quod reposuit: ut est in Florent. Bened. Prave Ed. Flor. *Et quod qui se tali de c.* Agitur de sapiente. Lipsius allevit olim margini quidem: non male. *Id.*—3 Sic Florent. cum Elmenh. Scriv. Flor. Reliqui *illam ægrit. vel.* *Id.*—4 *Obitus.* Ita quidem Florent. cum Edd. vett. et Elm. Scriv. Flor. Sed Mss. ceteri Fulv. Voss. Bened. Vulc. Edd. Junt. post. Bas. Lugd. Colv. Vulc. Wow. habent *obiti ἀπακὰς* ut 'senati,' 'inmulti,' &c. apud Plant. Terent. Sallust. Anson. &c. Ita in Catal. Scal. p. 148. 'nec adest dux ipse tumultus.' Ms. venerandæ antiquitatis Leid. *rex ipse tumultu.* *Id.*—5 *Aggregatur.* Ms. *aggregatum*: elegantius. Scioppius in *Symbola*. Emenda ex scripto *aggregatum*. Wowerinus. Astipulantur Florent. Voss. Bened. Oud.—6 Mss. O. habent *neque avi gratia.* Edd. ante Vulc. sec. *neque etiam alicui gr.* *Id.*—7 *Nec cujusquam, &c. vindicat.* Carent Edd. ante Junt. post. *Id.*—8 Hoc profectum a Vulc. Ed. sec. extat in Ms. Bened. In prioribus Edd. *Dei meritis*: sed Voss. *Dei meritum.* Florent. Fulv. *Dei merito.* Aliud quid latet, quo significat sapientem ad Deorum accedere conditionem, sicut conatur operibus ad eorum actus accedere. *Id.*—9 Ita Voss. Bened. Ed. Vulc.

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Vel illam ægritudinem propter eum, qui sit emortuus, suscipiat, quasi in pejore sit parte]* Cicero Tusc. Quæst. lib. 1. 'Quis est igitur, qui suorum

mortem primum non eo lugeat, quod eos orbatos vitæ commodis arbitretur?"

ejus operam, ut æmulatione vitæ ad Deorum actus accedat. Verum hoc ei poterit provenire, si virum perfecte justum, pium, prudentem se<sup>1</sup> præbeat. Unde non solum in prospectandi cognitione,<sup>2</sup> verum etiam agendi opera sequi eum convenit, quæ Diis atque hominibus<sup>3</sup> sint probata.<sup>4</sup> Quippe cum summus Deorum cuncta hæc non solum cogitationum ratione consideret, sed prima, media, et ultima<sup>5</sup> obeat, compertaque intime, providæ ordinationis<sup>6</sup> universitate et constantia regat. Verum enimvero illud omnibus beatum videri, cui<sup>7</sup> et bona suppetunt, et quemadmodum carere vitiis debeat, callet. Una quidem beatitudo est, cum ingenii nostri præsentia tutamur, quæ perficimus:<sup>8</sup> alia, cum ad perfectionem vitæ nihil deest, atque ipsa sumus contemplatione contenti. Utrarumque autem felicitatum origo ex virtute<sup>9</sup> manat; et ad ornamentum quidem genialis loci,<sup>10</sup> vel virtutis, nullis extrinsecus eorum, quæ bona

*propinquet ad actiones Deorum imitatione suæ vitæ. Sed ipse poterit hoc assequi, si præstet se virum omni ex parte æquem, religiosum, ac prudentem. Quapropter oportet eum imitari ea, quæ laudata sunt a Diis et hominibus, non tantum in cogitatione providendi, sed etiam in usu actionum. Siquidem supremus Deorum non tantum intuetur hæc universa cogitationibus suis, sed percurrit prima, media, et extrema, et cognita penitus, gubernat immensitate et immutabilitate prudentis suæ dispositionis. Atenim hoc ait existimari a cunctis beatum, quod et habet bona, et scit qua ratione debeat esse immune a vitiis. Felicitas quidem altera est quando dirigimus applicatione nostræ mentis ea, quæ agimus: altera, quando nihil defuit perfectioni vitæ, et contenti sumus ipsa speculatione. Fons autem utriusque hujus beatitudinis fluit ex virtute. Et nullis quidem opus habemus auxiliis externis*

~~~~~

sec. Vulgo cum Florent. *hancque*. Pro *ejus* Bened. *esse*, et paulo post *verum* pro *virum*. Id.—1 Florent. Edd. Elm. Scriv. Flor. *prudentemque se*. Bened. *providentem se*. de hac permutatione alibi. Id.—2 Voss. *perspectandi*. Bened. *prospectum Deum*. Dein Edd. ante Elmenh. *cogitatione* contra Mss. Florent. Voss. Bened. Id.—3 Exulat copula a Bened. Id.—4 Bened. Vulc. Edd. Junt. post. Bas. Lugd. Colv. Vulc. *sunt*. Pro *cum summus* Florent. *perpetuum summus*. Id.—5 Absunt *med. et a Bened. et deest* Voss. Id.—6 *Intime* malim, quam *intimæ*. Vulcanius. Inepte Edd. ante Vulcan. contra Mss. O. *intimæ providentiæ*: sine sensu. *Provida* Ed. Vulc. pr. Oud.—7 Florent. Fulv. Voss. Ed. Scriv. *cujus*. Pro *carere vit.* Voss. *inverse vit. car.* Id.—8 Ed. Vulc. sec. quo p. Pro *vitæ* Florent. Fulv. *viæ*. Ed. Ven. *deesse* pro *deest*. Id.—9 Sic Florent. Voss. Bened. In Edd. ante Elmenh. *et ex virt.* Id.—10 *Ad orn. quidem genialis loci hoc est*. Dele *et hoc est*, ex Manuscriptis Florent. Elmenh. Bened. *quod est pro quidem*, at dein *loci virtutes ei n.* In Voss. Vulc. Edd. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. pr. *loci est virtutis*. Nullis,

NOTE

¹⁰ *Genialis loci*] Genialem locum intelligo, in quo quis genitus sit.

ducimus,² adminiculis indigemus.³ Ad usum autem vitæ communis, corporis cura, et eorum, quæ extrinsecus veniunt, præsiidiis opus est: ita tamen,⁴ ut hæc eadem fiant virtute meliora, ejusque suffragio beatitudinis commodis copulentur, sine qua hæc in bonis minime sunt habenda. Nec frustra est, quod sola virtus fortunatissimos potest facere; cum absque hac ex aliis prosperis non possit felicitas inveniri. Sapientem quippe pedissequum⁵ [622] et imitatore[m] Dei⁶ dicimus, et sequi arbitramur Deum. Id est enim *ἔρῳ θεῷ*.⁶ ^x Non solum autem oportet, dum vitam

eorum quæ existimamus bona ad decus patriæ vel virtutis. Cura autem corporis, et auxilia earum rerum quæ accedunt extrinsecus, necessaria sunt ad usum vitæ communis: sic tamen ut illa ipsa reddantur meliora ope virtutis, et adjungantur bonis beatitudinis ipsius opera, sine qua ea nequaquam sunt accensenda Bonis. Et jure quidem sola virtus potest reddere beatissimos: siquidem sine ipsa beatitudo nequit acquiri ex ceteris prosperis rebus. Etenim appellamus Sapientem secutorem et æmulatorem Dei, et putamus eum imitari Deum. Hoc enim sibi vult hæc sententia, ἔρῳ θεῷ, sequere Deum. Non tantum autem opus est ut loquatur digna

ἔρ. in Ed. Vulc. nec. loci hoc est virtutis, ἔρ. Codicum Fulv. et Florent. lectionem Elm. expressit. Per 'genialem locum' intelligit Florid. 'patriam,' quæ quomodo hic locum habere possit, non capio. Lipsius margini allevit *ingenialis*. Non expedit. Locum puto adhuc corruptum: sed vix dubium est mihi, quin *genialis* pertineat ad ipsam virtutem, ex qua ut ex fonte vel scaturigine manat omnis felicitas: seu leg. *genitalis*: nam non modo 'genitalia semina, membra, connubia' et sim. dicuntur, ut et 'genitale tempus,' 'genitalis dies;' sed et loca unde ortus quis ducitur 'genitalia' vocantur: sic 'genitale solum' Velleio II. 15. 'genitales undæ' Auson. Ep. 106. V. Burm. ad Ovid. Art. Am. I. 125. Oud. *Genialis loci*, i. e. in quo genius s. ingenium s. animus, residet. Supra, 'cum Ingenii nostri præsentia.' Vidit hoc etiam Lips. legens *ingenialis*. J. Bosscha.—2 Bened. Vulc. Edd. ante Elmenh. *dicimus*. Vide supra. Oud.—3 Edd. ante Junt. post. *indigere*. Id.—4 Bened. *tam*. Statim pro *commodis* Voss. *quommodis*: et pro *in bonis* Bened. *hominis*. Id.—5 Bened. *quippe quem p.* Id.—6 *Id est τὸν θεόν*. Legendum plane, *Id est enim ἔρῳ θεῷ τῷ θεῷ*. Vulc. Delendum, nam et libri ignorant. Wowerius. Lips. in marg. deleuda quoque non inepte suspicatur. Sed longe rectius tamen locum emendatione sanum fecit Vulc. Ed. sec. substituendo *id enim est ἔρῳ θεῷ*. Bened. Florent. et Voss. *Id est enim εἰ τοῦ θεοῦ*. Hoc ordine ergo scribe *Id est enim ἔρῳ θεῷ*. quod et inter Sosiadæ ex-

NOTE

² *Sapientem quippe pedissequum et imitatore[m] Dei, ἔρ.*] Hoc est, quod supra dixit, 'Sapientiæ finem esse, ut ad Dei meritum sapiens provehatur: hancque futuram ejus operam, ut æmulatione vitæ ad Deos accedat.'

^x *Id est enim ἔρῳ θεῷ*] Ambrosius de Abraham lib. I. c. 2. 'Inter septem Sapientum dicta celebratur *ἔρῳ θεῷ*.' Wowerius existimat hæc verba e textu tollenda tanquam Glossema aliquod.

colit, digna Diis dicere,⁷ nec ea agere, quæ eorum majestati⁸ displiceant, verum et tunc, cum corpus relinquit: quod non faciet invito Deo.² Nam etsi in ejus manu est mortis facultas,⁹ quamvis sciat, se terrenis relictis consecuturum esse meliora; nisi necessario perpetiendum¹ esse istud lex divina decreverit, arcessire sibi tamen eum mortem non debere:² et si anteactæ vitæ ornamenta cohonestant, honestiorem tamen et rumoris secundi oportet esse,³ cum securus de posteritatis suæ vita, ad immortalitatem animam ire permittit,⁴ et eam,⁵ quod pie vixerit, præcipit⁶

Diis, quamdiu vivit, neque illa faciat quæ odiosa sint eorum Majestati, sed etiam eo ipso tempore, quo deserit suum corpus: quod quidem non debet facere adversus Dei voluntatem. Etenim licet habeat penes se potestatem moriendi, eum tamen ait idem Plato non debere sibi consciscere mortem, ni decretum divinum statuerit hoc esse necessario subeundum; tanetsi certus sit se adepturum meliora, cum deseruerit terrestria: et, si egregia facta vitæ præteritæ eum ornant, decet tamen eum esse honestiorem et bonæ famæ, quando confidens de duratione suæ posteritatis sinit suam Animam pergere ad immortalitatem, ac præsumit eam occupa-

tat præcepta. Mox autem abest Bened. Voss. *Oud.*—7 *Digna dicere.* Certa mihi correctio visa, *digna Diis dicere*, in qua si doctis placebo, non laborabo de ceteris. Vult autem Apuleius, seu potius Plato, sapientem Deorum imitatore esse assiduam, cum dictis, tum factis. *Stewech.* *digna Diis dicere* probe. *Elmenh.* Palmaria est emendatio *Stewechii*, quam sibi vindicare non debuerat *Pricæus* ad *Apol.* p. 176. *digna cubiculo suo dicere*; et merito recepit *Floridus*. Mss. et Edd. *digna dicere.* *Oud.*—8 *Lege: quæ Deorum m.* *Wowerius.* Non opus esse patet ex emendatione priore *Stewechii*. *Voss.* *agere ea q. horum.* *Oud.*—9 *In manu est m. fac.* *Bened.* *in manus: ut esse in potestatem et potestate.* Vide ad *Cæsar.* lib. 1. *B. Civ.* 25. *τὸ se post sciat deest Bened.* *Id.*—1 *Nisi perpetiendum necessario.* Ita rescripsi ex Mss. *Wower.* Mss. *nisi necessario perpetiendum esse.* Ultima vox exulat *Ed. Wow.* et Edd. ante *Vulcan.* in quibus et *necessario* abest. *Oud.*—2 *Vid. Not. Var.*—3 *Edd.* ante *Vulcan.* *hon. t. esse et secundi r. oportet.* *A Junt.* post. *Bas. sec. Lugd. Colv.* exulat quoque *et.* *Bened.* non agnoscit *honestiorem.* *Florent. honestior.* *Ond.*—4 *Voss.* *permittit ite.* *Id.*—5 *Eamque.* *Edd.* ante *Vulcan. eoque.* *Vulc. Ed. pr. quam.* *Wow.* cum Mss. *Fulv.* et *eam:* quod malo. *Ms. Voss. eam.* Ceteri cum *Vulc. Ed. sec. &c.* consentiunt in *eamque.* *Id.*—6 *Præcipit.* Sic recte *Lips.* et Edd. *Vulc. sec. Wow. &c.* cum Mss. sive, jam

NOTE

⁷ *Digna Diis dicere*] Sic recte emendandum putavit *Stewechius*, quod erat in vulgatis *digna dicere*: ratio patet ex sequentibus.

² *Quod non faciet invito Deo*] Vide *Plat.* in *Phædone.* *Cicero* lib. 1. *Tuscul. Quæst.* 'Vetat enim dominans ille in nobis Deus, injussu hinc nos

suo demigrare: cum vero causam justam Deus ipse dederit, ut tunc *Socrati*, nunc *Catoni*, sæpe multis; næ ille medius fidius vir *Sapiens lætus* ex his tenebris in lucem illam excesserit: nec tamen illa vincula carceris ruperit; leges enim vetant.' Hinc, si quis, causa Magistratibus

fortunatorum habituram loca,⁷ Deorum⁸ choreis semideumque permixtam. De civitatum vero constitutione, et de observatione⁹ regendarum rerumpublicarum, ita jubet Plato.¹ Jam principio² civitatis definit formam³ ad hunc modum: civitatem esse conjunctionem inter [623] se hominum plurimorum,⁴ in quibus sunt⁵ regentes, alii ceteriores,⁶ conjuncti inter se concordia, et invicem sibi opem atque auxilium deferentes, iisdem legibus, rectis tamen, officia sua temperantes: unamque civitatem, iisdem moenibus⁷ illam futuram, et, si eadem velle atque eadem nolle

turam sedes beatorum, commixtam catibus Deorum ac Semi-Deorum, quoniam religiose vixerit. De ordinatione autem urbium, et de iis quæ observanda sunt in Rebuspublicis administrandis sic Plato præcipit. Ac primum quidem describit formam Civitatis hoc pacto: Civitatem esse collectionem multorum hominum, inter quos alii aliis imperant, alii parent, sociati invicem consensu, et mutuo sibi præbentes præsidium atque adjumentum, moderantes sua munia iisdem legibus, quæ tamen justæ sint: atque illam civitatem fore unam, si cincta sit iisdem muris, et amici civium assuefacti fuerint eadem velle, et eadem nolle.

ante percipit, quod est in Edd. prioribus: ut corruptum passim est præcipere. Vide ad Cæsar. lib. III. de B. Civ. c. 1. Id.—7 Alii *habiturum loca*. Plaut. Trinummio, Scena: 'Mimus quindecim dies,' &c. 'Sicut fortunatorum memorant insulas, Quo cuncti, qui ætatem egerunt caste suam, Conveniant.' Plato Epinomide fol. 992. Nicetas in Thesaurio Orthodoxæ fidei l. 36, Elmenh. Edd. vett. et Wow. *habiturum locum*. Ed. Vulc. sec. *habiturum loca*, et sane 'habitare' cum accusativo non raro occurrit. Sed Voss. *habituram loco*. Bened. *habitatam loco*: at Fulv. *habiturum locum*, et Florent. *habiturum loca*, ut edidit Elm. cum seqq. 'Habere locum' pro inhabitare, ut Græce ἔχειν, sæpe. V. Manut. ad Cie. Ep. ad Fam. VII. 6. Heins. ad Ovid. Met. IV. 773. Brant. ad Cæsar. lib. IV. de B. C. c. 4. 'ædificia vicosque habebant.' Oud.—8 Sic Mss. et Edd. Wow. Vulc. sec. ac reliquæ. Priores in *Deorum*. Id.—9 Abest copula ab Edd. ante Vulcan. Id.—1 Flor. *Itacus et Cato*, inepte. Elmenh. Habent tamen id etiam Voss. Bened. Vulc. Forsan ita censet Plato vel Cæsar. Oud.—2 Edd. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. nam pr. contra Mss. et Edd. vett. Id.—3 Voss. *formam def.* Edd. ante Junt. post. male diffiniunt. Id.—4 Mss. Florent. Voss. Bened. c. c. *conjunctionem inter se*, &c. Sequitur mox 'conjuncti inter se.' Latere quid videtur. Salm. ad Solin. p. 790. censet *conjunctionem* substantive dici pro *conjunctionem*: rã inter se absunt hic ab Edd. ante Vulcan. Id.—5 Voss. Bened. *sint*. Id.—6 Vid. Not.

NOTE

non probata, vita se privasset, inhumatus abjiciebatur. Seneca lib. VIII. Controvers. 4. Lex: 'HOMICIDA' (sui) 'INSEPUTUS ABJICIATUR; facinus indignum, si inveniantur manus; quæ sepeliant eum, quem occidere suæ,' &c.

Delph. et Var. Clas.

⁷ *Fortunatorum habituram loca*] Fortunatorum insulas Plaute in Trinummio, Act. II. Scen. 4. 'Sicut Fortunatorum memorant insulas, Quo cuncti, qui ætatem egerunt caste suam, Conveniant.'

Apul.

4 C

incolarum mentes assueverint.^a Quare suadendum est⁹ fundatoribus rerumpublicarum, ut usque ad id locorum plebes suas taliter augeant,^b ut eidem rectori noti omnes esse possint,^c nec sibimet incogniti:^d sic enim fiet, ut omnes una mente sint, æquumque sibi factum velint.^e Magnam sane civitatem non habitantium multitudine,^f eorumque magnis viribus niti oportet.^g Vires enim non corporis,^h nec pecuniæ, collectas dominationi multorum,ⁱ æstimandas^j putat, cum vecordia impotentiaque, sed cum decreto

Quapropter dandum est hoc consilium institutoribus Rerumpublicarum, ut eo usque regionum sic dilatent suos populos, ut universi possint cognosci ab eodem gubernatore, neque sint sibi invicem ignoti: nam hac ratione efficietur ut cuncti sint unanimes, et velint æquo jure uti. Profecto non expedit ut ampla civitas freta sit ingenti numero civium, et magnis eorum opibus. Nam non existimatur robora corporis ac divitiarum, coacerata imperio in multos, esse magni facienda, si conjuncta

~~~~~

Var.—7 Bened. *mentibus*. Oud.—8 Sic edidit tacite Floridus: sano sensu, unam fore civitatem iisdem mœnibus et, si eadem mente sint cives. At si abest Mss. et Edd. O. *assueverunt*. Wow. vero tacite edidit *assuecisse*. Edd. vett. ante Vulcan. habent *mentem*, ut et *celle et nolle*. Id.—9 Ita Florent. Bened. Voss. Edd. Elm. Scriv. Flor. A reliquis exulat *rd est*. Bas. pr. *suadentibus eum*. Id.—1 Ita locum hunc emendatum dedit Vulc. in Ed. sec. ac seqq. et consentiunt omnino Florent. cum Bened. In Ed. pr. *plebes suas ad eundem rectorem noti omni. e. p.* Edd. vett. *plebes suas ab eodem eidem rectori noti esse p.* ubi clare patet, deesse verbum, ad quod *plebes* referatur. Hinc audacissime Wow. tacite ejecit *rd plebes suas* et edidit *ad eundem rect. n. o. e. p.* Ms. Vulc. *plebes suas ad eundem rectorem noti o. e. p.* Voss. *plebes suas ad eundem rectori noti ome e. possunt*. Pro ut *eidem* in Bened. un. Donec meliores nanciscar Codd. vulgari lectioni acquiesco. Id.—2 Voss. *iniquumque*. Bened. *iniquumque s. f. nolint*. Pro sane Bened. s. Id.—3 Abest *rd non* a Mss. Florent. Bened. Id.—4 *Uti oportet*. Ita et V. C. Non dubitarim tamen quin legendum sit *niti*. Vulcanius. Mss. Florent. Bened. Vulc. Voss. et Edd. ante Junt. post. *eorumque magis viribus*. Iidem et Edd. usque ad Vulc. sec. uti: sed *niti* emendavit in marg. Lipsius vel R. Hæ voces semper confunduntur. Vide ad Cæsar. et supra ad Met. lib. iii. p. 200. b. Oud.—5 Bened. *Vir enim hic corp.* Id.—6 *Collectas dominatione multorum*. Florent. *collectam*. Voss. Bened. *dominationi*. Recte; sive, ut multi dominantur. Id.—7 Vulc. Voss. Bened.

#### NOTE

<sup>a</sup> *Ut usque ad id locorum plebes suas taliter augeant, &c.*] Plato lib. v. de Legib. tot vult cives esse in civitate, ut injuriantes vicinos possint depellere, et iisdem injuriam patientibus optulari: horumque numerum sic definit, ut quinque mille et quadraginta omnino habitationes seu domus in civitate sint, totidemque familiæ,

quæ illas incolant, quem numerum non esse temere augendum, vel minuendum affirmat.

<sup>c</sup> *Nec sibimet incogniti*] Plato ibidem. *μείζον οὐδὲν πάλει ὄγαθον, ἢ γυναικῶν πολλὰς ἀνθρώποις εἶναι*, 'Civitati nihil melius, quam ut cives invicem sese cognoscant.'

communi virtutibus omnibus ornati viri et omnes incolæ fundati legibus<sup>8</sup> obsequuntur. Ceteras vero, quæ non ad hunc modum forent constitutæ, non arbitrabatur sanas civitates,<sup>9</sup> sed tetras et morbis tumentes respublicas. Eas demum fundatas ratione dicebat esse, quæ ordinatæ ad instar animarum forent: ut pars optima, quæ sapientia prudentiaque<sup>1</sup> præcellit, imperitet multitudini; et, ut illa totius habet curam corporis, [624] ita prudentiæ dilectus<sup>2</sup> tueatur universæ commoda civitatis. Fortitudo etiam,<sup>4</sup> pars virtutis secunda, ut via sua appetentiam castigat et reprimat; ita in civitate vigilet. Excubitorum loco quidem militet juvenus pro utilitate cunctorum: sed inquietos et indomitos,<sup>3</sup> ac propterea pessimos cives refrænēt, contineat, ac, si necesse est, frangat potioris consilii disciplina.<sup>4</sup> Illam<sup>5</sup> vero desideriorum tertiam partem plebi et agricolis

*sint cum ignavia et superbia, sed quando cives, viri præditi cunctis Virtutibus, et omnes innixi Legibus, parent communi statuto. Reliquas autem civitates, quæ non essent ordinatæ hac ratione, non putabat esse sapientes civitates, sed Respublicas tetras et tumidas ex morbis. Postremo, aiebat illas inniti ratione, quæ essent dispositæ veluti Animæ: ita ut excellentissima pars, quæ præstat Sapientia et Prudentia, imperet populo: et quemadmodum Anima prospicit toti corpori, sic cæsus Prudentium conservet bona totius Reipublicæ. Fortitudo quoque pars secunda virtutis, quemadmodum corripit ac retundit suo vigore Concupiscentiam, sic etiam debet excubias agere in urbe: vice quidem vigilum juvenes bellum gerant in commodum omnium: at oportet ut regimen prudentiorum comprimat, cohibeat, et, si opus est, perdat cives cupidos novarum rerum, contumacesque, et ideo deterrimos. Existimat autem illam tertiam portionem Animæ, in qua sunt Cupiditates, similem esse*

*existimandas. Florent. æstimandum. Id.—8 Viri incolæ et omnes f. legibus. Bened. omnibus. Florent. melius viri et omnes incolæ f. Id.—9 Ex Ms. inasrenda hæc sunt: civitates, sed tetras et morbis tumentes respublicas. Eas demum, &c. Sciopp. in Symb. Addit Ms. sed tetras et morbotumentes resp. Wower. Carebant istis Edd. ante Vulc. sec. quæ habet morbose: at recte Sciopp. e Fulv. monet legendum morbis: ut extat quoque in Florent. Put. Voss. et edidit Elm. ac seqq. timentes Bened. Hæc pertinet locus Ovid. Ep. xvi. 136. 'Præcordiaque intima sensi Attonitus enris intumuisse novis.' Oud.—1 Voss. Bened. prud. sapientiaque. Pro imperitet Edd. ante Junt. post. imperaret. Male. Vide Ind. Not. Id.—2 Prudentiæ dilectus. Bened. deditus. Florent. Voss. dilectus. Recte. Adi ad Met. lib. viii. p. 554. a. Pro commoda Bened. commodem. Et pro vi sua appetentiam Id. in s. appetentia, itemque deprimat pro reprimat, ac mox abest quidem. Idem.—3 Vulgo, domitos, male. Elmenhorstius. Nempe Vulc. Ed. sec. vitiose id habet. Oudendorp.—4 Edd. ante Vulc. sec. p. cum consilii. Sed cum ignorant Mss. at Voss. et Bened.*

## NOTE

<sup>1</sup> Ita prudentiæ dilectus tueatur universæ etiam, &c.] Adi librum iv. de Repub. versæ commoda civitatis. Fortitudo

parem ducit, quam existimat moderatis utilitatibus sustinendam. At enim rempublicam negat posse consistere,<sup>6</sup> nisi is qui imperitet,<sup>7</sup> habeat sapientiæ studium; \* aut is ad imperandum<sup>8</sup> deligatur, quem esse inter omnes sapientissimum constet. Moribus etiam hujuscemodi<sup>9</sup> cunctos cives imbuendos esse dicit, ut iis, in quorum tutelam atque fidem respublica illa credatur,<sup>1</sup> auri atque argenti habendi cupido nulla sit: nec<sup>2</sup> specie communi privatas opes appetant: nec hujusmodi<sup>3</sup> hospitia succedant, ut ceteris janua non reclusa:<sup>4</sup> cibos victumque ita sibi curent, ut acceptam<sup>5</sup> mercedem ab his quos protegent communibus epulis insumant. Matrimonia quoque<sup>6</sup> non privatim<sup>7</sup> maritanda esse, sed fieri communia, despondentibus ipsis<sup>7</sup> ejusmodi

*popello et rusticis, quam putat esse sustentandam modicis commodis. Verum ait civitatem non posse permanere, nisi ille, qui ipsi præest, teneatur amore sapientiæ; vel ille eligatur ad imperandum, quem certum sit esse sapientissimum omnium. Ait etiam omnes cives informandos esse talibus institutis, ut illi, quorum custodiæ ac potestati illa civitas permittatur, nullam habeant cupiditatem possidendi auri et argenti: neque concupiscant divitias privatorum sub obtentu generali utilitatis publicæ, neque habitent in talibus ædibus, ut non aperto ostio reliquis, sic sibi parent escas et victum, et absumant in convivia mutua, munera quæ acceperint ab illis quos tuerentur. Connubia etiam non esse jungenda privatim, verum efficienda commu-*

\*\*\*\*\*

*est c. Forte ex. Id.—5 Bened. illa. Voss. part. tert. Pro ducit Edd. ante Vulcan. dicit. V. supra. Id.—6 Vulc. Ed. pr. e Cod. suo et Wow. subsistere. Id.—7 Abest a Bened. qui. et Edd. ante Junt. post. imperat. Id.—8 Paucioribus hujus loci sententia in Margarita Poëtica perscripta est; ita: Aut is ad imperandum deligitur, qui inter omnes sapientissimus habeatur. Colvius. Leid. ad imperium. Deligatur recte Vulc. &c. cum Mss. O. ante eligatur. Bened. diligatur: deligatur e var. Lect. Pro constet Voss. Bened. constat. Oud.—9 Hoc iterum Mss. et Vulcanio debetur. Ante et hujuscemodi m. Sed Bened. non male moribus et disciplinis hujuscemodi. Pro cunctos Bened. junctos. Id.—1 Resp. ulla credatur. Ex scripto: R. illa creditur. Wowerius. Vulgo R. ulla, male. Elmenh. Voss. et fide R. Bened. fide atque tutela. Wow. illa bene reposuit cum seqq. e Fulv. ut est quoque in Florent. Voss. Bened. Sed et creditur exhibent Voss. Bened. Credatur tamen præfero. Oud.—2 Voss. ne. Mox opes abest Bened. Id.—3 Voss. ejusmodi. Edd. Elm. Scriv. Flor. hujuscemodi contra Mss. Id.—4 Al. reclusis.—5 Lips. aut acc. Oud.—6 Abest quoque ab Edd. ante Vulc. sec. Id.—7 Edd. vet. aliquot disp. Abest ipsis Edd. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. Wow. contra Mss. et*

#### NOTE

\* Nisi is qui imperitet, habeat sapientiæ studium] Hoc est quod Plato lib. vi. de Rep. affirmat et fuisse probat, civitati præesse debere Philoso-

phos.

[ Matrimonia quoque non privatim, &c.] Vide lib. v. de Rep.

nuptias publice<sup>8</sup> civitatis sapientibus et magistratibus, et sorte quadam ei negotio præditis;<sup>9</sup> idque præcipue curantibus, ne disparet sui, vel inter se dissimiles copulentur. His annectitur<sup>1</sup> utilis necessariaque [625] confusio, ut permixta nutrimenta puerorum ignotorum adhuc,<sup>2</sup> agnitionis parentibus afferant<sup>3</sup> difficultatem: ut, dum suos liberos nesciunt, omnes quos viderint ejus ætatis, suos credant, et veluti communium liberorum omnes omnium sint parentes. Hæc ipsorum connubiorum<sup>4</sup> quæritur tempestiva conjunctio, cujus futuram stabilem fidem credit, si cum<sup>5</sup> harmonia musicæ dierum consonent numeri:<sup>6</sup> et qui de talibus nuptiis erunt orti, studiis congruentibus imbuentur, et optimis disciplinis communi præceptorum magisterio docebuntur, non virile secus modo,<sup>h</sup> verum etiam fœminarum;<sup>6</sup> quas

*nia, ipsis Sapientibus et Magistratibus civitatis, et iis, qui habent quandam aptitudinem ad eam rem, sancientibus publice tales nuptias; et id præsertim caventibus, ne inæquales aut dissimiles conjungantur inter se. His adicitur permixtio utilis et necessaria, ut permixta educationes infantium nondum agnitorum reddent eorum agnitionem difficilem genitoribus, ut quamdiu ignorant suos filios, quotquot aspexerint illius ætatis, existiment esse suos, atque omnes sint patres omnium tanquam filiorum communium. Insuper inquiritur opportuna copulatio Matrimoniorum, cujus putat fidelitatem fore constantem, si numeri dierum congruant cum harmonia Musica. Et qui nati erunt ex ejusmodi conjugiiis, erudientur studiis sibi convenientibus, et instituentur optimis artibus communi opera Magistrorum, non tantum sexus viri-*

\*\*\*\*\*

Edd. vett. In Voss. *despondens ipse*. Id.—8 Sic malo cum Florido jungere *et despondentibus*, quam *publicæ civ.* Mox ante magistratibus exulat copula a Voss. Bened. in quibus ut et Ed. Vulc. sec. desunt etiam *et sorte*. Id.—9 Voss. Bened. et. *Prædictis vitiose Vulc.* Id.—1 *His advertitur.* Mss. *adnectitur.* Sive, adjungitur. Edd. ante Vulcan. *advertitur.* Pro *necessariis* Bened. vel *necessaria.* Id.—2 Male Edd. ante Junt. post. *adhæc.* Pro *agnitionis* Bened. *argumentationis.* Id.—3 Sic tacite Floridus, astipulante Bened. scil. *permixta nutrimenta*: sed reliqui Mss. *afferat*: quod miror retinuisse Edd. et *permixta* ana voce. Si enim *afferat* legas, omnino per mixta nutr. scribendum, ut *confusio* sit nominativus. Id.—4 Nil muto. Non male tamen Ed. Floridi tacentis dat *adhæc* sive, insuper. Hoc est in Florent. *hoc ipse* Bened. Id.—5 Bened. *sic ut.* Pro *talibus nuptiis* Voss. *nupt. tal.* Bened. *nuptiis talibus.* Id.—6 *Non virile tantummodo, verum etiam fœminarum.* Putem interserendam dictionem, hoc pacto, non virile tantummodo secus, vel, genus, verum etiam fœmin. Colvius. Ms. non virilis sexus tantummodo: ut

#### NOTÆ

<sup>8</sup> Si cum harmonia musicæ dierum consonent numeri] Harmonicam hanc nuptiarum rationem exponit initio lib. VIII. de Rep. sed obscure admo-

dum et ænigmatice.

<sup>h</sup> Non virile secus modo] Similiter apud Plautum legas 'virile secus,' pro virili sexu. Rudente, Act. I.

vult Plato omnibus artibus,<sup>7</sup> quæ proprie virorum putantur, conjungendas esse, bellicis etiam:<sup>81</sup> quippe utrisque cum natura<sup>9</sup> una sit, eandem esse virtutem. Ejusmodi<sup>1</sup> civitatem nullis extrinsecus latis legibus<sup>2</sup> indigere: regia quippe prudentia<sup>3</sup> et ejusmodi institutis ac moribus, quibus dictum est, fundata, ceteras leges non requirat. Et hanc quidem, ut figmentum aliquod veritatis, exempli causa per se<sup>4</sup> compositam vult esse rempublicam. Est et alia<sup>5</sup> optima

*rum, sed etiam mulierum: quas Plato vult esse adhibendas cunctis Disciplinis, quæ existimantur speciatim pertinere ad viros; et etiam Militaribus. Etenim utrosque habere eandem vim, cum habeant eandem naturam. Talem Rempublicam non habere opus ullis legibus externis: nam, cum fuerit constituta prudentia regali, et talibus legibus ac consuetudinibus quas dixi, non considerabit alias leges. Et ait quidem hanc Rempublicam esse a se effectam velut simulacrum aliquod veritatis ad exemplum ob oculos ponendum. Est etiam apud Platonem alia*

\*\*\*\*\*

vehementer suspicer cum Colvio legendum: *virile secus*. Sciopp. in Symb. Suspensa oratio: V. C. *Non virilis tantummodo sexus verum, &c.* Wower. *Virile secus* rescripsit ex Flor. et Leid. A Rom. rō *secus* male abest. Vide Indicem. *Elmenh.* Egregia est emendatio Colvii, quam merito recepit Vulc. Ed. *sec.* scil. e suo codice. Sed melius *tantum* excludere Elm. et seqq. Accedunt Bened. Fulv. *non virilis sexus modo*: sed plane Florent. Voss. *non virile secus modo*. Vid. Drakenb. ad Liv. lib. xxvi. 47. Dempst. ad Rosin. pag. 112. Merc. et Obr. ad Septim. de B. Tr. lib. vi. c. 4. ubi variant Mss. Arnob. lib. i. p. 36. *sexum virile*. Carr. *secus*. Front. i. 11. 6. 'Omnes virilis sexus:' ubi vide. Sic rursus de Mundo, 'Mars et femininum secus.' Oud. —7 Mss. Florent. Vulc. Voss. et Edd. ante Vulc. *sec. partibus*: quæ confusio in hoc libro crebra. Et malim hic *partibus* propter verbum *conjungendas*, quod non tam convenit *artibus*. Id.—8 Florent. Voss. Bened. *b. cis*. Latet quid. Id.—9 Ita recte Elm. et Scriv. cum Mss. Florent. Bened. In Voss. et Ed. Flor. *utrisque cum*. De plurali *utrique* alibi plura. Edd. ceteræ *cum utrisque*. Id.—1 Edd. ante Vulcan. *ejusdem*. Id.—2 Vulc. Cod. *ratia* l. quod probat Heinus. e Ms. Leid. qui sine dubio idem Vulc. Cod. est, in Advers. p. 539. Voss. *latis regibus*. Bened. *lati regionibus*, sed supraser. *legibus*. Perpetua hæc varietas. Id.—3 Voss. Vulc. Bened. *regiam q. prudentiam*. Lipsius conjectit *egregie*. Statim dictum est absunt a Mss. Vulc. Voss. et Bened. unde posses locum sic legere, *Regi eam q. per prudentiam, et ejusmodi institutis ac moribus, quibus fundata ceteras leges non requirat*: ut casus variatio, de qua alibi dixi, fuerit corrumpendi loci causa. Non opus tamen. 'Regia prudentia' ponitur pro eximia, excellenti, egregia, ut Gr. βασιλική. Sic 'via regia:' immo in Flor. N. 7. 'disciplina regalis:' ubi vide. Id.—4 Bened. non male ipse. Id.—5 Edd. ante Vulc. *sec. sed et al.* Pro *optima* quidem Bened.

#### NOTÆ

Scen. 2. 'Filiolam ego unam habui, eam unam perdidit, Virile secus nunquam ullum habui.'

<sup>1</sup> Quas vult Plato omnibus artibus,

quæ proprie virorum putantur, conjungendas esse, bellicis etiam] Initio lib. v. de Republ. et lib. vi. de Legibus.

quidem,<sup>1</sup> et satis justa, et ipsa quidem<sup>6</sup> specie et dicis causa<sup>7</sup> civitas<sup>3</sup> fabricata, non ut superior sine evidentia,<sup>9</sup> [626] sed jam cum aliqua substantia. In hac<sup>1</sup> non suo nomine, de statu<sup>2</sup> et de commodis<sup>3</sup> civitatis, requirens originis ejus principia et fundamenta, disponit; sed eo tendit, quemadmodum civilis gubernator ejusmodi locum conventusque multitudinum<sup>4</sup> nactus, juxta naturam<sup>5</sup> præsentium rerum et convenarum debeat facere civitatem plenam bonarum legum et morum<sup>6</sup> bonorum. In hac equidem easdem puerorum nutritiones,<sup>7</sup> easdem vult esse artium

*Reipublica, optima certe, satque æqua, quæ quidem etiam conflictæ est exempli et rationis gratia, non quidem absque verisimilitudine quemadmodum illa prior, sed quæ jam aliquid habet veritatis. In ea non ordinat statum, et utilitates Reipublicæ ad suum arbitrium, investigans primordia ac fundamenta ejus ortus: verum hoc sibi proponit, quomodo administrator Reipublicæ, qualemcumque regionem sortitus sit, ac cæterum populorum, debeat efficere Reipublicam repletam bonarum constitutionum ac bonarum consuetudinum secundum statum rerum præsentium, et indolem hominum qui in unum confluerint. Vult quidem in ea esse easdem educationes liberorum, et easdem traditiones scientiarum, quas in superiori. At*

*quæd optima. Idem.—6 Voss. Bened. Ed. Vulc. sec. j. quidem et ipsa. Idem.—7 Vid. Not. Var.—8 Edd. ante Junt. post. civitatis. Ond.—9 Sine evidenti. Scribe ex Ms. sine evidentia; sed jam cum aliqua substantia. Woverius. Flor. evidenti. male. Elmenh. Mss. mei O. et Edd. priores sine evidenti, quod nescio an ita dammandum sit. Neutrum est adjectivum pro substantivo, ut 'decorum,' 'honestum,' 'utile.' Sic τὸ εὐαγὲς evidens. Cic. l. iii. de Nat. Deor. c. 4. 'Si quid est evidens, de quo inter omnes conveniat.' Præfero tamen evidentia, vel potius, evidentiis, sed. Ond.—1 Vitiose Ed. Vulc. sec. in dis hæc. Id.—2 Sic Mss. O. et Edd. Elm. Scriv. Flor. Antea et de statu per polysyndeton. Bene, nisi hic obstarent Mss. quanquam facile excidere potuit. Id.—3 Ita quoque Mss. O. non commodo, ut ante Elmenh. edebatur. Id.—4 Al. multitudinem.—5 Bened. j. natura. Pro et conv. Bened. ac conv. Et pro civitatem Voss. Bened. volunt. Ond.—6 Legum et morum. Repono: legum et virorum, nisi malis morum. Stewech. Inepte Bas. pr. virorum. Sed morum habent Mss. Ond.—7 Bened. easde p. easdem nutritiones. Voss. eadem. Pro par-*

## NOTÆ

<sup>1</sup> Est et alia optima quidem, &c.] Cujus descriptio extat libro v. de Leg. hanc secundam vocat.

<sup>1</sup> Dicis causa] Formula est vetus. Arnob. adversus Gentes lib. iii. 'Honoris et dicis causa, vos species Diis accommodavisse mortalium:' item lib. iv. 'an ita ut assolet, dicis causa.' Glossæ veteres: Dicis causa, Νόμον χάριν. Vocem 'Dicis' ab anti-

qua 'Dex' inclinatam vult Varro, quemadmodum a 'Jndex' fit 'Judicis,' &c. nam, ut ait, si juncto verbo 'Judex' dicitur qui 'jus dicit,' verisimile est voce simplici similiter eum, qui 'dicit,' appellatum fuisse 'dicem.' Itaque 'dicis causa' aliquid fit, cum nulla alia de causa fit, quam ut dici possit esse factum.



disciplinas. Sed in connubiis, et partibus, et patrimoniis,<sup>2</sup> ac domibus desciscit<sup>3</sup> a prioris observatione reipublicæ: <sup>1</sup> matrimonia privata et singularia faciens, procorumque ipsorum.<sup>2</sup> Et si in contrahendo matrimonio consulere ex voluntate sua<sup>3</sup> debeant, universæ tamen civitatis principibus, ut communis commodi causam<sup>4</sup> decernit spectandam esse. Quare et dites<sup>5</sup> inferiores nuptias non recusent,<sup>6</sup> et locupletum<sup>6</sup> consortium inopes consequantur: et, si vires opum congruunt,<sup>7</sup> ingenia tamen diversa miscenda esse; ut iracundo<sup>8</sup> tranquilla jungatur, et sedato homini incitatio mulier applicetur: ut talibus observationum remediis et proventibus<sup>9</sup> soboles natura [627] discrepante confecta,

*quoad matrimonia liberorum et partus, et bona, atque ades, discedit ab iis, quæ præceperat in superiore Republica, reddens connubia propria et pecuniaria, ac eorum quidem, qui virgines ambierint. Et quamvis debeant sibi prospicere ex suo arbitrio in iungendo connubio, præcipit tamen rem esse considerandam a proceribus totius Reipublicæ, utpote quæ spectat ad utilitatem publicam. Quapropter neque locupletes debent respicere connubia cum pauperioribus, et oportet ut pauperes adipiscantur societatem divitum: quamvis fortuna eorum non sint pares. Attamen contrarias indeoles ait esse inter se copulandas: ita ut mulier mansueta copuletur viro commotiore, et femina iracunda nubat viro tranquillo: ut proles procreata ex diversis ingeniis, opes ac fructus ejusmodi observationum concreseat in laudabiliorem mo-*

~~~~~

tubus Voss. partibus. Id.—8 Et patrimoniis. Desunt hæc Edd. ante Vulcan. et agnoscunt Mss. O. nisi quod Putean. habeat matrimoniis; quomodo sæpe hæc confusa, ut in Suet. Aug. c. 2. Vide quæ citavi supra h. l. Id.—9 Excerpta Puteanl. destitit. Elmenh.—1 Prave contra Mss. et sensum Edd. ante Vulcan. prioribus, obs. reip. Bened. priore. Id.—2 Pro quoque ipsorum. Ms. procorum quoque ips. Lego: pro unoquoque ips. Wowerius. Edd. ante Vulcan. item Wow. pro quoque. Ed. Vulc. procorum quoque. In Voss. proquorumque. In Florent. tantum procorum. Ond.—3 Sic Mss. O. sed Edd. cum Wower. ante Vulcan. consulere voluntatem suam. Id.—4 Bened. causa. Id.—5 Bened. quarum. Pro ditis Edd. ante Junt. post. duces. Id.—6 Voss. et Edd. ante Vulcan. locupletium: ut sæpe: sed alterum hic canorius. Id.—7 Vires opum non congruunt. Pessime ita e suo Cod. dedit Vulc. inserendo non; quem temere omnes præter Wower. secuti sunt. Ejiciendum rursus est non, quod non agnoscunt mei Codd. præter Bened. Concedit Plato vel præcipit, opes in matrimonio non congruere; sed si congruant, ingenia tamen diversa miscenda esse. Vide de Legg. l. vi. p. 869. Id.—8 Bened. et ut irac. tr. jungatur. Id.—9 Et proventibus. Desunt contra Mss. ab Edd. ante Vulcan. item Wow.

NOTÆ

¹ Quare et dites inferiores nuptias non recusent, &c.] Desumpta hæc sunt ex lib. vi. de Legib. pag. 860. Francofurt. editionis, quem locum adi. In hanc sententiam loquitur Megadorus apud Plautum in Aulular. Act.

III. Scæn. 5. 'Nam meo quidem animo, si idem faciant ceteri, Opulentiores pauperiorum filias Ut indotas ducant uxores domum: Et multo fiat civitas concordior, Et invidia nos minore utamur quam utimur,' &c.

morum proventu meliore¹ coalescat, et ita compositarum domorum opibus civitas augeatur. Puerperia quoque² ipsa morum dissimili seminio concepta, cum utriusque³ instar similitudinis traxerint, neque illis vigorem in rebus gerendis, neque tamen⁴ inspectandis consilium defuturum. Instituendos⁵ vero eos esse, utcumque parentes censuerint.⁶ Domos vero⁷ et possessiones habeant privatas, ut queunt singuli, quæ quidem nec immensum augeri⁸ per avaritiam, nec prodigi per luxuriam, aut deseri per negligentiam sinit.⁹ Legesque civitati huic promulgari jubet, et legum moderatorem, cum aliquid tale concipiet, ad contemplandas virtutes hortatur. Imperitandi¹ autem modum eum esse utilem censet, qui ex tribus fuerit temperatus.² Nec enim vel optimatum,³ vel etiam popularis imperii solos et meros status

rum institutionem: et Respublica ditetur fortunis familiarum sic constitutarum. Ipsi etiam factus generati semine parentum dissimilium indole, quando duxerint formam similem ambobus, ait eos non carituros robore in negotiis agendis, neque etiam prudentia in ipsis prospiciendis. Illos autem educandos esse quoquo modo parentibus visum fuerit. Singuli autem possideant aedes ac patrimonium pecuniaria pro suis viribus, quæ quidem Plato nec permittit protendi vastius ex avaritia, neque dissipari luxu, vel dimitti ex incuria. Præcipit etiam ut leges ferantur pro tali Republica, atque exhortatur Legislatorem ad intuendas virtutes, quando meditabitur quidpiam hujusmodi. Existimabat vero bonam esse illam rationem imperii, quæ mixta sit ex tribus. Nam non existimat sola ac pura regimina procerum, vel

Intelligit procreationes. Vide ad Met. l. iv. p. 275. b. Id.—1 *Mox proventus meliore.* Legimus in Margarita Poët. *morum prov. mel.* Colvius. Atque ita etiam in Mss. *Mox* Edd. ante Vulcan. Pro compositarum Bened. *consularum.* Oud.—2 *Puerp. quoque, &c. . . censuerunt.* Carent his Edd. ante Junt. post. quæ dat cum Bas. sec. Lugd. Colv. et Ms. Voss. *puerperiaque.* Id.—3 Bened. *ab utriusque.* Id.—4 V. C. *neque tu, fort. in.* Vulcanius. Abest tamen ab Ed. Vulc. sec. et in a Mss. et Edd. Utrumque admisit Elm. et seqq. Voss. *spec-tantis.* Oud.—5 In Flor. est: *i. v. e. e. utcumque parentes, nec ita sexus esse stratus censuerint civitatibus.* Folia Sibyllæ. Elmenh. Bened. *instruendos: de more.* Pro *esse* eos Voss. Florent. *eos esse.* Oud.—6 Vid. N. Var.—7 Voss. *domus.* Ad. ad Met. l. ix. p. 624. a. Exulat vero a Bened. Oud.—8 *In immensum augeri.* Sic reposuit tacite Elm. e Ms. Florent. At Mss. reliqui et Edd. priores non agnoscunt præpositionem. Nec etiam necessaria est. Vide ad Met. l. iv. p. 301. b. Bened. *nec mensura aug.* Id.—9 Scil. Plato. Ita Mss. O. nisi quod in Bened. *sint*, in Ed. Vic. *sint*: unde male *sinit* fecerunt Edd. seqq. usque ad Elmenh. Nota autem quæ pro quas, et ad. ad Notas ad Flor. N. 7. p. 26. b. Id.—1 *Imperitandi, &c.* usque ad *cond. habetur.* Exulans ab Edd. primis Junt. pr. Ald. Bas. pr. Pleraque vero hæc, uti multa in hoc libro primus expressit e Codd. Philomathes, Pisanus in Ed. Junt. post. et a putantur usque ad *ingratis* primus Vulc. Male autem ejus Edd. habent *impe-rii* contra Mss. et Edd. ac morem Apuleii. Vide supra. Id.—2 Bened. *tribus f. temperatus.* Id.—3 Abest vel Voss. Bened. Id.—4 Voss. *relinquunt.*

utiles arbitratur; nec impunitas rectorum culpas relinquit;⁴ sed magis censet his debere constare rationem,⁵ qui sint potiores potestate. Et alii publicarum rerum status definiri ab eo putantur,⁶ nitentes ad bonos mores; et super republica, quam vult⁷ emendatione constare, [628] rectori mandat, ut prius residuas leges compleat, aut vitiosas leges correctas velit, deinde mores perniciosos, et disciplinas corruptentes commoda civitatis ad meliora converterit:⁸ a quibus si consilio et suadela depravata multitudo⁹ deflecti non poterit, abducenda est tamen¹ ab incepto vi et

dominationis plebeiae bona esse; neque sinit errata moderatorum impunita; sed tamen satius esse ducit illos gubernare, qui sint superiores potentia. Atque alii status Rerumpublicarum creduntur ab eo definiri posse, tendentes ad probos mores: et quantum ad illam Respublicam, quam ait constitui correctione, præcipit modulatori, ut primo suppleat leges quæ superant, vel emendet vitiosas: postea mutas in melius probos mores, et artes, quæ labefactant utilitatem civitatis: a quibus, si populus corruptus nequeat acerti consilio et exhortatione, avertendus est nihilominus

Malletem relinqui, scil. censet debere: rō censet abest a Bened. Id.—5 Vulgo constare nationem.—6 Ita lego cum Ms. Vulc. non definiti, ut ceteri Mss. et vulgo, vel definitivi, ut Scriv. et Floridus. Definitio consistit in verbis 'nitentes ad bonos mores.' Verbum putantur, usque ad ingratum, ut dixi, primus e suo Cod. supplevit Vulc. cui astipulantur Mss. O. Oud.—7 Super ea Rep. quam vult. Vulgo, super publica quæ vult, male. Elmenh. Mss. Voss. Florent. quam. Lege super republ. quam v. non super ea rep. ut Elm. et seqq. Oud.—8 Mss. Florent. Voss. non prius r. compl. &c. enim Bened. non at prius r. l. complent, ut, &c. Vulcanius, qui in prima Ed. exhibuit enim converterit, ascripserat hic scripturam Codicis sui in schedula, quæ perierat. Wow. edidit et converterit. Certe deinde et convertit, quod vulgo edunt et est in Cod. Bened. vitiosum est. Forsan legendum Non prius residuas compleat, aut vitiosas leges correctas velit, quia vel quam, &c. ...converterit. Consule Platonem. Pro commoda Bened. communia. Id.—9 Sic recte Mss. O. et Edd. Elm. Scriv. Flor. defraudata Edd. Valc. pr. Wow. pravata Ed. Vulc. sec. Id.—1 Ita Mss.

NOTE

⁴ Nec impunitas rectorum culpas relinquit] In quo recedit a regia gubernatione, in qua Reges suorum recte aut male factorum rationem nemini reddunt. Regimen itaque suæ Reipublicæ temperat Plato ex Democratico, Aristocratico, et Regio, sive Monarchico: vult enim comitia populi fieri ad eligendos Magistratus legumque custodes, quod Democraticum est: vult summam potestatem penes Magistratus esse, qui quidem ex optimis civibus consent, atque

hoc Aristocraticum: vult denique his Magistratibus præesse supremum quendam Magistratum, quod Monarchicum est: magis tamen accedit ad Monarchiam, sed temperatam Aristocratia. Certe in Dialogo illo, cui Politicus nomen est, affirmat rectam civitatis administrationem apud unum, vel apud paucissimos saltem, esse querendam.

⁵ Constare rationem] Wowerinus legit constare gubernationem. At in idem recidunt ambæ lectiones.

ingratis.¹ In actiosa vero civitate² describit,³ quemadmodum simul omnis hominum multitudo bonitate et justitia conducta habeatur.⁴ Hi tales complectentur proximos, honores custodient, intemperantiam arcebunt, injuriam refrenabunt, pudiciæ ornamentisque ceteris vitæ⁵ honores maximos deferentes. Nec temere multitudo convolet ad ejusmodi⁶ rerumpublicarum status, nisi qui optimis legibus et egregiis institutis fuerint educati,⁷ moderati erga ceteros, inter se congruentes. Quatuor culpabilium civium⁷ genera esse:⁸ unum eorum, qui sunt honore præcipui: alterum paucorum, penes quos rerum est potestas: tertium

vi et invitatus a suo proposito. In Republica autem jam omnino constituta, exponit quomodo tota simul multitudo hominum contineatur gubernata probitate et æquitate. Ejusmodi viri amabunt suos affines, observabunt Magistratus, abigent immoderationem, reprimunt injuriam, tribuentes summos dignitatis gradus prudentiæ ac reliquis egregiis dotibus vitæ. Neque plebs temerarie consuet ad regimen talium civitatum, præter eos qui instituti fuerint optimis legibus, et eximiis moribus, modesti adversus alios, consentientes inter se. Postremo, dicit esse quatuor species civium vituperabilium; primam illorum qui præstant dignitate: secundam paucorum, in quorum potestate est summa rerum: tertiam universorum: postremam Im-

Abest verbum ab Edd. Vulc. Wow. Id.—2 Constante hoc pacto habent Mss. et Edd. præter Floridum, qui dedit *ingratis*. Vid. ad Met. l. i. p. 80. a. Id.—3 Ed. Vulc. sec. describi. Id.—4 Ms. Voss. et Edd. ante Vulcan. habeantur: ut sæpe. Vide Ind. v. 'Collectiva.' Id.—5 *Prudentiæ ornamentisque ceteris vitæ*. Edd. ante Vulcan. *prud. ornamentis ceterisque sine rō vitæ*. Abest prima vox a Ms. Vulc. at in Florent. Fulv. Bened. Putean. Voss. *pudiciæ*: quod sequor. Dein *ceterisque vitæ orn.* Fulv. Vitiose *vita* Ed. Vulc. sec. Id.—6 Florent. Voss. *convellet*. Bened. *cum vellet, adeat ejum.* prave. Voss. r. *puplicarum*: ut alibi. Ante *egregiis* abest et a Bened. in quo contra paulo post et inter se. Id.—7 Q. c. *virorum*. Florent. Edd. Elm. Scriv. Flor. *quatuor denique culp. civ.* Librarii additamentum sapit. Id.—8 *Esse ait*. Hoc rursus e Florent. rescripsit Elm. at Mss. reliqui carent *rō ait*. Et Edd. ante Vulcan. sec. habent sunt: sed subintelligendum pro Nostri in his Philosophicis libris more est *rō ait, censet, &c.* ut sæpe jam vidimus. Adi omnino ad l. i. de

NOTÆ

¹ In actiosa vero civitate] Hoc est, in civitate, quæ jam optime constituta est, et secundum leges prius traditas reipsa regitur.

² Nec temere multitudo convolet ad e. r. a. n. q. o. l. et c. i. fuerint educati] Eam ob causam Plato lib. v. de Leg. ait, si morborum lues, bellorumve calamitas sic vastaverit civitatem, ut multo pauciores sint quinque milli-

bus et quadraginta, quem numerum civitatis incolis constituit, cives alicubi adulterina educatos disciplina sponte quidem suscipiendos non esse, ut numerus ille compleatur: ne videlicet ceteros malis suis moribus corrumpant.

³ Quatuor [denique] culpabilium civium genera esse ait] De his jam supra. Vide Platonem in Politico.

omnium: ultimum dominationis tyrannicæ. Et primum quidem confieri,⁹ cum prudentiores viri per magistratus seditiosos civitate pelluntur, deferiturque potestas ad illos,¹ qui sunt manu² tantummodo strenui: nec ii, qui blandiore consilio agere res possint, adipiscuntur³ imperii facultatem, sed qui [629] turbidi violentique⁴ sunt. Paucorum vero status obtinetur, cum inopes criminosi multi simul paucorum divitum impotentia⁵ subjacentes, dederint se atque permiserint; omnemque regendi potestatem non mores⁶ boni, sed opulencia fuerit consecuta. Popularis factio roboratur, cum inops multitudo viribus obtinuerit⁷ adversus divitum facultates, lexque ejus jussu populi fuerit promulgata,⁸ ut ex æquo liceat omnibus honores capessere. Ad

perii Tyrannici. Et prima quidem species regiminis perturbatur quando viri sapientiores efficiuntur e Republica a Magistratibus seditiosis, et summa auctoritas traditur illis qui sunt solum manu validi: neque illi, qui noverunt negotia gerere prudentia mitiore, sunt compotes administrationis; sed ii qui sunt turbulenti et violenti. Respublica vero venit in manum paucorum, quando pauperes, et facinorosi, plures simul subditi ambitioni paucorum locupletum, tradiderint se et commiserint eis: ac non probi mores, verum divitiæ adeptæ fuerint auctoritatem administranda Reipublicæ. Partes autem plebeia confirmantur quando plebs egena superavit opes locupletiorum, et lex fuerit lata jubente plebe, ut possint omnes parti-

~~~~~

Dogm. Plat. p. 577. Ed. Flor. Id.—9 *Confunditur*. Sic e Cod. Florent. emendavit Elm. cum a Vulcanio in Ed. pr. esset editum *confit*, et in Edd. prioribus extet *fit*. Codd. vehementer variant. Vulc. *confit*. Putean. et Bened. *configit*. Voss. *confugit*. Auctoris sensus et mens est: primum genus eorum, qui honore præcipui sunt, sed culpabilium, oriri, cum prudentiores pelluntur, &c. An ergo *conficitur*? Similia huc statim 'obtinetur,' 'roboratur,' 'oritur.' Vel potius, ut respondeat *τῷ esse*, legendum *confugit*: sive, quod multo malim, *confieri*: sæpe enim hoc verbum corruptum. Vide me ad Cæsar. l. vii. B. G. c. 11. ad Suet. Cæs. c. 20. Sept. de B. Tr. l. iv. c. 15. 'quæ divinitus confierent.' Colum. l. xi. c. 3. § 1. 'tamdiu faciat, dum æquinoctium verum confiat:' sic Sangerm. Cod. vulgo *conficiatur*. V. Heins. ad Virg. iv. Æn. 116. Id. In *τῷ confunditur* quod est in Ms. Florent. forte latere *confieri dicti* tum putat aliis V. D. quare *confieri* sane recipere non dubitavi. J. Bosscha.—1 Voss. et Edd. ante Junt. post. *ad illos pot.* Oud.—2 Voss. *sint*. Bened. *q. s. violenti, manu, &c.* Pro *blandiore* Exc. Lindenbr. *blandiorem*. Id.—3 Addunt Edd. ante Vulcan. contra Mss. *adip. jamjam*. Id.—4 Edd. ante Bas. sec. *violentaque*. Id.—5 *Paucorum divitum potentia*. Ms. *divitum impotentia*. Sic Petronius: 'Cliensque cenas impotentium capet,' Sciopp. in *Symb.* Vulgo *D. potentia*: male. Vide Ind. *Elmenh.* Bene restituit Elm. quod jam monnerat Sciopp. consentiant in eo Mss. Florent. Fulv. Bened. Voss. Vide ad Met. l. x. init. Oud.—6 Edd. ante Vulcan. Ed. pr. *nec mores*: invitis Mss. O. Post *τῷ popularis* deest autem Bened. Voss. Bene. Id.—7 Exulat *τῷ viribus* Edd. ante Vulcan. contra Mss. Id.—8 Florent. Voss. Bened. *L. ejus sub pop.* Lege: *L. e. jussu populi*: nam ex

hæc tyrannidis illius singulare caput ?<sup>1</sup> tunc oritur, cum is,<sup>1</sup> qui leges contumacia sua ruperit, simili illegum conjuratione<sup>2</sup> adoptatus<sup>3</sup> imperium invaserit: constituens deinceps, ut omnis civium multitudo desideriis ejus et cupiditatibus parens, obsequium suum tali fine moderetur.<sup>3</sup>

*ter adipisci dignitates. Præter hæc, unicum caput illius tyrannicæ dominationis tunc nascitur, quando ille, qui violaverit leges sua pervicacia, occupaverit dominationem ad quam fuerat assumptus pari conspiratione adversus leges: decernens postea ut tota multitudo civium obsequens cupiditatibus et libidinibus ipsius, stringat suam obedientiam in hunc quoque finem.*

~~~~~

capto librarii in Florentino dein additum *prom. judicio*, quod male Elm. et Scriv. recepere, acil. l. ejus *sub p. f. promulgata judicio*. Pro adhæc Bened. ad hoc, ut supra. Id.—9 Sic hunc locum ex membranis Florent. emendavi. In vulgatis legitur *tyrannis illa singulare dominationis caput*. Elmenhorstius. Cum Scriverio tamen Florid. recepit lectionem, quam e Cod. Florent. substituit Elm. quam et ego magis probo: nam durissima foret locutio *tyrannis est caput dominationis* pro, in eo consistit tyrannis, ut unus sive unum caput dominetur. In Bened. exhibetur *singularis*: quare malim *tyrannis illa et singularis dominationis caput*: sic utrumque recte se habebit. Tyrannis oritur, et simul ejus caput, sive tyrannus. Oud.—1 Sic Mss. O. cum Vulcan. et seqq. Ante *cum civis*. Id.—2 Vid. Not. Var.—3 *Etiam moderetur*. Mss. et Edd. ante Elmenh. carent *et etiam*. Nec opus est. Quare denuo ejiciatur. Oud.

NOTÆ

¹ *Ad hæc tyrannidis illius singulare caput*] Sic ex membranis Florentinis reposuit Elmenhorstius. Vulgati codices habent, *ad hæc tyrannis illa singulare dominationis caput*, quam lectionem æque, aut etiam magis probandam existimo: sicque expono, præterea illa tyrannis, quæ est uni-

cum caput dominationis, hoc est, quæ in eo consistit, ut unus domine-
tur ceteris omnibus, oritur, &c.

² *Simili illegum [legum] conjuratione*] Expone: 'conjuratione adversus leges:' alias non video quis possit elici sensus.

APULEII MADAURENSIS
DE
DOGMATE PLATONIS
LIBER TERTIUS,
DE PHILOSOPHIA RATIONALI
SIVE
ΠΕΡΙ 'ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ.'¹

STUDIUM sapientiæ, quam philosophiam ² vocamus, ple-

Amor Sapientiæ, quem appellamus Philosophiam, existimatur a quamplurimis

~~~~~

Usi fuere in hoc libro Ms. Nansii citatus a Colvio: quem vide init. *Leiden-*  
*sis* vetustissimus in Folio quadr. N. 25. post Boëthii Comment. in Aristot.  
*Περὶ ἑρμηνείας*. Duo Carnotenses citati a Florido, quem vide. *Petarianus*  
ex Bibl. Bosheidii, postea ipsius Oudendorpii, in 4to. post Boëthii  
quædam: codex optimus est et sæpe cum Carnotensibus consentit. *J.*  
*Boscha*.

1 Vid. Not. inf. et Not. Var.—2 *Studium sap. quod philosophiam*. Sic rec-  
tius a Sichardo editum, quam in Ms. *quam philos.* Colvius. Non puto. Leid.  
quoque *quam*. Refertur pronomen ad posterius; ut et alibi apud Nostrum.  
Vide me ad Veget. lib. iv. c. 11. 'castellum, quem burgum vocant.' *Oud.*—

NOTÆ

\* Meminerunt libri hujus sub  
Apuleii nomine Isidorus Hispalensis  
libro II. Originum, cap. 28. et Caro-  
lus Magnus, de non adoraudis Ima-  
ginibus, lib. IV. At illum neque co-  
dex Rom. nec Aldus, nec Florenti-  
næ, nec Leidenses membranæ conti-  
nent: hinc factum est ut mendosus

valde hactenus prodierit. Emenda-  
torem tibi en damus, SERENISSIME  
DELPHINE, ex fide duorum tantum  
hujus libelli Mss. Codicum, qui in  
Bibliotheca Insignis Ecclesiæ Carno-  
tensis asservantur: quorum alter,  
quem primum nominabo, quantum ex  
scripturæ forma conjicere licet, ad

risque videtur [631] tres species seu partes<sup>3</sup> habere:<sup>b</sup> naturalem, moralem, et, de qua nunc dicere proposui, rationalem, qua continetur ars disserendi. Sed cum disseramus de oratione,<sup>4</sup> cuius variæ species sunt, ut imperandi, vel mandandi, narrandi,<sup>5</sup> succensendi, optandi, vovendi,<sup>6</sup> irascendi, odiendi,<sup>7</sup> invidendi, favendi, miserandi, admirandi, contemnendi,<sup>8</sup> objurgandi, poenitendi, deplorandi, tum voluptatem afferendi,<sup>9</sup> tum metum incutiendi; in quibus oratoris excellentis est, lata anguste, angusta late, vulgata decenter, nova usitate,<sup>1</sup> usitata nove proferre, extenuare

*habere tres partes: Physicam, Ethicam et Logicam, de qua statui nunc loqui, qua complectitur artem ratiocinandi. At quoniam loquimur de Oratione, qua habet diversa genera, puta, Jubendi, aut Referendi, Præcipiendi, Expostulandi, Expetendi, Blandiendi, Irascendi, Odiendi, Invidendi, Favendi, Miserendi, Mirandi, Aspernandi, Increpandi, Poenitendi, Lamentandi, præterea, Oblectandi, et Terrendi; in quibus est officium præstantis Oratoris enuntiare prolixam breviter, brevem prolixè, communia grate, nova ut ei usu venire soleant, ea vero quæ usu veniunt, ut ei nova essent, elevare grandia, posse facere maxima*

3 *Tres species seu partes.* Duas postremas voces omittunt Elm. et Flor. contra Mss. et Edd. vett. *Id.*—4 Mss. Nans. Leid. Edd. Colv. Vulc. carent male de. Ed. Scriv. *disseremus.* *Id.*—5 *Ut imperandi vel narrandi, mandandi, &c.* Hæc omnia ampliora hic et ordine alio, quam in Sichardiana editione: quod e comparatione patebit. *Colo.* Sic Colv. et seqq. e Mss. Sichardus et Edd. Bas. Lugd. ut *imperandi, fovendi, miserandi, admir. contendendi, obi. poenit. mandandi, succ. opt. favendi, ir. obediendi, invidendi, deplor. Oud.* Præfero sane *imperandi vel mandandi, narrandi, &c.* J. Bosscha.—6 *Fovendi.* Lipsius malit *Vovendi.* Colvius. Bene Lips. At Mss. O. cum Colv. &c. *fovendi.* Wower. tacite edidit *monendi.* Oud.—7 Ita Mss. O. ut recte Colv. et seqq. Ante *Obediendi.* v. Voss. lib. III. de Anal. c. 39. Sic 'odientes se' Mss. Leidenses quatuor apud Festum v. 'simultas.' Adi Voss. in Etymol. *Id.*—8 Et hoc firmant Mss. reliqui, non *contendendi:* utrumque in Petaviano. *Id.*—9 Petav. et Sichard. cum Bas. Lugd. volunt. Bas. Lugd. *asserendi.* *Id.*—

## NOTÆ

nonum sæculum; alter, qui dicitur secundus, ad decimum accedit. Horum variantes a Scriveriana editione Guillelmi Cæsii Amsterod. anno 1624. lectiones summa cura ac studio collegit, et ad me misit clarissimus Vir, mihiq; cum laude nominandus, Blasius le Feron Theologus Parisiensis, ejusdem Insignis Ecclesiæ Carnotensis Canonici, Vir Græcarum Hebræicarumque Literarum peritissimus, et multiplici Doctrinæ genere

clarus.

<sup>b</sup> *Videtur tres species habere*] Quartam, adde, τῆς περὶ τὰ φυσικά. Ceteræ enim, ut Geometria, Medicina, (Economica, Politica, &c. ad alias reducuntur, puta ad Physicam, et Moralem, &c.

<sup>c</sup> *Vovendi*] Sic Lipsius. Quidam *fovendi.*

<sup>d</sup> *Tum voluptatem afferendi*] Membranæ Carnotenses, tum voluntatem *afferendi:* at nihil mutò.



magna, maxima e minimis posse efficere, aliaque id genus plurima: est una inter has ad propositum potissima, quæ pronuntiabilis appellatur,\* absolutam sententiam comprehendens, sola ex omnibus veritati aut falsitati obnoxia:† quam vocat Sergius‡ effatum, Varro proloquium, Cicero enuntiatum, Græci protasin,‡ tum axioma: ego‡ verbum e verbo, tum protensionem,‡ tum rogaementum:‡ familiaris tamen dicitur propositio. Propositionum igitur, perinde ut [632] ipsarum conclusionum, duæ species sunt:‡ altera prædicativa,‡ quæ etiam simplex est; ut si dicamus, 'Qui regnat, beatus est:‡ altera substitutiva,‡ vel conditionalis,

*ex tenuissimis, ac permulta alia ejusmodi: est una oratio ex illis, quæ maxime facit ad institutum meum, quæ dicitur Enuntiabilis, complectens sensum finitum, quæ una inter cunctas est capax veritatis vel falsitatis: quam Sergius nominat Effatum, Varro Proloquium, Cicero Enuntiatum, Græci πρότασιν atque ἀξίωμα. Ego verto ad verbum Protensionem, et Rogamentum: vocabitur tamen notiori voce Propositio. Sunt ergo duo genera Propositionum sicut et ipsarum Conclusionum: unum Enuntiativum, quod dicitur quoque simplex, veluti si dicamus, Ille qui regnat, est felix: alterum Suppositivum, aut Conditio-*

1 Vid: Not. Var.—2 Sichard. *πρότασιν*, et paulo post: *Propensionem*. Vide Aristotelem *Topicis. Cole.* Bas. Lugd. *πρότασιν*. Præve. Græcis litteris Petav. ΠΡΟΤΑΣΙΝ. Oud.—3 Leid. et Petav. *ergo*. Id.—4 Edd. Bas. Lugd. *propensionem*. Ms. Leid. Edd. Colv. Vulc. Elm. Scriv. *protensionem*. Id.—5 Abest verbum a Leid. Id.—6 Petav. a m. pr. *substantivus*: et statim cum Leid. *jam*

## NOTE

\* *Quæ pronuntiabilis appellatur*] Aristoteli ἀποφαντικὸς λόγος, 'Enuntiativa oratio.'

† *Sola ex omnibus veritati aut falsitati obnoxia*] Aristot. περὶ ἑρμηνείας cap. 4. ἀποφαντικὸς δὲ (λόγος) οὐ πᾶς, ἀλλ' ἐν ᾧ τὸ ἀληθεύειν, ἢ ψεύδεσθαι ὑπάρχει: οὐκ ἐν ἅπασιν δὲ ὑπάρχει, &c.

‡ *Enuntiativa autem (oratio) est non omnis, sed ea cui verum vel falsum dicere convenit: non omnibus autem convenit, &c.*

§ *Sergius*] Quis ille sit non video, nisi dicamus illum esse Sergium Galbam, de quo Cicero in *Bruto*: 'sed inde hos ætate paulum his antecedens sine controversia Serg. Galba eloquentia præstitit, et nimirum is Princeps ex Latinis: illa Oratorum propria, et quasi legitima opera trac-

tavit, ut egrederetur a proposito orandi causa, ut delectaret animos, aut permoveret, ut augeret rem, ut miserationibus, ut communibus locis uteretur,' &c.

‡ *Tum rogaementum*] Non tamen hoc sonat vox ἀξίωμα, sicut protensionem vox πρότασις.

‡ *Alteræ prædicativæ*] Per Prædicativam hic intellige Enuntiationem simplicem sive affirmativam, sive negativam, quam quidem Enuntiationem sic definit Aristoteles περὶ ἑρμηνείας cap. 5. 'Ἔστι δὲ ἀπλὴ ἀπόφανσις, φωνὴ σηματικὴ περὶ τοῦ ὑπάρχειν, ἢ οὐ χεῖναι διαφύκειν.' Simplex Enuntiatio vox est significans inesse aliquid, aut non inesse, pro temporum divisione.'

quæ etiam composita est; ut si aias: 'qui regnat,'<sup>k</sup> si sapit, beatus est.' Substituis enim conditionem, qua, nisi sapiens est, non sit beatus.<sup>l</sup> Nos nunc de prædicativa dicemus, quæ natura<sup>9</sup> prior est, ac velut elementum substitutivæ. Sunt et aliæ differentiæ, quantitatis et qualitatis. Quantitatis<sup>1</sup> quidem, quod aliæ universales sunt,<sup>1</sup> ut, 'Omne spirans<sup>2</sup> vivit;' aliæ particulares,<sup>m</sup> ut, 'Quædam animalia non spirant;'<sup>3</sup> aliæ indefinitæ, ut, 'Animal spirat:'<sup>n</sup> non

*nale, quod dicitur quoque compositum: veluti si dicas, Ille qui regnat, felix est, si sapit: nam ponis conditionem, qua, non est felix, nisi sit sapiens. Nos nunc loquimur de Enuntiativo, quod præcedit ex sua natura, atque est quasi principium Conditionalis. Sunt etiam alia discrimina Propositionum, Quantitatis nempe et Qualitatis. Differentia quidem Quantitatis; quia aliæ sunt Generales; ut hæc, Quicquid spirat, vivit: aliæ Particulares; veluti, Quædam animalia non respirant: aliæ Indeterminatæ; quemadmodum hæc, Animal spirat: neque enim deter-*

\*\*\*\*\*

composita est. Id.—7 Ut. Ajax qui regnat. Sichard. ut si dicas: Qui regnat. Scriptura vetus est quam dedimus, e qua etiam scribebat Nansius, Ut si aias, Qui regnat. Colvius. Recte conjecit Nansius; nam in Petav. clare exhibetur ut si aias. Edd. Bas. Lugd. Wow. ut si dicas. Oud.—8 Ante Colv. beatus non est. Id.—9 Leid. qua n. Petav. quia n. Id.—1 Sic recte juvenis magnæ spei Martinus Ruaras. In retro editis, qualitatis legitur: inepte. Elmenh. Mss. O. quantitatis, ut est etiam in Edd. ante Colv. certe in Lugd. Oud.—2 Sichard. et Ed. Lugd. omnis sp. Id.—3 Sichard. et Ed. Lugd. quoddam ani-

#### NOTÆ

<sup>k</sup> Ut si aias [ut Ajax]: qui regnat, &c.] Sichardus, ut si dicas: Qui regnat: non male Nansius: ut si aias: Qui regnat. Certe videtur hic Ajax absque ratione positus.

<sup>l</sup> Aliæ universales sunt] Quarum subiectum in tota sua extensione sumitur.

<sup>m</sup> Aliæ particulares] Quarum subiectum non sumitur in tota sua extensione et secundum omnia inferiora sua.

<sup>n</sup> Aliæ indefinitæ, ut, Animal spirat] Ejusmodi Propositiones licet non habeant universalitatis notam, nempe vocem omnis aut omnes, revera tamen universales censendæ sunt: affirmant enim aut negant prædicatum suum de eo omni quod comprehenditur in idea sui subiecti. Porro omnia inferiora subiecti illius comprehendun-

tur in ejus idea, proindeque intelligi debet Propositio de illis omnibus inferioribus, ideoque est universalis: in exemplo proposito Animal spirat, spiratio affirmatur de eo omni quod comprehenditur in idea animalis, puta, de homine, belluis, avibus, piscibus, &c. universalis ergo est; sed universalis falsa, quales plerumque sunt ejusmodi Indefinitæ Propositiones, cum sumuntur universaliter, et ut jacent: ideoque magis pro particularibus valent, ut recte observat Noster. Neque his, quæ dicimus, obstat quod subjungit, hanc Propositionem non definire utrum omne, an aliquod animal spiret, cum enim Propositio intelligatur de eo quod comprehenditur idea animalis, intelligenda est de omnibus omnino animalibus.

Delph. et Var. Clas.

Apul.

4 D

enim definit, utrum omne, an aliquod; sed tamen pro particulari semper valet, quia tutius est, id ex incerto accipere, quod minus est. [633] Qualitatis autem, quod aliæ dedicativæ sunt, quod dedicant<sup>o</sup> aliquid de quopiam;<sup>4</sup> ut, 'Virtus bonum est:' dedicat enim, virtuti inesse bonitatem: aliæ abdicativæ, quæ abdicant aliquid de quopiam; ut, 'Voluptas non est bonum:' abdicat enim, voluptati inesse bonitatem. At Stoici hanc quoque dedicativam putant, cum inquirunt, 'Evenit cuidam voluptati bonum non esse: ergo dedicat,'<sup>5</sup> quid evenerit ei, id est, quid sit. Idcirco dedicativa, inquirunt, est, quia ei, in quo<sup>6</sup> negavit esse, dedicat id, quod non videtur<sup>7</sup> esse.<sup>9</sup> Solum

*minat an omne animal respiret, an aliquod tantum, attamen semper vim habet Particularis: quoniam securius est illud ex re incerta sumere, quod est minus. Differentiæ vero Qualitatis sunt, quod aliæ sunt Affirmativæ, quia affirmant aliquid de aliquo: ut, Virtus est aliquid bonum: affirmat enim bonitatem esse in virtute: aliæ Negativæ, quæ negant aliquid de aliquo: veluti, Voluptas non est aliquid bonum: negat enim bonitatem esse in voluptate. Verum Stoici arbitrantur hanc etiam propositionem esse Affirmativam, quando dicunt: Accidit cuidam voluptati ut non sit quid bonum. Affirmat igitur quid ipsi acciderit, hoc est, quid illud sit. Proinde (aiunt) affirmativa est, quia affirmat id quod non apparet esse, de eo, in quo negat*

*mal n. spirat. Id.—4 Petav. quæ ded. et pro virtuti esse melius cum Colv. Elm. aliis inesse. Id.—5 Ergo dicit. Melius Sich. ergo dedicat. Colvius. Dedicat, i. e. affirmat, et recte Florid. id reposuit e Sich. Bas. Lugd. Colvius, licet probaverit quoque, cum seqq. Edd. secutus est tamen lectionem Ms. Nansi-ani dicit, quæ est quoque in Leid. Oud.—6 Quia et in. Forte, quia ei in. Sic Nansius. Colv. Scribe: quia ei, in quo. Woverius. Mss. et Edd. vett. et. A Lugd. abest. Sed bene ei emendarunt Nans. Colv. Wow. et restituit Florid. Oud.—7 Sic Petav. et cum Florido Edd. ante Colv. Male reliqui*

## NOTE

<sup>o</sup> *Aliæ dedicativæ sunt, quod dedicant, &c.*] Observa toto hoc opere per 'Dedicativam' Propositionem intelligi 'Affirmativam,' per 'Abdicativam' vero, 'Negativam.' Et 'Dedicare' idem esse quod 'affirmare,' sicut 'abdicare,' negare est. Attius in Alpheisibema, referente Nennio Marcello: 'At verior cum te esse Alcmonis fratrem factis dedicat.' Festus, 'Dedicare autem proprie est dicendo deferre.' Lucretius lib. 1. 'At contra gravius plus in

se corporum esse Dedicat, et multo vacui minus intus habere.' Vide Lexicon Lucretianum Parei. Eodem sensu Dedicativas et Abdicativas Enuntiationes appellat Martian. Capella initio Dialecticæ.

<sup>p</sup> *Ergo dedicat*] Ita Sichardus et Basileensis editio, quam lectionem confirmant Mss. Carnot. Elmenhorst. habet ergo dicit.

<sup>9</sup> *Id, quod non videtur esse*] Hæc est Carnot. Membranarum et Sichardi lectio, quam retineo. Elmenhorst.

autem abdicativum<sup>8</sup> vocant, cui negativa particula<sup>9</sup> præponitur. Verum hi quidem cum in aliis, tum in hac re vincuntur; si qui ita rogaverit, 'Quod nullam substantiam habet, non est;' cogentur enim secundum quod dicunt, [634] confiteri esse quod non est, quod nullam substantiam<sup>1</sup> habet.<sup>2</sup> Ceterum est propositio,<sup>3</sup> ut ait in Theæteto<sup>3</sup> Plato, duabus paucissimis orationis partibus constans, nomine et verbo: ut, 'Apuleius disserit:'<sup>4</sup> quod aut verum, aut falsum est: et ideo propositio est. Unde quidam rati sunt, has duas solas orationis partes esse, quod ex iis<sup>5</sup> solis fieri possit perfecta oratio, id est, quod abunde sententiam compre-

vit illud esse. Id autem duntaxat appellant Negativum, cui præfigitur particula negativa. At hi quidem superantur tum in aliis rebus tum maxime in hac, si aliquis sic proposuerit: Quod caret substantia non existit: nam juxta id, quod aiunt, compellentur fateri illud, quod nullam habet substantiam, esse id quod non est. Porro, Propositio, quemadmodum Plato dicit in Theæteto, componitur ex duabus tantummodo partibus Orationis: Nomine scilicet et Verbo, veluti, Apuleius disserit: quod vel est verum vel est falsum: ac proinde est Propositio: qua de causa nonnulli existimaverunt esse tantum has duas partes Orationis, quia potest construi Oratio absoluta ex his solis: hoc est, quia satis complectantur sensum. Adverbia

Mss. et Edd. videt. Id.—8 Ed. Bip. male s. a. abdicativum. J. Bosscha.—9 Petav. a m. pr. cum n. pers. Oud.—1 Petav. non nullam subet. Id.—2 Emendabilis: C. et propositio ... Orationis partibus constat. Wowerius. Ed. Lugd. vitiose est constat: unde Wow. cum seqq. et ... constat reposuit. Sed recte Leid. cum Edd. reliquis est constans, i. e. constat. Græco more, de quo vide ad Met. lib. III. p. 220. b. Oud.—3 Sich. Bas. Lugd. Timæo, et pro var. lect. Leidensis, in quo Theæteto. Petav. Thimes. Id.—4 Nans. Leid. dixerit. Id.—5 Vetus Ms. quod ex his quæ. Unde cum Lipsio legas, quod ex hisce. Col-

## NOTE

minus bene id quod non videt esse: neque enim propositio dici potest videre, aut non videre. Hujus autem loci sensus est, propositionem ab Apuleio relata<sup>1</sup>. 'Evenit cuidam voluptati bonum non esse,' ideo videri Stoicis Affirmativam, quoniam ea affirmat voluptati inesse negationem bonitatis, quod certe negatorum est, et sophisticum: quid enim aliud est affirmatio negationis nisi mera negatio?

<sup>1</sup> Cogentur enim, &c. confiteri esse quod non est, quod nullam substantiam

habet] Propositio enim, quod nullam substantiam habet, non est, poterit eodem modo converti ac supra relata, et sic enuntiari: evenit ei quod nullam substantiam habet ut non sit: quæ propositio ad hanc reducetur: quod nullam substantiam habet, est aliquid quod non est: quemadmodum illa superior ad hanc reduci poterat: quædam voluptas est aliquid non bonum. Hunc puto intricatissimi hujus loci sensum esse. Si quis quid melius habeat, pergratum faciet, si protulerit in medium.

hendant. Adverbia autem, et pronomina, et participia, et conjunctiones,<sup>6</sup> et id genus cetera, quæ grammatici numerant, non magis partes orationis esse, quam navium aplustria,<sup>7</sup> et hominum pilos, aut certe in<sup>7</sup> universa compage orationis vice clavorum, et picis, et glutinis deputanda. Porro ex duabus prædictis partibus altera subjectiva nominatur,<sup>8</sup> velut subdita; ut 'Apuleius:' altera declarativa; ut, 'disserit,' vel 'non disserit:'<sup>9</sup> declarat enim, quid faciat Apuleius. Licet autem, eadem vi manente,<sup>8</sup> utramvis partem in plura verba protendere:<sup>9</sup> ut [635] si pro 'Apuleio,' dicas 'Philosophum Platonicum Madaurensem:'<sup>8</sup> item, pro 'disserendo,' dicas eum 'uti oratione.' Plerumque autem subjectiva minor est, declarativa ma-

tero, et Pronomina, et Participia, et Conjunctionem, atque alia ejusmodi, quæ Grammatici recensent, ait non esse potiori jure partes Orationis, quam aplustria sunt partes navium, et capilli hominum, vel certe illa esse existimanda in tota coagmentatione Orationis loco clavorum, et picis, et glutinis. Ceterum duarum prædictarum partium una appellatur Subjectiva, quasi supposita: veluti, Apuleius: altera Enuntiativa: veluti, disserit, aut non disserit: enuntiat enim quid Apuleius agat. Porro fas est extendere utramlibet earum partium in plura vocabula, modo idem sensus remaneat: veluti, si loco Apuleii pronunties Philosophum Platonicum Madaurensem: præterea, si loco Disserendi dicas eum habere orationem. Subjectiva vero ut plurimum angustius patet, Prædicativa latius: et complectitur

vins. Bene. Leid. quoque his quæ. Ond.—6 Et conjunctio. Conjunctiones recte Petav. cum Sich. et Edd. Bas. Lngd. Id.—7 Ms. Nans. cetera. Id.—8 Edd. ante Colv. imminente. Id.—9 Al. proderet. Id.—1 Sic Mss. Leid.

#### NOTE

<sup>6</sup> Et conjunctiones [conjunctio] Solæcismus merns: reponere ergo vel conjunctionem, vel conjunctiones, in quarto casu: id enim vult quod sequitur, 'non magis partes orationis esse,' &c.

<sup>7</sup> Quam navium aplustria] Quæ et aplustria. Festus: 'Aplustria, navium ornamenta, quæ quia erant amplius quam essent necessaria usui, etiam amplustria dicebantur.' At futilia videtur hæc Etymologia. Magis formatum putaverim hoc nomen ab a privativo, et verbo πλεῖν 'navigare,' eo quod ad navigationem essent

inutilia; vel etiam a Græco ἀπλοῦρα.

<sup>8</sup> Altera subjectiva nominatur] Vulgo in Scholis subjectum.

<sup>9</sup> Altera declarativa: ut, disserit, vel non disserit] Hæc scinditur vulgo in duas, in copulam nempe, hoc est, affirmationem vel negationem est, aut non est, et attributum seu prædicatum, puta disserens, resolviturque hæc propositio, Apuleius disserit, in hanc, Apuleius est disserens.

<sup>8</sup> Ut si pro Apuleio dicas. Philosophum Platonicum Madaurensem] Ejusmodi terminus dicitur complexus.

jor:’ et non hanc modo, sed alias quoque subjectivas comprehendens. Non enim solum Apuleius disserit, sed et alii plurimi,<sup>1</sup> qui sub eadem declaratione possunt contineri: nisi forte proprium cujuspiam de eo declaratur:<sup>2</sup> ut si dicas, ‘Qui equus est,<sup>3</sup> hinnibile est:’ at proprium est equi, hinniŕe. Et idcirco in his propriis par est declarativa, par subdita; ac non, ut in ceteris, major: quippe cum eadem possit,<sup>4</sup> mutata vice, subdita fieri, et quam prius habuerit subditam, nunc habere sui declarativam: ut si, verso ordine, ita dicas, ‘Quod hinnibile est, equus est.’ At non itidem, ubi impares partes sunt, convertere vices possis.<sup>5</sup> Non enim quia verum est, ‘Omnem hominem animal esse;’ idcirco, si convertas,<sup>6</sup> verum erit, ‘Omne animal

*non illam tantum Subjectivam, verum et alias etiam Subjectivas: nam non Apuleius tantum disserit, sed et permulti alii quoque, qui possunt comprehendi sub eadem enuntiatione. Nisi forsitan Proprietas alicujus rei prædicetur de ea, veluti si dicas, Qui est equus, est aliquid hinnibile. Sed hinniŕe est Proprium equi. Ideo in his Propriis Prædicatum et Subjectum æqualiter patent, neque Prædicatum latius extenditur, quemadmodum in aliis Propositionibus: siquidem idem potest evadere Subjectum vice versa, et habere pro suo Prædicato illud, quod ante habebat pro Subjecto: veluti, si, mutata serie, sic dicas, Quod est hinnibile, est equus. Verum, quando partes sunt inæquales, non possis mutare ordinem eodem modo: neque enim, quoniam verum est Omnem hominem esse animal, ideo si mutes vicem, verum erit*

Nans. Petav. Vulgo *sed etiam*. Ed. Lugd. plur. alii. Id.—2 Ita rursus Leid. ac Petav. Vulgo *declararetur*. Id. Sed *declaretur* Ed. Bip. J. Bosscha.—3 Sic Leid. Petav. et Ed. Flor. Reliqui carent *τῷ* est. Ond.—4 Petav. *possint*. Dein pro *verso ordine* Edd. ante Colv. *converso ord.* Post itidem Petav. addit est: et post *partes τῷ sunt* carent Leid. ac Petav. Id.—5 Petav. *vicissim possis*: superscr. non. Id.—6 Male Edd. ante Colv. *si quæras*. Id.—7 Sic

## NOTE

<sup>1</sup> Plerumque autem subjectiva minor est, declarativa major] Quod videre est in hac propositione: ‘Omnis homo est animal,’ in qua licet animal de omni homine affirmetur secundum omnia sua attributa essentialia, non tamen affirmatur secundum omnem suam extensionem, sive secundum omnia inferiora, ad quæ extenditur: neque enim sic invertere licet propositionem, ‘Omne animal est homo:’ latius enim patet animal, quod est Genus, quam homo, quod est tantum una ex Speciebus huic Generi sub-

jectis. Hinc est quod Subjectum dicitur ‘minor terminus:’ Prædicatum vero, ‘major.’

<sup>2</sup> Nisi forte propriam cujuspiam de eo declaretur] Aut Differentia de Specie, quam constituit, puta sentiens de animali. Recte enim dicas ‘Omne animal est sentiens,’ et vice versa ‘Omne sentiens est animal.’ Item si Definitio affirmetur de Definito, ‘Omnis homo est animal rationale,’ et ‘Omne animal rationale est homo:’ in iis enim omnibus Attributum non latius patet Subjecto.

hominem esse.' Neque enim ut proprium est equi, hinni-  
bile,<sup>7</sup> ita proprium est homini, animal esse; cum sint ani-  
malia alia innumera. Agnoscitur hinc de pluribus decla-  
rativa, [635] licet converso ordine rogamentum propona-  
tur: primo, quod<sup>a</sup> plura comprehendere potest declarativa,  
quam subdita; dehinc, quod nunquam vocabulo, sed sem-  
per verbo terminatur: <sup>a</sup> quo præcipue etiam in illis<sup>9</sup> pro-  
prietatibus a pari subjectiva discernitur.<sup>b</sup> Id etiam pro  
similitudine tenendum est, quia ut sunt propositiones defi-  
nitæ, et indefinitæ,<sup>c</sup> ita etiam constat,<sup>d</sup> particulas tam sub-  
jectivas, quam declarativas partim definitas esse, ut, 'ho-  
mo,' 'animal;' partim indefinitas, ut 'non homo,' 'non ani-  
mal.' Non enim definiunt, quid sit, cum hoc non sit, sed  
tantum ostendunt, aliud præter hoc esse. Nunc dicendum  
est, quemadmodum quatuor illæ<sup>a</sup> propositiones<sup>d</sup> inter se

Omne animal esse hominem: nam non est Proprium hominis esse animal, sicut Pro-  
prium est equi hinnire: quandoquidem sunt infinita alia animalia. Hinc Prædica-  
tum dignoscitur ex multis indicitiis, quamvis Propositio exhibetur vice inversa:  
primo, quia Prædicatum potest complecti plura, quam Subjectum: deinde, quia nen-  
quam exprimitur nomine, sed semper verbo: ob quam causam præsertim distingui-  
tur quoque a Subjecto aequaliter patente in illis Proprietatibus. Illud quoque pro  
exemplo sciendum est, quod quemadmodum sunt Propositiones Determinatæ et In-  
determinatæ, sic quoque certum est vocabula, sive subjecta, quam prædicata, alia  
esse determinata, veluti homo, animal, alia Indeterminata, puta, Non homo, Non  
animal: neque enim determinant, quid sit quando non est hoc, verum demonstrant  
esse aliquid aliud quam hoc. Jam exponendum est quomodo illæ quatuor Proposi-

Mss. et Edd. vett. *Hinnire* Edd. Scriv. Flor. Dein pro hinc Petav: *hic*.  
Id.—8 Edd. ante Colv. prave *quidem*. Id.—9 Edd. vett. perperam etiam nul-  
lis. Pro ut sunt eadem sicut. Id.—1 Abest a Leid. et Petav. Id.—2 Edd.

## NOTE

<sup>a</sup> Quod nunquam vocabulo, sed sem-  
per verbo terminatur] Hoc ut intelli-  
gas, observa quod jam monuimus,  
per 'Declarativam' Apuleium intel-  
ligere non Attributum solum, sed At-  
tributum cum affirmatione vel nega-  
tione conjunctum, quæ absque verbi  
saltem substantivi ope exprimi non  
potest: v. g. 'disserit,' 'non disserit,'  
'est animal,' 'non est animal.' Fal-  
sum autem esset, si per Declarati-  
vam solum Attributum intelligere-

tur: illud enim fore semper nomine  
exprimitur, non verbo.

<sup>b</sup> Quo præcipue, &c. a pari subjectiva  
discernitur] Quoniam affirmatio vel  
negatio non cadit in Subjectivam tan-  
quam in affirmatum aut negatum, sed  
tanquam in id de quo quid affirma-  
tur negaturve.

<sup>c</sup> Et indefinitæ] Qualis est Propo-  
sitiō quam supra attulit, 'Animal spli-  
rat.'

<sup>d</sup> Quatuor illæ propositiones] Nem-

affectæ sint : quas non ab re est in quadrata formula spectare. Sint igitur<sup>3</sup> in superiore linea, ut infra scriptum est, universalis dedicativa et abdicativa : ut, ' Omnis voluptas bonum est, nulla voluptas est bonum : ' <sup>4</sup> dicanturque hæ inter se<sup>5</sup> incongruæ.<sup>6</sup> Item in inferiori linea sub utraque particulares subnotentur : ' Quædam voluptas bonum est, quædam non [637] est bonum : ' dicanturque hæ inter se subparæ.<sup>6f</sup> Deinde ducantur obliquæ lineæ angulares : altera pertinet<sup>7</sup> ab universali dedicativa ad particularem abdicativam ; altera a particulari dedicativa ad universalem abdicativam : <sup>8</sup> quæ, inter se et quantitate et qualitate contrariæ, alterutræ nominentur,<sup>8</sup> quod jam necesse est alter-

*tiones se habeant ad invicem, quas est opera pretium aspicere in schemate quadrato. Sint ergo in linea superiore, quemadmodum exaratum es inferius, Generalis Affirmativa, et Generalis Negativa : cuncti Omnis voluptas est bonum, Nulla voluptas est bonum. Atque hæ appellantur Contrariæ invicem. Præterea sub illis ambabus subscribentur in linea inferiore hæ Particulares : Quædam voluptas est bonum, Quædam non est bonum. Atque hæ vocentur Supparæ inter se : postea perducantur ab angulo ad angulum lineæ duas obliquæ ; quarum una extendatur a Generali Affirmativa ad Particularem Negativam, altera a Particulari Affirmativa ad Generalem Negativam : quæ Propositiones oppositæ invicem tum Quantitate, tum Qualitate vocentur Alterutræ ; quia jam oportet ut altera harum sit vera : quæ Con-*

\*\*\*\*\*

ante Colv. et illa : et pro quadrata eadem quadra. Id.—3 *Sunt igitur.* Lege a veteri sint igitur. Colvius. Atque ita etiam Mss. Nans. et Leid. *Ond.*—4 Mss. Nans. Leid. Petav. *omnis vel. bonum non est.* Id.—5 Leid. *inter se hæ.* Petav. *hæc et inferiore.* Id.—6 Sic semper Mss. Leid. Petav. cum Vulcan. et Wower. Vide Heins. ad Vell. p. 116. non *supp.* vide etiam ad Met. lib. vi. p. 428. a. Petav. variat. Id.—7 *Corrige, pertingens.* Wowerius. Edd. ante Colv. *pertingens.* Prave omnino : nam *pertingens* hoc sensu viz, vel potius non Latinum est. Et recte Mss. præter Petav. a m. sec. dant *pertinens.* Vide me ad Cæsar. lib. iii. B. Civ. c. 68. ' Munitionem pertinere a castris ad flumen.' Sall. B. Jug. c. 48. ' collis in immensum pertingens : ' ubi vid. Wasse et Cort. Mart. Cap. lib. vi. p. 219. ' Arabia est ad rubrum pertingens mare : ' sed et ibi Mss. aliquot vetustissimi *pertinens* : ut recte Ald. Salm. ediderunt in Solino cap. 33. ' Arabia ad rubrum pertinens mare.' Sic enim Mss. mei 8. *pergens* Huls. In Edd. Can. Delr. *pertingens.* *Ond.*—8 Edd. ante Colv. inverso ordine *universali abdicativa ad particularem dedicativam.*

#### NOTÆ

pe Universalis affirmativa, Universalis negativa, Particularis affirmativa, Particularis negativa.

<sup>3</sup> *Dicanturque hæ inter se incongruæ* Aristoteli *ἐναντία*, ' contrarium.'

<sup>6f</sup> *Dicanturque hæ inter se subparæ*

In scholis *Subcontrariæ* : præterea Universalis et Particularis ejusdem qualitatis dicuntur *Subalternae*.

<sup>8</sup> *Alterutra nominentur* Aristoteli, *ἀντιπαρὸς ἀντιπαρὰς* ' contradictorie oppositæ ; et simpliciter *ἀντιπαρὸς* ' contradictiones.'



utram veram esse, quæ dicitur perfecta pugna et integra. At inter subpares et incongruas<sup>9</sup> pugna dividua est; quod incongruæ nunquam quidem fiant simul veræ, interdum tamen simul mentiuntur: subpares autem, mutata vice, nunquam quidem simul mentiuntur, interdum tamen fiunt simul veræ: et ideo utriusvis harum revictio confirmat alteram, non tamen et utriusvis confirmatio revincit alteram. De incongruis qui utramvis posuit, utique alteram tollit: non tamen, mutata vice, qui utramvis tollit, utique alteram ponit.<sup>1</sup> Enimvero de alterutris qui utramvis comprobant, nunquam alteram refutat:<sup>2</sup> et qui alteram refutat,<sup>3</sup> utique alteram comprobant. Ceterum universalis utraque particularem suam comprobata utique confirmat:<sup>4</sup> revicta non utique infirmat.<sup>5</sup> Particularis autem, versa vice,<sup>6</sup> universalem suam revicta utique infirmat; probata non utique firmat.<sup>6</sup> Hæc omnia ita esse, ut dicimus, ex ipsis propositionibus facile ostendunt infra scripta.<sup>7</sup> [638]

*Contrarietas vocatur absoluta et omnimoda. Verum dimidia tantum Contrarietas intercedit inter Subcontrarias, et inter Contrarias; quia Contrariæ nunquam quidem eadem simul veræ, aliquando tamen sint simul falsæ: Subcontrariæ vero vice veras nunquam quidem simul falsæ sunt, nonnunquam tamen eadem simul veræ: atque idcirco refutatio utriuslibet earum comprobant alteram, neque tamen probatio utriuslibet refutat alteram. Qui probavit alterutram ex Contrariis, profecto negat alteram: non tamen vice veras, qui negat alterutram, affirmat propterea alteram. Atenim ex Contradictoriis qui confirmat unam, eadem opera refellit alteram: et qui refellit alteram, confirmat quoque alteram. Porro qualibet Generalis Propositione probata probat quoque suam Particularem: si refutata sit, non ideo refellit eam. At Particularis contra si refellatur, refellit quoque suam Generalem; si vero confirmatur, non propterea eam probat. Quæ inferius exarata sunt, facile demonstrant ope ipsorum Propositionum, universa hæc sic se habere ut dicimus. Nam con-*

~~~~~

Id.—9 Ms. Nans. *integras*. Statim Leid. et Petav. *sunt*: et pro utriusvis confirmatio Leid. *utrius conf.* Id.—1 Edd. ante Colv. *unquam alt. p.* Male. Id.—2 Prave et contra rationem Mss. Nans. Leid. Petav. et Ed. Flor. *utique*. Forsan *neutiquam*. Id.—3 Edd. ante Colv. *pessime qui utramvis tollit*: quod illapsum est ex superioribus. Id.—4 Male vet. *conf.* Colvius. Item Leid. Id.—5 *Vice versa*. Mss. et Edd. vet. item Carol. Magn. lib. iv. c. 23. *veras vice*: ut et p. 643. Ed. Flor. Id.—6 Leid. Petav. et Carol. M. *prob. utique confirmat*. corrupte. Id.—7 Petav. *ostenditur*. Edd. ante Colv. *ostenditur infra scriptis*. Ceterum exempla et figuræ sequentes desunt Ms. Leid. Id.—

NOTE

⁴ Ceterum universalis utraque particularem suam comprobata utique confirmat, &c.] Hic locus est, quem, facta Imaginibus.

*Omnis voluptas
bonum est*

Incongrua

*Nulla voluptas
bonum est*



*Quædam voluptas
bonum est*

Subpares

*Quædam voluptas
non est bonum*

Certum est enim, quid concedat,⁸ qui aliquid proposuerit. Destruitur autem utraque universalis trifariam: dum aut particularis ejus falsa ostenditur, aut utraque ex duabus ceteris vera, sive incongrua, sive subneutra.⁹ Instruitur autem uno modo, si alterutra ejus falsa ostenditur. Contra, particularis uno quidem modo destruetur, si alterutra^k vera ostenditur.^l Instruitur autem trifariam: si aut universalis ejus vera est,² aut utraque ex duabus ceteris falsa,

stat quid fateatur ille qui proposerit quidpiam. Utralibet vero Generalis refellitur triplici modo: quando vel ejus Particularis demonstratur esse falsa, vel quælibet ex aliis duabus probatur esse vera, sive Contraria ejus, sive Contradictoria. Confirmatur autem unica ratione, nempe si ejus Contradictoria demonstratur esse falsa. Contra, Particularis confutabitur quidem una ratione, si ejus Contradictoria demonstratur esse vera. Probatur vero tribus modis: si nempe vel ejus Generalis est vera; vel altera ex ambabus reliquis est falsa, sive ejus Subæqualis, sive ejus Contradictio-

8 Quid. Recte, pro *aliquid*: consentit Petav. Reliqui Mss. et Edd. *quod*. Pro *aliquid* Mss. Nans. Leid. *aliud*. Id.—9 *Sive alterutra. Sive incongrua sive subneutra* rescribendum fide Mss. Petav. Nans. et Leid. ut etiam statim *sive subpar ejus sive subneutra*; ut ibi quoque Mss. Petav. et Carnot. cum Glossa superscripta *id est, alterutra*: quam glossam utroque loco in textum immisit Florid. pro lectione vulgari *subjectiva*. *Subneutra* videtur esse *nec incongrua, nec subpar*, adeoque *alterutra*. Ex librariorum cerebro vox ea esse nequit, et Sichardus etiam falsum animum *subjectiva* inde finxisse videtur. Id.—1 *Contra part. &c. ostenditur*. Carent his Ed. Sichard. et Ms. Leid. sed jam comparent in Bas. Lugd. destruitur Petav. Id.—2 Leid. *ejus ejus vera est*. Id.—3 Ed.

NOTÆ

^l Certum est enim, quid [quod] concedat] Mss. Carnot. certum est enim quid concedat, &c. quod magis placet.

^k Si [sive] alterutra] Sic reponendam omnino censui, non sine *Subjectiva*. Ratio patet attendenti.

sive subpar ejus, sive subneutra.¹ Eadem servabimus⁴ etiam in æquipollentibus propositionibus. [639] Æquipollentes autem dicuntur, quæ alia enuntiatione tantundem possunt, et simul veræ fiunt, aut simul falsæ: altera ob alteram⁵ scilicet, sicut indefinita et particularis.^m Item omnis propositio, si assumat in principio negativam particulam, fit alterutra ejus æquipollens: ut cum sit⁶ universalis dedicativa, 'Omnis voluptas bonum:' si ei negatio præponatur, fiet, 'Non omnis voluptas bonum;' tantundem valens,⁷ quantum valebat alterutra ejus, 'Quædam voluptas non est bonum.' Hoc in ceteris tribus propositionibus intelligendum est.ⁿ Deinde de conversione.^o Con-

ria. Observabimus quoque eadem in Propositionibus Equivalentibus. Appellantur vero Equivalentes illa Propositiones, quæ idem valent licet sub alia expressione: atque eadunt simul veræ, vel simul falsæ: altera nempe propter alteram, veluti Indeterminata et Particularis. Præterea, quævis Propositio, si habeat initio particulam negativam, ejus Contradictoria exadit ipsi Æquivalens: veluti, cum hæc Propositio, Omnis voluptas est bonum, sit Propositio Generalis affirmativa; et addatur ipsi negatio, efficietur hæc Propositio: Non omnis voluptas est bonum, idem significans, quod significabat ejus Contradictoria, Quædam voluptas non est bonum. Idem putandum est in tribus reliquis Propositionibus. Jam de Inversione

Lugd. caret sive et habet cum ceteris *subjectiva*. Id.—4 Edd. ante Colv. *acervamus*. Id.—5 Petav. *ab altera*. Mox item abest Edd. ante Colv. Id.—6 Edd. Vulc. *Wow. fit.* Pro *præponatur* Edd. ante Colv. *propon*. Id.—7 *Bonum tantundem valet. Eadem bona.* Petav. *valens: bene.* Pro *non est bonum eadem*

NOTÆ

¹ *Sive subpar ejus, sive subneutra* [alterutra] Mss. Carnot. sive *Subneutra*: ubi supra vocabulum *Subneutra* Instar Glossæ legitur *id est Alterutra*: quam Glossam ego textui libens prætuli.

^m *Sicut indefinita et particularis*] V. G. 'Homo est doctus:' 'Quidam homo est doctus.'

ⁿ *Hoc in ceteris tribus propositionibus intelligendum est*] Non eodem tamen modo. Si enim Contrarias duas, seu, ut Noster ait, 'Incongruas' Propositiones ad æquipollentiam velis reducere, ponenda erit negatio post subjectum, non autem ante, ut fit in Contradictoriis sive Alterutris. Quod

si Subalternas Æquipollentes velis efficere, adhibenda erit duplex negatio, una ante subjectum, altera post ipsum, atque illud omne artificium hoc verum vñgo complectuntur memorie juvande causa: 'Præ Contradic. post Contra: præ postque Subalter.' Cujus arcana facile patebunt ad hæc quæ mox diximus attendenti.

^o *Deinde de conversione*] Hæc verba videntur a manu studiosi cujuspiam memorie fortassè causa in margine scripta in textum irrepisse. Observa autem Conversionem Propositionis tunc fieri, cum Subjectum ejus fit Attributum, et vice versa, Attri-

verificabiles⁸ propositiones dicuntur universalis abdicativa, et alterutra ejus, id est, particularis dedicativa: eo quod [640] particulæ earum, subjectiva et declarativa, possunt semper servare inter se vices,⁹ permanente conditione veritatis aut falsitatis.⁹ Nam ut vera est hæc propositio, 'Nullus prudens est impius;' ita, si convertas¹ partium vices, verum erit, 'Nullus impius prudens.' Item, ut falsum est, 'Nullus homo est animal;' ita, si convertas, falsa erit,² 'Nullum animal homo.' Pari ratione et particularis dedicativa convertitur, 'Quidam grammaticus, homo est:' et, 'Quidam homo, grammaticus est.' Quod duæ ceteræ pro-

est agendum. Invertibiles Propositiones appellantur Generalis Negativa, et Contradictoria ipsius, hoc est, Particularis affirmativa: quia earum voces, Subjectum nempe et Prædicatum, possunt perpetuo mutare inter se loca, remanente eodem statu veritatis et falsitatis. Quemadmodum enim hæc Propositio vera est, Nullus prudens est impius: sic etiam si permutes loca terminorum: Nullus impius est prudens, erit vera. Similiter quemadmodum hæc falsa est, Nullus homo est animal: sic falsa erit, si invertas: Nullum animal est homo. Simili modo et Particularis affirmativa invertitur, Quidam Grammaticus est homo, et, Quidam homo est Grammaticus: quod amba aliæ Propositiones nequeunt perpetuo facere, licet

~~~~~

Edd. iterum n. e. bona. Id.—8 Sic hic et in seqq. tacite edidit Elm. cum Scriv. et Flor. ut apud Prudentium. Sed Mss. Nans. Leid. Petav. a m. pr. et Edd. vet. *invertibiles*. Id.—9 Edd. ante Colv. et f. Ante *impus* carent verbo Leid. et Petav. Id.—1 Leid. Nans. Petav. *ita et si conv.* Ante *animal* verbo caret Petav. Id.—2 Edd. Lugd. Bas. *falsum est*. Petav. *falsum erit*.

#### NOTE

butum fit Subjectum, permanente semper eadem conditione veritatis, aut falsitatis, affirmationis, aut negationis. Quæ Conversio vel fit simpliciter, cum nempe Propositio Universalis convertitur in Universalem, et Particularis in Particularem, quomodo converti possunt Universalis negativa, et Particularis affirmativa: vel fit per accidens, quando nimirum Propositio Universalis convertitur in Particularem, quomodo converti possunt amba Universales, affirmans et negans: vel denique fit Conversio per Contrapositionem, ut vocant: cum scilicet Propositio servata quantitate sua convertitur, sed ita ut termini finiti reddantur infiniti per ad-

ditionem particulæ non: atque hoc solum modo convertitur Particularis negativa. Converti etiam potest universalis affirmans, v. g. 'Aliquis homo non est Philosophus:' convertet, 'Aliquis non Philosophus non est non homo:' 'Omnis homo est mortalis:' convertet, 'Omne non mortale est non homo.'

<sup>9</sup> *Eo quod particulæ earum, subjectiva et declarativa, possunt semper servare inter se vices, &c.*] Hoc ideo fit, quia in Universali negante et Particulari affirmante Attributum sumitur in eadem extensione ac subjectum, in illa scilicet universaliter, in hac particulariter.

sive subpar ejus, sive subneutra.<sup>1</sup> Eadem servabimus<sup>4</sup> etiam in æquipollentibus propositionibus. [639] Æquipollentes autem dicuntur, quæ alia enuntiatione tantundem possunt, et simul veræ fiunt, aut simul falsæ: altera ob alteram<sup>5</sup> scilicet, sicut indefinita et particularis.<sup>m</sup> Item omnis propositio, si assumat in principio negativam particulam, fit alterutra ejus æquipollens: ut cum sit<sup>6</sup> universalis dedicativa, 'Omnis voluptas bonum:' si ei negatio præponatur, fiet, 'Non omnis voluptas bonum;' tantundem valens,<sup>7</sup> quantum valebat alterutra ejus, 'Quædam voluptas non est bonum.' Hoc in ceteris tribus propositionibus intelligendum est.<sup>n</sup> Deinde de conversione.<sup>o</sup> Con-

*ria. Observabimus quoque eadem in Propositionibus Æquivalentibus. Appellantur vero Æquivalentes illæ Propositiones, quæ idem valent licet sub alia expressione: atque eadunt simul veræ, vel simul falsæ: altera nempe propter alteram, veluti Indeterminata et Particularis. Præterea, quævis Propositio, si habeat initio particulam negativam, ejus Contradictoria exadit ipsi Æquivalens: veluti, cum hæc Propositio, Omnis voluptas est bonum, sit Propositio Generalis affirmativa; si addatur ipsi negatio, efficietur hæc Propositio: Non omnis voluptas est bonum, idem significans, quod significabat ejus Contradictoria, Quædam voluptas non est bonum. Idem putandum est in tribus reliquis Propositionibus. Jam de Inversione*

Lugd. caret sive et habet cum ceteris subjectiva. Id.—4 Edd. ante Colv. servamus. Id.—5 Petav. ab altera. Mox item abest Edd. ante Colv. Id.—6 Edd. Vnic. Wow. fit. Pro præponatur Edd. ante Colv. propon. Id.—7 Bonum tantundem valet. Eadem bona. Petav. valens: bene. Pro non est bonum eadem

## NOTÆ

<sup>1</sup> Sive subpar ejus, sive subneutra [alterutra] Mss. Carnot. sive Subneutra: ubi supra vocabulum Subneutra instar Glossæ legitur id est Alterutra: quam Glossam ego textui libens prætulī.

<sup>m</sup> Sicut indefinita et particularis] V. G. 'Homo est doctus:' 'Quidam homo est doctus.'

<sup>n</sup> Hoc in ceteris tribus propositionibus intelligendum est] Non eodem tamen modo. Si enim Contrarias duas, seu, ut Noster ait, 'Incongruas' Propositiones ad æquipollentiam velle reducere, ponenda erit negatio post subjectum, non autem ante, ut fit in Contradictoriis sive Alterutris. Quod

si Subalternas Æquipollentes velis efficere, adhibenda erit duplex negatio, una ante subjectum, altera post ipsum, atque illud omne artificium hoc versu vulgo complectuntur memorie juvande causa: 'Præ Contradic. post Contra: præ postque Subalter.' Cujus arcana facile patebunt ad hæc quæ mox diximus attendenti.

<sup>o</sup> Deinde de conversione] Hæc verba videntur a manu studiosi cujuspiam memorie fortassé causa in margine scripta in textum irrepisse. Observa autem Conversionem Propositionis tunc fieri, cum Subjectum ejus fit Attributum, et vice versa, Attri-

vertibiles<sup>8</sup> propositiones dicuntur universalis abdicativa, et alterutra ejus, id est, particularis dedicativa: eo quod [640] particulæ earum, subjectiva et declarativa, possunt semper servare inter se vices,<sup>9</sup> permanente conditione veritatis aut falsitatis.<sup>9</sup> Nam ut vera est hæc propositio, 'Nullus prudens est impius;' ita, si convertas<sup>1</sup> partium vices, verum erit, 'Nullus impius prudens.' Item, ut falsum est, 'Nullus homo est animal;' ita, si convertas, falsa erit,<sup>2</sup> 'Nullum animal homo.' Pari ratione et particularis dedicativa convertitur, 'Quidam grammaticus, homo est:' et, 'Quidam homo, grammaticus est.' Quod duæ ceteræ pro-

*est agendum. Invertibiles Propositiones appellantur Generalis Negativa, et Contradictoria ipsius, hoc est, Particularis affirmativa: quia earum voces, Subjectum nempe et Prædicatum, possunt perpetuo mutare inter se loca, remanente eodem statu veritatis et falsitatis. Quomodo enim hæc Propositio vera est, Nullus prudens est impius: sic etiam si permutes loca terminorum: Nullus impius est prudens, erit vera. Similiter quomodo hæc falsa est, Nullus homo est animal: sic falsa erit, si invertis: Nullum animal est homo. Simili modo et Particularis affirmativa invertitur, Quidam Grammaticus est homo, et, Quidam homo est Grammaticus: quod ambas diæ Propositiones nequeunt perpetuo facere, licet*

Edd. iterum n. e. bona. Id.—8 Sic hic et in seqq. tacite edidit Elm. cum Scriv. et Flor. ut apud Prudentium. Sed Mss. Nans. Leid. Petav. a. m. pr. et Edd. vett. *invertibiles*. Id.—9 Edd. ante Colv. et f. Ante *impius* caret verbo Leid. et Petav. Id.—1 Leid. Nans. Petav. *ita et si conv.* Ante *animal* verbo caret Petav. Id.—2 Edd. Lugd. Bas. *falsum est*. Petav. *falsum erit*.

## NOTE

butum fit Subjectum, permanente semper eadem conditione veritatis, aut falsitatis, affirmationis, aut negationis. Quæ Conversio vel fit simpliciter, cum nempe Propositio Universalis convertitur in Universalem, et Particularis in Particularem, quomodo converti possunt Universalis negativa, et Particularis affirmativa: vel fit per accidens, quando nimirum Propositio Universalis convertitur in Particularem, quomodo converti possunt ambæ Universales, affirmans et negans: vel denique fit Conversio per Contrapositionem, ut vocant: cum scilicet Propositio servata quantitate sua convertitur, sed ita ut termini finiti reddantur infiniti per ad-

ditionem particulæ non: atque hoc solum modo convertitur Particularis negativa. Converti etiam potest universalis affirmans, v. g. 'Aliquis homo non est Philosophus:' converte, 'Aliquis non Philosophus non est non homo:' 'Omnis homo est mortalis:' converte, 'Omne non mortale est non homo.'

<sup>9</sup> *Eo quod particulæ earum, subjectiva et declarativa, possunt semper servare inter se vices, &c.]* Hoc ideo fit, quia in Universali negante et Particulari affirmante Attributum amittit in eadem extensione ac subjectum, in illa scilicet universaliter, in hac particulariter.

positiones semper facere non possunt, quanquam interdum convertantur:<sup>1</sup> nec tamen idcirco convertibiles dicuntur: nam quod alicubi fallit, incertum repudiatur.<sup>2</sup> Ergo unaquæque propositio per omnes significationes reperienda<sup>4</sup> est, an etiam conversa congruat. Nec universaliter veræ sunt istæ,<sup>5</sup> sed quinque solæ: aut enim proprietas declaratur alicujus, aut genus,<sup>6</sup> aut differentia, aut [641] finis,<sup>7</sup> aut accidens: nec præter hæc unquam quicquam inveniri potest in ulla propositione:<sup>8</sup> ut si 'hominem' substituas, quic-

*invertantur aliquando: neque tamen propterea vocantur Invertibiles, quod enim decipit aliquando, non accipitur pro certo. Igitur explorandum est per cunctos significatus utrum singula Propositiones sibi ipsis respondeant, etiam quando sunt inversæ. Atque illa non sunt infinita, sed quinque tantum, nam vel prædicatur de aliquo ejus Proprietas, vel Genus, vel Differentia, vel Definitio, vel Accidens: neque potest reperiri ulla Propositio ultra hæc prædicata: veluti si pro Subiecto ponas ho-*

~~~~~

Id.—3 *Fallit, pro certo.* Ms. *fallitur, certum repud.* Unde legendum forte, *fallitur, ut certum*: quod placebat Lipsio. *Colo.* Cuius apparet scribendum: *incerta.* Wowerius. *Cur non fallit, incertum rep.?* Floridus explicat 'non accipitur pro certo': sed quidem is debet esse sensus; at non sonant verba. Ms. Nans. *fallitur certum.* Leid. *fallitur certo.* Petav. *fallitur certe.* Oud.—4 *Lege: repelenda.* Wowerius. Non sequor. Statim inveniri, Oud.—5 *Nec innumera sunt ista.* Leid. *nec unum veræ s. i.* Carnot. secundi lectionem bene probat Florid. sed melius etiam Petav. *nec universaliter veræ sunt istæ.* Id.—6 *Nec p. A. unquam inq. p. u, p.* Verisimilius est *quicquam* excidisse, ut fuerit unquam quicquam. Lege e Ms. Nans. Leid. Petav. Carnot. sec. in ulla

NOTE

¹ *Quanquam interdum convertantur]*

Etiam Conversione simplici, cum nempe Attributum non latius patet Subjecto, ut in hac Universali Affirmativa, in qua proprium affirmatur de Specie: 'Omnis equus est hinnitivus': simpliciter enim convertere licet: 'Omne hinnitivum est equus.' Verum, quoniam per accidens est quod termini illi sint reciproci et convertibiles, ideo de Propositionibus ejusmodi non est certa regula.

² *Nec universaliter veræ [innumera] sunt istæ]* Ms. Carnot. 1. *Nec Universæ veræ sunt.* Ms. Carnot. 2. melius: *Nec innumera veræ sunt istæ.*

³ *Aut enim proprietas, &c. aut genus, &c.]* Hæc sunt quinque in scholis celebrata Universalia.

⁴ *Aut finis]* Id est, Definitio. Sic apud Quintilianum, lib. II. cap. 16. 'Hic igitur frequentissimus finis, Rhetorice esse vim persuadendi:' item 'finire' pro 'definire' apud eundem eodem libro. 'Ante omnia, quid sit Rhetorice, quæ finitur quidem varie.' Supra initio libri de Philosophia Morali: 'Ad beatitudinem excidisse, ut finem ante alia contingere.' Cicer. 'de Finibus bonorum et malorum,' hoc est, 'definitionibus.'

⁵ *Nec præter hæc unquam, inveniri potest in ulla propositione [ulla præpositio]* Ms. Carn. 1. *Nec præter hæc unquam inveniri potest in nulla propositione.* Ms. Carn. 2. *Nec præter hæc unquam inveniri potest in ulla propositione:* melius: quid, si legas, *Nec præ-*

quid de eo dixeris, aut proprium ejus significaveris, ut 'cachinnabile;' aut genus, ut 'animal;' aut differentiam, ut 'rationale;' aut definitionem,⁸ ut 'animal rationale mortale;' aut accidens, ut 'orator.' Quippe omne declarativum alicujus, aut potest ejus vicissim fieri subiectivum, aut non potest. Sed si potest;⁹ aut significat quid sit, et est definitio; aut non significat, et est proprium. Sin autem non potest; aut id est,¹ quod in definitione poni debeat, atque est genus,² vel differentia;³ aut quod non debeat, et est accidens. Igitur per hæc agnoscetur⁴ particularis abdicativa non esse convertibilis. Universalis autem dedicativa et ipsa quidem non est convertibilis,

minem; quodcumque prædicaveris de ipso, vel exprimes ejus Proprietatem, veluti risivum; vel Genus, veluti animal; vel Differentiam, veluti rationale: vel Accidens, veluti Orator. Etenim omne Prædicatum alicujus vel potest vice versa evadere Subjectum ejus, vel non potest. At si potest; vel exprimit quidnam illud sit, estque Definitio: vel non exprimit, atque est Proprietas. Si vero nequit fieri ejus Subjectum, vel est illud quod collocandum est in Definitione, et est Genus, aut Differentia; vel quod non est collocandum in Definitione, atque est Accidens. Ex his ergo animadvertetur Particularem Negativam non posse inverti. Ipsa vero Generalis Affirmativa non est quoque permutabilis, at nihilominus potest inverti parti-

propositione. Id.—7 Male Bas. Lugd. aut rationalis. Id.—8 Eædem prave definitione. Id.—9 Huc utque priora illa hujusce libelli olim a Jo. Sichardo edita fuerunt. quod indicavit nobis etiam eruditissimus Nansius. Quæ sequuntur usque ad libri finem, ea nunc primum damus. Cola. Cum Nansii Cod. e quo hæc dedit Colv. faciunt Leid. Petav. et Carnotenses. Oud.—1 Petav. aut idem est. Id.—2 Bene [Florid.] accedit Petav. ubi a m. pr. est esse

NOTE

ter hæc quicquam inveniri potest in ulla propositione, hoc est, præter Genus, Differentiam, Proprium, &c.?

⁸ *Aut definitionem, ut animal rationale mortale]* Observa definitioni hominis hic adjungi ab Apuleio mortale, ut distinguatur homo a Dæmonibus, qui, secundum Platonicos, animalia etiam sunt rationalia, sed immortalia: in quo ab hominibus differant.

² *Atque est genus, vel differentia; aut quod non debeat, et est accidens. Igitur per hæc agnoscetur]* Ita Mss. Carnot. recte. Vulgatæ editiones, ut

est Genus, &c. aut quod non debeat, ut est Accidens, &c. minus bene. Supra enim sic incepit enumerationem banc Apuleius: 'Sed si potest, aut significat quid sit: et est Definitio; aut non significat, et est Proprium:' ubi observare licet ubique et positum, non autem ut.

³ *Vel Differentia]* Differentiam tamen cum specie, quam constituit, converti nihil vetat: quid enim obstat quominus hæc propositio, 'Omnis homo est rationalis mortalis,' sic convertatur, 'Omne rationale mortale est homo?'

sed particulariter tamen potest converti: ut, cum sit 'Omnis homo animal,' non potest ita converti, ut sit 'omne animal homo;' sed particulariter potest, 'Quoddam animal: homo.' Verum hoc in [642] simplici conversione, quæ in conclusionum illationibus reflexio nominatur. Est enim et altera propositionum conversio,^a quæ non tantum ordinem, sed etiam ipsas particulas in contrarium perducit: ut quæ definita est, indefinita fiat; et contra, quæ indefinita est, definita. Hanc conversionem vicissim reliquæ duæ admittunt, universalis dedicativa, et particularis abdicativa: ut, 'Omnis homo, animal; omne non animal, non homo:' item, 'Quoddam animal non est rationale; quoddam non rationale, animal.'^a Id ita esse perpetuo, ut dicimus, per illas quinque prædictas species explorabis. Conjugatio autem propositionum dicitur ipsa connexio earum per aliam communem particulam,^b qua inter se copulantur: ita enim possunt ad unam

culariter: veluti quando est, Omnis homo est animal, nequit sic inverti, ut fiat Omne animal est homo: verum potest inverti particulariter: Quoddam animal est homo. At fit in simplici Inversione, quæ in illationibus Conclusionum vocatur Reflexio. Nam est etiam alia Inversio Propositionum, quæ non modo trahit dispositionem terminorum in contrarium, verum et ipsos quoque terminos; ita ut ille, qui est Determinatus, evadat Indeterminatus, et vice versa, qui est Indeterminatus, fiat Determinatus. Aliæ duæ Propositiones vice versa recipiunt hanc Inversionem, Generalis nempe Affirmativa, et Particularis Negativa: veluti, Omnis homo est animal: Omne non animal est non homo. Similiter: Quoddam animal non est rationale; Quoddam non rationale est animal. Experieris ope illorum supradictorum quinque generum significationis, hoc semper se habere quemadmodum affirmamus. Connexio vero Propositionum vocatur ipsa Copulatio earum ope alterius termini communis, quo junguntur invicem: sic enim pos-

~~~~~

*accidens: et cum Carnot. et Ed. Flor. agnoscetur. Id.—3 Prave et contra*

#### NOTE

<sup>a</sup> Est enim et altera propositionum conversio, &c.] Hæc est, quam supra diximus in scholis vocari Conversionem per Contrapositionem.

<sup>a</sup> Item, Quoddam animal non est rationale; quoddam non rationale est animal] In hac Conversione servatur quidem quantitas Propositionis: permanet enim Particularis, at non servatur qualitas: si enim attendas, prior ne-

gativa est; posterior affirmativa: qualitatem servare si vells, præpone utrique termino et copulæ est negationem, hoc modo, Quoddam animal non est rationale: Quoddam non rationale non est non animal.

<sup>b</sup> Per aliam communem particulam] Hæc in scholis dicitur 'medius terminus.'

conclusionem consentire: quæ particula communis necesse est aut in utraque propositione subjecta sit, aut in utraque declarans; aut in altera subjecta, in altera declarans. Tres igitur formulæ fiunt.<sup>c</sup> quarum prima dicatur, cum illa communis particula in altera subjecta, [643] in altera declarans est: qui ordo non tantum enumeratione,<sup>d</sup> sed conclusionum dignitate contentus est. Quippe ultima est formula tertia, quia nihil in ea nisi particulare concluditur. Hac superior est secunda, quæ habet conclusiones universales, sed tamen abdicativas tantum. Et ideo sic prima pollet, quia in omne genus illationum concluditur. Dico autem illationem vel illativum rogamentum, quod ex acceptionibus colligitur<sup>d</sup> et inferitur. Porro acceptio est propositio, quæ conceditur a respondente: ut, si quis ita proponat, 'Estne omne honestum bonum?' propositio est: et, si assentire se dicet, fit acceptio,<sup>e</sup> remota interrogatione: quæ

*sunt concurrere ad unam illationem, qui terminus communis necessario est vel Subjectum in ambabus Propositionibus, vel Prædicatum in ambabus, vel denique Subjectum in una, et Prædicatum in altera. Efficuntur ergo tres figurae: quarum prima appelletur, quando ille terminus communis est subjectum in una, et Prædicatum in altera: quæ dispositio non nititur recensione solum fortuita, sed præstantia Illationum. Etenim tertia figura est postrema, quoniam nihil in ea inferitur nisi particulare. Secunda figura illa est præstantior, quæ quidem complectitur Illationes Generales, verum negativas solum. Ac propterea prima figura ita præstat ceteris, quod in ea inferuntur Conclusiones omnis generis. Appello autem Conclusionem aut Propositionem Conclusivam eam, quæ colligitur et concluditur ex Acceptionibus. Ceterum Acceptio est Propositio quæ conceditur a respondente: veluti, si aliquis hoc modo roget: Omne honestum estne bonum? Rogamentum est. Si vero dicat se fateri, Interrogatione sublata efficitur Acceptio: Omne ho-*

~~~~~

Mss. in Edd. Elm. Scriv. Flor. quidam. Id.—4 Petav. non numeri ratione. Id.—5 Mss. Carnott. accedit Petav. in quo statim pro et si assentire est assentari. Id.—6 Petav. fit quoque acc. Dein pro huius jungit Ms. Nans. hinc jungit.

NOTE

^c Tres igitur formulæ fiunt] Quartam excogitavit Galenus, in qua nempe medius terminus esset prædicatum majoris propositionis, Subjectum vero minoris, atque ad hanc figuram pertinere existimavit quinque modos indirectos primæ figuræ, cum in prima figura, cui quatuor tantum primos modos tribuit, medius terminus sit

majoris propositionis Subjectum, et Prædicatum minoris. Galenicam hanc figuram vulgo respunt in scholis, nescio an merito: verum hoc fusius expendere non est huius loci.

^d Quod acceptionibus colligitur, &c.] Melius Mss. Carnott. quod ex Acceptionibus colligitur.

et ipsa tamen communiter appellatur propositio, 'Omne honestum bonum est.' Huic junge alteram acceptionem similiter propositam et concessam, 'Omne bonum utile est.' Ex hac conjugatione, ut mox ostendemus, primi modi fit illativum: si directim, universale, 'Omne igitur honestum, utile est;' si reflexim, particulare, 'Quoddam igitur utile, est honestum:' quia particulariter tantum in reflexionibus converti potest universalis dedicativa. Directim autem dico inferri, cum eadem particula subjecta est tam in conjugatione, quam ⁶ in ipsa illatione: itemque declarans se eadem,⁷ cum est utrobique: reflexim vero, cum hoc fit versa vice.⁸ Ceterum [644] tota ratiocinatio ista, quæ acceptionibus et illatione constat, collectio ⁹ vel conclusio nominetur.⁹ Secundum Aristotelem commodissime potest ita definiri:¹⁰ 'Oratio, in qua, concessis aliquibus, aliud quid-

nestum est bonum: quæ quidem *Acceptio* dicitur nihilominus vulgo *Propositio*. Adde huic alteram Acceptionem eodem modo petitam et datam: Omne bonum est utile. Ex combinatione harum Propositionum efficitur, ut modo probabimus, primæ figuræ *Conclusio Generalis*: Ergo omne honestum est utile, si inferatur directe. Si vero indirecte, fit *Conclusio Particularis*: Ergo aliquod utile est honestum: quia *Propositio Generalis Affirmativa* non potest inverti in *Conversionibus*, nisi particulariter. Aio autem concludi directe, quando idem terminus subjicitur, tum in altera combinatarum Propositionum, tum in ipsa Conclusionē, et similiter quando idem terminus prædicatur in ambabus. Concluditur autem reflexim, quando id fit inverso ordine. Porro omnis hæc argumentatio, quæ conflata est ex concessis Propositionibus et Illatione, ac vocatur *Collectio* sive *Conclusio*, potest sic optime describi ex Aristotele: Sermo, in quo, datis quibusdam, aliquid aliud ab iis, quæ

Infra pro reflexim Leid. reflexim. Id.—7 Abest se male a Petav. et Ed. Floridi. Id.—8 Sic Mss. et Edd. præter Florid. vice versa: male ille. V. supra. Id.—9 Et collectio v. c. nominatur. Recte Petav. sine τῶ et habet nominetur.

NOTE

⁶ Cum eadem particula subjecta est tam in conjugatione, quam, &c.] Hoc est, quando Subjectum Conclusionis est etiam Subjectum unius ex Præmissis, Prædicatum vero ejusdem Conclusionis, est Prædicatum alterius: quod evenit tantum in quatuor modis directis primæ figuræ.

⁷ Reflexim vero, cum hoc fit versa vice] Id est, cum Prædicatum Conclusionis subjicitur in Præmissarum una, Subjectum vero in altera prædi-

catur: atque hoc in solis quinque modis indirectis primæ figuræ contingit: licet enim ceteræ duæ figuræ indirectæ sint, nihilominus non eadem est earum ratio; in secunda enim Subjectum et Prædicatum Conclusionis subjiciuntur in Præmissis, in tertia vero prædicantur.

⁸ [Et] collectio] Græcis hoc sonat συλλογισμός.

¹⁰ Secundum Aristotelem commodissime potest ita definiri] Aristot. Analy-

dam præter illa, quæ concessa sunt, necessario evenit, sed per illa ipsa concessa.' In qua definitione et orationis ¹ species non alia, quam pronuntiabilis intelligenda est, quæ, ut supra diximus, sola aut vera est aut falsa. Et, 'concessis aliquibus,' pluraliter ideo dictum ² est, quia ex una acceptione non fit collectio: licet Antipatro Stoico ¹ contra omnium sententiam videatur plena conclusio esse, 'Vides, vivis igitur:' cum sit illo modo ³ plena, 'Si vides, vivis: atqui ^k vides, vivis igitur.' Item, quia concludere volumus, non quod concessum est nobis, sed quod negatum; idcirco in definitione 'aliud quiddam, præter illa, quæ concessa sunt, necessario evenire.' Quapropter supervacanei sunt moduli Stoicorum, ¹ non idem differenter peragentes: ut, 'Dies est, aut nox: atqui dies est.' [645] Item idem geminantes, 'Si dies est, dies est: dies igitur ⁴ est.' Frustra

data fuerunt, necessario accedit, sed vi illorum ipsorum, quæ data fuerunt. In qua Definitione non intelligendum est aliud genus sermonis, nisi Enuntiatio, quæ una, ut diximus superius, vel vera est vel falsa. Et idcirco dictum est, datis quibusdam, numero plurali, quoniam non fit Illatio ex unica Propositione concessa: quamvis Antipater Stoicus adversus opinionem omnium existimet hanc Illationem esse perfectam: Vides, ergo vivis: quæ quidem hoc modo aliquatenus completa est: Si vides, vivis: atqui vides: ergo vivis. Præterea, quoniam volumus inferre, non id quod datum est nobis, sed id quod est negatum; ideo positum est in Definitione, aliquid aliud necessario contingere præter ea quæ data fuerunt. Quare superflua sunt formulae Stoicorum dissimiliter concludentes divernum: veluti, dies est, vel nox: atqui dies est. Insuper duplicantes idem: veluti, Si dies est, dies est: ergo dies est: nam incassum inferunt quod conceditur sponte

S. Id.—1 Malim, etiam orationis. Colvius.—2 Abest ideo a Petav. Oud.—3 Ullo modo. Legerim, illo modo. Colvius. Recte. Scriv. Ed. nullo m. Pro vivis igitur Ed. Flor. igitur vivis. Oud.—4 Petav. dies autem est et. a m. sec. additur vulgatum. In eod. ante lucet deest et: et pro male colligere id. aliud

NOTE

ticorum priorum cap. 1. Συλλογισμὸς δὲ ἐστὶ λόγος, ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν, ἐκέρχεται τὸ τῶν κεμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει, τῷ ταῦτα εἶναι. 'Syllogismus autem est oratio, in qua quibusdam positis, aliud quiddam ab his quæ posita sunt necessario accedit, eo, quod hæc sunt.'

¹ Antipatro Stoico] Hujus Antipatri bæpius meminit Diogenes Laërt. In Vita Zenonis Cittiei Stoicorum Prin-

Delph. et Var. Clas.

cipis: meminit et illius librorum de mundo. Tyrinus fuit, Catonis Uticensis præceptor, ut testatur Plutarchus in Catone.

^k Si vides, vivis: atqui, &c.] Ant sic potius, quisquis videt vivit: atqui tu vides: ergo vivis.

¹ Supervacanei sunt moduli Stoicorum] Stoicorum Dialecticam fuisse explicatam vide apud Laërt. in Vita Zenonis Cittiei.

Apul.

4 E

enim colligunt, quod sine controversia ultro conceditur. Illud potius verisimile est, cum dico, 'Si dies est, lucet :^m atqui dies est, igitur et lucet :ⁿ non male colligere præter quod accepi. Nam quod est^a in conclusione 'lucet,' fuerat et in propositione : hoc tamen ita refutabimus, aliter dici in conclusione, 'igitur lucet,' ut ostendatur nunc lucere : aliter in propositione acceptum, in qua non est dictum, nunc lucere ; sed tantum consequens esse, ut, si dies sit, utique et luceat. Multum autem refert, itane nunc affirmes⁵ aliquid esse,^o an tantum solere esse, cum aliud quiddam præcesserit : item illud, quod in eadem definitione necessitas⁶ comprehensa est, factum est, ut conclusionis vis a similitudine⁷ inductionis distingueretur. Nam et in in-

ac citra disputationem. Quando dico, Si dies est, lucet : atqui dies est : ergo lucet quoque : magis probabile est me non male inferre aliud, quam quod mihi concessum est. Atenim rō lucet, quod est in Conclusionē, erat etiam in Propositione : id vero sic refellemus, dicendo rō ergo lucet alio modo enuntiari in Illatione, nempe, ut demonstraretur nunc lucere : alio modo sumtum fuisse in Propositione, in qua non dictum est nunc lucere, at solummodo, si dies sit, sequi ut luceat quoque : plurimum vero interest an affirmes quidpiam esse, an solum, illud solere esse quando aliquid aliud antecesserit : præterea quod in eadem Definitione mentio facta est necessitatis, id factum est, ut robur Conclusionis discerneretur a similitudine Induc-

*collegi. Id.—5 Num affirmes. Sic scripsi. Veter. cod. nunc affirmes. Colvius. Nans. Leid. nunc : optime Carnot. uterque itane nunc aff. vel Petav. ita nunc affirmes. Prave vero Ed. Flor. aliquid esse, aut. Sensus est : An affirmes ita nunc esse, an tantum solere esse. Petav. sola re. Oud.—6 Definitione * * * necessitates. Forsitan legendum et supplendum Definitione, quadam necessitate, &c. Colv. Corrupta tota periodus, quam ita restituo : In eadem definitione necessitate comprehensum est, factum est, ut conclusionis visa similitudine inductione distingueretur. Wowerius. Item illud . . . necessitas comprehensa est egregie Floridus : nam ad definitionem dixerat pertinere necessario evenit. Vulgo necessitates comprehensum. Simpliciter Petav. necessitas factum est, intermediis omisis. Oud.—7 Inclusionis visa similitudine. Num potius conclusionis vera simil. vel ipsa simil. legendum erit ? num adhuc aliter ? Colv. Vere Florid. conclusionis vis a similitudine inductionis. Petav. in conclusionis ei a s. i. Vulgo*

NOTÆ

^m Si dies est, lucet, &c.] Refertur etiam hæc formula inter Stoicorum formulas a Laërt. supra laudato.

^a Num quod est, &c.] Vocem 'nam' verti 'atenim,' ut accipiat hic quo modo cum multis in locis, tum in hoc Plauti versu Capt. Act. III. Scen. 1. 'Nam hercle, ego hinc diei, si liceat, oculos effodiam libens,' &c. Ubi so-

nat atqui, aut quidpiam simile. Virgil. Georg. IV. 'Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras Jussit adire domos ?'

^o Multum autem refert itane nunc [num] affirmes aliquid esse, &c.] Mss. Carnott. Multum autem (1^{us} habet enim) refert ita-ne nunc affirmes aliquid esse, &c.

ductione⁸ quædam conceduntur :⁹ ut puta, ' Homo inferiorem malam⁹ movet, equus inferiorem malam movet : item bos et canis.' Ex istis acceptionibus¹ in conclusione aliud quid infertur : ' Ergo et omne animal [646] inferiorem malam movet : ' quod cum sit in Crocodilo² falsum, potes, superioribus concessis, illationem ipsam non recipere, quam tibi in conclusione non licuisset recusare :³ quippe cujus illatio in ipsis acceptionibus continetur, et ideo in ea additum est, ' necessario evenire.' Ne ultima quidem pars definitionis⁴ vacat, sed ostendit per ipsa, quæ concesserit, evenire debere illationem, ceterum ratam non fore.⁹ Ac de

tionis. In Inductione enim aliqua etiam conceduntur, verbi gratia : Homo movet maxillam inferiorem, equus movet inferiorem, bos quoque, et canis. Ex his concessis aliquid aliud colligitur in Illatione : Igitur et omne animal movet maxillam inferiorem : quod cum sit falsum in Crocodilo : licet tibi, datis præcedentibus, repudiare consequentiam, quam non potuisses repudiare in Syllogismo : cujus nimirum sequela comprehenditur in ipsis præconcessis, et propterea in ea Definitione adjectum est necessario contingere. Ne postrema quidem particula Definitionis superflua est, verum indicat Conclusionem inferendam esse ex iisdem ipsis quæ quis concesserit, alias eam non fore certam. Et sat multis quidem actum de his : jam

*inclusionis visa sim. Ond.—8 Hæc quoque correctio Florido debetur ex Mss. Carnott. quibus accedit Petav. Edd. Colv. Vulc. sec. Elm. Scriv. in distinctione. Vulc. Ed. pr. institutione. Id.—9 Molam. Explicat Florid. maxillam. Bene: sed lege tum cum Ms. Petav. ubique malam. et post alterum inferiorem adde rursus malam ex eod. Petav. Id.—1 Sic Florid. at reliqui in istis. Id.—2 Ms. Leid. et Petav. corcodrillo, ut sæpe. Vide Gudium ad Phædr. i. 26. Id.—3 Petav. a m. pr. excusare. Id.—4 Quidem * definitionis. Forte verum quidem pars, vel, particula Def. Colvius. Vulgo deerat pars, quam bene supplendam coniecerat Colv. immo sic ediderant jam ante Floridum Wower. et Scriv. Pro ex iisdem ipsis, quæ concesserit, ev. deb. Illationem, cet. ut emendavit Flor. vulgo erat sine sensu quod ipsa conc. ev. debere, Illationem ceterum,*

NOTE

^p Ita illud quod in eadem Definitione necessitates comprehensum est, factum est ut Inclusionis visa similitudine Inductionis distingueretur: nam et in distinctione quædam conceduntur] Locnm hunc omni ex parte et in omnibus editionibus contaminatum sic restituo ex Membranis Carnotensibus: Item illud quod in eadem Definitione necessitas comprehensa est, factum est, ut Conclusionis vis a similitudine Inductionis distingueretur: nam et in In-

ductione quædam conceduntur, &c. qua lectione quid parius? quid clarius?

^q Ne ultima quidem * definitionis vacat, sed ostendit quod ipsa concesserit, evenire debere, Illationem ceterum ratam non fore] Et hunc locum ex fide earundem membranarum sic restitutum imus: Ne ultima quidem pars definitionis vacat, sed ostendit ex eisdem ipsis, quæ concesserit, evenire debere Illationem, ceterum ratam non fore. Sensus est planissimus.

his quidem satis dictum. Nunc tradendum est, quibus modis et conjugationibus fiant intra certum numerum prædicativi generis veræ conclusiones : quippe in prima formula novem soli moduli,^r sex autem conjugationes^s reperiuntur : in secunda quatuor moduli,^t [647] tres conjugationes :^u in tertia sex moduli, quinque conjugationes.^v De quibus

dicendum est quibus rationibus et combinationibus veræ Illationes fiant quodam numero tantum, in genere Enuntiativo. Etenim in prima figura inveniantur tantum novem modi, sex vero combinationes : in secunda reperiuntur quatuor modi, et tres combinationes : in tertia sex modi, quinque combinationes. De quibus hic mox agam

~~~~~

Hinc rectius e Petav. scribe per ipsa, quæ c. Ond.—5 Bene supplevit Flor.

#### NOTE

<sup>r</sup> Quippe in prima formula [figura] novem [sunt] soli moduli] Quos memoriaræ juvandæ causa novem his fictitiis vocibus vulgo exprimunt in scholis : 'Barbara, Celarent, Darii, Ferio, Baralip-ton, Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum.' Quarum artificium omne ut intelligas, observa quantitatem et qualitatem Propositionum, quæ singulos Syllogismos constituunt, per vocales singularum vocum designari, ita ut vocalis *A* significet Propositionem universalem affirmantem : vocalis *E*, universalem negantem : vocalis *I*, particularem affirmantem : ac denique vocalis *O*, particularem negantem : sicque vox 'Barbara' Syllogismum designet ex tribus universalibus affirmativis propositionibus conflatum. 'Darii' Syllogismum ex universali et duabus particularibus affirmativis : et sic de ceteris.

<sup>s</sup> Sex autem Conjugationes] Per Conjugationem intelligit Apuleius combinationem duntaxat ambarum præmissarum, nulla habita ratione Conclusionis. Unde, si singularum vocum supra relatarum duas tantum priores syllabas intuearis, invenies has sex tantum combinationes *A, A : E, A :*

*A, I : E, I : A, E : I, E :* tres enim priores bis singulæ occurrunt, nempe *A, A :* in vocibus 'Barbara' et 'Baralip-ton.' *E, A :* in vocibus 'Celarent' et 'Celantes.' *A, I :* in vocibus 'Darii' et 'Dabitis.' Quod si per Conjugationes intelligeret varias trium Propositionum, quæ Syllogismum constituunt, inter se combinationes, totidem essent proculdubio Conjugationes in singulis figuris quot sunt moduli.

<sup>t</sup> In secunda quatuor moduli] His vocibus fictitiis expressi : 'Cesare, Camestres, Festino, Baroco.'

<sup>u</sup> Tres Conjugationes] Videntur tamen esse quatuor : at Noster negat Conjugationem secundi modi, nempe 'Camestres,' differre a Conjugatione primi, qui est 'Cesare.'

<sup>v</sup> In tertia sex moduli<sup>u</sup> Conjugationes] Lacunam Asterisco notatam expleo ex Ms. Carnot. 2. qui sic habet : in tertia VI. moduli, V. Conjugationes. Sex illi moduli sunt 'Darapti, Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison : ' quos, ordine tamen paulum immutato, infra recenset Apuleius : sex item videntur esse Conjugationes : sed Conjugationes *Disamis* et *Datisi* simul confundit.

hic jam suo ordine demonstrabo: præfatus, neque ex particularibus solis, neque abdicativis solis ratam fieri conclusionem, quia sæpe possunt et falsa conducere.<sup>6</sup> Item quamlibet multis dedicativis<sup>7</sup> si utravis abdicativa jungatur, non dedicativam, sed abdicativam fieri illationem: tantum vel una mixta ceteris prævalet. Similis etiam particularium<sup>8</sup> vis est.<sup>9</sup> Utravis enim mixta universalibus particularem facit illationem. Igitur in prima formula modus primus est, qui conducit ex universalibus dedicativis dedicativum universale directum:<sup>9</sup> ut, 'Omne justum honestum, omne honestum bonum: omne igitur justum, bonum est.'<sup>a</sup> [648] at si reflexim inferas, 'quoddam igitur

*suo loco: si præmonuero, non fieri probam Illationem ex solis Particularibus Propositionibus, neque ex solis Negativis, quoniam ex iis possunt sæpe concludi falsa. Præterea, si altera Negativa addatur pluribus Affirmativis, non fieri Conclusionem Affirmativam, sed Negativam: adeo vel una Negativa addita aliis præpollet. Eadem quoque virtus est Particularium Propositionum. Nam utralibet Particularis juncta Generalibus efficit Conclusionem Particularem. In prima ergo Figura primus Modus est qui infert directe Conclusionem Generalem Affirmativam ex præmissis Generalibus Affirmativis: veluti, Omne justum est honestum: omne honestum est bonum: ergo, Omne justum est bonum. Si vero concludas indirecte,*

~~~~~

In Petav. quoque V. Conj. Id.—6 Tacite Florid. addidit ad: sed vulgo deest: rectius. Sæpe conducere hic notat colligere. Vide seqq. Id.—7 Florido consentit Petav. nisi quod habeat a m. pr. jungatur dedicativa, non abdic. &c. Vide Cassiod. et Mart. Capell. Vulgo: item ex Dedicativis si utravis jungatur, Dedicativam non esse, non Abdicativam fieri Illat. Id.—8 Petav. habet particularis et. Id.—9 Typothetarum vitio Edd. Scriv. et Flor. directum. Id.—1 Füt

NOTÆ

* Item ex Dedicativis, si utravis jungatur, Dedicativam non esse, non Abdicativam fieri Illationem] Et hanc corruptissimam locum restitunt Mss. Carnot. hoc modo: Item quamlibet multis Dedicativis, si utravis Abdicativa jungatur, non Dedicativam, sed Abdicativam fieri Illationem. Utravis Abdicativa: hoc est, vel negativa universalis, vel negativa particularis.

† Tantum vel una mixta ceteris prævalet. Similis etiam particularium [particularibus,] &c.] Hoc est quod in scholis dicunt, 'Conclusionem sequi deteriorem partem.'

* Similis etiam particularibus particularium vis est] Vocem particularibus ignorant membranæ Carnot. et habent melius mea quidem sententia similis etiam particularium vis est.

* Ut, Omne justum honestum, Omne honestum bonum, Omne igitur justum bonum est] Observa Apuleium ordinem præmissarum ubique invertere, et secundo loco ponere Majorem propositionem, quam Aristoteles melius in primo locat. Restitue ergo, inter legendum, Syllogismum hunc hoc modo: Omne honestum bonum: Omne justum honestum: Omne igitur justum

bonum, justum,' fit ex eadem conjugatione ¹ b quintus modus: ^c nam sic tantum reflecti posse universalem dedicativam, supra docui. Secundus modus est, qui conducit ex universalibus dedicatiua et abdicativa abdicativum universale directim: ut, 'Omne justum, honestum; nullum honestum, turpe: ^d nullum igitur justum, turpe.' At, si reflexim inferas, 'nullum igitur turpe, justum,' sextum modum effeceris: ^e nam, ut dictum est, reflectitur in se universalis abdicativa. Tantum meminisse debemus, subjectum ² ex dedicatiua trahendum ad illationem in secundo modo, ³ atque ideo eam priorem æstimandam, ^f licet ante abdicativa

Ergo quoddam bonum est justum, efficitur ex eadem combinatione quintus Modus. Monui enim superius Propositionem Generalem Affirmaticam hac solum ratione posse converti. Secundus Modus est, qui infert directe Negativum Generale ex Propositionibus Affirmativa et Negativa Generalibus: v. g. Omne justum est honestum: nullum honestum est turpe: ergo nullum justum est turpe. Si vero concludas inverse: Ergo nullum turpe est justum, efficias sextum Modum. Ut enim jam dixi, Propositio Generalis Negativa convertitur in se ipsam. Observandum tantum nobis est Subjectum sumendum esse ex Propositione Affirmativa ad concludendum in secundo Modo, proptereaque eam reputandum esse primam, quam

autem ex eadem C. Abundat illud autem: neque reperitur in Petav. quare recte deleatur. Pejus Edd. quædam post justum ponunt plenam distinctionem. Id.—2 Sic Flor. Reliqui subjectivum. Id.—3 Ita idem et Ms. Petav.

NOTÆ

bonum. Et sic de ceteris qui deinceps occurrunt. Hic primus modus significatur voce 'Barbara.'

^b Fit autem ex eadem Conjugatione] Abundat illud autem: neque reperitur in Mss. Carnot.

^c Quintus modus] 'Baralipton,' qui primus est ex modis indirectis primæ Figuræ.

^d Ut, Omne justum honestum: Nullum honestum turpe, &c.] Restitue ad hunc modum: Nullum honestum turpe: Omne justum honestum: Nullum igitur justum turpe: et habebis secundum modum primæ Figuræ 'Celarent.' Apuleio, qui ordinem invertit præmissarum, Calerent.

^e Sextum modum effeceris] Modum Celantes, Apul. Calentes.

^f Subjectum ex Dedicativa trahendum, &c. atque ideo eam priorem æstimandam, &c.] Immo ea de causa posterior æstimanda est juxta Aristotelem. Prior enim continere debet Attributum Conclusionis, quod, quia latius vulgo patet Subjecto, dicitur majus Extremum, ut jam observavimus: et ab eo prior Præmissarum 'Major' nuncupatur. Subjectum vero reperiri debet in secunda Præmissarum, quam ideo 'Minorem' denominat, quia ipsum vocatur 'minus Extremum.' Atque hic ordo legitimus est, et naturalis, et in eo melius elucet observatio horum Principiorum 'Dictum de omni,' et 'Dictum de nullo,' ut Logici loquuntur.

enuntietur. Similiter et in ceteris [649] quæ prior⁴ est potestate,⁵ prior intelligatur. In sexto autem modo trahitur subjectiva ex abdicativa:⁵ hæc sola differentia eorum. Item tertius modus,^h qui conducit ex dedicativis particulari et universali dedicativum particulare directim: ut, 'Quoddam justum, honestum: omne honestum, utile: quoddam igitur justum, utile.' Sed si reflexim inferas, 'quoddam igitur utile, justum,' septimum modumⁱ effeceris:⁶ nam, ut dictum est, reflectitur in se particularis dedicativa. Quartus modus^k est, qui conducit ex particulari dedicativa et universali abdicativa abdicativum particulare directim: ut, 'Quoddam justum, honestum est: nullum honestum, turpe: quoddam igitur justum, non est turpe.' Ex hoc modo contrariæ vices inveniuntur prioribus.^l Octavus et nonus^m quippe servant ejus illatio-

vis Propositio Negativa proferatur prior. Eodem Modo et in reliquis Propositio, quæ præstat virtute, existimanda est prima. At in sexto Modo Subjectum sumitur ex Propositione Negativa. Hoc unum discrimen est inter eos. Præterea tertius Modus est, qui concludit directe Particulare Affirmativum ex Particulari et Universali Affirmativis; puta, Aliquod justum est honestum: omne honestum est utile: ergo aliquod justum est utile. At si concludas inverse, Ergo quoddam utile est justum, fiet septimus Modus. Etenim, ut jam monui, Propositio Particularis Affirmativa convertitur in se ipsam. Quartus Modus est qui inferi directe Particulare Negativum ex Particulari Affirmativa et Generali Negativa: veluti, Aliquod justum est honestum: nullum honestum est turpe: ergo aliquod justum non est turpe. Ex hoc modo reperiuntur conversiones contrariæ superioribus Modis: nam octavus et nonus retinent ejus Conclusionem, non autem inversam quem-

Reliquæ Edd. et Ms. Leid. ex sec. m. Id.—4 Ceteris * prior. Elm. et seqq. e conjectura Colvii dederunt quæ prior, &c. In nullis vero Mss. est quæ præter Petav. qui a m. pr. quæ priori est. Leid. priorè pot. Lege prior potestate. Id.—5 Sic Florid. et Ms. Petav. a m. pr. subjectivus a m. sec. At ceteri sub-junctivus. Id.—6 Petav. feceris. Id.—7 Pro prioribus, quod vulgo deest, Pe-

NOTE

⁵ Quæ prior est potestate] Hoc est, secundum Apuleium, 'quæ continet Subjectum,' cui deberi primum locum supra dixit. Ms. Carnot. 1. igno- rat has voces. 2. eas habet, excepta quæ.

^h Item tertius Modus] 'Darit.' Apu- leio: Dirai.

ⁱ Septimus Modus] 'Dabitit.' Apu- leio, Dibatit.

^k Quartus Modus] 'Ferio.' Apu-

leio: Fireo.

^l Ex hoc Modo contrariæ vices inve- niuntur octavus et nonus: quippe servata ejus Illatione, non ut illi priores reflexam. Conjugationem ipsam, &c.] Meræ tene- bræ. Restituo ex Mss. Carnot. Ex hoc Modo contrariæ vices inveniuntur prioribus. Octavus et Nonus quippe ser- vant ejus Illationem, non ut illi reflexam. Conjugationem ipsam, &c. Porro, quod hic Apuleius de Modis octavo et nono

bonum, justum,' fit ex eadem conjugatione^{1 b} quintus modus: ^c nam sic tantum reflecti posse universalem dedicativam, supra docui. Secundus modus est, qui conducit ex universalibus dedicatiua et abdicativa abdicativum universale directim: ut, 'Omne justum, honestum; nullum honestum, turpe: ^d nullum igitur justum, turpe.' At, si reflexim inferas, 'nullum igitur turpe, justum,' sextum modum effeceris: ^e nam, ut dictum est, reflectitur in se universalis abdicativa. Tantum meminisse debemus, subjectum² ex dedicatiua trahendum ad illationem in secundo modo,³ atque ideo eam priorem æstimandam,^f licet ante abdicativa

Ergo quoddam bonum est justum, efficitur ex eadem combinatione quintus Modus. Monui enim superius Propositionem Generalem Affirmaticam hac solum ratione posse converti. Secundus Modus est, qui infert directe Negativum Generale ex Propositionibus Affirmativa et Negativa Generalibus: v. g. Omne justum est honestum: nullum honestum est turpe: ergo nullum justum est turpe. Si vero concludas inverse: Ergo nullum turpe est justum, efficies sextum Modum. Ut enim jam dixi, Propositio Generalis Negativa convertitur in se ipsam. Observandum tantum nobis est Subjectum sumendum esse ex Propositione Affirmativa ad concludendum in secundo Modo, proptereaue eam reputandum esse primam, quam

autem ex eadem C. Abundat illud autem: neque reperitur in Petav. quare recte deleatur. Pejor Edd. quædam post justum ponunt plenam distinctionem. Id.—2 Sic Flor. Reliqui subjectivum. Id.—3 Ita idem et Ms. Petav.

NOTÆ

bonum. Et sic de ceteris qui deinceps occurrent. Hic primus modus significatur voce 'Barbara.'

^b Fit autem ex eadem Conjugatione] Abundat illud autem: neque reperitur in Mss. Carnot.

^c Quintus modus] 'Baraliphton,' qui primus est ex modis indirectis primæ Figuræ.

^d Ut, Omne justum honestum: Nullum honestum turpe, &c.] Restitue ad hunc modum: Nullum honestum turpe: Omne justum honestum: Nullum igitur justum turpe: et habebis secundum modum primæ Figuræ 'Celarent.' Apuleio, qui ordinem invertit præmissarum, Calerent.

^e Sextum modum effeceris] Modum Celantes, Apul. Calentes.

^f Subjectum ex Dedicativa trahendum, &c. atque ideo eam priorem æstimandam, &c.] Immo ea de causa posterior æstimanda est juxta Aristotelem. Prior enim continere debet Attributum Conclusionis, quod, quia latius vulgo patet Subjecto, dicitur majus Extremum, ut jam observavimus: et ab eo prior Præmissarum 'Major' nuncupatur. Subjectum vero reperiri debet in secunda Præmissarum, quam ideo 'Minorem' denominat, quia ipsum vocatur 'minus Extremum.' Atque hic ordo legitimus est, et naturalis, et in eo melius elucet observatio horum Principiorum 'Dictum de omni,' et 'Dictum de nullo,' ut Logici loquuntur.

enuntiatur. Similiter et in ceteris [649] quæ prior⁴ est potestate,⁵ prior intelligatur. In sexto autem modo trahitur subjectiva ex abdicativa:⁵ hæc sola differentia eorum. Item tertius modus,^h qui conducit ex dedicativis particulari et universali dedicativum particulare directim: ut, 'Quoddam justum, honestum: omne honestum, utile: quoddam igitur justum, utile.' Sed si reflexim inferas, 'quoddam igitur utile, justum,' septimum modumⁱ effeceris:⁶ nam, ut dictum est, reflectitur in se particularis dedicativa. Quartus modus^k est, qui conducit ex particulari dedicativa et universali abdicativa abdicativum particulare directim: ut, 'Quoddam justum, honestum est: nullum honestum, turpe: quoddam igitur justum, non est turpe.' Ex hoc modo contrariæ vices inveniuntur prioribus.^l Octavus et nonus^m quippe servant ejus illatio-

vis Propositio Negativa proferatur prior. Eodem Modo et in reliquis Propositionibus, quæ præstat virtute, existimanda est prima. At in sexto Modo Subjectum sumitur ex Propositione Negativa. Hoc unum discrimen est inter eos. Præterea tertius Modus est, qui concludit directe Particulare Affirmativum ex Particulari et Universali Affirmativis; puta, Aliquod justum est honestum: omne honestum est utile: ergo aliquod justum est utile. At si concludas inverse, Ergo quoddam utile est justum, fiet septimus Modus. Etenim, ut jam monui, Propositio Particularis Affirmativa convertitur in se ipsam. Quartus Modus est qui inferi directe Particulare Negativum ex Particulari Affirmativa et Generali Negativa: veluti, Aliquod justum est honestum: nullum honestum est turpe: ergo aliquod justum non est turpe. Ex hoc modo reperiuntur conversiones contrariæ superioribus Modis: nam octavus et nonus retinent ejus Conclusionem, non autem inversam quem-

Reliquæ Edd. et Ms. Leid. ex sec. m. Id.—4 Ceteris * prior. Elm. et seqq. e conjectura Colvii dederunt quæ prior, &c. In nullis vero Mss. est quæ præter Petav. qui a m. pr. quæ priori est. Leid. priorē pot. Lege prior potestate. Id.—5 Sic Florid. et Ms. Petav. a m. pr. subjectivus a m. sec. At ceteri subjunctionis. Id.—6 Petav. feceris. Id.—7 Pro prioribus, quod vulgo deest, Pe-

NOTE

⁵ Quæ prior est potestate] Hoc est, secundum Apuleium, 'quæ continet Subjectum,' cui deberi primum locum supra dixit Ms. Carnot. 1. ignorat has voces. 2. eas habet, excepta quæ.

^h Item tertius Modus] 'Darii:' Apuleio: Dirai.

ⁱ Septimum Modum] 'Dabitis:' Apuleio, Dibatis.

^k Quartus Modus] 'Ferio.' Apu-

leio: Fireo.

^l Ex hoc Modo contrariæ vices inveniuntur octavus et nonus: quippe servata ejus Illatione, non ut illi priores reflexam. Conjugationem ipsam, &c.] Meræ tenebræ. Restituo ex Mss. Carnot. Ex hoc Modo contrariæ vices inveniuntur prioribus. Octavus et Nonus quippe servant ejus Illationem, non ut illi reflexam. Conjugationem ipsam, &c. Porro, quod hic Apuleius de Modis octavo et nono

nem : non ut illi reflexam.⁷ Conjugationem ipsam tantum reflectunt propositionibus æquipollentibus, [650] mutatoque ordine, ut prior fiat abdicativa : atque ideo conducere dicitur⁸ amboⁿ per conjugationis conversionem. Nam et si abdicativam universalem quarti⁹ convertas, et subijcias ei^o universalem dedicativam, quam converterit¹ particularis dedicativa,^p fiet octavus modus, qui conducit ex universalibus abdicativa et dedicativa particulare abdicativum reflexim :² velut, 'Nullum turpe, honestum : omne honestum

admodum illi : invertunt solum ipsam Combinationem per Propositiones æquivalentes, et converso ordine, ita ut Negativa Propositio prior evadat : et idcirco uterque dicitur concludere per inversionem Combinationis. Si enim invertas Universalem Negativam quarti Modi, et ponas post eam Universalem Affirmativam, ex qua inversa fuerit Particularis Affirmativa, efficietur octavus Modus, qui infert indirecte Particulare Negativum ex Universalibus Propositionibus Negativa et Affirmativa : ut, Nullum turpe est honestum : omne honestum est jus-

tav. prior est. Vere Flor. servant ejus illationem. Vulgo servatur ejus illationem. Lips. et inde Elm. Scriv. inv. octavus et nonus : quippe servata ejus illatione : atque ita Petav. nisi quod habeat et nonus secundus. Dein priores, quod insertum erat ante reflexam, bene Florid. e Carnott. retraxit ad superiora. Caret quoque Petav. in quo reflexa. Id. Vid. Not. inf.—8 Carnotensibus accedit Petav. Errat tamen Floridus. Dicitur sc. modus quartus conducere sive colligere ambo. sc. abdicativum particulare et universale. Vide et perpende locum totnm. Id.—9 Quarti modi. Sic Elm. Scriv. Flor. In Mss. et Edd. prioribus abest modi : et commode potest subintelligi. Colvius enim male post quarti asteriscum posuit. Pro et subijcias Petav. subijciasque. Id.—1 Recte Floridus : vel potius cum Petav. quam converterat p. ejus ded., fiet oct. modus, qui. Vulgo erat : quæ converterat, particularis ejus Dedicativa fiet, Oct. m. est, qui. Id.—2 Pro reflexim Leid. reflexum : et infra pro illa ratio est :

NOTÆ

ait, nescio unde hanserit : certe non apud Aristotelem, qui quinque indirectos primæ Figuræ respuit tanquam inutiles.

^m Octavus et nonus] Aristotelicis, 'Fapesmo' et 'Frisesomorum.' Apuleio vero *Fespamo*, et *Fresisomorum*.

ⁿ Atque ideo conducere dicitur ambo, &c.] Solecismus : quem emendant Membranæ Carnot. atque ideo conducere dicuntur ambo, &c. 'Conducere' hic 'concludere' est.

^o Et subijcias ei Universalem Dedicativam : quæ converterat Particularis ejus

Dedicativa fiet. Octavus Modus est, qui, &c.] Nullus hinc elici sensus potest. Mss. Carnot. rectius multo : et subijcias ei Universalem Dedicativam ; quam converterit Particularis Dedicativa, fiet octavus Modus, qui, &c.

^p Universalem Dedicativam, quam converterit Particularis Dedicativa] Puta hanc Propositionem, quam mox affert : 'Omne honestum est justum,' quam converterat hæc Propositio paulo ante relata 'Quoddam justum est honestum.'

tum, justum: quoddam igitur justum, non est turpe.' Nonus quoque modus per similem conversionem ex universali abdicativa et particulari dedicativa abdicativum particulare conducit reflexim: 'Nullum turpe, honestum: quoddam honestum, justum: quoddam igitur justum, non est turpe.' Cur autem solus quartus modus duos genuerit, ceteri singulos, illa ratio est, quia primi modi si utramque propositionem convertamus, fiet conjugatio irrita duarum particularium: sin alteram tantum, fiet [651] aut secunda formula, aut tertia. Ita secundi modi si utramque convertas, fiet conjugatio noni, quam jam ostendimus ex quarto gigni, quia universalis dedicativa secundi modi non nisi particulariter converti potest: sin alteram tantum, fiet secunda formula aut quarta.³ Ex hisce igitur in prima formula modis novem, primi quatuor indemonstrabiles nominantur: non quod demonstrari nequeant, ut universitas maris, quæ demonstrabilis non est, et ut circuli quadratura;⁴ sed quod tam simplices tamque manifesti⁵ sunt, ut

tum: ergo aliquod justum non est turpe. *Nonus etiam Modus pari inversione concludit indirecte Negativum Particulare ex Generali Negativa et Particulari Affirmativa: ut, Nullum turpe est honestum: aliquod honestum est justum: ergo aliquod justum non est turpe. Hæc autem ratio est quare quartus tantum Modus produxerit duos alios, reliqui vero producant solum singulos; quoniam si invertamus ambas Propositiones primi Modi, efficietur vana combinatio duarum Particularium: si vero invertamus solum alterutram, efficietur vel secunda Figura, vel tertia. Similiter si invertas ambas Propositiones secundi Modi, efficietur Combinatio noni, quam supra docuimus produci ex quarto, quia Generalis Affirmatio secundi Modi nequit inseri nisi particulariter: si vero convertas solum alterutram, efficietur Figura secunda vel tertia. Inter hos ergo novem Modos primæ Figuræ quatuor primi dicuntur Indemonstrabiles; non quia nequeant demonstrari, quemadmodum immensitas maris, quæ non est demonstrabilis, et quemadmodum quadratura circuli: sed quia sunt adeo simplices et adeo eviden-*

id. illa rectio est. Id.—3 Ms. Leid. Petav. et Ed. Flor. aut tertia, ut supra: sed male. Quare recte etiam Ed. Bip. habet quarta. J. Bosscha. Pro ex hisce. Leid. excisse. Negligenter mox Ed. Flor. in prima figura pro in prima formula. Pro nominantur Petav. nominentur. Id.—4 Hæc vulgo valde corrupta aptiori sententiæ restituiimus. Wower. Wowerium secutus est Scriv. cum in Mss. Nans. et Leid. atque Edd. prioribus sit ut universis maris est, quod non demonstrabile non sit, et ut circ. q. in Petav. ut universi maris estum:

NOTE

³ Ut universitas maris, quæ demonstrabilis non est, et ut circuli quadratura] Locus non omni ex parte sanus, ut arbitror: sensum tamen eli-

demonstratione non egeant; adeo ut ipsi ceteros gignant, fidemque illis ex se impertiant. Nunc formulæ modos trademus secundæ.^r Primus modus in secunda formula^a est, qui conducit ex universalibus dedicatiua et abdicatiua abdicatiuum universale directim: velut, 'Omne justum, honestum: nullum turpe, honestum: non igitur justum, turpe.' Hæc redigitur in secundum indemonstrabilem,^t conversa ejus secunda propositione.ⁿ [652] Secundus modus^w est, qui conducit ex universalibus abdicatiua et dedicatiua abdicatiuum universale directim: velut, 'Nul-

tes, ut non habeant opus demonstratione: ita ut ipsi producant reliquos, et largiantur eis probabilitatem ex seipsis. Jam recensebimus Modos secundæ Figuræ. Primus Modus est qui concludit directe Generale Negativum ex Generalibus Affirmatiua et Negatiua: ut, Omne justum est honestum: nullum turpe est honestum: ergo nullum justum est turpe. Hic Modus reducitur ad secundum Modum Indemonstrabilem inuversa secunda ejus Propositione. Secundus Modus est, qui infert directe Universale Negativum ex Generalibus Propositionibus Negatiua

~~~~~

*aut quod nondum demonstratum ei sit, ut circ. q. Recte Florid. censuit latere sub his nomen proprium. Verum non videntur librarii tam notum Aristotelis nomen corrupturi fuisse, qui consulendus in *repl. épimélas*, an ibi quid habeat, de quo ait Ap. Alioquin mallem propius ad ductum literarum ut *unicersim* Aristoteles *æstimat*, aut quod nondum demonstratum ei sit, ut circ. q. Aristoteles philosophus est Peripateticus Alexandrinus, cujus rursus meminit Auctor p. 650. Ed. Flor. et Laërt. in V. Zenonis Cittiei, ubi vide. Cicero de Off. et alibi. Oud.—5 Male abest ab Ed. Flor. tam. Dein tanquam Leid. in quo*

#### NOTÆ

cui quam potui commodissimum. Mas. Carnot. obscurius habent: *universi maris æstimat quod non demonstrantur, sicut circuli quadratura*. Ms. 2<sup>us</sup>. habet supra vocabulum *maris* has literas *pp. nom.* quasi innuat *maris* esse nomen proprium. Quid si non *universi maris*, sed *universim Arist.* hoc est, *Aristoteles æstimat*, &c.?

<sup>r</sup> *Formulæ modos trademus secundæ*] In hac Formula, seu, ut loquuntur scholæ, Figura, medius terminus prædicatum est tum majoris tum minoris: unde negative tantum in hac figura concluditur: cum medium, utpote semper prædicatum, non possit universaliter sumi (quod ad legiti-

mam Conclusionem necesse est) nisi altera Præmissarum sit negans, proindeque et Conclusio, quæ, ut dictum est, deteriorem semper partem sequitur.

<sup>a</sup> *Primus modus in secunda formula*] In scholis 'Cesare.'

<sup>t</sup> *In secundum indemonstrabilem*] Primæ Figuræ, nempe 'Celarent.'

<sup>n</sup> *Conversa ejus secunda propositione*] Quæ primæ rectius ponitur, ut jam monui, ita ut Syllogismus redactus sic se habeat: 'Nullum honestum turpe: omne justum honestum: nullum igitur justum turpe.'

<sup>w</sup> *Secundus modus*] 'Camestres.'

lum turpe, honestum: omne justum, honestum: nullum igitur turpe, justum.' Hic conjugatione non differt a priore,<sup>x</sup> nisi quod subjectivam particulam ex abdicativo trahit ad illationem:<sup>6</sup> quoniam ita variatus est enuntiationis ordo, quod in prima formula fieri non potest. Tertius modus<sup>7</sup> est, qui conducit ex particulari dedicativa et universali abdicativa<sup>7</sup> abdicativum particulare directim: velut, 'Quoddam justum, honestum: nullum turpe, honestum: quoddam igitur justum, non est turpe.' Hujus si convertamus universalem abdicativam,<sup>8</sup> fit indemonstrabilis quartus, ex quo hic nascitur. Quartus modus est,<sup>a</sup> qui conducit ex particulari abdicativa et universali dedicativa abdicativum particulare directim: ut, 'Quoddam justum, non est turpe: omne malum, turpe: quoddam igitur justum, non est malum.'<sup>8</sup> 653] Hic solus modus<sup>b</sup> tantum per impossibile approbatur: de qua propositione dicemus, expositis modis formulæ<sup>9c</sup> tertiæ. In tertia for-

*et Affirmativa: ut Nullam turpe est honestum: omne justum est honestum: ergo nullum turpe est justum. Hic Modus non discrepat combinatione a primo, nisi quia sumit Subjectum Conclusionis ex Negativa Propositione, quia sic mutata est series Propositionum, quod nequit fieri in prima Figura. Tertius Modus est, qui infert directe Particulare Negativum ex Particulari Affirmativa, et Generali Negativa: v. g. Aliquod justum est honestum: nullum turpe est honestum: ergo aliquod justum non est turpe. Si invertamus rjus Universalem Negativam, efficitur quartus Modus Indemonstrabilis, ex quo hic oritur. Quartus Modus est, qui infert directe Particulare Negativum ex Particulari Negativa et Generali Affirmativa: veluti Aliquod justum non est turpe: omne malum est turpe: ergo aliquod justum non est malum. Hic unicus Modus demonstratur solum per Impossibile, de qua Propositione agemus cum explicuerimus Modos tertiæ Figuræ. In*

~~~~~

infra directum: et pro hac redigitur Petav. hic redig. Id.—6 Ed. Bip. nescio unde, habet, abdicativa tr. ad ill. J. Bosscha.—7 Ed. Vulc. pr. universalis, typothetæ vitio. Oud.—8 Sic solus tacite Florid. forsā ex Carnot. nam et sic Petav. A Ms. Leid. et Edd. O. abest igitur. Id.—9 Recte monet Florid.

NOTÆ

^x Hic conjugatione non differt a priore] Hinc est, quod cum quatuor Modos secundæ Figuræ tribuat, tres tantum tribuit conjugationes.

⁷ Tertius modus] 'Festino.'

⁸ Hujus si convertamus universalem abdicativam, &c.] Fiet Syllogismus in 'Ferio,' hoc modo: 'Nullum honestum turpe: Quoddam justum honestum:

Quoddam igitur justum non est turpe.'

^a Quartus modus est] 'Baroco.'

^b Hic solus modus] Intellige, 'in hac secunda Figura.' Sextus enim tertiæ, qui in scholis quintus est, nempe 'Bocardo,' per impossibile etiam tantum probatur, ut infra videbimus.

mula primus modus^d est, qui conducit ex dedicativis universalibus dedicativum particulare tam directim, quam reflexim: ut, 'omne justum, honestum: omne justum, bonum: quoddam igitur honestum, bonum: ' vel sic, 'quoddam igitur bonum, honestum.' Quippe non interest, quam ex utraque^e propositione facias particulam subiectivam: quoniam non interest, utram prius enunties. Ideo non recte arbitratus est Theophrastus, propter hoc non unum modum hunc, sed duos esse. Secundus modus^f est, qui conducit ex dedicativis particulari et universali dedicativum particulare directim: ut, 'Quoddam justum, honestum: omne justum, bonum: quoddam igitur honestum, bonum.' Tertius modus^g est, qui conducit ex dedicativis universali et particulari dedicativum particulare directim: ut, 'Omne justum, honestum: quoddam justum, bonum: quoddam igitur bonum, honestum.' [654] Quartus modus^h est,^a qui conducit ex universalibus dedicati- et abdicativa abdicativum particulare directim: ut, 'Omne justum, honestum: nullum justum, malum: quoddam igitur

tertia Figura primus Modus est, qui ex duabus Generalibus Affirmativis infert tam directe quam inverse Particulare Affirmativum: veluti, Omne justum est honestum: omne justum est bonum: ergo aliquod honestum est bonum: aut hoc modo: Ergo aliquod bonum est honestum. Etenim minime refert quem sumas terminum Subjectivum Conclusionis ex duabus illis Propositionibus: quia non refert quam proferas primam. Idcirco Theophrastus male censuit eam ob causam hunc Modum non esse unum duntaxat, sed duos. Secundus Modus est, qui infert directe Particulare Affirmativum ex Affirmativis Particulari et Generali: veluti, Aliquod justum est honestum: omne justum est bonum: ergo aliquod honestum est bonum. Tertius Modus est, qui infert directe Particulare Affirmativum ex Affirmativis Generali et Particulari: veluti, Omne justum est honestum: aliquod justum est bonum: ergo aliquod bonum est honestum. Quartus Modus est, qui infert directe Negativum Particulare ex Universalibus Affirmativa et Negativa: veluti, Omne justum est honestum: nullum justum est malum: ergo aliquod

~~~~~

*Id.—1 Petav. si ex utraque, et si utramvis prius pro utram prius. Id.—2 Petav.*

#### NOTE

<sup>a</sup> *Expositis modis formulae]* Omni- no hic addendum *tertia*.

<sup>d</sup> *Primus modus]* 'Darapti,' porro in tota hac *tertia Figura* non concluditur nisi particulariter.

<sup>e</sup> *Secundus modus]* Hic in scholis

quartus recensetur, non secundus, estque 'Datisi.'

<sup>f</sup> *Tertius modus]* 'Disamis.'

<sup>g</sup> *Quartus modus]* In scholis secundus 'Felapton.'

tur honestum, non est malum.' <sup>3</sup> Quintus modus<sup>b</sup> est, qui conducit ex dedicativa particulari et abdicativa universali abdicativum particulare directim: ut, 'Quoddam justum, honestum: nullum justum, malum: quoddam igitur honestum, non est malum.' Sextus modus<sup>i</sup> est, qui conducit ex dedicativa universali et abdicativa particulari abdicativum particulare directim: ut, 'Omne justum, honestum: quoddam justum, non est malum: quoddam honestum, non est malum.' Ex his sex modis primi tres rediguntur ad tertium indemonstrabilem, conversa priore propositione primi et secundi: tertius enim secundo eandem conjugationem<sup>4</sup> habet: hoc uno differens, quod ex universali trahit particulam subjectivam: propter quod non tantum propositionis, verum etiam illationis conversione redigitur ad tertium.<sup>5</sup> Item quartus et quintus nascuntur ex indemonstrabili quarto,<sup>k</sup> conversis [655] prioribus propositionibus

honestum non est malum. *Quintus Modus est, qui infert directe Negativum Particulare ex Affirmativa Particulari et Negativa Generali: v. g. Aliquod justum est honestum: nullum justum est malum: ergo aliquod honestum non est malum. Sextus Modus est, qui infert directe Particulare Negativum ex Affirmativa Generali, et Negativa Particulari: veluti, Omne justum est honestum: aliquod justum non est malum: ergo aliquod honestum non est malum. Horum sex Modorum tres primi reducuntur ad tertium ex Indemonstrabilibus, inversa prima Propositione primi et secundi: tertius habet eandem combinationem, quam secundus: in hoc tantum discrepans, quod sumit subjectum suae Conclusionis ex Propositione Universali: quamobrem reducitur ad tertium Indemonstrabilem, non solum inversione Propositionis, sed Conclusionis quoque: præterea quartus et quintus oriuntur ex quarto Indemonstrabili, inversis prioribus eorum Propositioni-*

hon. bon. Quart. m. sine rē est. Id.—3 Quoddam honestum n. e. malum. Exulat a Leid. Igitur addit Petav. in quo mox priori. Id. Igitur addit etiam Ed. Bip. J. Bosscha.—4 Male Edd. Wow. Scriv. Flor. t. cum secundo. Idem Græco more Dativo junxit: licet idem cum illo non plane damnarem, si esset in Mss. Vide Ind. Not. Sed Mss. Leid. et Petav. consentiunt Edd. vett. Oud.—5 Redigitur in tertium. Ed. Flor. cum Ms. Petav. red. ad tert. Id.—

## NOTE

<sup>b</sup> Quintus modus] In scholis sextus 'Feriſon.'

<sup>i</sup> Sextus modus] Quintus in scholis 'Bocado,' et hic probatur tantum per reductionem ad impossibile.

<sup>k</sup> Item quartus et quintus nascuntur ex indemonstrabili quarto] Uno verbo,

Modi omnes tam hujus tertie Formulæ, quam secundæ, atque etiam indirecti primæ reducuntur unusquisque ad illum ex quatuor Indemonstrabilibus, cujus artificiale vocabulum ab eadem litera incipit, a qua incipiant eorum vocabula: puta om-

eorum. Sextus autem modus nec utraque nec altera redigi conversa ad indemonstrabilem aliquem potest, sed per impossibile tantum approbatur: sicuti quartus in secunda formula, et ideo utrique novissimi<sup>6</sup> numerantur. Ceterorum autem in omnibus formulis ordinatio facta est pro differentia conjugationum et illationum. Nam quia prius sit dicere, quam negare,<sup>7</sup> potentiusque est universale, quam particulare; priores sunt universales particularibus, et utrisque dedicatio et illatio similes sunt: et is præponitur modus,<sup>1</sup> qui celerius ad indemonstrabilem redigitur, id est, una conversione, quæ una probatio est<sup>8</sup> certos eos ad cludendum modos esse.<sup>m</sup> Est et altera<sup>9</sup> probatio communis

*bus. Sextus vero Modus non potest reduci ad quempiam ex Indemonstrabilibus, neque inversis ambabus ejus Propositionibus, neque una earum: sed demonstratur tantum per impossibile: quemadmodum quartus in secunda Figura: atque ea de causa ambo recensentur postremi. Ordo vero reliquorum in omnibus Figuris dispositus est secundum diversitatem combinationum ac Conclusionum. Etenim quoniam prius est affirmare, quam negare, et Generale præpollet Particulari; Generales Modi præcedunt Particulares, atque in utrisque affirmatio et Conclusio sunt pares: et ille Modus præcedit, qui citius reducitur ad Indemonstrabilem, hoc est, unica inversione, quæ est una Demonstratio illos Modos esse certos ad inferendum. Est*

~~~~~

6 *Uterque novissimi. Ms. Petav. utrique nov. Bene. Id.—7 Petav. cum pr. Flor. tacite edidit dedicare; quod passim in hoc libro notat affirmare. Vide supra. Sed tunc debuerat sequi abdicare: ut solet. Quare dicere hic omnino cum Mss. Leid. Petav. Nans. et Edd. præfero. Id.—8 Id est una conversione, quæ una probatio est optime restituit Flor. atque ita Ms. Petav. nisi quod pro quæ habeat quod: in Leid. idem. Vulgata sensu carent. Dein concludendum exhibuit jam Wow. Cludendum tamen habent etiam Mss. Nans. Leid. Petav. et a m. sec. concl. Inepte Edd. Elm. et Scriv. dant eludendum: male etiam Flor. in textu omisit esse, licet moneat in suis quoque Mss. extare. Id.—9 Carent copula Ms. Leid. et Edd. ante Florid. Ante impossibilia abest præ-*

NOTE

nes Modi incipientes a B, reducuntur ad Modum 'Barbara,' exceptis 'Baroco' et 'Bocardo,' quæ probantur tantum per impossibile: omnes incipientes a C, reducuntur ad 'Celarent,' omnes incipientes a D, ad 'Darii,' postremo, omnes incipientes ab F, ad 'Ferio': quæ reductio fit observatis certis regulis, quas hic tradere atque explicare operæ pretium non duxi, cum eas passim occurrant in Compendiis Philosophicis.

¹ *Et is præponitur modus, &c.] Sic restitui ex Carnot. Ms. 2. male in vulgatis legitur: his præponitur, &c.*

^m *Id est, una conversione, quæ una probatio est certos eos ad cludendum modos esse] Ita Mss. Carnott. Vulgati nullo aut absurdo sensu habent: iisdem est una Conversio: neque una probatio est certos eos ad cludendum modos esse: quid sibi vult Modus certus ad cludendum? Porro vocem cludendum facile corruptam putem ex abbreviata*

omnium, etiam indemonstrabilium, quæ dicitur per impossibile, appellaturque ab Stoicis prima constitutio, vel primum expositum : quod sic definiunt : ' Si ex duobus^a tertium quid colligitur, alterum [656] eorum cum contrario illationes colligit,¹ contrarium relinquit.' Veteres autem sic definierunt : ' Omnis conclusionis² si sublata sit illatio, assumpta alterutra propositione tolli reliquam.' Quæ res inventa est adversus eos, qui, concessis acceptionibus, id, quod ex illis colligitur, impudenter recusant : per hoc enim³ compelluntur ad impossibilia ; dum ex eo, quod negant, contrarium aliquid invenitur⁴ ei, quod ante concesserant.⁵ Porro contraria simul esse vera, impossibile est. Ergo per impossibile compelluntur ad conclusionem.

et alia Demonstratio communis universis Modis, ipsis quoque Indemonstrabilibus, quæ appellatur Demonstratio per impossibile, et vocatur a Stoicis prima Constitutio, aut prima expositio: quam sic describunt : Si aliquid tertium inferitur ex duobus, alterum ex iis cum contrario Conclusionis, inferit contrarium ejus quod superest. Antiqui vero definierunt hoc modo. Si negetur consequentia cujusvis argumenti, adhibita altera e Propositionibus, refelli alteram. Quod excogitatum est contra eos, qui, concessis Præmissis, negant impudenter id quod inferitur ex eis : namque hac ratione rediguntur ad impossibilia ; siquidem ex illo quod negant, colligitur aliquid contrarium ei quod præcesserat. Ceterum impossibile est ut contraria simul sint vera. Coguntur igitur ad Illationem concedendam

positio a Ms. Petav. Id.—1 Cum Mss. Carnott. facit Petav. Hæreo ego. Vide seqq. ' ejus adversum illationis cum altera,' &c. unde videtur pro colligit scribendum tollit. Id.—2 Bene Floridus. Omnes conclusiones Petav. jungit r̃q̃ definierunt. Id.—3 Vulgo et per hoc. Simpliciter per hoc Petav. Id.—4 Leid. et Petav. invenietur. Ed. Scriv. inveniunt. Id.—5 Sic optime Petav.

NOTÆ

voce *concludendum*, *concludendum*, quam et derivari potuit ab antiquo *cludo*, hoc est, *claudo*, et simplex poni pro composito.

^a Si ex duobus, &c.] Mss. Carnott. si ex duobus tertium quid colligitur, alterum eorum cum contrarium Illationis colligit, contrarium relinquit. Ego legendum potius crediderim : si ex duobus tertium quid colligitur, alter eorum cum contrario Illationis colligit contrarium relicti. Ratio patet ex ipsis legibus reductionis ad impossi-

bile : quis enim nescit assumpta contradictoria Conclusionis, et altera ex Præmissis, inferri contrarium alterius, quæ non fuerat assumpta, sique cogi adversarium aut fateri quod perperam negat, aut negare quod prius concessit ?

^o Omnes conclusionis] Repono omnis Conclusionis, juxta membranas Carnotenses toties laudatas.

^p Per hoc enim] Ita iidem codices.

^q Et, quod concesserant [anteceperat] Et quod jam concesserant.

Nec frustra constituerunt dialectici, cum verum modum esse, cujus adversum illationis cum altera⁶ acceptione tollit reliquam. At Stoici quidem tantum negativa particula præposita putant illationem recusari, vel ex propositionibus alteram tolli: utpote, 'Omnis, non omnis: quidam, non quidam.' Fiunt igitur adversus unamquamque conclusionem contrariæ, quæ opponantur, octo, quoniam utraque acceptio bifariam tollitur: fiuntque conclusiones bis quaternæ, modo negativa particula præposita illationi, modo alterutra illationis accepta. Exemplo sit primus indemonstrabilis: 'Omne justum, honestum: omne honestum, bonum: omne igitur justum, bonum.' [657] Qui hanc illationem concessis propositionibus negat, necesse est dicat, 'Quoddam justum non est bonum.' Huic si proponas priorem ex duabus concessis,⁷ 'Omne justum, honestum; fit illatio secundum sextum modum in tertia formula, 'Quoddam igitur honestum, non est bonum: quod repugnat secundæ propositioni, quæ concesserat, 'Omne honestum, bonum.' Hæc item omnino opposita conclusio⁸ est, si iisdem manentibus, æquipollentem ejus inferas: ut, 'Non

per impossibile. Et merito Dialectici sanxerunt cum verum esse Modum, in quo contrarium Conclusionis cum una ex Præmissis refellit alteram. Verum Stoici existimant quidem Conclusionem negari, aut alteram ex Præmissis refelli solummodo præfixa particula negativa: v. g. omnis, non omnis; quidam, non quidam. Efficiuntur ergo octo contraria argumenta, quæ opponantur contra singula argumenta; quia singula Præmissæ negantur duobus modis, et efficiuntur bis quatuor argumenta, nunc præfixa Conclusioni particula negativa, nunc assumpta contradictoria ipsius Conclusionis. Ponamus pro exemplo primum Modum Indemonstrabilem: Omne justum est honestum: omne honestum est bonum: ergo omne justum est bonum. Qui negat hanc Conclusionem, concessis Præmissis, oportet ut dicat, aliquod justum non est bonum. Si præponas huic primam duarum Propositionum concessarum: Omne justum est honestum, fit Conclusio juxta sextum Modum tertiæ Figuræ: Ergo aliquod honestum non est bonum: quod adversatur secundæ Propositioni, quæ concessum erat Omne honestum esse bonum. Hæc insuper Conclusio est omnino contraria, si positis iisdem, quæ prius, concludamus

~~~~~

Vulgo antecesserat. Leid. antecesserant. Id.—6 Petav. cum alterutra: opponatur pro opponantur et ut puta pro ut pote dein post quidam non quid. idem Ms. plura habet sic: Veteres vero et per alterutram. Igitur bifariam, ut puta, omnis non omnis quidam. Tandem stant pro fiunt. Id.—7 Ex duabus concessis. Florid. duabus, scil. propositionibus. Res eodem redit. Pro fit Petav. fiet: et præponas pro prop. Id.—8 Vulgo hæc omnia sine sensu. In Petav. tantum quoniam. Recte quoque Flor. inferas; ut, vel potius cum Petav. inferamus. Vulgo viti-

igitur omne honestum, bonum.' Similiter et alteræ fiant duæ conclusiones, si ut ' nunc' proposuimus priorem propositionem, sic assumamus posteriorem, ' Quoddam justum non est bonum : omne honestum bonum ;' fit illatio quarti modi secundæ formulæ duplex, ' non igitur omne justum, honestum :' vel, ' quoddam igitur justum, honestum non est :' quarum utraque æque priori propositioni repugnat, quæ concesserat, ' Omne justum honestum.' His quatuor conclusionibus<sup>2</sup> manentibus, tantum propositione mutata,<sup>3</sup> et pro eo, quod erat,<sup>4</sup> ' Quoddam justum non est bonum,' si facias,<sup>4</sup> ' non omne justum, bonum,' ut bifariam sit sublata illatio; erunt alteræ quatuor<sup>5</sup> conclusiones iisdem mutationibus.<sup>6</sup> Item si pro eodem facias, ' nullum justum,

*ejus equivalentem* : Ergo non omne honestum est bonum. *Eadem ratione efficiantur quoque duo alia argumenta ; si quemadmodum exhibuimus primam Propositionem, ita assumamus secundam, aliquod justum, non est bonum : omne honestum est bonum ; efficiuntur duæ Conclusiones quarti Modi secundæ Figuræ, Ergo non omne justum est honestum : aut Ergo aliquod justum non est honestum : quarum qualibet æqualiter adversatur priori Præmissæ, quæ concessum erat omne justum esse honestum. His quatuor argumentis remanentibus, mutata solum Propositione, si loco hujus quod erat aliquod justum non est bonum, efficias non omne justum est bonum, ita ut Conclusio negata sit dupliciter ; fient quatuor altera argumenta iisdem mutationibus. Præterea, si loco ejusdem propositionis efficias,*

~~~~~

ose inferas bis. Id.—9 Sicut nunc. Malit Nansius, si sicut n. Colvius. Lege, si sicut. Wowerius. Petav. et sicut nunc prepos. Sed verissime Florid. Oud. Quare miror in Ed. Bip. rursus legi sicut. J. Bosscha.—1 Petav. in secundæ formulæ. Oud.—2 Codd. Carnott. accedit Petav. nisi quod habeat et pro eo, quod erat. Ante deerat rō quatuor. Id.—3 Sic Florid. vulgo : propositio mutata est. Id.—4 Petav. si facias. Bene: tunc et præcedentia ex Petav. stare possunt hoc modo : propositione mutata et pro eo quod erat, &c. si facias. Id.—5 Inapte vulgo tertiæ quatuor. Præter Carnott. habent etiam Petav. et Leid. erunt altera quatuor concl. Id.—6 Nansius sic hoc legendum conjecit ex scriptura veteri, invitationibus. Ego putabam, Enuntiationibus. Sed malim illud. Colv. Lips. et Florid. immutationibus. Mss. Nans. Leid. invitationibus : quare malim cum Petav. Nansio, et vulgatis mutationibus. Mox Petav.

NOTÆ

¹ Hæc omnia opposita, &c. inferat bis, &c.] Corruptus locus. Carnotenses membranæ sic optime restituunt : hæc item omnino opposita Conclusio est, si, iisdem manentibus, aequipollentem ejus inferas, ut, &c.

² Si ut [sicut] Eadem membranæ, si ut, recte.

Delph. et Var. Clas.

³ His conclusionibus, &c. pro eo quod est] Iidem codices melius, his quatuor Conclusionibus, &c. si pro eo quod erat.

⁴ Bifaria sit sublata illatio, erunt tertiæ quatuor, &c.] Codices Carnot. ut bifariam sit sublata Illatio ; erunt alteræ quatuor Conclusiones, optime.

Apul.

4 F

bonum,' ut trifariam⁷ sit sublata illatio;^w erunt tertie quatuor [658] conclusiones duntaxat in his, quæ habebunt universalem illationem. Ea enim potest sola trifariam tolli: at in ceteris solæ octo: quas si quis velit singillatim⁸ sub unoquoque, per omnes formulas poterit suggerere⁹ ad exemplum, quod proposuimus: ut etiam hypotheticorum more, per literas⁷ ordine propositionum et partium commutato: ¹⁰⁰ sed vi² manente sit primus indemonstrabilis: 'A de omni B,'^b et B de omni C, igitur A de

Nullum justum est bonum, ita ut Conclusio negata sit tripliciter, sicut tertia quatuor argumenta in iis solum quæ habebunt Conclusionem universalem. Nam ipsa tantum potest negari tribus modis: in aliis vero sunt tantum octo: quæ, si quis voluerit, poterit seorsim formare sub singulis Modis per omnes Figuras iuxta exemplum, quod exhibuimus: præterea ope literarum, ut fit in hypothesis, inversa serie Propositionum, et partium, verum servata virtute, primus Modus indemonstrabilis esto: A affirmatur de omni B, Et B de omni C: Ergo et A est

s. pro eadem. Oud.—7 In Ed. Scriv. ut bifariam. Id.—8 Male Edd. Vule. Wow. sigillatim. Id.—9 Potuit suggerere. In Ms. erat, potuit suggere. Unde Lipsius, poterit fingere. Ut cudi jussum, sic etiam Nansius legendum censuit. Colv. Petav. poterit suggerere. Bene. Sic statim 'quinque alios modos suggerunt.' Mamert. Genethl. cap. 15. 'sed ecce auferuntur:' ubi v. Oud. Poterit suggerere habet etiam Ed. Bip. J. Bosscha.—1 Wow. jam edidit commutato: Oud. Vid. Not. inf.—3 Idem, sed III. id est, tertio. Colv. Male. Oud.—8 In Petav. A de omni B, et B de omni F. igitur de omni F, inferunt A declarata, atque ideo et a secunda propositione hic adeo est modus secundus: hos si prætexas retro talis est. Leid. a vulgato nihil discrepat. Wow. edidit a sec. prop. ad modum secundum si has retexas retro, quod partim a Lipsio habet, qui pro prætexas coniecit retexas. Id. Edd. Vulc. pr. et Bip. fit pr. J.

NOTE

^w Ut bifaria sit sublata illatio, &c.] Repone ex Ms. Carnot. 2. ut trifariam sit sublata illatio, &c.

² Potuit suggerere] Lipsius malebat poterit fingere, quem secutus sum.

⁷ Hypotheticorum more, per literas] Hunc morem sequitur Aristoteles in demonstrandis Syllogismorum proprietatibus, et Modis. Per 'hypothetica' autem videtur intelligere Apuleius maxime res Mathematicas, in quibus explicandis literas adhibent.

² Ordine propositionum et partium commutato] Quæ enim Apuleio secunda propositio est, hic fit prima, et

rectius quidem: et pars Declarans propositionis, quæ in altera Enuntiationis forma, secunda est, hic prima enuntiatnr.

² Commutato] Male in editis omnibus commutatio.

^b Sit primus indemonstrabilis 'A de omni B,' &c.] Sic restituant hunc locum codices Carnotenses ambo, nisi quod secundus in hoc a primo discrepat, quod pro litera C, ubique ponat literam F, quod nihil mutat in sensu. Vulgati omnes monstrore habent: sit primus Demonstrabilis: secundus talis A de omni B, et abde, omnis igitur de, omnis incipiant A, Declarata, atque

omni C.' Incipiunt a declarante,^c atque ideo et a secunda propositione. Hic adeo modus secundum hos perfectus, retro^d talis est: 'Omne C B: omne B A: omne igitur C A.' [659] Stoici⁴ porro pro literis numeros usurpant: ut, 'Si primum, secundum: atqui primum, secundum igitur.' Verum Aristoteles in prima formula quatuor solos indemonstrabiles prodit: Theophrastus et ceteri quinque enumerant. Nam propositionem jungentes indefinitam,^e colligunt quoque illationem indefinitam. Hoc supervacaneum⁶ est tradere, cum indefinita pro particulari accipiat,⁷ et iidem futuri sint modi,⁸ qui sunt ex particulari. Item jam ostendimus⁹ in prima formula quatuor: quos si quis velit geminare,¹⁰ indefinitam pro particu-

affirmandum de omni C. Incipiunt ab attributo, proptereaque et a secunda propositione. Porro hic Modus compositus juxta illos, inversus est hujusmodi: Omne C est B, Omne B est A: Ergo omne C est A. Ceterum Stoici utuntur numeris loco litterarum: v. g. Si primum, secundum: Atqui primum: Ergo secundum. Sed Aristoteles tradit tantum quatuor modos indemonstrabiles in prima Figura. Theophrastus et alii recensent quinque: namque addunt propositionem Indeterminatam, et inferunt conclusionem Indeterminatam: inutile est de hoc agere: cum Indeterminata sumatur pro Particulari, et iidem modi exorturi sint, ac ii qui sunt ex particularibus propositionibus. Præterea jam declaravimus in prima Figura quatuor modos, quos si aliquis velit duplicare assumens Indeterminatam pro Par-

Bosscha.—4 C A Stoici. Petav. FA Stoici: et paulo infra prodidit pro prodit. Oud.—5 Vulgo jungentes et indefinitam colligentes quam I. Corrupte. Petav. prop. jungens indefinitam colligensque III. Forsan jungens indef. colliges quoque. Id. Ed. Bip. jungent...colliguntque. Ego malim jungentes ind. colligunt quoque, ut edidi. J. Bosscha.—6 Abest hoc ab Edd. ante Florid. male et contra Mss. Oud.—7 Recte restituit Flor. hoc verbum e Carnot. vulgo deest. Petav. accipitur. Id.—8 Hoc quoque Mss. Carnott. debemus, quibus accedit Petav. Vulgo et ejusdem futura sit M. cujus particularis jam o. i. pr. form. Addit rō IIII etiam Leid. Id.—9 Placeret magis ut jam est. Colvius. Carnott. jamjam e. Oud. In Ed. Bip. deest jam. J. Bosscha.—1 Sic Petav. et Flor. quoque e Carnott. vulgo geminari. Mox ab indefinitamque exulat copu-

NOTE

ideo et a secunda propositione hic ad ea Modum secundum has præterea retro talis est, omne F B: omne B A: omne igitur F B.

^c A declarante] Hoc est, ab ea propositione, in qua reperitur Declarans (id est, attributum) Conclusio- nis, quam Propositionem Apuleius ubique secundum facit, cum primam statuatur eam, in qua subjectum ejusdem Conclusionis invenitur, in quo

dissentit ab Aristotele, ut jam observavimus.

^d Retro] Hoc est, inverso ordine, ut secunda propositio sit prima, et in unaquaque propositione subjectum prius enuntietur, attributum vero posterius.

^e Nam primam propositionem jungentes, et in indefinitam colligentes, quam Illationem Indefinitam supervacaneum est tradere, cum indefinita pro particulari,

lari accipiens, indefinitamque subjiciens illationem; erunt omnes novem et viginti.^f Aristo autem Alexandrinus,^g et nonnulli Peripatetici juniores quinque alios modos præterea suggerunt universalis illationis: ^a in prima formula tres,ⁱ in secunda^j duos,^k [660] pro quibus illi particulares inferunt: ^l quod perquam ineptum est, cui plus ^m concessum sit,^m minus concludere. Omnes autem modos in tribus eorum formulis certos non nisi undeviginti ⁿ esse, quos supra

ticulari, et subdens Conclusionem Indeterminatam; omnes modi erunt viginti novem. Aristo vero Alexandrinus, et quidam recentiores Peripatetici obtrudunt insuper quinque alios modos conclusionis generalis: tres in prima figura et duos in secunda, quorum loco illi colligunt Particulares: quod est ineptissimum, illum, cui datum sit plus, inferre minus. Demonstratur vero esse tantum novemdecim modos

.....

la in Petav. et in eodem Aristoteles est pro Aristo. Ond.—2 Carnotensibus rursus accedit Petav. Id.—3 Addit Formula Petav. Id.—4 Lipsius cum plus. Colvius. Atque ita edidit Wow. Ond.—5 Unum et viginti. Petav. undevi-

NOTÆ

et hujusdem futura sit modi, cujus particularis, ut jam ostendimus in prima formula: quod si quis velit geminari] Mss. Carnot. Nam propositionem jungens indefinitam, colligensque Illationem indefinitam: hoc superfluum est tradere, cum indefinita pro particulari accipiat, et iidem futuri sint Modi, qui sunt ex particularibus. Item jamjam ostendimus in prima Formula quatuor: quos si quis velit geminare. Hanc lectionem sum amplexus, nisi quod loco jungens et colligensque legendum potius censui jungunt et colliguntque.

^f Erunt omnes novem et viginti] Mss.

Carnot. octo et viginti: ut verum fa-

ⁱ Pro quibus illi particulares inferunt]

Omne animal est vivens:

Omnis homo est animal:

Ergo omnis homo est vivens.

Loco istarum Conclusionum inferrem has

Ergo aliquis homo est vivens.

^m Cui plus concessum] Lipsius, cum plus concessum.

ⁿ Nonnisi unum et viginti] Codices Carnot. nonnisi undeviginti: quæ ger-

tear, non satis mihi constat hæc Apuleii supputatio, ut ultra lectio sequenda sit determinem.

^g Aristo autem Alexandrinus] Hujus meminit Laërtius in fine vitæ Zenonis Cittiei, atque Peripateticum fuisse.

^h Universalis illationis] Sic Mss. Carnot. male vulgati Universales Illationes.

ⁱ In prima formula tres] Duos nempe directos, 'Barbara,' et 'Celarent,' et unum indirectum, 'Celarent.'

^k In secunda duos] 'Cesare' et 'Camestres.'

Ut si in his duobus argumentis:

Nullum animal est lapis:

Omnis homo est animal:

Ergo nullus homo est lapis:

Ergo aliquis homo non est lapis. mana est lectio: sunt enim omnino novemdecim Modi, quos superius exposuimus.

ostendimus, comprobatur. Quatuor sunt propositiones: ^{6o} duæ particulares, duæ universales.^p Harum unaquæque, ut ait Aristoteles, ut sit subjecta sibi, et aliis tribus præponatur, quaterne ⁷ scilicet conjungitur: ^q atque ita sensæ denæ conjugationes in singulis formulis erunt. Harum sex æqualiter in omnibus non valent: ^s duæ quidem, cum ex abdicativis ^t utraque alteram præcedit; ^u quatuor autem, [661] cum ex particularibus ⁸ utraque aut semet præcedit, ^v aut alteri subditur. Nihil enim concludi potest,

certos in tribus eorum figuris, quos jam declaravimus. Quatuor sunt Propositiones: duæ particulares, et duæ generales. Unaquæque earum, sicut Aristoteles dicit, quatuor modis conjungitur, ita ut supponatur sibi ipsi, et ponatur ante tres alias: et sic erunt in unaquaque Figura sexdecim combinationes. Sex earum ex æquo inutilis sunt in omnibus: duæ quidem, quando qualibet ex negativis propositionibus antecedit alteram: quatuor vero, quando qualibet ex Particularibus vel antecedit seipsam, vel subjungitur alteri. Nam nihil potest inferri quotiescumque vel duæ

ginti. Id.—6 Mss. Carnott. consentit rursus Petav. in quo sunt est pro sunt: et mox et duæ univ. Id.—7 Florido consentit Petav. in quo ut et Leid. diserte est quaterne. Id.—8 Petav. cum universalis abdicatio aut ex p. Id.—9 Optime Floridus: vel Petav. utraque semet præc. aut particulari

NOTE

^o Sed quatuor sunt propositiones] Dele sed, ex fide Mss. Carnotensium: sic etiam sensus postulat. Hic enim initium est demonstrationis, proinde-que male incipias a sed.

^p Duæ particulares, duæ universales] Quas nos compendii ergo, ut in scholis, literis designabimus, Universalem nempe Affirmativam A, Universalem Negativam E. Particularem Affirmantem I, Particularem Negantem O.

^q Ut sit subjecta aliis tribus, quaterne scilicet conjungitur] Membranas Carnot. Ut sit subjecta sibi, et aliis tribus præponatur, quaterne scilicet conjungitur: quam lectionem sic sequor, ut tamen quaterne legam adverbialiter, non quaterne.

^r Quaterne scilicet conjungitur] Exempli causa Propositio Universalis A sic conjungitur, A, A: A, E: A, I: A, O. Idem si fiat in tribus aliis, erant omnino sensæ denæ combinationes, nempe:

A, A: E, A: I, A: O, A:
A, E: E, E: I, E: O, E:
A, I: E, I: I, I: O, I:
A, O: E, O: I, O: O, O.

^s Harum sex æqualiter in omnibus non valent] Immo septem: nempe, E, E: E, O: O, E: I, I: I, O: O, I: et O, O: quæ quidem ultima Conjugatio duplici de causa inutilis est, nempe et quia est ex duabus Negativis, et quia est ex duabus Particularibus.

^t Ex abdicativo] Lege juxta codd. Carnot. ex Abdicativis.

^u Utraque alteram præcedit] Addere debuit et seipsam, atque hac ratione præter Conjugationes O, E: et E, O: rejecisset O, O: quam mox rejicit, juxta legem particularium, et E, E: quæ omnino rejicienda est, licet hujus non meminere. Regula est in scholis vulgata, 'Ex duabus Negativis nihil inferitur.'

^v Cum ex particularibus utraque aut semet præcedit] Restituo ex Mss. Car-

ubicumque aut duæ particulares sunt, aut duæ abdicativæ. Igitur remanent singulis formulis densæ conjugationes.² Porro ex his tam in prima quam in secunda formula duæ non valent,³ cum universalis dedicativa particulari præponitur.^{2a} Similiter¹ et in prima et tertia formula duæ reciduntur,^{2b} quibus particularis abdicativa utramvis dedicativam antecedit.^o Quo fit, ut remaneant primæ formulæ sex conjugationes⁴ jam in novem modis: reliquis duabus formulis adhuc octonæ: ³ ex quibus una in neutra

Particulares sunt, vel duæ Negativæ. Superant ergo unicuique Figura decem Combinationes. Ceterum duæ ex illis sunt inutiles tam in prima Figura quam in secunda, quando nempe Universalis Affirmativa præcedit Particularem. Eodem modo in prima et tertia Figura rejiciuntur duæ, in quibus Particularis Negativa præponitur cuivis Affirmativæ. Unde efficitur ut supersint sex Combinationes primæ Figuræ sed in novem modis: in aliis autem ambabus Figuris adhuc octo:

~~~~~

*dedicativa abdicativa subditur. N. Id. Ed. Bip. iterum perperam revocavit veterem lectionem a semet. J. Bosscha.—1 Petav. hic præmittit: Nec in tertia valet cum Abdicativam particularem antecedit. Oud.—2 Repudiantur. Sic bene Clarissimus Nansius. In scripto libro fuit, reciduntur. Ita supra: 'Nam quod alicubi fallit, pro certo repudiat: et infra: 'Ceteræ triginta quatuor, quas enumeravi, merito repudiantur.' Alia sunt in hoc libello nec satis integra, nec satis sana: quibus mederi absque scriptorum aliorum exemplarium collatione hand facile est. Sed et quedam ex Aristotele restitui possent. E quo solo omnia suppleri, emendari, absque veteris integriorisque libri auxilio, hand facile possint. Colo. Leid. quoque ruridantur. Sed optime Petav. reciduntur. Oud.—3 Ante: conjugationes: jam in novem Form. adh. oct. Petav. jam in novem Form. duabus. Id. Ed. Bip.*

#### NOTÆ

not. cum ex Particularibus utravis aut semet præcedit, aut alteri subditur. Regula in scholis: 'Ex meris Particularibus nihil concluditur vi formæ.'

<sup>2</sup> *Densæ conjugationes*] Immo novem tantum, sublati nempe septem, ut monui, non sex, ut vult Apuleius.

<sup>3</sup> *Duæ non valent*] Aristotelicis I, A: et O, A: Apuleio A, I: et A, O. Ratio est in prima Figura, quia majore Particulari existente, non distribuitur medius terminus: in secunda vero, quia procederet a non distributo ad distributum.

<sup>4</sup> *Cum universalis dedicativa particulari præponitur*] Juxta Apuleium,

at postponitur juxta Aristotelem, ut jam monui.

<sup>a</sup> *Particulari*] Sive Affirmativæ, sive Negativæ.

<sup>b</sup> *Duæ reciduntur* [repudiantur] A, O: et I, O.

<sup>c</sup> *Antecedit*] Secundum Aristotelem vero, sequitur.

<sup>d</sup> *Sex conjugationes*] Quas jam superius recensuimus A, A: E, A: A, I: E, I: in Modis directis, et præter has A, E: et I, E: in indirectis; quas Conjugationes ubique invertit Apuleius, ut sæpius monui.

<sup>e</sup> *Jam in novem formulis adhuc octonæ*] Corruptus locus, et codicum Carnotensium auxilio sic restituen-

probat<sup>r</sup>, cum universalis abdicativa præcedit particularem dedicativam: ex his septenis quæ supersunt, jam propriæ sunt in secunda formula quatuor falsæ:⁴ [662] cum universalis<sup>s</sup> dedicativa<sup>s</sup> vel sibimet ipsa, vel particulari suæ utrovis loco jungitur: vel cum præcedit altera. Item propriæ in tertia formula duæ non valent, cum utravis abdicativa<sup>b</sup> universali dedicativæ præponitur: reliquas

*quarum una in neutra valet, quando generalis Negativa præponitur particulari Affirmativa: jam vero harum septem Combinationum quæ restant, sunt quatuor peculiariter falsæ in secunda Figura: quando nempe universalis Affirmativa conjungatur aut secum, aut cum sua Particulari, atque hoc quolibet ordine: aut quando altera præponitur. Præterea duæ particulariter inutilis sunt in tertia Figura, quando utralibet Negativa præcedit universalem Affirmativam: demonstravimus*

\*\*\*\*\*

distinguit post novem. J. Bosscha.—4 Petav. III et IIII falsæ. dein sibimet ipsi vel part. seu. Oud.—5 Universalis Ded. Sic tacite Flor. et Petav. a m.

#### NOTÆ

das, sublataque interpanctione, cum præcedentibus jungendus: Quo fit ut remaneant primæ Formula sex Conjugationes jam in novem Modis: reliquis duabus Formulis adhuc octonæ.

<sup>r</sup> Ex quibus una in neutra probatur] I, E: Apul. E, I: ratio est in secunda Figura, quod in ea ex Majore particulari nihil concluditur, ne scilicet procedatur a non distributo ad distributum. In tertia vero, quoniam in ea ex Minore Negativa nihil sequitur, alias majus extremum, quod in Majore Affirmativa non distribuebatur, distributum inveniretur in Conclusionem, utpote negativa, sicque a non distributo procederetur ad distributum.

<sup>s</sup> Jam propriæ sunt in secunda formula quatuor falsæ, cum universalis, &c.] Tres tantum video, A, A : A, I: et I, A: nisi ipsam A, A: in duas secet, invertendo ordinem Propositionum, ut, quæ Major erat, sit Minor, et vice versa, sicutque Conjugationes A, a: et a, A: quod videntur innuere hæc verba inferius scripta, vel cum præcedit altera, quæ, ut verum fa-

tear, non omnino intelligo. Ratio autem, cur excludantur eæ combinationes a secunda Figura, hæc est: 'Ex puris Affirmativis nihil sequitur in secunda Figura:' cum enim medius terminus in ea sit prædicatum utriusque Præmissæ, si eæ ambæ Affirmativæ forent, in neutra distribuere-  
tur, ut patet ex iis, quæ supra diximus, ubi de Conversione Propositionum egimus.

<sup>b</sup> Item propriæ in tertia formula duæ non valent, cum utravis abdicativa, &c.] Hæc duæ sunt A, E: et A, O: Apuleio E, A: et O, A: supra autem et ipsam I, E: tum a tertia hac Figura, tum a secunda removit. Ratio autem, cur A, E: et A, O: non valeant in tertia Figura, est, quia 'in ea ex Minore Negante nihil sequitur: si enim Minor sit Negans, in Conclusionem, quæ negans etiam erit, majus extremum distribuetur, quod tamen in Majori, cujus erat prædicatum, distributum non fuit: siquidem ea debuit esse Affirmativa Propositionis, sicque procederetur a non distributo ad Distributum.

certas esse tres in secunda, quinque in tertia formula,<sup>6</sup> supra ostendimus, cum eas ad sex conjugationes primæ formulæ redigeremus. Igitur ex quadraginta octo conjugationibus,<sup>1</sup> quatuordecim solæ probantur. Ceteræ triginta quatuor, quas enumeravi, merito repudiantur, quia possunt ex veris falsa concludere: quod cuiusvis facile est<sup>7</sup> experiri per illas quinque supradictas significationes generis, proprietatis,<sup>8</sup> &c. At ex illis quatuordecim, quas probavimus, [663] non plures, quam prædictum est, modos fieri, docent ipsæ illationes;<sup>9</sup> ut tum directim sumantur, tum reflexim,<sup>m</sup> quousque ipsa veritas passa est: propterea eorum<sup>1</sup> non potest numerus augeri.

*superius superesse tres Combinationes certas in secunda Figura, quinque vero in tertia, quando reducebamus eas ad sex Combinationes primæ Figuræ. Ergo ex quadraginta octo Combinationibus, quatuordecim tantum valent. Reliquæ triginta quatuor, quas recensui, jure rejiciuntur, quoniam possunt inferre falsa ex veris: quod facile potest probari in illis quinque prædictis significationibus Generis, Proprietatis, &c. Verum ipsæ conclusiones ostendunt non plures modos, quam superius dictum est, effici ex his quatuordecim Combinationibus quas demonstravimus; sive illæ conclusiones capiuntur directe, sive inversæ, qualenus ipsa veritas sint: ideo numerus eorum nequit augeri.*

\*\*\*\*\*

sec. vulgo universalis. Id.—6 Ita rursus tacite Flor. et Petav. Vulgo male in secunda quinque. Tertiæ formulæ: sed cur non quinque tertiæ Formulæ? Id.—7 Facile est. Bene Petav. cuiusvis f. Id.—8 Generis, proprietatis. Utraque vox deleatur cum Carnot, l. ut glossa ex initio Libri desumta. Id.—9 Mss. Carnot. consentit Petav. Vid. Not. inf.—1 Ita tacite Floridus. Vulgo rerum. Petav. *pierearum*. pro *propterea rerum*. Oud.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Ex quadraginta octo conjugationibus] Cum sexdecim fieri possint in unaquaque Figura, tresque Figuræ sint, ter sexdecim possunt fieri, hoc est, quadraginta octo.

<sup>8</sup> Generis, proprietatis] Videntur hæ voces a manu Glossatoris esse in fine. Certe Ms. Carnot. l. eas ignorat, licet in secundo reperiuntur. Si tamen retinere eas vis, adde &c. ut legatur

Generis, proprietatis, &c. hoc est, generis, proprietatis, differentiæ, definitionis, et accidentis.

<sup>1</sup> Docent ipsæ [causæ] illationes] Mss. Carnot. docent ipsæ illationes: bene.

<sup>m</sup> Ut cum directim sumitur, tum reflexim] Ms. l. ut tum directim sumatur, tum reflexim, ubi malim sumantur.

**APULEII MADAURENSIS**

**LIBER**

**DE MUNDO.**

## INDEX CODD. MSS.

**Membranæ Florentinæ**, de quibus vid. ad init. Florid. Duo Codd. *Vossiani*, unus ab Is. Vossio collatus, alter ab ipso Oudend. nisi sit idem liber. Præterea Mss. *Benedictinus*, *Vulcanii*, et *Fulviani duo*: de quibus dictum supra. *J. Bosscha*.

# APULEII MADAURENSIS

## LIBER

### DE MUNDO.<sup>1</sup>

---

*CONSIDERANTI mihi<sup>a</sup> et diligentius intuenti, et saepe alias, Faustine,<sup>a,b</sup> mihi virtutis indagatrix, expultrixque<sup>c</sup> vitiorum;<sup>c</sup>*

*Cum contemplerer, et inspicerem studiosius, o Faustine, Philosophia investiga-  
trix virtutis, et fugatrix vitiorum, mihi videbatur participare res divinas, cum alio*

~~~~~

1 Vld. Not. Var.—2 *Sape alias, o Faustine, &c. et nunc m.* Sic tacite edidit Elm. e Ms. Florent. At primo mei Codd. Vnlc. Voss. duo, Bened. cum Edd. prioribus addunt *et saepe alias*: quo polysyndeto creberrime usus est Ap. sed saepissime hujus vel illius editoris culpa excidit. Vide Ind. Not. Dein O non agnoscunt iidem Mss. et Edd. quare solius Florentini codicis auctoritate inculcare non ausim; praesertim in tam simplici allocutione, ubi illa particula *παρρηχ* locum non videtur habere. In Cod. Bened. nomen hoc jam ponitur post *consideranti mihi*. Oud.—3 Al. *excultrixque*.—4 Voss.

NOTÆ

^a *Consideranti mihi*] Liber hic in Mss. codd. et apud D. August. De Civitate Dei, lib. iv. cap. 2. inscribitur *De Mundo*. Rom. Aldus, et Basileus. habent: *Apuleii Philosophi Platonici Cosmographia, sive de Mundo, ad Faustinum*. Interpretatio est libri Aristotelis *περὶ Κόσμου*, paulo tamen liberior: in hac enim non singula verba Aristotelis minutatim consecutus est Apuleius, sed periphrastice interdum sententiam expressit: quædam adjecit ex Theophrasto: quædam etiam de suo. Bonaventura Vulcanianus affirmat in hoc libello Apuleium ita proprie et eleganter omnes Græcanici sermonis delicias ac Ve-

neres expressisse, adeoque integre optimi interpretis partes explevisse, ut hic liber studiosis utriusque Linguae veluti Canon quidam atque exemplar ad imitandum proponi debeat. Porro, etsi docti quidam viri librum *περὶ Κόσμου* Aristotelis esse negent, plerique tamen affirmant auctoritate ducti Philoponi, qui lib. vii. de Mundi æternitate contra Proclum, argument. 6. laudat eum sub Aristotelis nomine, locumque ejus citat, qui etiamnum in libro *περὶ Κόσμου* consimilis legitur.

^b *Faustine*] Huic et librum de Philosophia Morali inscribit. Aristoteles suum *περὶ Κόσμου* Alexandro

divinarum [705] particeps rerum philosophia videbatur, et nunc maxime, cum naturæ interpretationem, et remotarum ab oculis rerum investigationem sibi vindicet. Nam cum ceteri, magnitudine rei territi, ejusmodi laborem arduum et profundum existimarent, sola philosophia suum non despexit ingenium, nec indignam⁴ se existimavit, cui divinarum et humanarum rerum disceptatio⁵ deferatur: sed conducere⁶ ac decere tam bonas artes et ejusmodi operam ingenuitati professionis suæ credidit, et istiusmodi curam congruere talibus studiis et moribus.⁴ Nam cum homines mundum ejusque penetralia corpore adire non possent,⁷ et e terreno domicilio illas regiones inspicerent;⁸ philosophiam

tempore sæpe, tum præsertim nunc, siquidem sibi assumit explicationem naturæ, et indagacionem rerum diasarum a conspectu nostro. Cum enim reliquit, terrefacti amplitudine rei, crederent talem laborem difficilem et abstrusum; una Philosophia non diffidit suo ingenio, et non putavit se esse indignam, cui disquisitio rerum divinarum et humanarum attribueretur: sed existimavit artes adeo bonas esse utiles ac decoras, atque talem curam ejusmodi studiorum et morum contentis cum honestate sui instituti. Cum enim homines nequirent corpore lustrare mundum et recessus ejus, neque intueri illa loca ex habitatione terrestri; sortiti ductricem Philosophiam

sec. indigna. Oud.—5 Florent. Voss. duo, Bened. discrepatio, male. Id.—6 Al. condiscere ac d. Vid. Not. Var.—7 Allm Edd. cum hom. mundum ejusque pen. ad. n. p. Abest quoque corpore ab Edd. Colv. Vulc. Wow. ut et Mss. Bened. ac Vulc. sed Ald. et Junt. post. jam exhibuerant, ut est in vulgatis, et agnoscunt Mss. Florent. Voss. uterque et Aristoteles. Vide notam seq. Ejusque penetralia caret quoque Bened. Oud.—8 Ut e terreno dom. ill. reg. inspicerent. Ms. cod. legit, ut terreno, &c. citra præpositionem e: quam lectionem si agnoscamus ut probam, sensus est, Hominem corpore indutum (quod quidem terrenum hominis domicillum vocat) cælum adire non posse. Lucræt. 'Ergo vivida vis animi pervicit et extra Processit longe flammantia mœnia mundi, Atque omne immensum peragravit mente.' Vulc. Lege et e

NOTE

Magno mittit cum eadem prorsus Præfatione de Laudibus Philosophiæ, atque ejus præsertim, quæ in Naturæ cognitione versatur. Porro, loca Aristotelis similia huc afferre super-sedebo, ne necesse habeam totum ejus librum exscribere. Si quid autem occurrerit ab eo diversum, illud annotabo obiter: Item, quæ clariora apud Aristotelem videbuntur huicque elucidando apta.

⁴ *Virtutis indagatrix, expultriceque sitiorum*] Expressum ex Cicerone, l. v.

Tuscul. Quæst. 'O vitæ Philosophia dux,' &c.

⁶ *Sed conducere, &c. [et congruere istiusmodi curam talibus studiis et moribus cum ingenuitate professionis suæ credidit]* Phrasis hæc non videtur omnino sana. Sensus tamen elici quam potui optimum; neque enim habeo unde emendem.

⁷ *Cum homines mundum ejusque penetralia corpore adire non possent.*] Ovid. lib. xv. *Metamorphos. de Pythagora loquens*: 'Inque, licet cæli regione

ducem nacti,⁹ ejusque inventis imbuti,¹ animo peregrinari ausi sunt per cæli plagas, his itineribus,² quæ exploratione acuminis sui, pervia sapientiæ, solis cogitationibus viderant :³ ut, cum ipsius intervalli conditione a mundi vicinia⁴ natura nos secretos esse voluisset, immensitati tamen ejus volucris⁵ curriculo cogitationum nostrarum nos pernecitas intimaret ; facillimeque ea, de quibus origo ejus est,⁶ anima divinis oculis⁷ suis [706] aspexit et agnovit,⁷ aliis etiam ejus scientiam tradidit,⁸ veluti prophetæ

am, et instructi ejus inventis, non dubitaverunt mente ambulare per Cæli tractus, visis illis quas, investigatione sui ingenii, perspexerant solis cogitationibus, apertas esse Sapientia : ut, tametsi Natura voluerit nos a finibus mundi remotos esse, ipsa natura interpedinis, nihilominus celeritâ nostrarum cogitationum nos penitus inferret in ejus immensitatem, et velocem cursum ; et mens facillime vidit, et recognovit suis divinis oculis illa, ex quibus orta est, et dedit etiam aliis cognitionem ipsius

~~~~~

t. d. i. r. *inspicere*. Elmenhorstius. E deest Mss. Vulc. Florent. Voss. utrique et Bened. qui pro ut habet in, item *inspiceret*. Carent ut Edd. Vulc. sec. ac Wow. Cnm Elmenh. vero Scriverius et Flor. legunt et a terreno dom. i. r. *inspicere*, quod etiam Ampl. Gœsius exemplaris sui margini allevit, ex Aristotele καὶ τὴν γῆν ἐκλαπόμενα τὸν οὐράνιον χῆρον κατατρέψαι. Non male, sed non opus est. Malim cum Vulcanio delere τὸ a. Immo corpora videtur modo e Glossa verborum terreno domicilio in textum irrepsisse, legendumque esse cum homines Mundum ejusque penetralia adire non possent, ut terreno domicilio illas regiones inspicerent. Nam magis ad sensum quam verba Aristotelis attendit Auctor. Minus recte vero Vulc. adhærens Aristoteli, suæ Ed. primæ intrusit *adspicerent*, ut stolidi illi *Aloida* quondam facere instituerant : quæ in nullis Mss. nec Edd. occurrunt. Oud.—9 Addunt sent Edd. Vic. Junt. pr. Id.—1 Edd. ante Vulcan. sec. imbuti inventis. Bened. maximentis imb. Id.—2 Pro itineribus Voss. sec. item. Id.—3 Bas. pr. male cognitionibus videant. Vic. etiam et Junt. pr. videant. Id.—4 Male Mss. Vulc. Voss. sec. Bened. carent a mundi. Id.—5 Volucrisque. Scalig. volucris undique ; probante in Add. Elmenh. Voss. pr. certe, ut est in collatione mea, volucris. Optime sine quæ. Pertinet ad mentem. Id.—6 De quo o. e. e. Florent. ejus estque. Mox pro oculis suis Voss. suis oculis. Id.—7 Abest et a Vulc. et Bened. Id.—8 Edd. Elm. Scriv. Flor. aliisque, contra Mss. et Edd. Abest vero tradidit a Vossianis.

#### NOTE

remotus, Mente Deos adiit : et quæ Natura negabat Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.

<sup>1</sup> Ea, de quibus origo ejus est, anima divinis oculis, &c.] Cœlestia corpora et Cœlum ipsum, unde traxisse originem animam non humanam modo, veram et ceterorum animalium, Plato vult, et Platonem secutus Virgilius Æneid. vi. 'Principio cœlum, et ter-

ras, camposque liquentes, Lucentemque globum Lææ, Titanique astra Spiritus intus alit, totamque infusa per artus Mens agitât molem, et magno se corpore miscet. Inde hominum pecudumque genus, vitæque volantum, Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore postus. Igneus est ollis vigor et cœlestis origo Seminibus,' &c.

quidam Deorum majestate completi<sup>9</sup> effantur ceteris, quæ divino beneficio soli vident.<sup>1</sup> Quare et eos, qui nobis unius loci ingenia<sup>2</sup> qualitatesque describunt, aut mœnia urbis,<sup>3</sup> aut alicujus<sup>4</sup> amnis fluentia, aut amœnitates<sup>5</sup> et magnitudines montium, alia multa<sup>6</sup> descripta ab aliis plerique<sup>7</sup> studiose legunt. Nysæ ju-

cali : quemadmodum quidam propheta repleti numine divino, eloquuntur aliis, quæ ipsi soli aspiciunt munere Deorum. Quapropter multi attente etiam ecobunt illos, qui nobis describunt naturam et virtutes unius regionis, vel muros civitatis alicujus, vel cursum cujuspiam fluvii, vel amœnitates et altitudines montium, plerumque alia jam descripta ab aliis : efferunt laudibus cacumina Nysæ, et Coryci an-

Id.—9 A Vulcanii editione rō completi male abest. Minutius Felix : ' Pleni et mixti Deo vates.' Ubi vide annotata. Elmenh. Sic habent Mss. Florent. Vnlc. Voss. In Bened. quiddam complexi. Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. quidam (Bas. quidam) D. m. complexi sunt. Hinc Ald. et seqq. usque ad Vulcan. Ed. tert. quidam, qui dum D. m. completi sunt, ut et Wow. At Vulc. Ed. tert. tantum dat quidam D. majestate, ubi sine dubio typothetarum vitio excidit completi : unde deceptus Pricæus ad Met. p. 468. inserendum voluit pleni : sed completi bene Mss. et Edd. ceteræ ; nisi quod etiam in Rom. Ed. completi. Oud.—1 Flor. videntur, male. Elmenh. Item Bened. Oud.—2 Abest loci ab Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. Unius loci ing. nobis Voss. sec. Id.—3 Leid. et Bas. 2. amœnia urbis, male. Aristot. ἡ μὲν οὐκ ἔστι πόλις. Elmenh. antiœmania recte Gr. Burm. Lipsius notat in vet. cod. esse amœnia, et maluit Scal. et Vulc. edidit e suo Cod. amœnia ; probante etiam et confirmante e suo Mss. G. J. Vossio in Etymol. Contra, ubi in Glossis Amœnia dicitur, legit Casaubonus amœnia ad Sueton. Aug. c. 72. Præfero ego omnino mœnia, i. e. habitum, muros, et domos. Sequitur enim ' amœnitates montium.' Oud.—4 Abest copula a Bened. Id.—5 Lege aut immanitates. Elmenhorstius. Subripuit id membranarum Florent. in quibus ita est : sed male. Aristot. ὡς ταμὸν μέγας, ἡ δὲ οὐκ ἔστι πόλις. Oud.—6 Inscite copulam atque tacite addidit Floridus, quæ bene exulat a Mss. et Edd. ceteris. Passim, alia, cetera solet addi sine copula post præmissam rerum aliquot enumerationem. Ex gr. 'cibus, potus, vestis, alia.' pro et alia. Vide Giphani ad Lucret. V. 'cetera' : sic et 'omnia,' v. Burm. ad Phædr. l. iv. f. 23. Potius paulo post et alia hujusmodi ejicerem quoque rō et auctoritate Bened. et Voss. sec. Id.—7 Voss. sec. plerique. Pro legunt Bened. legitur. Id.—8 Vett.

## NOTE

<sup>1</sup> Propheta quidam Deorum majestate completi] Minutius Felix in Octav. 'pleni et mixti Deo vates.'

<sup>2</sup> Nysæ jugu] Nysa hæc, seu Nyssa, Indiæ urbs est Straboni lib. xv. et Plinio lib. vi. cap. 21. a Baccho et ab ejus nutrice Nysa cognominata : quæ montem habet sibi imminuentem nomine Μῆνός, id est, 'femur' : unde orta est fabula, quæ fertur Bacchus, matre Semele fulgure extincta, Jovis femori insutus, quod in Μῆνός illo

monte fuerit educatus primis infantis temporibus : quin et a Nysa Nysæus Bacchus dictus est, et Dionysus. Est et alia Nysa oppidum Eubœæ Stephano, in cujus agro fabulantur, die eodem et vites florere et uvæ maturescere. Item et vicus in Helicone Baccho sacer, teste eodem. Duas præterea Nysas arbes memorat Ptolemaeus, unam in Lycia, alteram in Ionia.

*ga,<sup>b</sup> et penetralia Coryci,<sup>a</sup> et Olympi sacra,<sup>k</sup> et Ossa ardua,<sup>l</sup> et alia hujusmodi [707] sola duntaxat et singula extollunt. Quorum miseret me,<sup>i</sup> cum tanto opere nec magnis et oppido paucis inexplibili admiratione capiuntur.<sup>m</sup> Hoc<sup>3</sup> illis evenire*

*tra, et juga Olympi, et praecepta Ossa, atque alia hujusmodi tantum, ac singula quidem eorum. Quorum miseret, quod corripiantur admiratione inenarrabili rerum non adeo magnarum, et admodum paucarum. Porro non mirum est quod hoc*

pleræque edd. Cirrhi. Ald. Cyrriae. Aristoteles κορύκειον ἄντρον dixit: de quo apud Pausaniam. *Colo.* Sic reposuit Vulcanius ex Bas. 2. et Aristotele, in quo est κορύκειον ἄντρον. Florent. et Leid. legunt corni. Roman. cyrni. Aldus Cyrriae. Fuit cum vellem Coeyti: sed jam vulgatum non repudio. *Elmenh.* Ita habent jam Edd. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. In Voss. sec. est cirroe. Bened. cosmi. De 'antro Corycio' vide Voss. ad Melam I. I. c. 13. Gronov. ad Cebetis Tab. p. 51. *ἔστω ἀντὶ ἀσφάλεια, ὥστε τὸ κορύκειον ἄντρον ἔχοι.* Excidit vox Corycis, ut epinor, in Solino p. 94. 'fatus terræ Centuripiam Corycio croco:' sic enim legendum censeo. Vulgo sine sensu centuripine croco. V. Salmas. *Oud.* Coryci penetralia recte restitutum esse monet Burm. ad Anthol. Lat. lib. II. Carm. 119. va. 135. ubi vide plura de antro Corycio. *J. Boscha in Addend.*—9 Al. *acra.*—1 Voss. sec. *me miseret.* Tanto opere rectissime Bened. Voss. sec. Vulgo *tantopere.* Adi ad Met. I. II. p. 133. s. *Oud.*—2 Vetus cod. Ms. habet *inexplicabili:* utrumque vocabulum Apuleio familiare, et loco haec conveniens. Prius illud τὸ ἀπληροῦς significat, posterius τὸ ἐξήγητος, ἢ ἀνεκδήγητος. Sed pro admiratione vet. cod.

## NOTÆ

<sup>a</sup> Et penetralia Coryci] Aristot. hic κορύκειον ἄντρον. Coryceus Straboni I. XIV. Promontorium est Ciliciæ, supra quod, ad viginti stadia, antrum est Corycium: circa illud optimus crocus nascitur: at Corycium antrum, de quo nunc agitur, non illud est: verum antrum Parnassi montis in Phocide, cujus etiam meminit Strabo lib. IX. *Ἱεροπρεπὲς δ' ἐστὶ τὰς δὲ Παρνασσὸς ἔχον ἄντρον τε καὶ ἄλλα χαρπία τιμώμεν τε καὶ ἀγιστοσύμμενα· ἐν δὲ τῷ γυμνασίῳ τῶν καὶ κάλλιστον τὸ κορύκειον, Νυμφῶν ἄντρον ὁμώνυμον τῷ Κιλίκῳ.* 'Parnassus totus sacer est, habetque specus, et alia loca, quæ religiose honorantur atque coluntur: e quibus notissimum est ac pulcherrimum Corycium antrum Nympharum, ejusdem nominis ac Cilicium.' Ab illo antro Musas Ovidius appellat 'Corycidas Nymphas,' lib. I. Me-

tamorphos. in fabula Dencalionis et Pyrrhae. Corycas item mons est Pamphyliæ præcelsus ac portuosus, ideoque piratarum insidiis opportunus: ab hoc tractum adagium κορυκαῖος ἡραδῆερο, 'Corycæus auscultavit:' de quo vide Brasmum Chilliad. I. Cent. 2.

<sup>k</sup> Et Olympi sacra [acra] Olympus mons in Thessalia altissimus, de quo jam alias: 'acra Olympi' sunt ejus juga, ἄκρον Græcis 'summum,' 'extremum.'

<sup>l</sup> Ossa ardua] Ossa alius Thessaliæ mons Olynpo proximus et Pelis, qui quidem montes Gigantum conatibus et cæde celeberrimi sunt.

<sup>m</sup> Inexplibili [inexplicabili] admiratione capiuntur] Sic lib. XI. de Asino: 'inexplicabili voluptate divini simulacri perfruebar.'

adeo non est mirabile,<sup>4</sup> cum nihil majus suspexerint, neque ad aliquid intenderint, quod majore<sup>5</sup> diligentia contemplandum esset. Ceterum, si terrarum orbem, omnemque mundum contemplari pariter aliquando potuissent, minus exiguas ejus et singulas partes dignas laudibus credidissent,<sup>6</sup> quibus esset universitas comprehensa. Quare nos Aristotelem, prudentissimum et doctissimum philosophorum,<sup>7</sup> et Theophrastum<sup>a</sup> auctorem secuti, quantum possumus cogitatione contingere, dicemus de omni hac cælesti ratione, naturasque et officia<sup>8</sup> complexi, et cur, et quemadmodum moveantur, explicabimus.

### MUNDUS omnis societate cœli et terræ constat,<sup>9</sup> et eorum

illis contingat, cum nihil viderint majus, neque quicquam observaverint quod esset considerandum diligentius. At si potuissent unquam considerare orbem terrarum, simulque universum Mundum, putavissent parvas et singulas ejus partes minus dignas laudibus, siquidem cognovissent eas universas. Quapropter nos sequentes Aristotelem, sapientissimum et eruditissimum Philosophorum, et Theophrastum ducem, disseremus de his omnibus quas ad Cælos pertinent, quantum possumus assequi animo, amplecti naturas et munera eorum, atque exponemus quare, et quomodo circumagantur.

Totus mundus confatus est ex conexione Cæli et Terræ, et natura illarum re-

\*\*\*\*\*

legit administratione: quam lectionem si recipiamus, tum *inexplicabile* accipietur, pro, a quo se quis explicare sive extricare nequit. *Vulc.* Florent. *Inexplicabili administratione*: non probo. De Philos. Mor. 'Inexplicabili siti haurire avet omnia genera voluptatis,' ubi male emendat Colvius *inexplicabili* s. h. a. o. g. v. L. II. Metam. 'Inexplicabili voluptate divini simulacri perfruebar.' Elmenh. *Inexplicabili admiratione* solus Vulcanii Ms. quod malo iudicio huc invenil ejus olim possessor, ac retinere Elm. Scriv. et æqq. *Inexplicabile ἄβητος, ἀνεξιτήγητος* a Nostro in laudem ponitur. Hic vero ridet illos, qui talia nimis admirantur. Quare omnino recepi ceterorum Mss. et Edd. scripturam *inexplicabili*. Nam altera lectio *administratione* ne attentionem quidem meretur. Sic de voluptate Long. Past. p. 40. γεωρδμενοι τῆς ἐν φιληματί τέρψεως, ἀπλήτους ἐνεφεροῦντο τῆς ἡδονῆς. de visu ibid. I. p. 10. πᾶσαν αὐτὴν ἔβλεπεν ἀπλήτους. Lucan. l. I. vs. 609. 'Plenus abit visu:' ubi vide Burm. Plura de his vocibus 'inexplebilis' et 'inexplicabilis' supra plus uno loco. Vide Ind. Not. *Oud.*—3 Edd. ante Vulc. sec. hæc: contra Mss. *Id.*—4 Voss. sec. et Edd. eadem *admirabile*. *Id.*—5 Vulc. Ms. et Ed. pr. *majori*. Voss. sec. *majora*. *Id.*—6 Bened. Voss. *dignis*? quasi fuisset *dignis laudibus* condidissent. l. e. descripsissent illi, qui universalitatem comprehenderunt. De hoc verbo 'condere' vide ad l. I. p. 72. a. Nil tamen temere muto. *Id.*—7 Quare, &c. *Philosophorum*. Desunt hæc in Voss. utroque et Bened. nisi quod Voss. sec. habeat *qua*, et Bened. *quare*. *Id.*—8 *Naturas et officia*. Bened. Voss. sec. *nat. quo off.* Quidni *naturasque et off.* Vide ad Met. l. II.

### NOTE

<sup>a</sup> Et Theophrastum] Ejusdem Arist. discipulum.

<sup>9</sup> Mundus omnis societate cæli et ter-

ra constat, &c.] Hinc exordium habet caput 2. lib. περὶ Κόσμου.

naturis quæ utriusque sunt.<sup>9</sup> Vel sic: mundus est ornata ordinatio, Dei munere, Deorum recta custodia, cujus cardinem (sic enim dixerim κέντρον)<sup>1</sup> robustum et immobilem,<sup>2</sup> genetrix atque altrix animantium<sup>3</sup> omnium habet tellus: supernis omnibus, ut videri potest, aëris liquiditate, ad modum tegminis, septis et opertis. Ultra<sup>4</sup> Deorum domus est, quod vocamus cælum: quod quidem divinis corporibus onustum<sup>5</sup> videmus, ignibus pulcherrimis et perlucidis Solis et Lunæ, et reliquorum<sup>6</sup> [708] siderum, cum quibus fertur per orbem dierum noctiumque curriculis, agens stellarum choros<sup>7</sup> intermino lapsu,<sup>8</sup> finem nulla ævi defectione factura. Sed cum omne cælum ita revolvatur ut sphaera, eam tamen<sup>7</sup> radicibus<sup>1</sup> oportet teneri, quas divina machi-

rum, quæ pertinent ad utrumque. Vel hoc modo: Mundus est ordo rerum decoratus beneficio Dei, recta tutela Deorum, cujus Terra procreatrix et nutrix cunctorum animalium tenet cardinem firmum et immobilem, (nam sic voco Centrum,) cunctis superioribus ejus partibus cinctis, et tectis fluiditate Aëris, tanquam operculo, ut videre est. Ulterius, est domicilium Deorum, quod appellamus Cælum, quod cernimus quidem oneratum corporibus divinis, facibus pulcherrimis et clarissimis Solis et Lunæ, ac ceterorum Astrorum, cum quibus facibus movetur in circulum gyrationibus diurnis et nocturnis, ducens cætus stellarum cursu indeficiente, nullo defectu temporis ipsum finituro. At cum totum cælum convertatur quemadmodum globus, necesse tamen est ut retineantur radicibus, quas ars divina appegit cardinibus: quem-

p. 128. a. et æspissime. *Idem.*—9 Voss. uterque Florent. Bened. natura, elegantius et clarius. Jungenda enim eorum, quæ sunt utriusque, sc. Cæli et Terræ. Aristoteles tamen etiam φόνον. *Idem.*—1 Centrum. Bened. Voss. sec. centron. Bene; atque ita Mss. Voss. in Hygini Astron. l. i. c. 2. et 6. Nisi malis cum Aldo et Junt. post. κέντρον. *Idem.*—2 Vett. edd. incontingibilem. Aristot. ἀκωντόν. Colvius. Rom. incontingibilem. Bas. 1. mobilem, male. In sphaera enim solum centrum non movetur. Elmenhorstius. Male Edd. vett. præter Ald. Junt. post. Bas. sec. incontingibilem. Ald. immobile. Frustra. Oud.—3 Abest Ed. Vulc. pr. *Id.*—4 Al. onustum.—5 Voss. sec. pulch. ignibus: et statim pro et reliq. reliquorumque. Oud.—6 Vett. edd. intimo lapsu. Colvius. Ald. et Rom. intimo lapsu: male. Elmenh. Arist. κινούμενος κίτην αἰθέρος. Statim pro factura Bened. facturam. Oud.—7 Ipsum tamen. Ald. eam tamen: cui videtur astipulari Aristot. σπερὰ μέγιστα καὶ συγχόρτα τὴν σφαῖραν. Colv. Recte Ald. Junt. post. Vulc. &c. cum Mss. O.

## NOTE

<sup>9</sup> Cujus cardinem, (sic enim dixerim κέντρον] Improperie tamen: neque enim centrum solum sphaeræ cardo esse potest, sed totus axis.

<sup>1</sup> Ultra] Hoc est, supra Aërem.

<sup>2</sup> Agens stellarum choros] Lib. de Deo Socratis: 'aliosque itidem ra-

Delph. et Var. Clas.

diantes Deos, quibus Cæli chororum comitum et coronatum auda tempestate visimus.'

<sup>3</sup> Intermino lapsu] Aristot. ἀνάστα-  
ρως.

<sup>4</sup> Radicibus] Pollis, qui, cum cetera moveantur, soli immoti manent:

Apul.

4 G

natio<sup>8</sup> verticibus affixit, ut in tornando artifex solet forcipe materiam comprehensam reciproco volumine rotundare : eos polos dicimus : a quibus, velut a cardinibus, directio<sup>9</sup> quædam<sup>10</sup> profecta, axis est dictus,<sup>1</sup> divisor et determinator<sup>2</sup> mundi, orbem terræ in medietate<sup>3</sup> constituens. Verum hi vertices, quos immobiles diximus, ita sunt, ut supra caput alter appareat<sup>11</sup> ex parte Boreæ, qui septemtrionalis vocatur : alter Antarcticus<sup>12</sup> humo tegitur,<sup>4</sup> humidus et austrinis vaporibus mollis.<sup>5</sup> Sed cælum ipsum, stellæ-

*admodum faber solet alterna versatione rotundum efficere lignum arreptum forcipe inter versandum : eos vocamus Polos : a quibus separatio quædam prodiens tanquam a verticibus, axis vocatus est, discretor et separator Mundi, collocans globum terræ in medio. At hi cardines, quos diximus esse immobiles, sic sunt positi, ut unus emineat supra caput nostrum Septemtriones versus, qui dicitur Arcticus : alter vero Antarcticus operitur tellure, estque madidus, et mollis vaporibus Noti. At ipsum*

\*\*\*\*\*

*eam t. Vulc. Ed. pr. ipsam, quia reliquæ Edd. priores habent ipsam. Ond.—8 Diurna machinatio. Legendum procul dubio Divina, ut et Ms. cod. meus habet. Divina autem machinatio, hoc est θεῖα μηχανή nihil aliud est, quam Deus ipse. Vulc. Mss. O. et Edd. divina, ut debent; præter Bas. sec. Lugd. Colv. in quibus inepte diurna. Ond.—9 Al. discretio. —1 Vett. Edd. axis est ductus. ἢ τῶν ἀξόνων καλοῦσι. Colo. Male Edd. ante Ald. cum Bas. pr. ductus. Ond.—2 Ita Mss. O. cum Edd. Junt. post. Vulc. ac seqq. In reliquis edebatur discriminator; quod non displiceret, si Mss. addicerent. Id.—3 Bened. et Edd. Vulc. tert. in medio : minus bene et contra genium Apuleii. V. Ind. Id.—4 Alter autem antarcticus humo tegitur. Pro autem in Voss. sec. est auth. In Florent. Bened. et Edd. ante Junt. post. deest. quod malim, nisi cum Lipsio in marg. legas tegatur, ut ei contrarium sit appareat : sed præstat hoc mutare. Variatio modorum frequens est, et distinctio post vocatur (Ed. Vic. vocatur) facit, ut conjunctio hic vim non habeat. Id.—5 Humidis et Austrinis vap. Flor. humidus et A. v. Vide Statium l. III. Thebaidos. Elmenh. Cum Florent. etiam Voss. sec. et Edd. Elm. Scriv. Flor. habent humidus, quod præfero. Ipse polus Antarcticus, est 'humidus et mollis austrinis vaporibus.' Reliqui Mss. et Edd. humidis, licet perinde sit : et forsam melius Bened. habet humo teg. humidis et austrinis vaporibus molli. Ovid. Met. l. 65. de hac plaga :*

#### NOTÆ

quemadmodum et arborum radices immotæ stant dum ramos ventus agitat.

<sup>8</sup> Directio [discretio] quædam] Linea discernens, et pervadens sphaeram.

<sup>11</sup> Ut supra caput alter appareat, &c.] Nobis, quibus sphaera obliqua est, et latitudo Septemtrionalis. Iis vero,

quibus sphaera recta, neuter polus attollitur : iis, quibus Australis latitudo, attollitur Antarcticus, ut patet ex ipsis sphaeræ elementis.

<sup>12</sup> Antarcticus] Sic dictus, quod sit contra Borealem, cui Arctico nomen est, ab Uræ sidere, quod prope ipsum visitur.

que cœligenæ,<sup>6</sup> omnique siderea compago, Æther<sup>7</sup> vocatur: non, ut quidam putant, quod ignitus sit et incensus,<sup>8</sup> sed quod cursibus rapidis semper rotetur:<sup>9</sup> Elementum, non unum<sup>9</sup> ex quatuor quæ nota sunt cunctis, sed longe aliud, numero quintum,<sup>9</sup> ordine primum,<sup>1</sup> genere divinum et inviolabile. [709] Jam astrorum innumerabilis multitudo partim labitur cum orbis inerrantis<sup>b</sup> regione, quam

*Cælum, et sidera cœlestia, et tota compages astrorum appellatur Æther: non quia sit inflammatus et accensus, ut quidam existimant, sed quia assidue vertitur velocissimis motibus: est autem Elementum, non unum ex quatuor quæ sunt cognita omnibus, sed nullum diversum, quintum numero, primum ordine, naturæ divinum, et incorruptibile. Infinitus autem numerus Stellarum partim convertitur cum tractu*

‘contraria tellus Nubibus assiduis, pluvioque madescit ab austro.’—6 *Stellæque cœligenæ.* Cœligenæ in vet. edd. non erat, nec Aristot. aliter, quam: Ὀὐρανὸς δὲ καὶ ἀστέρων. Cælum potius stelligerum dicas, quam stellæ cœligeras. Sed fortassis aliud quid reponendum. Colv. Colv. notat τὸ cœligenæ in vet. edd. non extare. Lipsius legebat, cœligenas, quæ lectio non male quadrat cum eo quod vocat Aristot. ἀστέρων ὀβσίων, quo videtur innere ex Ætheris substantia formata astra, ideoque sua perpetua circumnactione optime Ætheris naturam referre, quem ipse dictum vult, διὰ τὸ ἀεὶ θεῖν κυκλοφοροῦμενον. Vulc. At stellæ potius cœlo infixæ, earumque sedes: non ergo cœligenæ. Fortasse rectius: *stellæque cœligenæ*: tanquam cœlo genitæ. Ita Venus cœligena apud Varr. iv. de Ling. Lat. *Wower. Stellæque cœligenæ.* Sic recte Scaliger et Lips. In Flor. et Leid. est s. cœligenæ. Aristot. ἀστέρων ὀβσίων. Infra etiam vocat ‘ventos terrigenas.’ Rom. et Aldus hanc vocem male omittunt. Elmenh. Egrege emendavit Lipsius, monente jam Vulcanio, ut in ultima ejus Ed. quoque expressum est. Wow. quasi e sno sic correxit, *Stellæ cœligenæ*, i. e. cœlo genitæ; quod merito receperunt seqq. Edd. licet in Mss. æque ac Edd. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. pr. sit cœligenæ. A reliquis Edd. abeat ea vox. E Ms. Bened. notatum invenio *stellæque cœligenæ*. Ond.—7 Florent. Voss. sec. *æthera* vitiose. Id.—8 Vett. Edd. male, *intensus*. Colvins. Rom. *igneus sit et intensus*: male. Basil. 2. i. *sit et succensus*. Elmenhorstius. Edd. ante Vulcan. *igneus* contra Mss. *Signitus* Bened. Dein Edd. ante Junt. post. *intensus*: male. *Succensus* Mss. Bened. Vulc. ejusque ac Wow. Edd. Ond.—9 *Elementum vero non unum*. Dele τὸ vero, auctoribus Mss. Florent. Voss. utroque, Bened. et Edd. Ald. Junt. post. ac distingue *Elementum*, non unum, scil. æther ille est. Prave vero τὸ non exulat ab Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. In Voss. sec. *elementum*, et ita in seqq. Id.—1 Bened. *quintumque*. Voss. pr. *quinque*. Voss. sec. Bened. *primum ordine*.

## NOTE

<sup>1</sup> *Stellæque cœligenæ*] In Cœlo ortæ, et ex Cœli substantia constatæ.

*Æther vocatur: non, ut quidam putant, quod ignitus sit et incensus: sed quod cursibus rapidis semper rotetur*] Hoc est, ut habet hic Aristoteles, non ἀπὸ τοῦ αἰθεσθαι, ‘a flagrando,’ sed ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν, ‘quod semper cur-

rat,’ æther dictus est.

<sup>9</sup> *Número quintum*] Hinc et ‘quinta essentia’ dicitur.

<sup>b</sup> *Orbis inerrantis*] Cœli ἀπλανοῦς, Firmamenti nempe, cui affixa Sidera ἀπλανῆ dicta, quod eundem semper inter se situm servant, et uno omnia tenore quotidie ab Oriente Occiden-



circulo suo ambit Signifer,<sup>a</sup> <sup>c</sup> <sup>d</sup> obliqua complexione circumdatus, et signis duodecim <sup>e</sup> illuminatus: partim errantibus stellis, quæ neque priorum motus habent, nec sane<sup>3</sup> inter se similes et æquales;<sup>4</sup> sed affixæ diversis globis, inordinatum, ut sic dixerim, ordinem <sup>5</sup> servant:<sup>6</sup> <sup>f</sup> aliæque ultra sunt, aliæ citra stellæ,<sup>g</sup> quæ propter<sup>7</sup> naturam ejusmodi nullis creduntur erroribus vagæ, et infinitos numero greges ducunt, et simplex ætheris dorsum alma et sacrata amœnitate lucis coronant.<sup>b</sup> Septem vero<sup>1</sup> Deorum nomi-

*Cæli inerrabilis, quem instar baltei Zodiacus circumdat, circumpositus obliquo ambitu, et illustratus duodecim constellationibus: partim sunt stellæ errantes, quæ neque habent cursus priorum, neque certe sunt similes et æquales inter se; sed adhaerentes circulis variis, observant ordinem inordinatum, ut ita dicam: et aliæ ulteriores sunt, aliæ citiores. Stella, quæ ex natura sua non existimantur vagari ullis erroribus, trahunt secum innumeras turbas aliarum stellarum, et cingunt simplex tergum Cæli alma et divina jucunditate luminis. At septem insignita vocabulis*

Pro divinum Voss. sec. divinum. Id.—2 *Orbis inerranti regione, &c.* Doctissimus vir Bon. Vulcanius legendum censet: *quam circulorum medius ambit signifer.* Sine controversia germana scriptura, cum *orbis inerrantis regione, quam circulo ambit signifer.* Wowerius. *Lege o. inerrantis regione.* Elmenhorstius. *Inerrantis Florent.* Voss. pr. Ita statim '*Orbis: qui inerrabilis dicitur:*' et ita jam quasi e conject. Wower. (forsan e Fulviano) Elm. Scriv. Flor. *Oud.* Vid. Not. Var.—3 Voss. sec. Bened. *neque s. Oud.*—4 *Scilicet motus; ut bene Mss. O.* In Edd. ante Vulc. Ed. sec. *similem et æqualem, scil. ordinem, qui sequitur.* Pro *sed* Bened. et. Id.—5 Aldus et Rom. *inordinate ordinem.* Aristot. *ἑκτακτον τῶν.* Elmenh. Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *inordinate.* Ald. *inordinata.* Vide ad Met. l. II. p. 111. b. Paulo ante '*ornata ordinatio.*' *Oud.*—6 Edd. Vulc. sec. Wov. *servent.* Id.—7 Vitiosa disjunctio in excusis exemplaribus sententiam turbat. Proxime enim præcedens dictio *stellæ* huc revocanda, et citra ullam distinctionis notam ita legendum, *Stellæ*

#### NOTÆ

tem versus ferantur.

<sup>a</sup> *Quam circulo suo [circulorum] ambit Signifer*] Wower. legit, *quam circulo ambit signifer.* Elmenhorst. *quam cingulo ambit signifer:* huic inhæreo, et '*cingulo ambire*' intelligo circumdare instar cinguli, seu baltei.

<sup>d</sup> *Signifer*] Ζωοφόρος καλούμενος κῶκλος Aristoteli: vulgo Zodiacus dicitur.

<sup>e</sup> *Signis duodecim*] Hæc snnt, Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces.

<sup>f</sup> *Inordinatum, ut sic dixerim, or-*

*dinem servant*] Aristot. *ἑκτακτον τῶν.*

<sup>g</sup> *Aliæ citra stellæ*] Sic interpungo: *aliæ citra. Stellæ,* ut vox *stellæ* pertineat ad sequentes '*quæ propter naturam,*' &c.

<sup>b</sup> *Simplex ætheris dorsum coronant*] Hoc vult Apuleius, omnes Stellas fixas in eadem esse superficie totius Cæli. Sic enim Aristoteles, τὸ μὲν οὖν τῶν ἀπλανῶν πλεῖστος ἐστὶν ἀνεξεύρητον ἀνθρώποις, καίτερον ἐπὶ μᾶς κινουμένων ἐπιφανείας τῆς τοῦ σύμπαντος οὐρανοῦ.

<sup>1</sup> *Septem vero*] Planetæ.

nibus illustres,<sup>3</sup> totidem orbibus affixæ sunt, et gradatim<sup>9</sup> sibimet superlatæ, ut superior<sup>1</sup> inferiore sit major,<sup>2</sup> ac vicissim mutuis adhæSIONIBUS nexæ, complexu illius orbis, qui inerrabilis dicitur,<sup>2</sup> continentur.<sup>3</sup> [710] Hic Phænonis<sup>4</sup> globus, quem appellamus Saturnum: post quem<sup>5</sup> Phæthontis<sup>6</sup> secundus est, quem Jovem<sup>7</sup> dicimus: et loco tertio Pyroëis,<sup>8</sup> quam multi Herculis,<sup>m</sup> plures Martis stellam vocant. Hanc sequitur Stilbon,<sup>n</sup> cui quidam<sup>9</sup> Apollinis,

*Deorum, annexæ sunt totidem circulis, et invicem superimpositæ per gradus, ita ut superius Cælum sit majus inferiore, et alligatæ invicem adhæSIONIBUS reciprocis, comprehenduntur ambitu illius Cæli, quod appellatur Firmamentum. Ibi est sphaera Phænonis, quem vocamus Saturnum, post quem secunda est Phæthontis, quem appellamus Jovem; ac tertio loco est Pyroëis, quem multi appellant stellam Herculis, plures vero Martis. Post eam est Stilbon, cui nonnulli imposuerunt vocabulum*

*quæ propter, &c. clausa periodo post citra. Vulcanius. Pro aliæ Bened. aliæque. et qua pro quæ. Oud.—8 Deorum illustres. Adde vocem ex Romana Venetaque edit. et scribe, Deorum nominibus illustres. Colvius. Cod. Ms. legit Deorum nominibus illustres: quam lectionem Aldina etiam et Veneta editio agnoscit: et recte. Pendet enim aliqui sententia. Vulc. Nominibus. Hæc vox ab Aldina Ed. male abest. Elmenh. Extat, ut debet, in Mss. et Edd. ceteris. Oud.—9 Bened. Voss. sec. ut grad. male. Id.—1 Scil. orbis, non stella. Vitiose superiori Bened. Id.—2 Male orbis abest Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Bas. pr. quæ habent quæ. Pessime vero Floridi Ed. inenarrabilis. Fulv. Cod. Innarrabilis: supra orbis inerrantis regio. p. 743. 'inerranti cursu feratur.' Bened. est pro dicitur. Id.—3 Voss. sec. Bened. continetur. Id.—4 Voss. sec. fetonis. Bened. fetonis. falvorros Græce. Vide ad Met. l. i. p. 41. a. Id.—5 Voss. sec. postquam. Id.—6 Edd. ante Ald. Phætonis. Reliquæ Phæton usque ad Elmenh. qui recte cum Scriv. et Flor. Phæthontis, scil. globus, reponi voluit. Nam Mss. Florent. Phætonis, Voss. uterque Bened. fetontis, ut solet hoc nomen passim scribi in Mss. Id.—7 Ed. Vulc. pr. Jovis contra Mss. Id.—8 Ut apud Aristot. πυροῦς. Vet. edit. Pyroëntis. Bas. post. Pyro. Colvius. Voss. sec. Pyrois quam. recte, ut alibi. Referendum enim ad sequens stellam. Vide me ad Veget. l. iv. c. 10. in Obs. Misc. vol. ix. t. ii. p. 224. et ad l. ii. de Dogm. Plat. p. 606. Flor. Pyroëntis Edd. Rom. Vic. Ven. Junt. pr. Bas. pr. Pyro Bas. sec. Lugd. prave. Pyrois Mss. infra p. 742. Oud.—9 Ed. Vulc. tert. quidem. Id.—1 Voss. sec. fosforus, et passim*

## NOTÆ

<sup>1</sup> Ut superior inferiore sit major] De orbibus intellige, non de stellis, ut patet ex Aristotele.

<sup>2</sup> Hic Phænonis globus, quem appellamus Saturnum. post quem Phæthontis [nunc Phæthōn, &c.] Achilles Statius, ad Aratum περί τῶν ἀνομάτων τῶν πλανήτων, eadem Planetarum habet

nomina, quæ etiam videre est apud Firmicum, Astronomic. lib. ii.

<sup>3</sup> Quam [quem] multi Herculis] Ægyptii, si Achilli Statio credimus, loco supra citato.

<sup>4</sup> Stilbon] Hujus etiam meminit Plato, in Epinomide.

ceteri Mercurii nomen dederunt. Quintus Phosphorus,<sup>1</sup> Junonia, immo<sup>2</sup> Veneris stella censetur. Deinde Solis est orbis: et ultima omnium, Luna, altitudinis ætheræe principia disterrminans,<sup>3</sup> quæ divinas et immortales vivacitates ignium pascens, ordinatis ac semper æqualibus invectionibus solvitur atque reparatur.<sup>4</sup> Post eam vero partem,<sup>5</sup> quæ sancti ætheris finibus coercetur, cujus mensa [711] appensaque distinximus, est et natura immutabilis regio, et mortalis, ac jam pæne terrena:<sup>7</sup> cujus primæ sunt partes tenuiores et vaporatæ: quippe cum finitimis ætheris attin-

*Apollinis, reliqui Mercurii: quinto loco numeratur Lucifer, stella Junonis, seu potius Veneris. Postea est globus Solis: et Luna postrema omnium, discernens initium altitudinis cælestis, quæ Luna alens divinos et sempiternos ardores flammarum, dissolvitur, et restituitur, importationibus materiæ statim, et semper æqualibus. Post illam autem est pars quæ continetur terminis divini Cæli, cujus dimensione et suspensione discreta est Naturæ pars mutabilis et corruptibilis, et fere jam terrestria: cujus primæ partes sunt tenuiores et æstuentes: quia tanguntur a vicinis*

~~~~~

f. pro ph. Id.—2 Bened. vel: sed vide ad Met. l. vi. p. 429. b. Id.—3 Ita, ut dixi supra, Mss. O. et Edd. Junt. post. Vulc. sec. et seqq. In reliquis discriminans. Id.—4 Male Edd. quædam reperatur. Id.—5 Vid. Not. Var.—

NOTE

¹ Quintus Phosphorus] Aristoteli, *ἑωσφόρος*: Platoni et Achilli Statio, *ἑωσφόρος*.

² Quæ divinas et immortales vivacitates ignium pascens, &c. atque [et] reparatur] Hæc non habet Aristoteles. Videtur hic Noster ex Lucretii mente loqui, qui l. v. inter varias astrorum cursus explicationes, hanc etiam affert, 'Sive ipsi' (astrorum ignes) 'serpere possunt Quo cujusque cibus vocat, atque invitat entes, Flammæ per cælum pascentes corpora passim,' &c.

³ Ordinatis ac semper æqualibus invectionibus solvitur atque reparatur] Duas hypotheses ab hac omnino diversas affert initio libri de Deo Socratis, quibus varias Lunæ phases explicat: locum vide. Eas quoque Lucretius ambas affert, quibus ex-

plicatis, et hanc tertiam proponit his verbis: 'Denique, cur nequeat semper nova Luna creari, Ordine formarum certo, certisque figuris, Inque dies privos adolescere quæque creata, Atque alia illius reparari in parte locoque, Difficile est ratione docere, et vincere verbis.'

⁷ Cujus mensa appensaque distincta est naturæ mutabilis regio, et mortalis, ac jam pæne terrena] Hoc est, 'cujus spatio, quod suspensum est in medio Æthere, continetur pars illa Naturæ, quæ mutabilis est et mortalis, ac jam pæne terrena: nempe regio elementaris, quæ sola secundum Aristotelem corruptibilis est, et mutabilis. Mitto varias hujus loci lectiones: huc, ut meliori, inhæreo: et certe magis eam Aristotelico textu congruit.

gantur ardoribus,⁶ quantum maximis parva, et quantum rapidis possunt pigriora contingi. Sed ex ea parte, quæ curricularis finitimi inuritur⁷ Solis, se jaculari⁸ atque emicare⁹ et scintillare flammæ quædam ostensæ oculis¹ nostris videntur, quas² Græci Cometas, et Docidas,³ et Bothynos appellant,⁴ quasque labi et fluere frequenter videmus, lucere facile, faciliusque⁴ restingui. Exin⁵ inferioris aëris qualitas turbidior infunditur, cui permixtus est glacialis rigor:¹ sed superioris⁶ vicinia claritatis et propinqui caloris afflatu

caloribus cœli, quantum exigua possunt tangi a maximis, et tardiora a velocissimis. Verum ab ea parte, quæ flagrat cursibus propinqui Solis, quidam ignes apparentes nostro conspectui videntur erumpere, et exsilire, ac fulgurare, quos Græci vocant Cometas, et Docidas, ac Bothynos, et quos sæpe cernimus cadere et fluere, fulgere, et facilius extingui. Postea natura turbulentior Aëris inferioris extenditur, cui rigiditas glacialis admixta est: at splendet ea regio propinquitate fulgoris supe-

~~~~~

6 Edd. Ald. Junt. post. *æthereis*. Pro *quantum* Bened. *qua tamen*: et pro *attingantur* Florent. Voss. pr. *attingatur*. Oud.—7 V. C. legit, *nutritur*: minus meo iudicio recte. Vulc. Leid. et Bas. 2. *nutritur*. male. Elmenh. *Quæ curricularis finitimi inuritur Solis*. Sic Mss. Florent. Voss. sec. In reliquis et Edd. autē Elmenh. *qua*. Dein *fnit*. curr. Bened. *fnitum* Ed. Vulc. tert. Licet Vulc. in prima Ed. dixisset se non probare *quod nutritur*, tamen extat in ejus Ed. sec. sed sequentia docent *inuritur* legendum esse. Oud.—8 Al. *ejaculari*.—9 *Emicare*. V. C. addit et *scintillare*. Vulcanius. Addunt Mss. O. ut edidit Vulc. Ed. sec. et seqq. Absunt a prioribus. Oud.—1 *Ostendere se oculis*. Lege cum veterē meo Cod. *Ostensa oculis*, &c. Vulc. Schickleradus *ostentosa oculis*. Ald. et Rom. *ostendere se o*. Infra, 'statim occidunt item ut se ostenderit.' Elmenh. *Ostensa oculis* Mss. O. cum Vulc. et seqq. Antea edebatur *ostendere se*: sed tunc hiat oratio: quare Wow. addit et *ostendere se*. Virisimilius est, *se* inventum in Mss. male a verbo *ejaculari* avulsam et huc inculcatam esse. Oudendorp.—2 Scriv. *quos*. Vide supra p. præc. Non tamen ubivis hoc nostro Auctori obtrudendum, etiam in vitis libris. J. Bosscha.—3 Voss. nterque Bened. Vulc. *cidas*. Florent. *cydas*. prave: *docides* Aristot. Oud.—4 *Lucere faciliusque*. Lego *L. facile faciliusque*. Elmenhorstius. Scilicet margini librorum alleverant id Lips. et Vulc. Recte. Oud.—5 Ita Mss. Florent. Voss. sec. Bened. Edd. Junt. post. Elm. Scriv. Flor. Reliqui *exinde*. Id.—6 Bened. *superior*. Voss. sec. a m. sec. *superiori*. Id.—

#### NOTE

<sup>1</sup> *Quas Græci Cometas, et Docidas, et Bothynos appellant*] Latine dicere possis stellas crinitas, trabeculas igneas, et foveas. *docides* illæ dicuntur etiam et *docol*. Plin. lib. 11. cap. 26. 'Emicant et trabes simili modo, quas docos vocant, quales cum Lacedæmonii classe victi imperium Græciæ amiserunt.' De Bothynis seu

foveis, et Cometis, et torribus, et Capris, et ceteris ejusmodi, plura vide apud Aristotelem lib. 111. Meteorologicôn cap. 4. 5. 6. et 7. et apud Plinium lib. 11. capp. 25. et 26. Achilles Statius *docidas* vocari ait Cometas, qui lucem habent in longum protensam *ἐκτετακτες τὸ φῶς*.

<sup>1</sup> *Cui permixtus est glacialis rigor*]

nitescit, ac sinceriore interdum luce vestitur.<sup>7</sup> Hujus sæpe mutabilis convertitur species: cum sit natura vitabili,<sup>8</sup> et in nubes<sup>9</sup> cogitur, et reciprocis flabris aperitur, et nimbis<sup>1</sup> vehementibus rumpitur, nivibus etiam et glaciæ inhorrescit, et præcipiti grandine desuper verberatur: turbine, flatibus, Typhonumque conflictu<sup>2</sup> fit procellosa: sed telis fulminum, [712] et missilium cælestium<sup>3</sup> jaculis ignescit. Aëri terra conjungitur,<sup>4</sup> eaque in se<sup>4</sup> suscipit

rrioris, et aspiratione caloris vicini, et induitur aliquando puriore lumine. Variabilis ejus natura frequenter immutatur: ex se enim est mutabilis, et densatur in nimbos, et patet alternis flatibus, et diffingitur pluviis violentis, rigescit quoque nivibus, et glaciæ, et percutitur superne grandine corrrente: fit tempestuosa vortice, ventis, et pugna turbinis: verum inflammatur vibratione fulminum, et jaculatione telorum cælestium. Tellus finitima est Aëri, atque ipsa recipit in se maria. Hæc

~~~~~

7 Al. luce vescitur.—8 Natura variabilis. Ms. cod. habet natura vitabili. Ita supra Ætherem 'inviolabilem' vocavit, quem Aristot. ἀσφρατον dixit. Vulc. Nat. viciabili. Malim ex scripto: variabili. Wowerius. Florent. et Leid. et Bas. 2. vitabili, vitiose. Elmenh. Primo Bened. inverso ordine convertitur species mutabilis. Dein cum Florent. et Vulc. etiam Voss. uterque et Bened. cum Edd. Junt. post. Vulc. tert. vitabili, quod, si me quidem audia, unice verum est; ne bis idem dicat. Vitabilis est, quod ait Aristoteles, παθητῆς δυνάμεως, et sæpe mutabilis est, quod idem dicit παντοδαπῶς ἀλλοιοῦμενος. Prudent. Apoth. vs. 1050. de terra, 'Ne jam vitabilis esset.' Is. Vossius quoque margini allevit vitabili et. Ond.—9 Ita Mss. cum Edd. Elm. Scriv. Flor. Ante aberat τὸ ἐτ perperam. Id.—1 Imbribus. Bas. 2. marg. nimbis. Aristot. καὶ ὕμφοι καταβρέσσουσι. Colv. V. C. nimbis, et quidem rectius. Vulc. Minus bene Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Bas. Colv. Scriv. Flor. imbribus contra Mss. et Edd. Ald. Junt. post. &c. quia in Aristot. ὕμφοι. sed et hi nimbi dici queunt. Ond.—2 Typhonisque conflictu. Florent. et Leid. Typhonisque c. Fulvii liber triformique c. Tzetzes Chiliad. 8. hist. 171. Τυφῶν ἐστὶ καὶ δαίμων τις τῶν ἐκατογκεφάλων, ὅσπερ φασὶ καὶ τῷ Διὶ πρόποτε πολεμῆσαι. Nūn δὲ σφοδρὸς τι ἔνεμος πυρρὸς τὴν οὐρανὸν Ἐξανασπῶν αὐτοῦ κρεμνα δένδρα καὶ καταράσσων. Elmenh. Triformi Gr. Burm. Florent. Voss. sec. Bened. Vulc. Edd. Rom. Vic. Junt. pr. typhonisque vel tyfonisque. Lege Typhonumque. Aristot. πρὸς τὸ ἀνέμων καὶ τυφῶνων. Sic in plur. alii quoque. Vide Lindenbrog. ad Ammian. Marc. lib. xvii. c. 7. 'Typhones atque presteres.' Ond.—3 Malim sed et. Abest perperam cælestium ab Ed. Vulc. pr. Id.—4 In se. Exulant a Florent. Edd. Ald. Junt.

NOTÆ

In media nempe ejusdem Aëris regione, quam frigidam esse affirmat Aristoteles.

⁷ Luce vestitur] Collustratur, ornatur. Sic Virgil. lib. vi. Æneid. 'Largior hic campos æther et lumine vestit Purpureo.'

² Typhonumque [Typhonisque] conflictu] Plin. lib. ii. cap. 48. 'Majore vero illati' (venti) 'pondere, incur-

suque, si late siccam ruperint nubem, procellam gignunt, quæ vocatur a Græcis Ecnephias: sin vero depressio sinu arctius rotati effregerint, sine igne, hoc est, sine fulmine, vorticem faciunt, qui Typhon vocatur, id est, vibratus Ecnephias,' &c.

⁴ Aëri terra conj. [jungitur] Hic incipit cap. 3. lib. περὶ ἀέρος.

maria. Hæc⁵ frequentatur animantibus, hæc sylvarum viriditate vestitur,⁶ hæc fontium⁷ perennitate recreatur,⁸ hæc fluminum frigidos lapsus, nunc erroribus terrenis⁹ vehit, modo profundo in mari¹ confundit: eadem infinitis coloribus florum,² altitudine montium, camporum æquore,³ nemorum opacitate variatur: sinuosis inflexa littoribus, distincta insulis, villulis urbibusque collucens, quas sapiens genus homo communibus usibus fabricatur.⁴ Nec sum nescius, plerosque hujus operis auctores terrarum orbem ita divisisse: partem ejus insulas esse, partem vero

habitatur ab animalibus, hæc amicitur virore nemorum, hæc reficitur jugi fluxu fontium, hæc modo defert gelida fluentia annuum flexibus terrestribus, modo ea commiscet in alto mari: ipsa profert flores innumerorum colorum: variatur celsitudine montium, planitie camporum, densitate sylvarum: sinuata ripis anfractuosis, inaspera insulis, nitens villis et oppidiis, quæ homines, prudens animalium genus, adificanti ad utilitatem publicam. Neque ignoro quamplurimos scriptores hujus argumenti sic distribuisse globum: Telluris ut dicerent, partem ejus esse insulas, partem au-

~~~~~  
post. Uncis includere Elm. et Scriv. Id.—5 Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Bas. pr. sed. Reliquæ ante Vulcan. et contra Mss. Id.—6 Hæc sylv. virid. vest. Non sunt in Rom. Elmenh. Nec in Vic. Junt. pr. Bas. pr. perperam. Oud.—7 Ut supra, eadem Edd. sed vel et. Id.—8 Bened. redundatur et lapsos pro lapsus. Id.—9 Ita malui, quam quod in vet. edit. est, exterioribus terris. Aristoteles: τοῖς μὲν ἀπὸ γῆν ἑλκτρομένοις, τοῖς δὲ ἀνεργουμένοις ἐὶς θάλασσαν, quæ nimiumquantum eleganter hic expressa. Colo. Ita Mss. O. Edd. Ald. Junt. post. Colv. et seqq. Prave ceteræ Edd. exterioribus terris. Fluviorum errores terreni sunt ἑλκτρομένοι ἀπὸ γῆν, qualls præsertim Mæander, qui apud Ovid. Epist. Dejan. vs. 55. 'toties terris errat in isdem Et lapsas in se sæpe retorquet aquas:' ubi vid. N. Heinsius. Passim poetæ errores et errare fluvio ascribunt. Oud.—1 Vetus codex, pro eo quod excusa exemplaria habent; profundo in mari, legit, in maria. Vulcanius. Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Bas. pr. prof. in maria. Oud.—2 Infinitis coloribus floret, &c. variatur. Edd. eadem infiniti coloris flores, &c. Ms. Bened. infinitis coloribus florum, &c. variatur, quod, ut elegantius, vulgato præferendum esse, monui ad Sueton. Ner. c. 31. Aristot. ποικιλταί χλοαὺς μυρία. Sic Mart. Cap. 17. 'multicoloribus notulis variata pictura:' nisi legendum ibi sit variegata: nam Mss. varicata: ut monui ad Met. lib. xi. p. 785. b. V. Burn. ad Nemes. Ecl. 4. in f. Id.—3 Camporum æqualitate. Vet. cod. æquore, id est οὐαδὸρρη. Vulc. Rom. Ald. et Bas. 1. c. æqualitate: male. Vide Indicem. Elmenh. Camporum æquore Mss. O. cum Edd. Elm. Scriv. Flor. In Vulc. Edd. sec. et tert. camporumque æquore: priores camporumque æqualitate, e Glossa. 'Æquor' dici de omni planitie, nemo nescit, et præsertim de campo. Vide Comment. ad Ovid. Met. xv. 266. Oud.—4 Communibus usibus fabricavit. Basil. 2. fabricatur: alii fabricatus est. Elmenhorstius. Ms. Bened. cois vel hominis f. usibus. Voss. uterque etiam communis. Dein fabricavit Edd. O. ante Vulc. contra Mss. Alii fabricatus est teste Elmenh. Fabricata vitiose Ed. Vulc. sec. Met. lib. vii. 'prandium fabricatur opipare.' Florid. N. 10. 'fabricatum semet sibi ampullam.' Arnob. lib. v. p. 177. 'ramum...humani speciem fabricatur in penis.' Sed fabricare usus est Noster lib. iiii. Met. p. 83. ix. p. 283. et sic variatur hoc verbum apud alios. Rectius tamen hic fabricatur.

continentem vocari: <sup>5</sup> nescii, omnem hanc <sup>6</sup> terrenam immensitatem Atlantici maris ambitu coerceri, insulamque <sup>7</sup> hanc unam esse cum insulis suis omnibus. Nam similes huic alias et alias <sup>8</sup> minores circumfundit<sup>9</sup> Oceanus, quæ tamen merito videntur ignotæ: cum ne hanc quidem, cujus cultores sumus, omnem peragrarē <sup>1</sup> possimus. Nam sicut hæ insulæ interfluuntur, <sup>2</sup> quæ sunt in nostro mari; ita illæ in universo salo <sup>3</sup> fretis latioribus ambiuntur. <sup>4</sup> Elementorum inter se mutui nexus arctis affinitatibus <sup>5</sup> implicantur, et quinque conjugēs <sup>6</sup> copulæ <sup>7</sup> his ordinatæ vicibus attinen-

*tem appellari continentem: ignorantes universam hanc magnitudinem terræ contineri circuitu maris Atlantici, et eam esse unam insulam simul cum universis insulis. Oceanus enim spargit circa ipsam alias atque alias minores similes ei, quæ nihilominus videntur jure esse incognitæ: quandoquidem non possumus perlustrare vel hanc totam, cujus sumus incolæ. Quemadmodum enim hæ insulæ, quæ sunt in nostro mari, interfluuntur: sic illæ, quæ sunt in toto Oceano, circumdantur fretis majoribus. Reciproca conexiones elementorum inter se complectuntur strictis*

oooooooooooo

Non enim hoc fecit homo, sed quotidie facit. *Oud.*—5 Bened. Voss. uterque vocare, scil. anctores. *Id.*—6 Nescii omnes hanc. Locus ab interpunctione et mutatione unius literæ vitiat. Lege itaque cum interpunctione post nescii, hoc pacto, nescii, omnem hanc terrenam, &c. *Vulc.* Omnem. Sic recte Basil. 2. et Fulvius. alii, omnes. Elmenhorstius. *Edd.* Ald. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. *Vulc.* pr. sec. nescii omnes, hanc. Sed omnem est in *Edd.* *Vulc.* tert. Wow. &c. et consentiunt Mss. mei cuncti, uti mox, ubi eadem confusio. *Oud.*—7 Bened. ansulamque. Mox *rd suis* excidit *Edd.* Elm. *Scriv.* Flor. contra Mss. et *Edd.* cetera. *Id.*—8 *Edd.* *Vulc.* sec. etsi al. vitiose. *Id.*—9 *Edd.* *Vulc.* pr. Wow. circumfudit: male. *Id.*—1 Omnes peragrarē. Haud paulo rectius idem Fulvius legit, omnem peragrarē. Omnem, id est, universam, totam. *Scioppius* in *Symbola*. Bene *Fulv.* et *Wow.* ex ipsius *Cod.* cum *Elmenh.* et seqq. omnem, quomodo etiam margini allevit *Is.* *Vossius*. Vide infra ad p. 735. *Ed.* Flor. Reliqui Mss. et *Edd.* omnes. *Oud.*—2 *Ed.* *Vulc.* pr. interluuntur: non male, sed contra Mss. O. Vide ad *Met.* lib. vi. p. 401. b. *Id.*—3 Ita illæ universo salo. V. C. ita illæ in universo salo: per 'universum salum' intelligit Mare Atlanticum. Dubitarim vero an legendum sit, in obverso salo, hoc est, posito sub nostro horizonte: ut significet obversum *rd ἀντιπρόσθιον*, quod dixit Aristoteles: neque tamen assevero. Nam Apuleius in sua versione *rd ἀντὶ* ad similitudinem potius referre videtur. *Vulc.* In e suo *Cod.* addidit *Vulc.* cum seqq. et astipulatur *Florent.* A reliquis et *Edd.* prioribus abest. *Vulc.* male conjecit obverso: sed et ipse non asseverat. *Oud.*—4 Ἡ δὲ σὺνικατα, &c. Hæc [Aristotelis] in Apuleio non leguntur, tam excuso quam manuscripto, non quod illa ab ipso præterita esse credam, aut neglecta, (magnopere enim ad rem faciunt,) sed quod scribæ vitio sint omis- sa. *Vulc.* Bene judicat *Vulc.* *Oud.*—5 Bened. mutuis nexibus et artis aff. *Id.*—6 Vulgo quinque juges. *Elmenhorstius*. Perperam *Floridus*. Copulæ hæ

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Et quinque conjugēs copulæ] 'Con- nomen adjectivum, quod refertur ad juges' hic conjungentes sonat, estque 'copulæ,' nisi malimus *Elmenhorstia-*

tur,<sup>7</sup> ut adhæreant etiam<sup>8</sup> gravioribus leviora. Aquam in se habet tellus:<sup>2</sup> et aqua, ut alii putant, [718] vehit terram: aër ex aqua gignitur: ignis aëria densitate<sup>9a</sup> conflatur. Æther vicissim, ignesque illi immortalis Dei vivacitate<sup>b</sup> flammantur. Hujus divini ignis origine incensi, per totius mundi convexa<sup>1</sup> illustribus facibus ignescunt. Superna<sup>3</sup> quapropter Dii superi sedes habent, inferna ceterorum animantium terrena possident<sup>3</sup> genera, per quæ serpunt, et

*cognitionibus, et quinque vincula conjungentia copulantur sibi invicem, disposita hoc ordine, ut leviora annectantur etiam gravioribus. Terra in se continet Aquam: et Aqua, quemadmodum existimant ulii, fert Terram. Aër procreatur ex Aqua: Ignis fit ex Aëre se spissiore. Æther vice versa, et illi ignes accenduntur ardore Dei immortalis. Inflammati influxu illius Ignis divini, exardescunt in insignes lampadas per supremum dorsum universi mundi. Quam ob causam Dii cælestes habent pro habitationibus superiora loca, species terrestres reliquorum animalium habent*

tam arcte connexæ sunt, ut merito *conjuges* dicantur; neque etiam vulgo, sed in sola Ed. Vulc. tert. editur *juges*. Ceteræ omnes cum Mss. *conjuges*. Bened. *conjugales*. Oud.—7 Leid. et Bas. 2. *aptantur*. Elmenhorstius. Ms. Vulc. sive Leid. et ejus Edd. sec. tert. *Wow. aptantur*. Bened. *continentur*. e Glossa. Vide ad Met. lib. iii. p. 211. b. Oud.—8 Voss. sec. et. Id.—9 *Ignis ex aëria densitate*. Dele rō ex auctoribus Mss. Florent. Voss. sec. Bened. Ed. Junt. post. ante quam habent libri editi *aëris condensitate*. Bened. *aëri*. Mox pro *divini ignis* Bened. d. *generis*. Id.—1 Aldus *M. connexa*, male. Vide notas ad Arnobium. Elmenh. Junt. post. quoque *connexa*. Sed 'convexa cæli' passim apud poëtas. Infra p. 733. 'sphaeræ convexa.' Oud.—2 Vid. Not. Var.—3 *Infima ceterorum animantium terr. possid.* Cod. meus Ms. adjicit *genera*: quod quidem sensum pleniorē reddit, præcipue si post *infima* subjungas notam interpunctionis. Vulc. Idem Ms. *Inferna ceterorum*, quod præ illo placet. Scioppius in *Symbola. Inferna*, &c. Totam hanc periodum depravatam recte emendavi. Wower. Et ego malim *inferna*, ut respondeat sono *roū superna*. Dein *genera* exulat ab Edd. ante Vulcan. sed

## NOTÆ

nam lectionem respuere, et legere, *quinque-juges* (hoc est *quintuplices*) *copula*, ut erat in vulgatis.

<sup>2</sup> *Aquam in se habet tellus, &c.*] Hanc Elementorum connexionem aliter, et certe clarius, explicat hic Arist. *πάντε δὲ στοιχεῖα ταῦτα ἐν πέντε χόραις σφαιρικαῖς ἐγκείμενα, περιεχομένης ἀπὸ τῆς ἐλαττοῦτος τῇ μέλει, λέγω δὲ, γῆς μὲν ἐν ὕδατι, ὕδατος ἐν ἀέρι, ἀέρος ἐν πυρὶ, πυρὸς δὲ ἐν αἰθέρι, τὸν κόσμον ὅλον συνεσφαιροῦσθαι*. 'Quinque igitur hæc Elementa, in regionibus totidem globose incubantur, mundum ipsum in totum

coagmentarunt, ut minor regio semper a majori cohibeatur. Terra (verbi gratia) ut ab Aquæ globo, Aqua ab Aëris, hic ab Ignis, Ætheris denique globo Ignis coëreatur.' Apuleius non connexionem continentis et contenti, sed mutuum eorundem Elementorum transmutationem explicat.

<sup>a</sup> *Ignis [ex] aëria densitate*] Sed prius rarefacta et extenuata.

<sup>b</sup> *Immortalis Dei vivacitate*] Ardore et spiritu quem ipsis indidit supremus ille conditor orbis.



erumpunt,<sup>4</sup> et scatent flumina, fontes, et maria, quæ meatus<sup>5</sup> et lacunas et origines habent<sup>6</sup> in gremio terrarum.<sup>7</sup> Ipsarum vero<sup>8</sup> insularum, quæ sunt in nostro mari,<sup>c</sup> digna memoratu<sup>9</sup> Trinacria est,<sup>d</sup> Eubœa,<sup>e</sup> Cypros<sup>f</sup> atque Sardinia,<sup>g</sup> Creta, Peloponnesos,<sup>h</sup> Lesbos:<sup>i</sup> minores autem aliæ,

*ima, per quæ fluvii, fontes, et maria errant, et prodeunt, et scaturiunt, quæ habent transitus, et lamas, et scaturigines in sinu Telluris. Ex ipsis autem insulis, quæ sunt in nostro mari, digna memoria sunt Sicilia, Eubœa, Cyprus, et Sardinia, Creta, Peloponnesus, Lesbos; aliæ vero minores disseminate sunt per patentes pla-*

~~~~~

agnoscunt Mss. O. at vero Wower. audacter ejiciens terrena, transposuit genera possident. Aristot. dixit *ἡ ἀπὸ τῆς γῆς ἐκίθησαν*. Terrena videtur addidisse Noster, quia omnia animantia terræ attribuit, uti etiam aves, ut pluribus disserit de Deo Socratis. Oud.—4 Locus manifeste mutilus. Sensus enim ipse notat desiderari aliquid. Quo pacto enim hæc inter se cohæreant, *Infima possident, et erumpunt?* &c. Lege itaque veteris mei exemplaris beneficio, *per quæ serpunt et erumpunt, et scatent flumina, fontes, et maria:* ut *ῥδ serpunt* ad 'flumina'; *ῥδ erumpunt* ad 'fontes'; *ῥδ scatent* ad 'maria' referri possit: tametsi non ignoreo Scaturigines proprie Fontium esse, Græcis *ρυσφόλως*. Vulc. F. legendum: *Et erumpunt flumina, scatent fontes et maria*. Vetus poëta apud M. Tul. Tusc. 1. *fontes scatere herbis prata convestier.* Brantius. Lege cum Brantio *Erumpunt f. scatent fontes et maria*. Elmenhorstius. Bened. *serpent*. Male et contra Mss. O. ab Edd. ante Vulcan. absunt *per quæ serpunt*. Præterea prave Vulc. Ed. sec. non habet et ante *erump.* nec ante *scatent* Edd. Ald. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. unde Wower. corrigebat *serpunt erumpunt et scatent*: sed bis et agnoscunt recte Mss. O. et Edd. ceteræ. Oud.—5 Ms. Vulc. lacus, male. Id.—6 Voss. sec. *origenes*. Bened. *habet*. Id.—7 Edd. ante Junt. post. *terræ*: contra Mss. O. Infra p. 729. 'concutiant solida terrarum.' pag. 741. 'tremoribus terrarum.' Id.—8 Hic in Rom. cod. desiderantur versus 67. *Elmenh.* Tota hæc descriptio Geographica usque ad verba *nebula constat*, &c. deest Edd. Rom. Vic. Ven. Junt. pr. Bas. pr. Aldus egregium hoc supplementum primus adjecit, et tum Junt. post. &c. Oud.—9 *Digna memoratu*. Florent. Vulc. Voss. sec. *digna*. Bene, si ita distinguas in *n. mari, digna memoratu Trinacria est, Eubœa, &c.* Bened. *memoratque*. Pro est Lipsius legit et. Id.—1 *Cyprus*. Bened. Voss. *Cypros*. Recte. Id.—2 Bened. *Peloponnesos*. Voss. *Peloponnesos*. Edd. quædam *Peloponnesos*:

NOTE

^c *In nostro mari*] Mediterraneo. Solum enim illud alluit Græciam, ubi hæc scripsit Aristoteles.

^d *Trinacria est*] Sicilia maxima totius Mediterranei maris insula. Sic dictam putant ἀπὸ τριῶν ἄκρων, a tribus Promontoriis, Pachyno, scilicet, Lilybæo, et Peloro.

^e *Eubœa*] Sita est in Ægæo mari, contra Bœotiam, a qua Euripo separatur.

^f *Cypros*] In extremo fere Mediterraneo mari, contra Syriam.

^g *Atque Sardinia*] Cui adde Corsicam, quæ Græcis *Κόρπος*. Eam non omittit Aristoteles. Hæ duæ insulæ positæ sunt contra Ligures et Hetruriam.

^h *Peloponnesos*] Hodie *Morea*. Hæc tamen insula non est, sed peninsula, Corinthiaco Isthmo Græciæ continenti adhærens. Aristoteles certe, in hac insularum enumeratione, ejus non meminit.

ⁱ *Lesbos*] Sita est contra Troada.

ut nævuli quidam,³ per [714] apertas ponti sunt sparsæ regiones:⁴ alie Cyclades dictæ, quæ frequentioribus molibus alluuntur.¹ Maria majora sunt, Oceanus et Atlanticum,⁵ quibus orbis nostri terminantur anfractus. Sed occiduarum partium mare per angustias oris arctatum, in arctissimos sinus⁶ funditur: et rursus a columnis Herculis⁷

gas maris, tanquam quædam macula: simul et alia vocata Cyclades, quæ habent scopulos crediores. Maria majora sunt, Oceanus, et mare Atlanticum, quibus ambages nostri Orbis finiuntur. At mare partium Occidentalium constrictum angustis sui ostii, effunditur in sinus angustissimos: et iterum refusus a Columnis Her-

male. *Id.*—3 Vulgo *nebula*, male. *Elmenh.* Edd. Ald. Junt. Colv. *nebula* quidem. Ms. Bened. *nubula* quædam, et a m. sec. *nebula*. Voss. interque *nebula* quidem. Vulc. *nebula* quidam, atque ita quatuor Codd. Lislæi: unde optime Lips. Vulc. cum seqq. correre *nævuli* quidam, quomodo in Cod. Florent. esse videtur. Vide Syll. Epist. Burm. tom. 1. p. 362. 672. Adde omnino Pontan. ad Macrob. lib. 11. Somn. Scip. c. 5. 'In ipsis quasi maculis ubi habitatur.' Eodem modo loci editiores *verruca* vocantur. Vide ad Gell. lib. 111. c. 7. Sic infra *tuberes* legit Pontanus, ubi vulgo *nubis* admodum *sparsæ* e conjectura Woverii, qui ideoque et hic *nebula* male retinet: at vide eo loco. Oud. Vid. Not. Var.—4 Sive patens maris æquor. Vitiose *opertas* Edd. Vulc. sec. Wow. solenni variatione. Oud.—5 Voss. sec. *Athlanticum*. Bened. *Atlanticus*: male. *Id.*—6 Voss. sec. *in sinus*: et cum Bened. statim *rursum*.

NOTE

ria Mytilene.

¹ *Alie ut nævuli quidam per apertas Ponti sunt sparsæ regiones*] Sic *παρὰ πρᾶκτῶς* exprimit, quas Aristoteles hic *Σπορδὰς* vocat, id est, 'sparsas.' Earum nomina, sicut et Cycladum, vide apud Plinium, lib. 1v. cap. 12.

² *Quæ frequentioribus molibus alluuntur*] Unde eas Cycladas dictas nonnulli putant, quod propter frequentes, quibus scaten, scopulos, nautæ necesse habeant longo illas circuitu ambire, nec possint transire per medias. Sic autem intellige 'frequentioribus molibus alluuntur,' non, quasi velit eas frequentioribus aquarum molibus seu fluctibus allui, sed quod, habentes ipsæ frequentiores moles seu scopulos excurrentes, alluantur a mari.

³ *Oceanus et Atlanticum*] Male distinguit Atlanticum ab Oceano, quasi

distincta maria sint, et illud non sit hujus pars. Melius Aristoteles Πέλαγος δὲ τὸ μὲν ἔξω τῆς οἰκουμένης Ἀτλαντικὸν καλεῖται, καὶ ὁ Ὀκεανὸς περιβέτων ἡμᾶς. 'Pelagus autem, quod est extra orbem a nobis habitatum, Atlanticum dicitur, et Oceanus, quo circumluimur.'

⁴ *A columnis Herculis*] De his Columnis variæ omnino sunt opiniones, quas vide apud Strabonem sub finem libri tertii. Certum est per illas intelligi fauces freti illius, quod mare Mediterraneum cum Oceano conjungit, ad quod Hercules Columnas suæ peregrinationis metas erexisse traditur: quoniam hoc in loco, id vero maxime ambigitur et controvertitur. Has tamen Columnas ponunt vulgo Geographi in montibus seu promontoriis Calpe in Hispania et Abyla in Africa.

refusum, in immensam latitudinem panditur, sæpiusque coëuntibus terris, veluti⁷ quibusdam fretorum cervicibus, premitur,⁸ et idem rursus cedentibus terris est immensum. Primum igitur Columnis⁹ navigantibus^o dextrum latus [715] duobus sinibus maximis cingitur, quorum primus duas Syrtes habet, alter imparibus quidem sinuatur figuris, sed in maxima divisus est maria: quorum unum Gallicum dicitur, alterum Africum,¹ quod quidem Aristoteles Sardinense^p maluit dicere; tertium, Adriaticum pelagus.^q His jungitur Siculum,^r et post Creticum,^s et, indiscretis finibus,

culis, extenditur in spatium vastissimum, et sæpe terris invicem accedentibus coarctatur tanquam quibusdam faucibus fretorum, idemque, terris recedentibus, iterum est vastissimum. Primum ergo qui navigant a Columnis Herculis, habent a dextra parte duas oras maximas, in quarum prima sunt duæ Syrtes; altera flectitur quidem figuris inæqualibus, verum distribuitur in maxima maria: quorum unum vocatur Gallicum, alteram Africum, quod Aristoteles quidem maluit vocare Sardinense: tertium est mare Adriaticum. Siculum conterminum est his, ac deinde

~~~~~

Id.—7 Ed. Vulc. tert. velut. Id.—8 Al. *cer. procedentibus*.—9 Alii *columnas*. Vid. Not. Var.—1 Bened. *Africanum*. Oud.—2 Ald. *Pamphylicum*. Arist.

#### NOTE

<sup>o</sup> *Columnis navigantibus*] Et Hispanicam oram legentibus: sic enim ad dextrum latus habent non Syrtes modo omnemque Africæ oram, sed et totum ipsum Mediterraneum mare: alias, si recto cursu a Columnis navigetur, a dextra quidem erunt Syrtes; at cetera, quæ post memora<sup>1</sup>, erant ad sinistram. Non accurate hic expressit Aristotelis mentem: verba ejus sunt: *πρῶτον μὲν οὐδὲν λέγεται ἐγκαταλείπειν ἐν δεξιᾷ εἰσπλέοντι τὰς Ἡρακλείους στήλας διχῶς, εἰς τὰς καλουμένας Σύρτες, ὅν τὴν μὲν μεγάλην, τὴν δὲ μικρὰν καλοῦσιν. ἐπὶ θάτερα δὲ οὐχ ὁμοίως ἀποκαλοῦμενος, τρία ποιεῖ πελάγη, τὸ τε Σαρδάνιον, καὶ τὸ Γαλατικὸν καλούμενον, καὶ Ἀδριαν.* Ac primum quidem insinuari dicitur dextrorsus ab Herculis Columnis intro navigantibus, in utramque Syrtim, (alteram earum magnam, alteram parvam vocant:) at vero in alteram partem non

jam itidem sinuosus, efficit tria maria, Sardonium, Gallicum, et Adriam.<sup>2</sup> Male Colvins reponit, *Columnas navigantibus*. Verba Aristotelis, quibus nititur, *εἰσπλέοντι τὰς Ἡρακλείους στήλας*, id non sonant, sed tantum 'Columnas ingredientibus,' ab Oceano nempe in mare Mediterraneum: quod coincidit cum expressa lectione.

<sup>p</sup> *Sardinense*] *Σαρδάνιον*, quod videtur apud Aristot. et ipsum Tyrrenum seu Tuscum mare complecti.

<sup>q</sup> *Adriaticum pelagus*] *Golphe de Venise*: complectitur Illyricum, Dalmaticum, et Liburnicum. Nomen huic quondam fecit urbs Adria: dictum est etiam Italica Mare Superum, respectu scilicet Tyrrheni, quod Inferum vocabatur.

<sup>r</sup> *Siculum*] Quod a Sicilia Cretam usque extenditur.

<sup>s</sup> *Creticum*] A Creta ad Cyprum.

Pamphylum,<sup>2</sup> Syrium, Ægyptium.<sup>3</sup> Sed ante Ægæa et Myrtoa sunt maria.<sup>4</sup> His<sup>5</sup> sane vicinus est Pontus,<sup>6</sup> sinus amplissimus maris nostri, cujus extremus recessus in Mæotin<sup>7</sup> senescit, et ex Hellesponti fonte<sup>8</sup> concipitur,

*Creticum: et limitibus non separatis, Pamphylum, Syrium, Ægyptium. Verum prius sunt maria Ægæa, et Myrtoa. Pontus quidem, vastissimus sinus nostri maris, est his propinquus: cujus ultimus angulus deficit in paludem Mæotidem, et nasci-*

Παμφύλιον. Colv. Ægæa. Eadem Regia, quod falsum esse, arguit Aristoteles. Idem. Et indiscretis finibus Pamphylum, Syrium, Ægyptium. Sed ante Ægæa et Myrtoa sunt maria. Non distincte satis hic locutus est Auctor, nec dubito, quin sit corruptus. A dextro latere, et ait Aristot. τῇ μὲν, sunt Pamph. Syr. et Ægypt. maria. A sinistro vero Ægæa et Myrtoa, τῇ δέ. Nihil hic facit τὸ ante. Pro et quoque in Mss. Fulv. Bened. Voss. sec. eo, sc. latere, ut edidit Elm. et Scriv. Pro Ægæa in Vulc. Voss. sec. est regæa in Florent. Ed. Ald. regia. Forsan sed altero Ægæa, &c. Latet certe tale quid. Ceterum Pamphylum Mss. Vulc. Voss. sec. Bened. Florent. Dein Assyrium Mss. iidem, ut et Fulv. et Voss. pr. Recte. Passim autem confunduntur, ut Mss. Apollodori lib. III. p. 223. Syri sæpissime Assyrii audinat. Vide ad Justin. lib. I. et ad Sueton. Cæs. c. 22. Dein τὸ et cum Florido edidi ante Myrtoa, auctoritate Cod. Bened. A reliquis Mss. et Edd. abest. Oud. Nil muto. Antequam ad Pamphylum, &c. venimus, occurrunt Ægæum et Myrtoium. J. Bosscha.—3 Voss. sec. is. Oud.—4 Hellesponti fontibus. Malim legere faucibus, respectu ad verbum quo Aristoteles utitur συνεστόμαται, quod et Budæus vertit, 'In fauces contracta est.' Pomp. Mela: 'Qua diffunditur, alia aliis locis cognomina acceptat: ubi primum se coarctat, Hellespontus vocatur; Propontis, ubi expandit:' quo eleganti Metaphora Apuleius 'Vestibulum' vocat. Non celabo tamen etiam hoc, in Mss. meo Cod. legi Ex Hellesponti fonte: rectius quam, Ex fontibus. Vulcanius. In Græco: συνεστόμαται. Rectius igitur erit: Ex Hellesponti faucibus: quod etiam aliis notatum. Wouer. H. fonte. Ald. H. fontibus: alii H. faucibus: recte. Elmenk. Primo ante ex H. τὸ et abest a Mss. Bened. Voss. sec. Tum Hellesponti Bened. Tandem prave Elm. et seqq. receperunt conjecturam Vulcanii faucibus ex Aristotele; sed ille verbo συνεστόμαται non ita utitur; verum ait de ponto πρὸς τὸν Ἑλλησποντον συνεστόμαται τῇ καλουμένῃ Προποντίδι.

## NOTE

<sup>1</sup> Et, indiscretis finibus, Pamphylum, Syrium, Ægyptium] Quæ quidem maria a regionibus, quas allunt, nomina sortita sunt: multa alia omittit, puta Carium, Rhodium, Cyprium, Phœnicium, Iudaicum, Cyrenaicum, &c. quæ fusiùs vide apud Geographos.

<sup>2</sup> Sed ante Ægæa et Myrtoa sunt maria] Myrtoium mare, a Myrto insula dictum, pars est Ægæi, sicut et Icarium, cui nomen fecit Icaria insula, sen, ut fabulæ volunt, Icarus Dædali

filius, et Carpathium ad Carpathum insulam. Ægæum porro mare situm est inter Græciam, Asiam minorem, et Cretam insulam.

<sup>3</sup> Pontus] Euxinus, quondam a feris accolarum moribus ἄξεως, seu ἄξεως, hoc est, 'inhospitalis' dictus.

<sup>4</sup> In Mæotin] Paludem, cui jungitur freto illo, quod Bosphorus Cimmerius appellatur: ibi 'Taurica Chersonesus.'

<sup>5</sup> Ex Hellesponti fonte [faucibus] Huic freto nomen fecit Helle Phryxi

vestibulumque ejus Propontis<sup>5</sup> vocatur.\* Ab ortu Solis Oceanus est, Indicum et Persicum mare conferens.\* [716] Hinc patescunt finitima Rubri maris, quæ per angustas longinquasque fauces in Hyrcanium et Caspium flectuntur simul:<sup>b</sup> ultra quæ<sup>6</sup> profundæ vastitatis esse maria credun-

*tur ex angustis Hellesponti, atque ejus introitus appellatur Propontis. A Solis ortu est Oceanus profundens mare Indicum et Persicum: illinc fines maris Rubri aperiantur: qui simul derivantur per angustias longas et arctas in Hyrcanium et Caspium mare: post quæ putantur esse maria profunda et immensa. Postea Scy-*

~~~~~

quis autem ita loquitur 'concupi e faucibus?' Male quoque Is. Vossius coniecit *Hellesponti freto*. Verum Edd. priores habent *fontibus*: at Mss. quod sciam omnes dant *fonte*, ut bene edidit Vulc. ac revocavi, ut passim loquuntur auctores. Initium ponti facit ab Hellesponto. Mela lib. iii. cap. 7. 'Ganges multis fontibus conceptus.' Lucan. lib. ii. vs. 403. 'Fontibus hic vastis imensos concipit amnes.' Curt. lib. vi. c. 4. § 5. 'Velut ex alio fonte conceptus editur.' Statim recte sequitur 'per angustas fauces.' ἀβύσσῳ, ubi Bened. *angustia*. Oud.—5 Bened. *Proponticus*. Voss. sec. *Propontius*. Id.—6 *Flectuntur: simul utraque*. Locus depravatus cum a vitiosa distinctione, tum vero ab insigni corruptione duarum vocum, quæ in unam coaluerant. Claude itaque periodum post *simul*: ut legas, *flectuntur simul*: deinde ita lege: *ultra quæ* (maria scil. Hircanum et Caspium) *profunda*, &c. ut *ultra quæ* explicet illud Aristotelis τὸ δὲ ἐνὲρ ταύτης. aperto sensu.

NOTÆ

soror. Vide Ovid. Fastor. lib. iii.

* *Vestibulumque ejus Propontis vocatur*] Quod sit πρὸ τοῦ Πόντου, ante Pontum. Hodie dicitur *Mer de Mar-mara*.

* *Indicum et Persicum mare conferens*] Interpretatus sum 'profundens,' juxta Aristotelis mentem, cujus textum non expressit fideliter hic Apuleius. Verba Aristotelis sunt: πρὸς γὰρ μὴν ταῖς ἀνασχέσεσι τοῦ ἡλίου πάλιν εἰσέρων δ' Ὀκεανὸς, τὸν Ἰνδικὸν τε καὶ Περσικὸν διαολῆας κόλπον, ἀναφαίνει συνεχῇ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν διεληφάς: 'Rursus ab ortu Solis infuens Oceanus, aperto sinu Indico ut Persico, videtur etiam mare Rubrum contiguum completi.'

^b *Quæ per angustas longinquasque fauces in Hyrcanium et Caspium flectuntur [feruntur] simul*] Et hoc male responderet Aristotelico textui: vide-

tur hic Apuleius mare Caspium a finibus maris Rubri derivare; quod absurdissimum. Aristoteles vero tolerabilius ab Oceano Septemtrionali; sed et ipse fallitur: cum nullo enim altero mari communicat mare Caspium, nisi forte subterraneis meatibus cum Ponto Euxino; quod nonnullis existimasse video, atque in his Aristotele, teste Postello, lib. i. de Universitate. At error ille de origine Caspii maris communis fuit Aristoteli cum veteribus omnibus Geographis, quibus Septemtrionales mundi plagæ minus erant cognitæ. Strabo lib. ii. ait terram nostram, mari circumdatam, in se ab Oceano multos admittere sinus: maximos autem quatuor; de quibus is, qui ad Septemtrionem spectat, Caspium vocatur mare, sive Hyrcanum. Persicus autem sinus et sinus Arabicus a me-

tur. Deinde paulatim Scythicum et Hiberum freta,^{7c} et rursum mare, per quod Gallicum sinum⁸ atque Gaditanas columnas circumvectus Oceanus, orbis nostri metas includit. Sed in altera parte orbis jacent insularum aggeres maximarum: Britanniae⁹ duæ, Albion et Hibernia,^d iis, quas supra diximus, majores. Verum hæ in Celtarum^a finibus sitæ. Non minores vero³ ultra Indos, Taprobana,^e

thicum mare et Hiberum sensim succedunt, et iterum mare illud, per quod Oceanus circumfluens sinum Gallicum et Columnas Herculis, claudit terminos nostri orbis. At in altera parte orbis moles insularum maximarum sita sunt: nempe duæ insulae Britannicae Albion et Hibernia, majores illis quas ante memoravimus. Sed hæ jacent in vicinia Gallorum. Trans Indos autem non minores sunt insulae, Tapro-

~~~~~

Vulc. Optime, et confirmat Bened. si non fallunt excerpta. Oud.—7 *Scythicum et Hybernium fretum*. Ald. *Scy. et Hiberum fretum*. Aristoteles quidem: *ὅπερ τοὺς Σκύθας καὶ Κελτικὴν*. Colv. Mss. O. *Hiberum* et Edd. præter Bas. sec. Lugd. Colv. qui dedere *Hybernium*. Intelligit Aristoteles mare, quod fuit juxta Germaniæ et Celticæ oras, et videtur noster Auctor per errorem Germanicum mare vocasse *Hiberum*, quod est proprie Hispanicum, ab Hiberno flumine, inductus in enim per nomen *Celtiberiæ*; nam de *Hibernia* non potest derivari, quia eam ipse statuit in alio orbe. Scalig. *Iberium*. Dein Mss. Bened. Voss. uterque *freta*. Recte. Vide ad lib. i. de Dogm. Plat. p. 184. a. Oud.—8 *Gallicum sinum*. Male *sinum* abest Mss. Bened. Vulc. Voss. et Edd. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. pr. Wow. Servavit hanc vocem recte Florent. cum Aldo, Vulc. sec. et seqq. *Γαλατικὸν κόλπον* Aristot. Statim Bened. Voss. sec. *circumventus*. Id.—9 *Britannicae*. Ita ex Aristotele refixit Vulc. Ed. sec. et ex eo seqq. Verrum priores cum Mss. omnibus *Britannicae*, quod mutari non debuit. Utraque enim insula dicta est Britannia. Hinc *Britannicae*, ut 'Galliæ,' 'Hispaniæ' Plinio lib. iv. c. 16. Catullo bis Ep. 26. et 42. Id.—1 Vid. Not. Var.—2 Bened. Voss. uterque *Celtorum*. Oud.—3 *Pntarim* legendum, *Haud minores*. Aristot. *ὅχι ἐλάττους*. Vulc. Puto legendum *Non minores vero ultra Indos, Taprobana et Phebol*. Brantius. Vulcanius, *Haud minores vero*. Bene. *Ελμενῆ*. Wower. quoque pro sunt fecit *non*, quia in Mss. et Edd. vett. non comparat *haud*; quæ sane emendatio

## NOTE

ridionali mari infunduntur: quartus \*magnitudine alios superans, a Columnis Herculis oritur, estque mare Mediterraneum. Idem sentit de Caspio mari Plinius, lib. vi. cap. 13.

<sup>c</sup> Deinde paulatim Scythicum et Hiberum freta [*fretum*, &c.] Et hæc apud Aristotelem aliter leguntur: *ἐκτα κατ' ἄλλαν ὅπερ τοὺς Σκύθας καὶ Κελτικὴν σφύγγει τὴν οἰκουμένην πρὸς τε τὸν Γαλατικὸν κόλπον, καὶ τὰς προειρημένας Ἡρακλείους στήλας*; 'tum autem supra Scythas Celtasque sensim astrin-

git orbem terrarum adnæque sinum Gallicum, et supradictas Columnas Herculeas.'

<sup>d</sup> *Albion et Hibernia* [*Ierna*] Arist. *Ἀλβιον καὶ Ἰέρνη*. Stephanus *Ἀλβιον καὶ Ἰέρνη*. Ptolemæus *Ἀλοῦλον καὶ Ἰουερνία*, quam quidem Plin. 'Hiberniam' appellat: quæ hic 'Albion,' Straboni simpliciter *Βρεττανική* dicitur.

<sup>e</sup> *Taprobana*] Claverio *Ceylan*. at melius aliis *Siamtra*. Taprobaneum enim hic Aristoteles ait esse *περὰν*

Delph. et Var. Clas.

Apul.

4 H

et Phebol: <sup>f</sup> multæque aliæ orbis ad modum sparse <sup>4</sup> [717] hanc nostram insulam, (id est, hunc terrarum orbem,) quam maximam diximus, <sup>5</sup> ornamentis suis pingunt, et continuatione, ut quibusdam sertis coronant. At enim hujus terræ, quam nos colimus, <sup>6</sup> latitudo quadraginta, <sup>7</sup> prolixitas sep-

*bana, et Phebol: et multa alia, dispersa quasi nubes, decorant suis ornamentis nostram hanc insulam, quam diximus maximam esse, (hoc est, hunc Orbem terrarum,) et eam coronant sua serie veluti quibusdam sertis. Ceterum latitudo hujus Terræ, quam nos habitamus, continet quadraginta millia stadiorum, longitudo vero septuaginta.*

~~~~~

mili præplacet, quam cum Elmenh. et seqq. interponere *haud*. Oud.—4 *Multæque al. urbes admodum sp.* Ingeniose Schickeradus m. a. u. *nubis ad modum sparse*. Elmenhorstius. Schickeradi conjecturam tacite sibi vindicavit Wow. et in textum recepit Floridus. Hinc et Wow. retinet supra *minores alia, ut nebula quædam per ponti regiones sparse*: sed sine dubio ibi rectum est *navuli quidam*, et hic saltem tum etiam *nubium* debnerat dici. Mas. et Edd. vet. constanter habent *urbes*, vitiose. Edd. Wow. Elm. *urbia*. Scriv. vero edidit *uberis*. Credo eum intellexisse mamillæ rotunditatem. Aristoteles enim ait *κύκλω περιστεφάνουται τὴν οἰκουμένην*: quod Noster reddidit *continuatione*, ut quibusdam sertis coronant. Salm. ad Sol. p. 1111. Ed. vet. 782. Ed. ult. *Breves adm.* At Pontanus ad Macrobi. lib. ii. Somn. Scip. c. 5. emendat *tuberes admodum*: ut maneat in metaphora, quia de majoribus insulis *aggeres* dixerat. Obstat tamen *admodum*, quod malim cum viris doctis in duas voces secare *ad modum*. Quare accedo adhuc Is. Vossio, qui margini allevit *orbis*, i. e. *κύκλω*. Præsertim si cum Wowerio deleas *hunc terrarum orbem. τῆς γῆς* tamen. Est enim et in hoc quod displicet. Oud.—5 Cod. Ms. hoc pacto legit, *Hunc terrarum orbem quam maximum, ut diximus, &c.* quam lectionem magis probarim: aut si priorem retinere libet, *quod quam maximam diximus*, videtur transponendum esse atque ita legendum: *hanc nostram insulam, quam maximam diximus*, id est, *hunc terrarum orbem, &c.* dixit enim supra, ‘Omnem hanc terrenam immensitatem Atlantici maris ambitu coerceri, insulamque hanc unam esse cum insulis suis omnibus.’ Hic itaque universum orbem terrarum sive omnem hanc terrenam immensitatem *Insulam maximam* vocat. *Vulc.* *Hunc terrarum orbem.* Dele glossemata. *Elmenh.* Cum Vulcanio Elm. edidit *orbem quam maximum, ut dix.* et sane ita videtur quoque esse in Florent. Certe Bened. habet *ut diximus*. Sed nihil opus est mutatione aut deletionem, si cum Scriverio et aliis uncis illa includimus. Aristot. *τὴν οἰκουμένην ταύτην, ἣν δὴ νῆσους εἰρήκαμεν*, ut et Auctor noster supra. *Idem* Voss. sec. pro *id est*. Oud.—6 Bened. *qua nos colimus*: non ineleганter. *Id.*—7 Bened.

NOTÆ

Ἰνδῶν, et λατὴν πρὸς τὴν οἰκουμένην, et Strabo lib. ii. eam oblongam esse: quod Sumatræ optime convenit.

^f *Et Phebol*] Male Elmenhorstius reponendum censet *Telos*. Aristoteles hic: *καὶ ἡ Φεβὸλ καλούμενη κατὰ τὸν Ἀρραβικὸν κειμένη κόλπον*. Ex hoc Aristotelis loco Phebol videtur esse

insula *Zocotora*, quæ ante Arabici sinus fauces sita est. Verum hæc minor est, quam ut possit cum Britannicis conferri. Libentius crediderim esse *Madagascar*: sed non parum affert scrupuli ejus ab Arabico sinu distantia major, quam ut possit dici ad eum sita.

tuaginta millia^s stadiorum tenet.^s Sed in divisione terrarum orbis, Asiam et Europam, et cum his, vel sicut plures præterea, Africam⁹ accepimus. Europa ab Herculis columna usque Ponticum et Hyrcanium mare,¹ ac flumen Tanain² fines habet: Asia ab iisdem angustiiis Pontici

ginta. At in distributione Orbis terrarum admisimus Asiam et Europam, et cum his Africam, ut plerique admittunt. Europa habet terminos extensos a Columnis Herculis usque ad mare Ponticum et Hyrcanium, et fluvium Tanaim: Asia exten-

X. prave. Id.—8 Bened. XX. Abest $\tau\delta$ millia etiam a Mss. Florent. Voss. utroque, Vulc. et Ed. Ald. ut sæpe solet in Mss. quia notabant modo litera m. Id.—9 Dele $\tau\delta$ præterea ex Florent. Elmenh. Et cum his, sicut plures, Africam accepimus. Sic quidem cum Florent. Edd. vett. Verum Mss. Voss. uterque, Vulc. Bened. cum Edd. Vule. sec. Wow. et cum his, vel sicut plures præterea Afr. acc. quod unice placet. Auctor ait se admisisse in divisione orbis Asiam et Europam, et in his comprehensam Africam, quasi tantum partem Europæ, vel potius, sicut plures, præter eas duas tertiam partem, Africam. Male vero Edd. Vulc. tert. Elm. Scriv. et cum his præterea sicut plures. Abest et a Bened. Accipimus contra Mss. O. est in Edd. Ald. et Junt. post. et Edd. ceteris ante Vulcan. Oud.—1 Ab Herculis Columnis usque Ponticum et Hyrcanium mare. Mss. Vulc. Voss. sec. et Edd. Vulc. Wow. Elm. Scriv. ad H. columnas: sed tum debebat interponi et usque. Habent ab H. columnis Edd. reliquæ vulgares cum Mss. Bened. Voss. pr. At Ms. Florent. et Ed. Ald. ab H. columna. Egregie. Nam alteram columnam statuerunt in Africa, alteram in Europa, de qua hic agit. Vide Melam lib. i. c. 5. et omnino Curt. lib. x. c. 1. 'Cursum Gadis dirigere, ibi namque columnam Herculis esse fama vulgaverat.' Dein male Pontum Ed. Floridi. Hyrcanium Voss. sec. et Edd. Ald. Junt. post. Sed supra quoque Hyrcanium. Id.—2 Sic Mss. et

NOTE

^s *Latitudo quadraginta, prolixitas septuaginta millia stadiorum tenet*] Eandem mensuram habet Aristoteles. Eratosthenes eandem tribuit Terræ longitudinem, at in latitudine nonnihil discrepat: nam pro quadraginta millibus stadiorum, triginta et octo tantum³ ponit, ut refert Strabo lib. xi. qui quidem Strabo lib. ii. eadem servata longitudine, latitudini triginta tantum stadia tribuit. At hæc omnia intellige de Orbe a nobis habitato: totus enim globus terraqueus, secundum eundem Eratosthenem, habet in circuitu ducenta et quinquaginta duo stadiorum millia.

^h *Et Hyrcanium mare, ac flumen Ta-*

nain, &c.] Si finitur Europa flumine Tanai, non potest certe ad Hyrcanium usque mare pertingere, ut patet tabulas inspicientes. At non bene vertit Aristotelis textum: is enim sic habet: Εὐρώπῃ μὲν οὐκ ἔστιν, ἢ δροὶ κύκλῳ, στήλαι τε Ἡρακλέους καὶ μυχοὶ Πόντου, θάλαττά τε Ἵρκανία, καθ' ἣν στανάτατος ἰσθμὸς εἰς τὸν Πόντον δέχεται: τῶς δὲ ἀπὸ τοῦ ἰσθμοῦ Τανάιν ποταμὸν εἰρήκαισαν. Europa si finibus circumscribitur: Herculis Columnis, Ponti recessibus, Hyrcanoque mari: a quo angustissimus Isthmus ad Pontum pertinet. Nonnulli tamen ab illo Isthmo Tanaim fluvium Europæ terminum esse dixerunt.

maris¹ usque ad angustias,³ quæ inter Arabicum sinum⁴ et interioris ambitum pelagi, jacet;⁵ constringiturque Oceani cingulo^k et societate⁶ nostri maris. [718] Sed alii alio modo, ut quidam ab exordio Tanais usque⁷ ad ora Nili Asiæ terminos¹ metiuntur.⁸ Africam vero ab isthmo⁹ Rubri maris, vel ab ipsis fontibus Nili oriri putant,¹ ejusque in Gaditanis locis fines esse. Sed ipsam Ægyptum plerique Asiæ,^m plures Africæ adjungunt: ut insularum situm,² sunt qui cum finitimis locis comprehendunt, et sunt, qui in

ditur ab iisdem faucibus Ponti Euxini usque ad alias fauces, quæ sunt inter sinum Arabicum, et flexum maris Mediterranei, et coercetur ambitu Oceani, et connezione nostri maris. Verum alii dimetiuntur fines Asiæ aliter, veluti quidam ab initio Tanais usque ad ostia Nili. Existimant autem Africam incipere ab Isthmo Rubri maris, aut ab ipsis scaturiginibus Nili, atque ejus terminos esse in regione Gadum. At plurimi ascribunt ipsam Ægyptum Asiæ, multi tamen Africæ: quemadmodum et alii aliter constituunt posituras insularum: aliqui enim eas complectuntur cum regi-

Edd. vett. non per *m*. Bened. *Tanaum*. Id.—3 *Pontici maris usque ad alias angustias*. Hæc videntur abundare. *Elmenh.* *Pontici maris* uncis inclusit Wow. et mihi quoque hæ voces pro Glossa suspectæ sunt. Nam si retineas, æque addi debuisset *et Hyrcanii*; ut apud Aristotelem. *Oud.*—4 Sic recte Aldus et Basil. 1. In Flor. et Leid. est *Arabicum finem*, male. *Elmenh.* *Finem* quoque est in Bened. Voss. utroque et Edd. Vulc. Sed aliter Arist. *Oud.*—5 *Al. jacet.*—6 Male exulat *rd* et ab Edd. ante Vulc. sec. præter Aldinam. *Oud.*—7 *Usque* abest Mss. Bened. Vulc. Voss. sec. Id.—8 Sic recte edidit Ald. Junt. post. et Florid. inter duo commata ponentes, ut *quidam, &c. Nili*, atque ita Mss. Florent. Bened. Voss. sec. ut valet *sicut*. Vide Aristot. Aliæ metiuntur, post *modo* plenius distinguentes; uti *rd* ut notet adeo ut. Id.—9 Voss. sec. a *ismo*. Bened. *aismo*, supraocr. *p sinu*. Id.—1 *Putandum*. Ita Mss. Vulc. Voss. uterque cum Edd. Vulc. Wow. In Bened. *putandum est*. Dicit Auctor, perinde esse, sive Africæ initium capias ab Isthmo Rubri maris, ut statuit Aristoteles; sive a Nili fontibus, ut alii, momente etiam Arist. *Putant* vero membranæ Florent. et Edd. reliquæ. Forasan fuit *Africa* (sic enim Voss. sec.) *oriri putatur*. Id.—2 *Id.* Not. Var.—

NOTÆ

¹ *Angustiis Pontici maris*] Supple et *Hyrcani* ex Aristotele.

^k *Constringiturque Oceani cingulo, &c.*] Si enim mare Caspium, ut arbitrabantur Veteres, Oceani Septentrionalis sinus fuisset; tota Asia peninsula fuisset ingens, hinc Isthmo maris Rubri cum Africa, inde angustiiis Ponti et Hyrcani maris cum Europa conjuncta.

¹ *Ut quidam ab exordio Tanais usque ad ora Nili, Asiæ terminos, &c.*] Plin. lib. III. in Proæmio: 'hinc' (ex Oceano Atlantico per Columnas Herculis) 'intranti, dextra Africa est, læva Europa: inter has Asia est. Terminum, amnes Tanais et Nilus.'

^m *Ægyptum plerique Asiæ*] Vide Plin. lib. v. cap. 9.

alia divisione eas habendas³ putent.⁴ De mari satis dictum.^a Terreni vero⁵ casus^o ita se habent. Exhalationes duas physici⁶ esse dicunt,^p tenues et frequentes, vixque visibiles ad superiora minari;⁷^q ex gremio telluris⁸ nebularum agmina halitu amnium fontiumque constare, matutinis temporibus crassiora. Harum altera arida est,^r atque fu-

omibus vicinis, alii autem censent illas esse collocandas in alia distributione. Jam satis dictum est de Mari. Quæ autem eveniunt in Terra, hujusmodi sunt. Physici aiunt esse duas Exhalationes, exiguas et crebras, et trahi sursum vix conspicuas; catervas nubecularum, quæ prodeunt e sinu Terræ, conflatas esse exhalatione fluviorum et scaturiginum, atque esse densiores horis matutinis. Earum exha-

§ Ant scribendum est, cum habendum, aut emendandum, insulas habendas: enim Aristoteles: Καὶ τὰς ῥήσας, οἱ μὲν ἑκατέρους ποιοῦσιν, οἱ δὲ προσνέμουσι ταῖς γέφυραις ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ. Colv. Nequaquam mutandum est; satis enim patet, insulas intelligi. Oud.—4 Putant. Ut comprehendunt. Sed Mss. Vulc. Bened. Voss. sec. putent. Eleganti modorum variatione, de qua alias sæpe. Vide Ind. Not. Id.—5 Terrenæ vero. Locus in omnibus Apuleii editionibus mutilus. Huic ex Ma. codice meo ita subveni: Terreni vero casus ita se habent. Exhalationes duas esse Physici dicunt, &c. Vulc. Terreni vero casus. Tò casus male delet Flor. et Aldus. Elmenh. Male Edd. ante Vulcan. terrenæ sine τῷ casus. Oud.—6 Mss. Voss. uterque, Bened. et elationes, male. Edd. ante Vulcan. Exh. quas duas. Dein Voss. sec. fassice. Bened. fassice. Abest Physici ab Ed. Aldina. Statim et frequentes deunt Ed. Vulc. pr. Id.—7 Ad superna minari. Ἀγροῦσαι. Fulvii liber in mari. Lipsius animari, male. Elmenh.—8 Et gremio telluris. Lege e gremio telluris. Elmenhorstius. Hæc est altera exhalatio. Vide Arist. Contra Mss. O. edunt Elm. Scriv. Flor. e gremio: cur non potius minari; ex gremio t.? Pro halitu Voss. sec. alitu. Oud.—9 Con-

NOTE

^a De mari satis dictum] Male hoc: neque enim de Mari solum, sed et de Terra habitus est sermo.

^o Terreni vero casus, &c.] At quæ mox affert, non Terræ soli, sed toti globo terraqueomellius attribuit Aristoteles, qui hic initium facit cap. 4. libri De Mundo.

^p Exhalationes duas physici esse dicunt, &c. ex gremio telluris nebularum agmina halitu amnium, &c. Harum altera, &c.] Hæc videntur inter se hand ita bene congruere: nec mirum: neque enim Aristotelis textum fideliter expressit: sic habet: δύο γὰρ δὴ τινες ἀπ' αὐτῆς ἀναθυμῶνεις ἀναφέρονται συνεχῶς εἰς τὸν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀέρα, λεπτομερεῖς

καὶ ὁρατοὶ παντάπασιν, εἰρή μὴ κατὰ τὰς ἐφ' αὐτῶν ὄντιν, αἵτε διὰ ποταμῶν τε καὶ νημάτων ἀναφερόμενοι θεωροῦνται. 'Duas igitur exhalationes ab eo' (orbe) 'sursum ferri novimus in aëra nobis impendentem, tenues quidem illas ompino, nec nobis conspicuas: nisi si quid est hujusmodi ad tractus Orientales, et præterea quæ ex amnibus et locis irriguis sublimia ferri videntur.'

^q Ad superiora minari] Ἀγροῦσαι, pelli. Festus: 'Agere modo significat ante se pelli, id est, minare,' &c. De hac voce jam ad libros de Asino. ^r Altera arida est] Hæc vulgo simpliciter Exhalatio dicitur.

mo consimilis,⁹ quæ terrenis eructationibus¹ surgit: altera humida,² et egelida:³ hanc ex fluentis³ superioris [719] vaporis natura ad se trahit. Et ex hac quidem nebulæ, rores, pruinae, nubila, imbres,⁴ nix, atque grando generantur:⁵ de illa superiore, quam diximus siccam,⁶ venti, animæ, flammæ,⁷ et fulmina, atque aliæ ignitorum⁸ telorum gignuntur plurimæ species. Nebula constat aut ex ortu nubeculæ, aut ex ejus reliquiis. Est autem exha-

tionum una sicca est, et persimilis fumo, quæ exoritur ex ructibus terræ: altera uda est et tepida: virtus caloris superni attrahit eam ad se ex aquis. Atque ex ea quidem Caligines, Rores, Pruina, Nubes, Pluvia, Nix, et Grando creantur. Venti, et Flatus, Fulmina, et multa alia genera missilium inflammatorum generantur ex illa priore exhalatione, quam appellavimus aridam. Caligo conflata est vel ex principio parvæ nubis, vel ex residuo ipsius: est vero exhalatio excalescens et destituta

similis. Ita et Ms. legit, manifesto procul dubio errore: addendum enim est fumo: ut exprimatür τὸ καυρόδης, id est, fumo consimilis: qui nimirum sua sponte sursum fertur. quo respexit Apuleius cum dixit, surgit, hoc est, sursum vergit. Vulc. Nisi fallunt excerpta, τὸ fumo extat in Florent. sed ceteri Mss. et Edd. priores non habent: unde Lipsius margini allevit animæ consimilis. Oud.—1 Reluctationibus. Malim, eructationibus. Arist. Τόττω δὲ ἡ μὲν ἐρηδὰ καὶ καυρόδης ἀπὸ τῆς γῆς ἀποπτόμενα. Colo. Putarim legendum esse vel Eructationibus (nam et hoc verbo ἀνεκπύεσθαι utitur Aristoteles) vel exhalationibus: tametsi Ms. codex expresse habeat reluctationibus. Vulcanius. Retractionibus. Non capio hanc retractiones. Emendandum censio: Quæ terrenis eructationibus surgit. Wowerius. Vulc. Colv. et Wow. t. eructationibus. Bene. Elmenh. Et in textum recepere Wower. Elm. et seqq. In Mss. O. et Edd. vett. est reluctationibus. An effluationibus a flueto ἐκπύω? Arist. ἀποπτόμενα ἀπὸ τῆς γῆς. Sed in eructat. acquiesco. Oud.—2 Al. gelida. Vid. N. Var.—3 Ex fluentis Mss. O. Male Edd. ante Vulcan. effluentis. Oud.—4 Bened. et imbres. Id.—5 Edd. Ald. Junt. post. Bas. sec. Lugd. generatur. Id.—6 Bened. siccam venusque. Id.—7 Venti aquæ flammæ. Aldus, verti: male. Leidens. a flamine. Lego, auram, flamina. Elmenhorstius. Venti atque flamina, fulmina, &c. Hæc lectio est Scriverii, quam tacite recepit quoque Floridus, et desumpta ex Aristotele, qui habet: ἀνεμὸς τε καὶ πνεύματον διαφορά, ὁρμαὶ τε καὶ ἀσπασαὶ καὶ πρηστικὴς καὶ κεραυνὸς, &c. Ald. Junt. Colv. Vulcan. Wower. et Elmenh. Venti, aquæ, flammæ, fulmina; atque ita Mss. Florent. Bened. et Voss. uterque; nisi quod 3. posteriores dent et fulmina. Male pro flammæ Elm. conjecit flamina. Flammæ enim sunt πρηστικὴς. At quid huc faciunt aquæ? Lego omnino cum Lipsio et Goesio animæ, i. e. πνεύματα, spiritus. Inapte autem verti est in Mss. Vulc. Voss. sec. Edd. Ald. Vulc. pr. Reposui itaque Venti, Animæ, Flammæ, et Fulmina. Vide infra p. 723. 'animis Septemtrionis ac Zephyri temperati Etesiae.' Anson. in Precat. Cons. 7. 'Apricas ventorum animas.' Oud.—8 Bened. ignipicorum, et mox atque ex

NOTE

* Altera humida] Hæc appellatur vapor.

* Egelida] Ἀρπύδιος Aristoteli. Verti, 'tepida.' Catullus: 'Jam ver

egelidos refert tepores.' 'Egelidas' est non gelidus: sic 'edurus'; non durus. Virgil. lib. II. Georgic. 'Plautis eduræ Coryli nascuntur.'

latio⁹ vaporata et humore¹ viduata, aëre crassior, nube subtilior, cui serenitas abolitionem² infert. Néc aliud est serenitas, quam aër purgatus caligine, et perspicue sincerus. Ros vero nocturnus humor est, quem serenitas tenuiter spargit.³ Glaciem dicimus humorem, sereno rigore concretum.⁴ Huic est pruina consimilis, si mollitia⁵ roris matutinis frigoribus incanuit.⁶ Ergo aër actus in nubem nubilum denset, et ea crassitudo aquarum foetu se gravidat.⁷ Imber exprimitur,⁷ cum inter se urgentur⁸ nubium densitates, totque diversitatibus pluviae cadunt, quot modis aër nubilis conditionibus⁹ cogitur: raritas enim nubium stil-

humiditate, densior aëre, tenuior nube, quam Serenitas dissipat. Serenitas porro nihil aliud est quam aër purgatus nebula, et clarus, atque purus. Ros autem est humiditas nocturna, quam Serenitas diffundit minutatim: vocamus Glaciem aquam rigentem frigore sereno. Pruina est et similis, quando nempe Ros mollis albicavit gelu matutino. Si igitur aër impulsus in nubem, condenset eam, atque illa densitas graviores reddat aquas in illa conceptas, Pluvia eliquatur: quando spissitudines nubium premuntur invicem, et Imbres ruunt totidem variis modis, quot aër comprimitur concursibus nubium: nam raritas nubium dispergit guttulas: quæ nubes, quan-

~~~~~  
ortu pro aut ex ortu. Id.—9 Voss. sec. exaltatio. Bened. ex altero. Id.—1 Edd. ante Vulcan. contra Mss. carent τῷ et. Idem.—2 Bened. Voss. sec. abolitio-nem. Mox pro caligine Bened. caliginem. Idem.—3 Vide Not. Var.—4 Malim: frigore. Wowerius. Frigore vulgatum fuerat ante Vulcan. quæ vox statim sequitur. Mss. O. rigore, ut bene reposuit Vlc. Oud.—5 Al. mol-lities.—6 Bened. incanuit. Oud.—7 Ergo si aër a. i. n. denset, et ea crassitudo a. fatus gravidat, imber exprimitur. Q. Primo si non comparet in ullo Cod. nec Ed. ante Bas. sec. Dein fatus gravidat solus habet Florent. unde sic edidit Elm. Scriv. Flor. In Mss. reliquis est fatu gravidat præter Vlc. Cod. qui cum Edd. ceteris habet fatu gravidatur. Nam certe crassitudo non gravidat fatus, sed ipsa fit gravis fatu. Legendum omnino est, et distinguen-dum, Ergo aër, &c. fatu se gravidat. Imber exprimitur, quum, &c. Et sic clare Arist. Νέφος, &c. γόνιμον ὕδατος: Οὐρανός δὲ, &c. Nam male imber exprimitur iungunt præcedentibus: quod non fit, cum nubes gravidantur aquis; sed cum jam gravidatæ nubes inter se urgentur et colliduntur. Frustra autem margini densat allevit Lipsius. Vide (præter Colv. et Comm. ad Lucan. p. 260. 331.) Lambin. &c. ad Lucret. l. i. vs. 391. 'quia se condenseat aër:' atque ita Mss. aliquot. Veget. l. iv. c. 3. et Septim. de B. Troj. l. iii. c. 5. Oud.—8 Ita Ed. Scriv. bene. Al. urgentur. Id.—9 Al. nubium con. Vid. Not.

## NOTÆ

<sup>1</sup> Quem serenitas tenuiter spargit]  
Hinc nunquam Ros est nisi sereno  
aëre.

<sup>2</sup> Nubilum denset, &c. fatu se [fatus]  
gravidat] Denset hic in indicativo est,  
sicut et gravidat, flectiturque a verbo

'denseo,' quo etiam usus Lucret.  
lib. i. 'Quod si forte aliquis, cum  
corpora dissiluisse, Tum putat id fieri  
quia se condenseat aër.' Et infra:  
'Nec tali ratione potest denserier  
aër.'

licidia dispergit: quæ,<sup>1</sup> concretæ vehementius, effundunt<sup>2</sup> agmina largiora, et eas aquas, quas imbres vocamus: a quibus hoc differunt nimbi, quod pluvia jugis est:<sup>3</sup> nimbus autem, quanto repentinus<sup>4</sup> est, tanto vehementior: et quanto improvisior præcipitatio ejus est,<sup>5</sup> tanto brevior casu restringitur. [720] Nives autem colligi jactatione densarum nubium constat: nam priusquam in aquam defluant, fractæ ac discissæ<sup>6</sup> spumas agitationibus suis faciunt, et mox gelatus humor rigore frigoris inhorrescit.<sup>7</sup> Hæc, victis nubibus, crebrior ad terram venit. Eam tempestatem<sup>8</sup> nos ningorem<sup>9</sup> vocamus. Grandinare vero tunc dicis,<sup>1</sup> cum aqua nubem lapidoso pondere et festinante perumpit: eademque vi et ad pernicitatem incita,<sup>2</sup>

*do sunt validius condensata, effundunt majorem copiam aquæ, et illas aquas, quas appellamus pluvias: a quibus Nimbi in eo discrepant, quod Pluvia diu durat: at Nimbus quo magis est subitus, eo est violentior: et quo ejus casus est magis repentinus, eo etiam brevior spatio temporis, ejus lapsus absolvitur. Certum est autem Nives cogi agitatione Nubium spissarum. Illæ enim, antequam destillent in pluviam, confractæ ac disruptæ spumas agunt suis jactationibus, et statim humor congelatus rigescit asperitate frigoris. Hæc Nix, ruptis nubibus, majori copia descendit ad humum. Nos appellamus illam tempestatem Ninguorem. Tunc autem dicimus grandinare, quando aqua congelata perfringit nubem calculis suis gravibus et properantibus, et excitatur ad velocitatem eadem vehementia, et, mollitia Aëris sibi*

\*\*\*\*\*

Var.—1 Bened. *nubes quæ*. Oud.—2 Edd. Elm. Scriv. Flor. male *affundunt*. Mox pro hoc differunt Fulvian. eo diff. Id.—3 Crediderim legendum a quibus hoc differunt Nimbi, quod Imber, Pluvia jugis est. Vulcanius. Non male. Oud.—4 Al. *repentinior*.—5 Quod improvisior præcipitatio est. Bene Vulcanius, nisi quod addendum ex Ms. *improvisior ejus præcipitatio*. Sclopp. in Symb. Mss. Fulv. et Florent. cum Vulc. Ed. tert. et seqq. addunt *ejus*, quod abest ab Ed. Vulc. sec. Sed Codd. Bened. Voss. uterque Vulc. *improvisior præcipitatio ejus est*; atque ita Junt. post. Reliquæ Edd. male *improvisior et præcipitatio*. Oud.—6 Voss. sec. *discissæ* de more. Intelliguntur autem nubes ipsæ, ut patet ex Aristotele. Id.—7 Vid. Not. Var.—8 *Eam tempestatem*. Hic iterum desunt in Romano versus 74. Elmenh. Usque ad *impulsibus* quatit omnia desunt Edd. primis, Junt. pr. Bas. pr. Aldus primus partim, partim Junt. Ed. post. addidere. Oud.—9 Al. *nigrorem* et *nigorem*.—1 Tunc dicimus. Voss. sec. tum. A Scriv. et Florido est *dicimus*. In Mss. et Edd. ceteris *dicis*. scil. tu Faustino, et alii vulgo. Ald. *dicis*. An fuit *dicas*? alibi sic in hoc libro. Oud.—2 *Eademque vi et ad pernicitatem incitatur*. Sic tacite edidit Floridus.

#### NOTÆ

\* *Ninguorem* [*Ninguorem*] Sic vertit *νιγέρω*. Aristotelis. 'Ninguor' porro et verbum 'ninguo,' et adjectivum 'ninguidus,' quo sæpius utitur Au-

osnius, fluunt ab antiquo genitivo 'ninguis,' quod olim usurpatum fuisse pro *nivis*, testatur Priscianus, lib. vi.

et, cedente aëris mollitie,<sup>3</sup> præcipitata, indignatione vehementi humum verberat.<sup>4</sup> Hæc satis erunt<sup>5</sup> de iis, quæ udis elementis aquosisque contingunt. Verum aliæ sunt passionēs, cum impulsu<sup>6</sup> frigidioris aëris venti generantur. Nec enim aliud est, nisi multum et vehemens in unum coacti aëris flamen. Hunc spiritum dicimus: licet spiritus ille etiam nominetur,<sup>7</sup> qui animalia omnia extrinsecus<sup>8</sup> vitalia<sup>9</sup> tractus sui vitali et foecunda ope vegetat. Siccōs et superiores<sup>9</sup> mundi flatus ventos nominamus: auras vero, hu-

*cedente, præcipitata, magno fremitu percutit Terram. Hæc sufficiunt de iis quæ eveniunt in Elementis humidis et aquosis. Ast aliæ affectiones sunt, quando Venti excitantur impulsionē Aëris frigidioris. Nam Ventus nihil est aliud nisi magnum et violentum fluentium aëris simul collecti. Vocamus eum Spiritum: quamvis ille etiam vocetur Spiritus, qui vivificat vitali et faciendo subsidio sui meatus cuncta animalia quæ interius vivunt. Aridiora et altiora Flamina mundi appellamus Ven-*

At Mss. et Edd. O. corrupte incitat. Bened. eadem veroque ad vi pernic. incitat. Latet quid. Lipsius legit incitata; quod non displicet: nisi malis mecum eademque se vi incitat. Sic 'matus et vis aquæ se incitant.' Id. Haud dubie legendum incita: quod verbum, ut antiquum et Laceretianum, placere Apuleio debuit. J. Bosscha.—3 Bas. 2. aëris mollitia. Flor. et Aldas aëris molli cura. Unde Vulc. aëris mollitura, Lipsius aëris mollicina legunt. Sed ista ingeniositate nihil hic opus, cum lib. i. de habitudine Platonis dicat, 'pulumonum excipitur mollitie.' Elmenh. Mollitie præter Cod. Vulc. clare habet Bened. ut cum Vulcanio edidere seqq. vel mollitia, ut supra. Voss. molli cura. Scalig. molli natura, melius quam aut Lips. mollicina aut Vulc. mollitura. Quid si mollitia, terræ præcipitatum, i. e. in terram. Vide ad Lucan. l. iv. 647. 'sternique vetabere terræ:' ut lego jam cum Cortio, et ad l. v. 360. 'procumbite terræ:' adde Cl. Burm. ad Ovid. Am. iii. 2. 35. Immo Noster l. ix. Met. 'terræ prosternitur.' Alibi 'terræ jacere, concidere,' &c. Donec tamen quid certius e Mss. affulgeat, mollitie retineo. Oud.—4 Aldus humana verb. inepte. Elmenh. Præcipitata indignatione veh. humum verberat. Hæc Lipsii est conjectura in marg. libri sui, quam, nescio unde, tacitus admisit Floridus. Mss. et Edd. reliquæ habent præcipitatum, nisi quod in Bened. sit præcipitatum. Pro humum Mss. Voss. sec. Vulc. et Edd. ante ipsum humana. Sed Bened. reverberat humum. Unde suspicor, Auctorem scripsisse terræ præcipitatum indignatione veh. humus reverberat. Eleganter sane. Oud.—5 Bened. hoc satis erit. Voss. sec. hæc sati erit. Ald. hæc sat erunt. Id.—6 Qui cum impulsu. In V. C. non legitur rō qui: et omnino ραπέλας, nam si legatur, sensum turbat, qui alloqui est plannus. Vulc. Recte deest qui in Mss. O. et Edd. post Vulcan. Oud.—7 Spiritus ille nom. Lege, licet spiritus etiam ille nominetur. Vulcanius. Tō etiam perperam ante deorat, sed comparet in Mss. Oud.—8 Al. intrinsecus.—9 Siccōs etiam superiores. Lege, siccos et superiores. Vulcanius. Ut habent Mss. In Edd. ante Vulcan. etiam, unde Lips. allevit superioris. Frustra. Pro flatus Ed. Vulc. tert. vitiose

## NOTE

7 Extrinsecus vitalia] Malim intrin- placuisse.  
secus, quod etiam video Elmenhorstio

midos spiritus. Sed ventorum binæ sunt species. Qui facti e telluris halitu constant,<sup>1</sup> Terrigenæ<sup>2</sup> nuncupantur: at illi qui excutiantur e sinibus, Encolpiæ<sup>3</sup> Græce sunt nominati.<sup>3</sup> Consimiles his haberi oportet eos, qui de fluminibus, lacubus, et stagnis, vel ruptis nubibus<sup>4</sup> per aperta<sup>5</sup> manare assolent, [721] rursumque in crassam nubium speciem conglobantur,<sup>6</sup> qui Ecnephiæ appellantur:<sup>6</sup> vel cum imber effusus<sup>6</sup> conciet flabra, quæ Exhydriæ<sup>7</sup> At-

*tos: madidos autem Flatus, vocamus Auras. Verum Venti sunt duplicis generis. Illi qui constati sunt exhalatione Terræ appellantur Terrestres: illi vero qui excutantur in sinibus maris vocati sunt Græce Encolpiæ. Illi existimandi sunt his similes, qui consueverunt fluere per patentem aërem ex Annibus, Stagnis, et Paludibus, aut ex Nubibus discissis, et iterum coguntur in densam formam Nubis, qui vocantur Ecnephia, aut quando pluvia densissima excitat Ventos, qui appellantur*

\*\*\*\*\*

*status. Oud.—1 Q. facti e telluris habitu. Legendum omnino habitu, etiam non monentibus membranis veteribus: hoc est, Exhalationibus terrenis recta sarsum tendentibus: quos quidem ventos eleganti allusione ad γηγενείς illos Gigantes, Terrigenas vocat Apuleius, quos Arist. ἀπὸ γῆς, ὅς. Vulc. F. Q. fartim e telluris habitu constant. Brantius. Brant. q. fartim e tell. h. constant. Bene. Elmenh. Constant non male; sed prius non mutandum. Inepte ante Vulcan. edebatur habitu contra Mss. et sensum Aristot. οἱ ἐκ τῆς γεννησιμότητος γῆς πνεύματες. Oud.—2 Sequentia At illi, ὅς. usque ad vocitantur desunt in Edd. Vett. Primus addidit editor Junt. post. Id.—3 Vid. Not. Var.—4 Vel rupt. nub. recte Mss. cum Vulcan. et seqq. Abest ab Ed. Wow. tamen vel. Male. Alii enim sunt venti, qui e fluminibus et lacubus, alii, qui ruptis nubibus flant; ut recte distinguitur ab Aristotele. Melius Edd. priores habebant qui r. n. Pro quo ideo minus bene etiam Lipsius margini allevit perruptis. Oud.—5 Al. aperta.—6 Leid. cum in vere fusus. male. Elmenh.—7 Vet. cod. meus EXOPIA: corrupte: nisi alius quispiam ex his literarum vestigiis, quæ videntur innuere ἐξόπια, aliud quippiam ἐδυβόλος divinet. Budeus vertit Aquatores. Sunt vero Exhydriæ, flatus qui cum aqua tumultuose profusa inhorrentes et fragosi feruntur. Nos Græcam vocem retinea-*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Terrigenæ] Aristoteli ἀπὸ γῆς. De Ventorum natura et situ, vide lib. 11. Meteorol. ejusdem Aristotelis, cap. 4. 5. et 6.

<sup>2</sup> Encolpiæ] Aristot. οἱ δὲ ἐκ κόλπων διεξέρχοντες, ἐγκολπία.

<sup>3</sup> Vel ruptis nubibus, ὅς. rursumque in crassam nubium speciem conglobantur] Hæc, non accurate ex Aristotele expressa, obscuriora sunt. Aristotelis verba: οἱ δὲ κατὰ βῆξιν νέφους γινόμενοι, καὶ ἀνάλυσιν τοῦ πάχους πρὸς ταυτοὺς ποιεῖσθαι, ἐκνεφία καλοῦνται.

quæ sic interpretor: 'ii vero Venti, qui sicut rupta nube, conflanturque ex resolutione ejus densitatis, Ecnephiæ dicuntur,' ubi nulla mentio iteratæ illius Ventorum conglobationis in crassam nubium speciem, de qua hic loquitur Apuleius. De Ecnephia et Typhone vide cap. 1. lib. 111. Meteorologic. Aristotelis. et Plin. lib. 11. cap. 48.

<sup>6</sup> Qui Ecnephiæ appellantur] Hæc ex Arist. Vulcanius hic reposuit.

ticorum lingua<sup>8</sup> vocitantur. Nunc nomina exequemur, regionesque ventorum. Euros<sup>9</sup> Oriens, Boreas Septemtrio, Occidens Zephyros, Austros medius dies mittit. Hos quatuor ventos<sup>1</sup> alii plures interfluunt: <sup>2</sup> nam quamvis Eurus sit ventus Orientis, idem tamen a parte Cæcias<sup>d</sup> accipit nomen, cum eum Oriens æstivo effundit.<sup>3</sup> Apeliotes<sup>4</sup> autem vocatur, cum meridianis portis<sup>5</sup> procreatur. Eurus est,

lingua Atheniensium *Exhydria*. Jam explicabimus vocabula, et loca Flaminum. Ab Ortu ventum Euri: a Septemtrionibus, Boreæ: ab Occasu, Zephyri: a Meridie, Austri. Inter illos quatuor Ventos multi alii spirant. Licet enim Eurus sit Ventus Orientis, ipse nihilominus incipit vocari Cæcias, quando spirat ab Ortu Æstivo: dicitur vero Subsolanus, quando oritur ex Ortu Æquinoctiali: Eurus

mus, dum Latina illa ἀνέλογος non suppetit. *Vulc.* Flor. *Exopia*. male. *Elmenh.* Bened. et Voss. sec. quoque *Exopia*. Voss. pr. *Exoptia*. Edd. Lugd. Bas. tert. *Exhedria*. Sed ἐξυδρία apud Aristot. Verum ille non addit eos ita vocatos *Atticorum lingua*. Quid si legamus *Ezuria* vel *Exoria* ab ὄρου rina, unde et Orion sive Hyrieus, de quo vide Munker. ad Hygin. F. 195. Tzet. ad Hes. *ēpy.* 199. Schol. Hom. Catal. vs. 3. Interpr. ad Stephan. de Urb. V. *Ῥπία*. Oud.—8 *Attica cum lingua*. Talpa sit qui non videat primo statim occurrere legendum *Atticorum lingua*. Vulcanius. Male et contra Mas. ante Vulcan. edebatur *Attica cum lingua*: quod natum ex Ed. Junt. post. *Atticorum*: sed ibi inter errata correctum *Atticorum*. Oud.—9 Bened. *Eurus*, et mox *Zephyrus*. Id.—1 *Hos quatuor ventos, &c.* Hæc usque ad impulsibus quatit primus e Codd. edidit Aldus. Id.—2 Al. *interfluunt et interfusant*. V. N. Var.—3 *Oriens æstibus emittit*. Ms. cod. legit, *æstivo*. Ego legendum censeo *ortus æstivus*, ut frequenter u pro b et b pro u consonante ponitur. Et omnino exemplar Aldinum Apuleii ita legit, *æstivus emittit*. Ms. cod. *æstivo effundat*. Cæciam vero Hesych. ita dictum vult ἀπὸ τοῦ καίκιν (lege καίκιν) ποταμοῦ. *Vulc.* Vid. Not. Var.—4 Voss. sec. Bened. cum Florent. *ελιόντες* vel *eliontes*, quia ap abierat in at præcedentis verbi: vitiose. Oud.—5 *Meridianis ex montibus*. V. C. *meridianis montibus*. Ego putarim legendum, *motibus*, vel potius, *ortibus*. Vulcanius. Græce: Ἀπὸ τῶν περὶ τὰς λημμερὰς. Satis apparet emendandum: *Apeliotes vocatur, cum meridianis exortibus procreatur*. Wowerius. *Æquidians exortibus*. Hæc lectio est a Scaligero. *Vulc.* *meridianis motibus*. Flor. Leid. et Aldus: *meridianis ex montibus*. Wower. *meridianis exortibus*. Elmenhorstius. Cum *meridianis ex montibus procreatur* constans fere, sed ineptissima plurimorum Mss. est lectio. Primo cum Scaligero faciunt Voss. Ed. *Vulc.* sec. tert. ac Floridus. Salmas. vero l. c. p. 889. legit

## NOTE

<sup>d</sup> *Cæcias* [*Aparetias*] Repone *Cæcias*. Aristoteles: τῶν γε μὴν εὐρον, καυκίας μὲν λέγεται δ' ἀπὸ τοῦ περὶ τὰς θερμὰς ἀνατολὰς τόπου πνέειν ἄνεμος. 'ex Euri, Cæcias dicitur Ventus ille qui fiat ab ortu æstivo.'

<sup>e</sup> [*Apeliotes*] Græcis ἀπὸ τῶν περὶ τὰς λημμερὰς, Latine 'Subsolanus.'

<sup>f</sup> Cum *meridianis portis* [ex montibus] Mendosus locus. Aristoteles: ἀπὸ τῶν περὶ τὰς λημμερὰς (ἀνατολὰς τόπου). 'Apeliotes ille est qui fiat ab ortu Æquinoctiali.' Apuleius ipse infra: 'Eurus igitur Æquinoctialis Orientis est Ventus, &c. Idem ἀπὸ τῶν περὶ τὰς λημμερὰς a Græcis, Subsolanus



quando hyemali ortu emittitur: <sup>6</sup> Zephyrus vero, quem Romana lingua Favonium novit: <sup>7</sup> hic cum de æstivis occiduis <sup>8</sup> partibus surgit, Iapygis cieri <sup>9</sup> nomine solet. <sup>1</sup> [722] At ille, qui prior est æquinociali plagæ, <sup>h</sup> Notus: et Aquilo, qui septem stellarum regione generatur, et huic vicinus est Aparctias. <sup>1</sup> Hic prior est <sup>2</sup> indidem ad diem medium; <sup>3</sup>

*est quando laxatur ex portis Orientis Hyberni. At Zephyrus est, quem lingua Romana appellat Favonium; hic, cum exoritur a regione Occasus Æstivi, solet vocari nomine Iapygis. \* \* \* In vocabulis Austrorum, illa varietas est*



*medianis exortibus: sive mediis inter solstitiales et hybernos ortus. Ego tamen hic nihil temere mutandum puto, et 'meridianos' capio pro 'æquinocialibus' sive 'æquidiano'. Sed quid fiet prodigiosis illis montibus? Lipsius margini allevit meridianæ axis motibus. Singularis est Cod. Bened. scriptura, quæ viam ducit ad veram lectionem cum meridianis procreatur. Legendum enim cum merid. portis procreatur: quæ vox hinc exciderat in sequentem versum 'hyemali ortu emittitur,' ut ibi legendum videbimus. Montibus intrusum a librariis, cum hic excidisset portis. Sic passim enim loquuntur Veteres de quatuor mundi cardinibus. Oud.—6 Hyemalis ortus portis emittitur. Mira est locutio portæ ortus: nec etiam profecta ab Apuleio, ut docent membranæ Florent. legentes hyemali ortu, ut edidere Elm. Scriv. Flor. retinentes tamen portis: prave. Nam, ut supra vidimus, e superiore versu huc delapsum est rō portis. Satis est hyemali ortu emittitur. Ed. Ald. partis. Bened. hyema. Mox pro quem Ed. Scriv. quam. Id.—7 Al. nominat.—8 Florent. et Edd. ante Vulcan. carent τῷ hic. Perperam vero de contra Mas. O. et Edd. omisit Floridus. Oud.—9 Ald. efferri, forte censeri. Elmenhorstius.—1 Bened. generatur et huic vicinorum, &c. Voss. sec. Aparctias. Et delet Salmasius. Oud.—2 Huic propiores. Ald. huic propior est. Hic propior est vel propior exaratur in Mas. Vulc. Voss. utroque. At in Bened. hic prior est. Florent. hic propior cum Elm. Scriv. Flor. Huic propiores Vulc. pr. Wow. huic proprior Vulc. tert. Id.—3 Ad idem diem medium. Lege, ad diem medium. παρέκει*

#### NOTE

a nostris solet dici.' Repone ergo cum Scaligero cum æquidiano exortibus.

<sup>6</sup> Iapygis cieri nomine solet] Dicitur etiam Argestes, seu Corus: et Olympias, teste Aristotele.

<sup>h</sup> At ille, qui prior [propior] est æquinociali plagæ, &c.] Hic locus corruptissimus est ad hæc usque verba Austrorum in nominibus: eaque de causa prætermisi eum in Interpretatione. Verum restituere absque manuscriptorum codicum ope nequeo: quod possum, in tibi Aristotelis textum affero, qui locum hunc optime supplere possit: Ζέφυρος δὲ ὁ ἀπὸ τῆς ἰσημερινῆς ἀπὸ τῆς χειμερινῆς καὶ

τῶν βορέων ἰδίας, ὁ μὲν ἐξῆς τῇ καικίᾳ, καλεῖται βορέας· ἀπαρκτίας δὲ, ὁ ἐφεξῆς ἀπὸ τοῦ πόλου κατὰ τὸ μεσημβριῶν πῦλον· θρασκίας δὲ, ὁ ἐξῆς πῦλον τῷ ἀργέστῳ, ὃν ἔνιοι καικίαν καλοῦσι. 'Zephyrus vero, seu Favonius, is est qui ab Æquinociali Occasu fiat. Libs seu Africus, qui ab Hyberno. Ex Aquilonibus vero is, qui Cæciæ ad latus est, peculiariter appellatur Aquilo. Aparctias vero ille est, qui post eum ab ipso polo secundum Meridianum spirat. Thrascias deinceps ab Argeste (is Corus est) spirat, quem nonnulli Cæciam appellarunt.'

Thrascias et Argestes sunt in Indiam flantes. Austrorum <sup>4</sup> in nominibus <sup>5</sup> illa est observanda <sup>6</sup> diversitas: namque


enim *idem*: neque in Ms. cod. legitur. Apuleius Aldinus legit, *ad idem medium*: ex diem transpositione literarum factum est, *idem*. Vulcanius. *Ad idem d. medium* est in Voss. sec. Sed reliqui Mss. dant cum Vulcan. sec. *ad diem medium*. Vide seqq. Tum pro *Thrascias* Ald. *Thrascias*, Bened. *tertius*, ut vulgo corrupte legitur in Philarg. ad Virg. Geo. iv. 298. Florent. Voss. sec. *Thracius*. Pro *Argestes* Bened. Voss. sec. *Ergastes*: ut in Mss. Vitruvii. *Oud.* —4 Vid. N. Var.—5 Aldus, in *omnibus*: male. Elmenh. Sic recte Vulc. e suo codice rescripsit, cui reliqui Mss. et Edd. seqq. consentiunt. Ineptissime ante edebatur *flantes in omnibus Austr.* Lipsius margini allevit in *nominibus*.

## NOTE.

<sup>1</sup> Ex alio latere Libonotus ex duobus unum facit] Libonotus nempe, cum medius sit Notum inter et Libem seu Africum, videtur ex utriusque commixtione ortus, utrumque participare, eaque de causa dicitur Libonotus.

Hunc etiam Libophœnicem, *Λιβοφœνικα*, a nonnullis appellari tradit Aristoteles. Sed, ut quæ de Ventis hactenus dicta sunt melius intelligas, en tibi situs eorum et nomina in Schemate disposita.

## SEPTEMTRIO



cum de abscondito polo flatus adveniunt, Notus est: Euro-  
notus,<sup>7</sup> ille, qui inter Notum atque Eurum medius effringit;<sup>8</sup>  
ex alio latere Libonotus<sup>9</sup> ex [723] duobus unum facit.<sup>1</sup>  
Excursores venti habentur, qui directo spirant; reflabri,  
reciproco; ut Cæcias putatur esse.<sup>1</sup> Et quidam<sup>2</sup> hye-  
males<sup>k</sup> habentur, ut Noti:<sup>3</sup> Etesiae frequentiores sunt  
æstate,<sup>1</sup> animis Septemtrionis<sup>m</sup> ac Zephyri temperati; sed  
veris Ornithiæ<sup>n</sup> venti appellantur Aquilonum genus ex  
aëre prosati,<sup>4</sup> minori nisu, nec jugi perseverantia spiritus

*observata: quando enim flamina spirant a polo abdito, est Notus: ille qui erumpit medius inter Notum et Eurum, est Euronotus; ex altera parte Libonotus effluit unum ex duobus ventis. Illi venti dicuntur Excursores, qui recte flant; illi vero reflantes, qui alternant flamina: qualis existimatur esse Cæcias, et nonnulli existimantur hyberni, quemadmodum Noti: Etesiae crebriores sunt per æstivum tempus anni: Boreæ, et Favonii per vernum tempus: Ornithiæ Venti vocantur quidam Aquilones ex aëre geniti, deferentes suos flatus debiliori conatu et*

~~~~~

bus auctorum, &c. diversitas. Sed Austrorum est verissimum. τῶν Νότων, &c. etiam Arist. Oud.—6 Mss. Voss. sec. Vulc. observata. Id.—7 Bened. Euronotus. Id.—8 Bened. exurgit e Glossa.—9 Ald. Liba, Notus. Vide Tzetz. Chil. 8. Hist. 215. Elemenh. Prave Aldus. Junt. pr. ex alto latere L. Edd. Bas. sec. Lugd. Colv. ex altero. Bened. Voss. sec. Libonotus. Oud.—1 Vid. Not. Var.—2 Al. et quidem.—3 Sic et Aristot. Minus bene Vulc. et Wov. delent τὸ ut. Oud.—4 Male et contra Mss. in Edd. ante Vulcan. prolati. Init. L. de dogm. Plat. 'conceptus prosatum:' et passim. Pro minori Bened. minore. Id.—5 Ms. perseverantes. Alius: proserentes. Wowerius.

NOTE

^k Et quidam [Equidem] hyemales] Malim, et quidam hyemales.

¹ Etesia frequentiores sunt æstate] Plinius, lib. II. cap. 47. 'Hujus' (Caniculæ) 'exortum diebus octo ferme Aquilones antecedunt, quos Prodromos appellant: post biduum autem exortus, iidem Aquilones constantius perflant diebus quadraginta, quos Etesias vocant. Molliri eis creditur Solis vapor geminatus ardore sideris: nec ulli Ventorum magis statii sunt.' Aristoteles Etesias Ventos μέγαν ἔχειν τῶν τε ἀπὸ τῆς ἔρκτου φερομένων καὶ ζεφύρων. 'Mixtos esse ex Aquilonibus et Zephyris.' Ἐρησίας Etesia dicti ἀπὸ τοῦ ἔρους, ab anno, quasi dicas anniversarii, quod quotan-

nis certo tempore spirent.

^m Septemtrionis] Hoc nomine non tantum ἀναὰ sidus significatur, sed et Venti ab ea parte flantes, ut hic et apud Ciceronem Epist. ad Atticum, lib. IX. 'ex ea die fuere Septemtriones Venti.'

ⁿ Ornithiæ] 'Aviarios' vertit Interpretes Aristotelis. Plinius lib. II. cap. 47. Ornithiam non genus Aquilonis dicit, ut Noster et Arist. sed ipsum Favonium: 'Quidam' (inquit) 'Favonium ad VII. Kalendas Martii Chelidonian vocant, ab hirundinis viso: nonnulli vero Ornithian, uno et septuagesimo die post brumam, ab adventu avium, flantem per dies novem.'

perferentes.⁵ At enim procellosus flatus Catægis⁶ dicitur, quem præfractum^o possumus dicere, ventus, qui de superiore cœli parte submissus,⁷ inferiora repentinis impulsibus quatit.⁸ Turbo^p autem dicitur,⁹ qui repentinis flabris¹ prosilit, atque universa perturbat. Vortex⁴ ille est, vel, uti³ dicitur, Dine,⁴ cum torquetur humus arida, et ab infimo⁵ erigitur ad summum. Anaphysemata^a Græci vocant eos spiritus, [724] qui de fundo vel hiatibus terræ explosi ad superna meare solent.⁶ Hi cum majore vi torti sunt, fit

duratione non distincta. Verum enimvero Ventus tempestuosus vocatur Catægis, quem possumus vocare præfractum; is Ventus est, qui demissus ex summo aëre concutit inferiora impetu subito: ille vero appellatur Turbo, qui erumpit flatibus subitis, et subvertit omnia. Ille Ventus est Vortex, aut, sicut aliter nominatur, Dine, quando terra sicca circumagitur, et extollitur ab infimo ad supremum. Græci appellant Anaphysemata illos flatus, qui emissi ex fundo terræ aut ex ejus aperturis soliti sunt ascendere ad superiores partes aëris. Quando hi sunt circumacti majori

Voss. sec. jungi. Ald. spiritu. Bened. proferentes. Male. De vi τοῦ perferre adi me ad Met. l. vi. p. 398. Oud.—6 Al. catægis.—7 Prave Ed. Flor. inmissus. Pro inferiora Bened. in inf. Oud.—8 Ald. delationibus. Voss. sec. quatitur. Bened. quatitur. Edd. Vulc. sec. tert. Scriv. Flor. quatit. Id.—9 Sic Mss. O. In Edd. ante Bas. sec. 7. enim. In reliquis ante Vulcan. abest τὸ autem. Id.—1 Ed. Vulc. pr. flatibus, negligenter. Id.—2 Al. vertez.—3 Male Edd. Elm. Scriv. et Mss. quidam veluti. Oud.—4 Dine recte Vulc. Mss. et vulgati legunt, velut dicitur Pynea vel Pyneus. Elmenhorstius. Prave Ed. Scriv. Dyne. At Arist. habet δαίλαψ καὶ στρόβιλος, et Edd. vett. item Wow. Pineas. Mss. Florent. Fulv. Vulc. Voss. uterque Pineas. Bened. pisanis. Quare aliud quid latere puto. Oud.—5 Ms. Florent. et Edd. Elm. Scriv. Flor. ab imo. Id.—6 Explosi ad superna maris solent devenire. Ms. cod. habet, expelli ad superiora maris solent. Nam illud devenire glossema merum esse verbum ipsum satis indicat. Vulc. Fortasse rectius ad superna aëris. Wowerinus. De profundo hiatibus terræ explosi ad superna aëris solent evadere. Hæc lectio debetur Elmenhorstio, quam partim e Ms. partim e conjectura effinxit. Primo profundo extat in solo Florent. Reliqui cum prioribus Edd. fundo rectius. Arist. ἐκ βυθῶ τινος ἢ πηγματος. Dein explosi vere Mss. O. et Edd. ante Vulcan. qui e conjectura, non vero e Codice, ut ex ipsius verbis crederes, cum Woverio dedit expelli, existimans alioquin deesse verbum: quod statim videbimus. Maris constanter est in Mss. et Edd. vett. Aëris conjectura est Wow. ac Lipsii. Dein pro evadere quod habet solus Florent. est ante

NOTÆ

^o Catægis, &c. quem præfractum] Vel potius præfringentem, ac pervellentem: αἰγίσεω (unde derivatur Catægis) Græcis nonnunquam significat διασπᾶν, 'divellere,' et 'affligere tempestate.'
^p Turbo] Θέλλα, Aristoteli.
⁴ Vortex] δαίλαψ et στρόβιλος, Aris-

toteli.

³ Dine] Δίνη et δίνας, Aristophani, 'aëris turbo:' et δινέω 'circumago,' 'circumverto.'

^a Anaphysemata] 'Efflatus' vertere possis, vel evaporationes, ab ἀναφύσσω, 'efflo.'

procella terrestris,⁷ a Græcis Prester[†] nomen accepit.⁸ Sed cum tormentum⁹ illud ire pergit, densasque et tumidas nubes præ se agit,¹ coactasque collidit, fit sonitus, et intonat cælum: non secus ac si commotum ventis mare cum ingenti fragore undas littoribus impingat.²

At Favorinus,³ non ignobilis sapiens, hæc de ventis refert: 'Quatuor mundi⁴ plagas imparem numerum habere ventorum; eo quod ortus et occasus mutantur⁴ terna vice cum Solis accessu, meridies et arctos⁵ iisdem semper regi-

vehementia, fit tempestas terrestris, et vocata est a Græcis Prester: at quando illa procella persequitur eum iter, et pellit ante se nubes opacas et turgidas, et conglomeratas illidit inter se, fragor exoritur, et æther tonat: haud aliter, quam si pelagus concitatum flaminibus allidat fluctus ad ripas cum magno sonitu.



Vulcan. *devenire*: at nec hoc, nec illud extat in Mss. aliis. Arist. tantum ἀναφερόμενον. Lege igitur ad superna meare solent. De nubibus in l. de Deo Socr. p. 681. 'humilius meant': de avibus l. xi. 'aves cælo meantes:' et passim. 'Meatus æris' infra p. 727. Oud.—7 Male exulat terrestris Edd. ante Vulcan. contra Mss. et Aristotelem. Id.—8 Et a Græcis nomen accepit. Td accepit male omittit Flor. Theophr. de igne fol. 423. ἐκ δὲ αὐτοῦ αἶρος καὶ τοῖς νέφεσι συστροφὰ καὶ θλίψει: βίαιαι δὲ αἱ φορὰι, δι' ὧν δὴ οἱ πρηστικὲς καὶ κεραυνὸι γίνονται, καὶ θεοὺς δὴ τρόπους ἄλλους τεθεωρήκαμεν. Elmenh. Recte et carent Mss. Voss. Bened. Vide supra ad p. 721. Voss. sec. *præster*. Oud.—9 Al. tormento.—1 Nubes presse agit. Aldina editio habet, *Præagit*. Ex quo, quisquis non oscitabunde auctores legit, facile colligat, legendum esse *Præ se agit*, id est, ante se. *Vulc.* Inepte Edd. ante Junt. post. *præagit*. Junt. post. &c. usque ad Vulcan. *presse agit*: et ita Voss. sec. ac *Vulc.* Conjecit Lipsius *pressu agit*, *Bualus* Arist. Absunt a Bened. *densasque*, &c. *agit*. Oud.—2 Sic *Vulc.* e suo cod. et seqq. Bened. Voss. uterque *impingit*. Contra Mss. in Edd. vett. item Wow. *illidat*. Sed præcedit *collidit*. Id.—3 Vulcanis tres mundi, bene. Elmenh.—4 *Mutantur...sunt*. Nota rursus modorum varietatem, et adi ad l. iii. de Dogm. Plat. p. 610. Bened. *mutantur et sint*. Voss. sec. *mutentur et sint*. Pro terna Bened. *terrena*. Oud.—5 Voss. *meridie*

NOTÆ

[†] *Hi cum majore vi torti sunt, &c. et a Græcis Prester, &c.*] Aristotel. *δὲν δὲ εἰλοῦμενον πολλὴν φέρηται, πρηστικὴν χάθ-νός ἐστιν*. Inferius tamen sensu paulo alio Præstera sumit pro Turbine accenso ipse Aristoteles: et Noster infra: 'Præstera vero nominamus' (fulmina) 'cum flammaram in illis minus fuerit.'

² *At Favorinus, &c.*] Hæc quæ sequuntur usque ad illa verba: *nunc de nubium præstigiis referam*: habentur verbis fere iisdem apud Gellinm Noc-

tium Atticarum lib. ii. cap. 22. ubi de Iapyge Vento, Favorinique de Ventis sermone: unde huc translata videntur, et ab aliquo studioso olim ad marginem annotata, deinde ab imperitis exscriptoribus in contextum admissa, quasi Apuleiana essent. Merum ergo est Glossema, quod ignorat prima editio et Aristoteles: ideo e contextu non omnino quidem rejeci, sed Italicis characteribus edendum curavi, nulla addita Interpretatione.

onibus⁶ sunt notatæ. Ortus quippe accepimus, æquinoc-
tialem, solstitialem,⁷ brumalem: quibus occasus red-
duntur eadem intervallorum ratione conversa.⁸ Eurus
igitur⁹ æquinocctialis Orientis est ventus,¹⁰ nec invenuste¹¹
nominis ejus fictus est, quasi ἀπὸ τῆς ἐφ' ἡμᾶς πύων.¹² Idem¹³
ἀπ' ἡλίου¹⁴ a Græcis, Subsolanus a nostris solet dici. Sed
qui ab æstivæ et solstitialis⁶ orientis meta venit, Βορέας
Græce, Latine Aquilo nominatur: hinc αἰθρηγενέτην,¹⁵ quod
sit alias serenus, Homerus ait: Βορέαν⁸ vero ἀπὸ τῆς βοῆς,¹⁶

dies. Bened. meridiei. Si quid mutandum, malim *Arctoï* pro ἀρκτοῖ sive Arcti.
Gell. 'meridies et Septemtriones:' de hac terminatione vide ad Lucan. l. ii.
vs. 593. l. iiii. vs. 180. Munker. ad Hygin. Astron. l. ii. c. 2. *Histoï*, ut etiam
Cod. Voss. Sic in Nepote *hemerodromoe*: ubi consule Comm. Id.—6 Dele τὸ
semper ex Florent. *Elmenh.* Apud Gell. 'statu perpetuo manent.' Voss. sec.
semper per. Ald. eandem per regiones. pag. seq. 'eandem semper regione signa-
tur.' Oud.—7 Voss. sec. Bened. *et solst.* Mox redduntur abest Bened. Id.—8 Ita
Vulc. et seqq. ex ipsius Cod. *Conversi* Edd. priores, sc. occasus, præter Aldinam,
in qua ut et Florent. Voss. sec. Bened. est *conversa*: adeo ut aliud quid latere
videatur. Forsan *plagæ* subandiri possit, ut *Centauro magna*, &c. Id.—9 Ed.
Junt. post. caret. Id.—1 Orientis est. Lege ex V. cod. *Orientis ventus est*, ut sit
orientis dictum pro, ortus. Vulc. *Ventus* excidit male contra Mss. ab Edd. Junt.
post. Bas. sec. Lugd. Colv. Oud.—2 Bened. *invenustate*. Pro quasi Voss.
sec. Gellio. Id.—3 *Ἀπὸ τῆς ἐφ' ἡμᾶς πύων*. Lege *πύων*. *Vulcanius*. Floridus tacite
e Gellio edidit ἀπὸ τῆς ἐφ' ἡμᾶς πύων. Sed Edd. reliquæ habent *ἰώος* vel *ἰώος* cum
Florent. At Bened. *eowas*. Voss. uterque *ἰώας*. Bene. *ἐφ' ἡμᾶς* Græcis simpli-
citer dicitur tractus Orientalis. Vide Stephanum. Græcis caret Aldus.
Oud.—4 Aldus qui. Id.—5 *Ἀπ' ἡλίου* Mss. et Edd. præter Floridum, qui e
Gellio reposuit π, cum tamen optimus Gellii Cod. Reg. etiam habeat φ,
quasi ἀπ' ἡλίου et sic quoque Ms. Perizon. apud Veget. lib. v. c. 8. Supra
tamen Mss. et Edd. *Apeliotes*: ut et Arist. ἀπ' ἡλίου: quia et ἡέλιος dicitur:
item Theophrasto et Isidoro de Rer. Nat. c. 37. aliisque. Aldus prave ἀπ' ἡλίου.
Voss. Ms. ἀπ' ἡλίου. Id.—6 *Æstiva et solstitiali orientis meta*. Ita
rursus e Gellio Floridus. At Ms. et Edd. vett. *solstitialis*. Bene, si *æstivæ*
legas, *plagæ* subintelligens. Id.—7 Scribo, hunc αἰθρηγενέτην, &c. Gellius:
'Eumque propterea quidam dicunt αἰθρηγενέτην ab Homero appellatum.'
Hinc, ut apud Gellium propterea. Sed Mss. Florent. Voss. sec. Edd. Ald.
Junt. post. Elm. Flor. hunc. Tum Voss. sec. *acteergenden*. Id.—8 *Boream*.

NOTÆ

* Eurus igitur *Æquinocctialis Orien-
tis est ventus*] Ex mente quidem Fa-
vorini: at Aristoteles Eum vocat
eum qui ab Oriente Hyberno spirat,
ut jam vidimus.

* Quasi ἀπὸ τῆς ἐφ' ἡμᾶς [τῆς ἐφ'] πύων]
Ab Anhora fluens.

* Αἰθρηγενέτην] Αἰθρηγενέτης et αἰ-
θρηγενής serenitatem inducens. Bo-

Delph. et Var. Clus.

Apul.

reæ est epithetum apud Homerum.
αἰθρα et αἰθρη, aer serenus.

* Ἀπὸ τῆς βοῆς] A clamore. Vete-
res versus 'De Ventis' apud Isido-
rum, 'De Natura Rerum,' cap. 37.
'Hinc lævus Boreas glaciali Turbine
mngit, Frigidus hic Aquilo nostris vo-
citur in oris.'

[725] quod non sine clamore soleat intonare. Tertium ventum, qui ab Oriente hyberno venit, Græci *εὐπρόρον* vocant. Item occidui sunt tres,⁹ Caurus, qui Græce *ἀργύρεος*,¹ vocatur, is est adversus Aquiloni: item Favonius, Græce *ζέφυρος*,² Euro contrarius. Tertius Africanus, *ἀψ*,³ Vulturno reflat. Meridies vero, quoniam eadem semper regione signatur, uno Austro, id est, *νότος* flatur: Septemtrio item uno,⁴ et is Septemtrio habet cognomentum: qui tamen⁵ Græca lingua *ἀπαρκτίας*,⁶ dictus est. Horum nomina plerique⁷ commutant de loco vel similitudine aliqua: ut Galli Circium appellant⁸ a turbine ejus et vertice:⁹ Apuli Iapyga⁹ eum ex Iapyge sinu,¹ id est, ex ipso

~~~~~

Mss. Voss. sec. Bened. *borean*. Lege *βορέας*, Græce; ut supra. *Id.*—9 Ita cum Gellio Codd. Florent. Fulv. Voss. utroque et Edd. Elm. Flor. In Bened. *sunt vis*. Ald. *sunt ut*. Male etiam numero carent Edd. reliquæ. *Id.*—1 Florent. *ἀργύρεος*. Elmenh. Voss. sec. *ergastes*. Oud.—2 Voss. uterque *Favonium*. Idem ut et Bened. carent *τῇ* Græce. *Id.*—3 Edd. usque ad Elmenh. *id est ἀψ*. Sed nullus codex agnoscit *τὰ id est*. Voss. sec. *Lybs*. Bened. *Libis*. *Id.*—4 *Septemtrio item uno*. Dele glossema ex membranis Florentinis. Elmenh. Ineptissime; licet desint etiam in utroque Voss. Tunc enim diceretur amter septemtrionis habere cognomentum, quo quid absurdius? Gellius item dicit: 'Septemtriones autem habent ob eandem causam unum,' &c. Bened. tamen modo dat quoque *et bis Septemtrio habet cognomentum*. Pro *Septemtrionis* etiam Voss. sec. et Florent. *Septemtrio*. Recte. Sic supra p. 721. 'Idem tamen Cæcias accipit nomen:' ubi vide. Immo in versu apud Isidorum: 'Hinc nomen nostra et lingua Septemtrio finxit.' Ex repetito hoc nominativo lacuna in Mss. nata. Oud.—5 *Qui tamen, &c....percellit*. Desunt hæc quoque in Ed. Aldina. *Id.*—6 Flor. *LYTARREIL*. Inepte. Versus antiqui: 'Primus Aparctias alto qui spirat ab axe, Huic nomen nostra et lingua Septemtrio finxit.' Plinius lib. II. c. 47. Elmenh. Florent. *Λαπακεία*. Voss. *απαρκεία*. Oud.—7 Bened. plurimi. *Id.*—8 Male hoc verbum exulat Edd. præter Elmenh. et Florid. Agnoscunt id Mss. Florent. Voss. uterque Bened. *Id.*—9 *Iapygeum*. Vulgo, *Iapyga*. Vide Puteanum Cent. I. Ep. 16. Elmenh. *Apuli vero Iapygeum*. Sic Florid. Cum Elmenhorstius e Ms. Florent. ediderat *Apuli Iapygeum vero*. Abest *τὸ vero* a ceteris Mss. et Edd. At *Iapvageum* habent quoque Vossiani. Sed Bened. cum Edd. vet. et Gellio *Iapygem*. Nusquam dicitur hic ventus *Iapygeus*. Vulc. e suo cod. exhibuit *Iapyga*. Salmas. p. 887. legit *Iapygem eum*. Quidni *Iapyga eum*? Horat. lib. I. O. S. 4. 'Obstrictis aliis præter Iapyga' et aliis. Oud.—1 Vere ibid. correxit Salmas. *ex Iapygiæ sinu*: quomodo liquide extat in Vossianis; immo jam in Ed. Junt. post. Quo pacto Gargæus dicitur *Iapygiæ sinus* a Nostro, vide Gronov. ad Gell. 'Iapygiæ ipsius ore proficiacentem quasi finibus,' &c. ubi Puteanus legit e Nostro *sinubus* Centur. I. 16. at vide de Gelliano loco ibi comment. et Serv. ad Virg. *ÆN.* VIII. vs. 710.

#### NOTE

<sup>2</sup> Circium appellant a turbine ejus et turbat Circius, et tuta prohibet statione Monæci.  
vertice] Lucanus: 'Solus sua littora

Gargano venientem.<sup>a b</sup> Hunc Caurum esse, manifestum:<sup>c</sup> nam et ex occiduo venit, et Virgilius ejus sic meminit:

Illam<sup>d</sup> inter cædes<sup>e</sup> pallentem morte futura

Fecerat ignipotens undis et Iapyge ferri.

Est etiam Cæcias<sup>f</sup> ventus, quem Aristoteles ad se trahere nubes ait:<sup>g d</sup> et est adagium de eo tale:

καὶ<sup>7</sup>

Ἐλκων<sup>8</sup> • ἐφ' αὐτὸν ὡς ὁ Καικίας νέφος.<sup>9</sup>

Sunt Etesiae et Prodrumi<sup>f</sup> spirantes ex omni parte, eo tem-

*Id.*—2 Bened. *veniente*. *Id.*—3 *Manifestum est*. Abest verbum substantivum a Bened. Voss. utroque. Bene. *Id.*—4 Hi versus non videntur in Bened. Voss. utroque. Male *illum* Edd. præter Junt. post. et Florid. Agitur enim de Cleopatra apud Virgil. lib. viii. vs. 709. ubi hoc vitium monuit Helmsius. *Id.*—5 Flor. *calias*: male. *Elmenh.* Voss. quoque prave *calias*. Bened. et Cæc. Carent Bened. Voss. *est*. Oud.—6 Voss. præponit *ait rois ad se*, &c. *Id.*—7 Vox hæc finem facit Iambici versus etiam apud Gellium. Male eam delevit Elm. Editores vett. sequenti versui adjungunt, sic: καὶ ἐφ' αὐτὸν vel καὶ ἐφ' αὐτὸν ut est in Junt. post. Sed Voss. uterque, Bened. καὶ, unde patet versus alicujus Iambici finem esse. *Id.*—8 Abest ἔλκων a Voss. et Bened. Legendum ex Aristotele et Ms. Regio Gelliano ἔλκων ἐφ' αὐτὸν, ut fecit Salmas. ibid. *Id.* Vid. Not. Var.—9 Voss. sec. *νοομενίας νερ.* Apud Gell. et Aristot. quoque ἔς δ, at in Plutarcho ὅρρε: unde Vulc. Ed. sec. ὅρ' δ. Perperam Elm. ὅρρε δ. Accedo potius Salmasio legenti quadrisyllabe ἔς Καικίας, dictus enim a Caico. Vide Salmas. et Vulcan. supra ad p. 721. Ed. Flor. Immo sic diserte in Ms. Regio apud Gell. ubi Cl. Vir J. Gronov. non debuerat δ rursus inserere. Dein νέφος Ed. Vulc. pr. cum Plutarcho et Salmas. sed aliter Mss. nostri et Gelliani. Refingen-

#### NOTE

<sup>b</sup> *Apuli Iapyga cum [vero Iapygeum] ex Iapyge sinu, id est, ex ipso Gargano, &c.]* Virgil. Æneid. lib. vi. 'Ille urbein Argyripam patriæ cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis arvis.' Ad quem locum Servius: 'Iapygia pars est Apuliæ, in qua mons Garganus, qui usque ad mare Adriaticum extenditur.' Solinus in Polyhistore dictam ait Iapygiam, ab Iapyge Dædali filio.

<sup>c</sup> *Illam inter cædes, &c.]* Hos versus non habet Gellius, sed hæc verba tantum: 'Itaque Virgilius Cleopatram e navali prælio in Ægyptum fugientem vento Iapyge ferri ait.' Ver-

sus hi sunt ex lib. viii. Æneid. desumpti.

<sup>d</sup> *Quem Aristoteles ad se trahere nubes ait, &c.]* Lib. iii. Meteorolog. cap. 6.

<sup>e</sup> *Et est adagium de eo tale: καὶ ἔλκων* Id est, 'sic mala sibi ipsi attrahens, ut Cæcias nubem:' in eos celebratum proverbium, qui sibi ipsis litium ac negotiorum materiam accersunt. Vide Erasmus Chiliad. i. Centur. 5. numero 62.

<sup>f</sup> *Et prodrumi* Præcursores, quod Caniculæ ortum præcedere aliquot diebus soleant.



pore ætatis, quo Canis oritur.<sup>1</sup> Cato autem in libris Originum,<sup>2</sup> non Circium,<sup>3</sup> sed Cercium dicit. Is ventus Cercius,<sup>4</sup> cum loquare,<sup>5</sup> buccam<sup>6</sup> implet: armatum<sup>7</sup> hominem et plaustrum oneratum percellit.<sup>7</sup>

Nunc de nubium præstigiis<sup>8</sup> referam. [726] Quando perfracta nubecula<sup>9</sup> patefecerit cœlum, ignescunt penetrabiles<sup>1</sup> spiritus, emicatque lux clara; hoc dicitur coruscare: et ordine<sup>2</sup> quidem prius tonare<sup>3</sup> oportet, postea coruscare. Quippe ubi nubes afflictu<sup>4</sup> ignem, ut ignifera saxa attrita<sup>5</sup> inter se, dant, obtutus velocius illustriora<sup>6</sup> contingit: auditus dum ad aures<sup>7</sup> venit, seriore sensu concipitur: ita et prius<sup>8</sup> coruscare cœlum creditur, et mox

*Jam loquar de iis quæ apparent in Nubibus. Cum nubes perrupta aperuerit Cælum, spiritus tenues inflammantur, et lumen clarum refulget; hoc vocatur Coruscare: ac juxta ordinem quidem oportet ut primo Tonet, deinde Coruscat. Nempe cum nubes emittunt ignem sua collisione, quemadmodum silices igniferi invicem attriti, acies oculorum attingit celerius fulgidiora: quod vero auditur, percipitur tardiore sensu, dum fertur ad aures: eo pacto et æther existimatur primo Fulgurare, ac deinde Tonare.*

~~~~~

dum ergo: Κατὰ Ἑλκων ἐφ' αὐτὸν ὁς Καίκλιος νέφος. Oud.—1 Florent. Voss. quod de cane. Bened. Vulc. quo de cane. An quod cum cane oritur? ἐπὶ τῷ. Gellius: 'cum canis oritur.' Id.—2 Sic Mss. O. cum Gellio, Vulc. et seqq. Origenum Voss. sec. Ante edebatur in originibus. Id.—3 Voss. Bened. Cercium, et mox Cercius. Græce Κερκίας. Vide Salmas. Id.—4 Dele τὸ Cercius ex Florentino. Elmenh.—5 Voss. locare. Bened. collocare. Oud.—6 Voss. buccam. Prave Florid. bucculam contra Mss. et Gellium. Id.—7 Armatum hominem, plaustrum. Male Florid. et armatum. Sed et plaustrum Mss. Florent. Bened. cum Elmenh. ac Florid. At nec in Vossianis, nec apud Gellium. Id.—8 Al. præstigiis.—9 Illa perfracta nubecula. Tò illa non est in Flor. Rom. et Aldus profecta n. male. Elmenh. Tò illa tacite ejecit Floridus: nec certe scio, quo hic opus sit; nisi jungenda hæc sint præcedentibus, quæ interrupta sunt per Favorini insititia verba. In Edd. ante Junt. post. legas illa profecta: sed Mss. reliqui illa perfracta. Fuitne illius perfracta? unde forsitan in præcedentibus illudat natum pro impingat. Oud. Inepte Ed. Bip. perfecta nub. J. Bosscha.—1 Al. penetrales.—2 Et ordine, &c. coruscare. Absunt Bened. Ed. Vulc. pr. Oud.—3 Voss. sec. tonare prius. Id.—4 Vid. Not. Var.—5 Vet. cod. legit, ut ignifera saxa attrita: hoc est, saxa quæ in se habent venas ignis, ut loquitur Virg. 'et silicis venis abstrusum excuderet ignem.' Vulc.—6 E Scaligeri emendatione. Vulc. Ed. tert. illustrior. Notat contingit hic percipit. Vide ad init. lib. 11. de Dogm. Plat. Oud.—7 Edd. Vulc. sec. Wow. in aures. Id.—8 Ed. Vic. ut pr. Abest et a Fulv. Bened. Voss. sec. Ed. Junt. post. Id.—9 Voss. sec. tunc quod. Fulv. tum quod. Id.—

NOTE

⁸ De nubium præstigiis] Quidam recte exprimit Aristotelis φάσματα: præstigiis: male. Noster eodem sensu sic enim legendum, non φαντάσματα. infra hac voce utitur, quæ quidem

tonare: tum quia⁹ ignes pernecitate sui claricantes,^{1h} dicto citius nostræ visioni convibrant,²ⁱ sonus, aëre verberato, alterius indicio sentitur.³ Flamma vero illa, quam nubium afflicta⁴ excussit, si robustiore fuerit incendio, impetu devehitur in terras, et fulminis habet nomen, atque formidinem.⁵ Presteras⁶ vero nominamus, cum flammarum in illis minus fuerit. Sed si ignitum non fuerit⁷ fulmen, Typhon vocatur.^{8k} Sceptos¹ generale omnibus, quæ de nu-

Atque etiam quoniam flammæ fulgurantes sua velocitate, obijciuntur nostro visui celerius, quam dici possit: at vero sonitus percipitur ope percussæ aëris, hoc est, significatione aliena. Ille autem ignis, quem collisio nubium expressit, si fuerit validius accensus, defertur violenter ad humum, et vocatur fulmen, et incutit metum: appellamus autem eos ignes Presteras, quando sunt minus inflammati. Verum, si fulmen non fuerit inflammatum, appellatur Typhon. Sceptos est vocabulum com-

1 Recepi in textum lectionem cod. Fulviani Florent. et Leid. In Rom. Ald. et Bas. 1. legitur *coruscantes*. In Basil. 2. *claricantes*. Elmenhorstius. Mss. Florent. Bened. Vulc. Voss. pr. Ed. Floridi et Salm. ad Solin. p. 804. *claricantes*. Ms. Fulv. *claricantes*: si Wowerio in Var. Lect. credas. Edd. Vulc. et Elmenh. *claricantes*. Voss. sec. et Edd. reliquæ *coruscantes*. Fabri Thesaurus *clarescentes*. Oud.—3 Rom. et Ald. v. *occurrunt*. Vide Isidorum lib. ix. c. 13. Elmenh. Bened. *visione*. Pro *convibrant* Scriv. et Flor. contra Mss. O. revocarunt lectionem, quæ erat ante Vulcan. *occurrunt*. Oud.—3 *Sonus vero verberati aëris serius indicio s.* Locus male habitus, et corruptus, cui ita medere codicis mei ope: *Sonus vero verberato aëre, id est, alterius indicio sentitur: ut sit senans: Coruscationes sive fulgura statim, et per se, oculorum nostrorum obtutum ferire, sive, ut Apuleius loquitur, convibrare; Sonum vero, qui excitatur, ut auribus nostris allabatur, aëris vehiculo egere, ideoque serius sensum aurium tonitru, quam fulgur sensu oculorum percipi. Vulc. Leid. et Florent. alterius i. lege seriore i. Elmenhorstius. Certe præcessit de fulmine dicto citius, et sic supra opponit *velocius* et *seriore sensu*. Quare non displiceret *sonus aëris verberati, sed serius, indicio sentitur*. Istud *id est alterius nimis* quam friget. Edd. Vulc. Wow. *hoc est*. Lectionem quam e suo cod. concepit Vulc. reliqui post eum secuti sunt. Mss. autem Vulc. Vossiani et Bened. habent *sonus aëre verberato alterius indicio*. Oud.—4 Edd. ante Junt. post. *conflictus*. Id.—5 *Formidinem insert.* Sic recte Florent. et Ald. Elmenh. Pro quo Edd. primæ, item Junt. pr. Bas. pr. rursus dant *habet*. Sed Mss. et Edd. reliquæ nihil: videturque id elegantius; ut unum verbum duabus significationibus ponatur, quod fit sexcenties. ‘Habere’ enim etiam illud dicitur res, quod parit et præbet. Sic Vellei. lib. ii. c. 76. ‘Adventus Antonii habuit belli metum.’ Ita ‘habere suspicionem,’ ‘studium’ pro parere. Vide Burm. ad Petron. c. 15. et quos laudat Wopkens. Misc. Obs. vol. viii. t. i. p. 45. Oud.—6 Voss. sec. *præsteras*. Bened. *præstans*. Id.—7 Voss. sec. *non erit*. Id.—8 Male Edd. Elm. Scriv. vocant. Id.—9 Voss. sec. *e nub.**

NOTÆ

^h *Claricantes*] Quidam *claricantes*, lucent.
alii *coruscantes*.

^k *Typhon vocatur* [vocant] Scribe ty-

¹ *Nostræ visioni convibrant* [occur-

phona.

runt] Quidam *convibrant*, hoc est col-

¹ *Sceptos*] Σειπτός: etenim Græcis

bibus⁹ cadunt, nomen est. Atque ut¹ breviter comprehendam cuncta generis ejusdem; eorum, quæ² ejusmodi præstigias meras³ inferunt oculis, alia sunt, quæ speciem tantum spectaculi pariunt;^m alia, quæ nihil ab eo, quod ostenderunt, mentiuntur. Fallunt imagine Irides et Arcus, et talia:ⁿ vere videntur [727] Cometæ, fulgores, et similia pleraque. Irin vulgo arcum esse aiunt,⁴ quando imago Solis vel Lunæ⁵ humidam et cavam⁶ nubem densamque ad instar speculi colorat, et medietatem⁷ orbis ejus⁸ secat. Rhabdos autem generis ejusdem ad virgæ rigorem per longum⁹ colorata nubecula dicitur. Halysis¹ est ca-

mune universis illis, quæ delabuntur ex nubibus. Et, ut paucis complectar omnia hujusmodi, quæ præstringunt extremam aciem oculorum, quædam sunt quæ efficiunt solum imaginem eorum quæ cernuntur; alia, quæ nihil fallunt in ea re, quam monstraverunt. Irides, atque Arcus, et similia decipiunt specie: Cometæ, Coruscationes, et quamplurima ejusmodi reipsa cernuntur. Dicunt fieri Iridem (quæ vulgo vocatur Arcus) cum simulacrum Solis aut Lunæ pingit nubem humentem, et canam, opacamque quasi speculum, et dividit ejus rotunditatem per medium. Parva autem nubes ejusdem speciei colorata in longum instar virgæ rigida, appellatur Rhabdos.

Tà nomen est in Bened. Voss. sec. ponuntur ante omnibus. Id.—1 Atque ut, &c. Hæc usque ad pleraque desunt Edd. ante Junt. post. Id.—2 Bened. *estera*. Abest rō ejusdem a Florent. et Edd. Elm. Scriv. Flor. junctibus cuncta generis eorum: quod non displicet; sed tum post oculis plenius distinguendum est. Mox hujusmodi Ed. Vulc. pr. Id.—3 *Præstigias summis*. Vet. cod. *præstigia summis in oc. neutro genere usurpans* 'præstigia.' Vulc. Florent. Vulc. *præstigia*. Junt. post. *præstigias*. Vide supra. Summis est e Vulc. Cod. Ante edebatur, ut et a Wower. nostris. sed Mss. Florent. Bened. Voss. uterque quoque *arcus*. Oud.—5 V. cod. *imago Solis, vel imago Lunæ*: quæ repetitio vocis *imago* non est otiosa. Vulc. Bened. Voss. sec. repetunt etiam rō *imago*. Oud.—6 Junt. post. *canam*. Id.—7 Male Florent. Vulc. Voss. sec. Bened. *colorata* vel *colorate*. F. *colorat ac*. Id.—8 Vulc. Ed. pr. *orbis sui*. Male. Id.—9 Abest per Mss. Vulc. Voss. pr. et Edd. Vulc. Wow. Id.—

NOTÆ

σκήπτειν est magno impetu irruere. Omisit Noster hæc Aristotells: τὰν δὲ κεραυνῶν, οἱ μὲν αἰθαλόδεις, φοβόοντες λέγονται· οἱ δὲ ταχέως διὰ ττορες, ἀργήτες· ἐλικίας δὲ γραμματοειδῆς φερόμενοι. 'Enlmen fuliginosum Psolois dicitur: si citius emicuerit, vocatur Argæ: Helicias vero, si lineari specie sit conformatum.'

^m Alia sunt, quæ speciem tantum

spectaculi pariunt] Et hæc proprie Præstigiaram nomen merentur.

ⁿ Et talia] Quæ reflectione tantum, et refractione radiorum solarium, lunariumve, in aëre gignuntur, Parelli Halonesque.

^o Quando imago Solis vel Lunæ] Vide Cartesium in Meteorol. qui totam Iridis naturam mire explicuit, et demonstravit.

tena quædam^p luminis clarioris, per Solis ambitum in se revertens. Hanc et Irida illud interest,^a quod Iris multicolora³ est, et semicirculo⁴ figurata proculque a Sole⁵ et Luna: ⁶ Catena⁷ clarior est, astrumque ambit orbe incolui, corona non discolori. Selas^{6a} autem Græci vocant incensi aëris lucem. Horum pleraque jaculari credas, alia labi,⁸ stare alia.⁷ Jaculatio igitur tunc fieri putatur, cum aëris meatu^u atque impulsu^s generatus ignis⁹ celeritatem

Halo est quoddam vinculum lucis splendidioris in seipsum rediens per circuitum Solis. Hoc est discrimen inter hanc Halenem et Iridem, quod Iris habet varios colores, et formata est in semicirculum longe a Sole et Luna: Halo est lucidior, et circumdat sidus integro orbe, et cingulo unius ejusdemque coloris. Græci vero appellant Selas fulgorem aëris inflammati. Arbitraris maximam partem eorum phenomenon mitti: alia cadere: alia stare. Emissio ergo tunc creditur fieri, quando flamma, excitata transitu et impulsu aëris, demonstrat suam velocitatem et

1 Vid. Not. Var.—2 *Inter hanc interest, &c.* Hæc usque ad discolori exulant rursus ab Edd. ante Junt. post. Abest rō inter a Florent. et Voss. utroque. Bene. Vide ad lib. II. de Dogm. Plat. p. 607. Bened. et Voss. sec. tantum est pro interest. Ond.—3 Sic disertè Florent. Vulc. Bened. Voss. uterque et Edd. Vulc. Vulgo multicolor, ut lib. XI. Met. 'multicolor vestia.' V. Heims. et Burn. ad Ovid. lib. XI. Met. vs. 610. nec bene etiam Wow. multicoloria, quod formavit instar 'colorius,' 'discolorius' et 'versicolorius': de quibus vide Burn. ad Nemes. Ecl. IV. in f. Sed 'decolorus,' 'discolorus,' 'unicolorus,' 'versicolorus' apud Prudentium. Vide Heins. in Hamartig. vs. 821. Hoc ipsam 'multicolorus' Prudent. Cathem. III. 104. 'prata multicolora,' et Servii Mss. ad Æn. v. 609. bene. Statim rursus discolora Florent. Vulc. Bened. et Voss. uterque. In Edd. vulgo discolorere. Elm. in textu discolor, sed in Notis ait: discolora] Vulgo, discolora. Id.—4 Abest copula a Bened. Id.—5 *Procul a Sole atque Luna.* Bened. *proculque a S. et L.* Recte. Vossiani *procul* quæ S. et Luna. Ed. Vulc. pr. etiam et L. Pro Catena clarior Bened. *hoc c. clarior.* Id.—6 Græce Junt. post. σέλας. Id.—7 Edd. ante Junt. post. *alia stare.* Id.—8 Cum meatu aëris atque impulsu e suo Cod. edidit

NOTE

^p *Halysis est catena quædam, &c.]* Mendose legisse videtur Apuleius apud Aristotelem hoc loco ἄλωις, quod catenam significat, pro ἄλως, quod aream: quo nomine Meteorum hoc censetur, non autem nomine catenæ. Reposui in Interpretatione halo, Græcum enim nomen hoc sensu civitate donatum est a Latinis Philosophis.

^a *Proculque [Procul] a Sole]* Ex adverso nempè, et Centrum, sive mavis Polum, habens punctum Soli e diametro oppositum, a quo ut plurimum

distat 41. aut 42. Gradibus, ut observat Cartesius.

³ *Catena]* Et hic ab Apuleio lectum ἄλωις pro ἄλως.

⁶ *Selas]* Σέλας, rō fulgor.

⁸ *Alia labi]* Hæc non habet Aristoteles, sed tantum τὰν δὲ σέλων, ἀ μὲν ἀκοντίζεσθαι ἀ δὲ σπινθίζεσθαι. 'Fulgurum alii jaculi instar vibrantur, alii fixi manent.'

^u *Cum aëris meatu [meatu cineris]* Lege ex Aristotelico textu, cum meatu aëris.

sui cursumque rapidæ festinationis ostendit. Stativa¹ lux est, quam Sterigmon illi vocant, sine cursu jugi, sed prolux² lux, stellæque fluor ignitusque liquor; qui, cum latius quatitur, Cometes vocatur.³ Sed plerumque luces istæ repentino ortæ,⁴ visæ statim occidunt: et [728] item ut se ostenderint,⁵ aliquantisper manent. Sunt et alia ejusmodi imaginum genera,⁶ quas Græci Faces, et Docidas, et Pithos,⁷ et Bothynos,⁸ ad eorum similitudinem,⁹

accelerationem rapidam sui cursus. Est fulgor permanens, quem illi nominant Sterigmon, abque motu continuo, sed est longum lumen, et fluxus stella, et ignis liquidus, qui dicitur Cometa, quando extenditur latius. Verum isti fulgores sæpius subito exorti, repente evanescent: at etiam quandoque aliquandiu remanent quemadmodum apparuerunt. Sunt et alia genera talium simulacrorum, quæ Græci appellant Lampadas, et Docidas, et Pithos, et Bothynos, ad similitudinem illarum

Vulc. Ed. tert. item Wow. cum Florido. In Edd. ante Junt. post. cum *meatu aqua impulsa*. Junt. post. cum *meatu aëris impulsa*. Hanc sequentes cum *meatu aëris impulsu*. Ed. Vulc. sec. cum *m. aëris atque impulsu*. Edd. Elm. Scriv. cum *m. cineris atque impulsu*, scil. in Mss. Florent. Fulv. exaratur *cum cineris meatu atque impulsu*. Bened. cum *cineris meatu atque impulsa*. Sed Voss. *cineris meatu atque impulsa*: at istud cineris est ineptissimum. Aristot. *τὸ πρὸς ἐκ παραπλίστους ἐν ἀέρι φερόμενον ταχέως*. Lege igitur cum *aëris meatu atque impulsu*: nisi *impulsa* substantivum sit pro *impulsione*, ut *repulsa*. *Meatus maris* de æstu dicitur apud Mel. iii. 1. et Solin. p. 33. V. me ad Veget. lib. v. c. 12. in Obs. Misc. Id.—9 Bened. *generatur*. Mox Voss. uterque, Florent. *celeritate sui cursum rap. f.* pro *vulgari celeritatem sui cursumque r. f.* Id.—1 Bened. *stativuro*. Pro *sterigmon* Junt. post. *στηρίγμων*. Id.—2 Lips. *jugis et prol.* Id.—3 Vid. Not. Var.—4 Hanc scripturam prætuli, confirmatam Mss. O. præter solum Florent. e quo Elm. cum seqq. rescripsit *repentino ortu visæ*. Metuit librarius, ne vox *repentino* careret substantivo. Sed est adverbium, quo Noster ipse alibi utitur. De adverbis exeuntibus in o adi ad Met. V. Ind. Not. 'Rarissimo.' Oud.—5 *Et item ut se ostenderint*. Hæc verba videntur abundare. *Elmenhorstius*. Desunt ab Edd. quæ præcedunt Junt. poster. usque ad *diceremus*. sed male. Verum hoc modo transponenda sunt verba *statim occidunt, ut se ostenderint, et item aliquantisper manent*. Oud.—6 Deesse quid hic videtur, et ab Apuleio scriptum, *Sunt et alia genera imaginum, quas, &c.* nam Aristoteles: *πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα φαντασμάτων ἰδέαι θεωροῦνται, λαμπρὰς τε καλοῦμεναι, &c.* Colv. Locus corruptus et mutilus. Ms. cod. habet, *aliquantesper manent sine ulla imaginum genera*. Æque corrupte. Filum verborum Aristotelis nos ad veram lectionem ducit. Cum enim Aristoteles in iis verbis *παραχρήμα σβέννυται* sententiam claudat, deinde novam sententiam ordiens dicat *πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα φαντασμάτων ἰδέαι θεωροῦνται*, corrigenda procul dubio est Codicis Ms. lectio hoc pacto: *aliquantesper manent. Sunt vero et alia imaginum genera. quæ nimirum recenset: quod et Colvius vidit. Vulc.* In Edd. vett. sola vox *genera* comparebat. At in Florent. et sine ullo *ej. im. genere*. Bened. et sine ulla *ej. imagine genera*. Voss. uterque et sine ulla *ej. imaginum genera*: unde Is. Vossius legebat ut *sunt illa ej. im. genera*. Cur non et *sunt illa ej. im. g.?* Oud.—7 Wow. *Pythos*: male. Voss. sec. *Phitus*. Id.—8 Voss. Bened. *similitudine*. Id.—9 *Et quædam vesp. s. no-*

NOTE

² Et Docidas, et Pithos, et Bothynos] Hoc est, trabes, dolla, et scrobes.

unde dicta sunt, nominant : et quædam vespertina sunt notiora : raro de Septemtrione vel Meridie videas : ⁹ nihil horum quippe loci vel temporis in nascendo idem potuit obtingere. De aëre tantum habuimus, quod diceremus.¹ Sed non aquarum modo ² tellus in se fontes habet,³ verum spiritu et igni fecunda est. Nam quibusdam sub terris occulti sunt spiritus,⁴ et flantes ⁵ incendia indidem suspirant :⁶ ut Lipare,⁷ ut Ætna, ut Vesuvius ⁷ etiam noster⁷ solet. Illi etiam ignes, qui terræ secretariis continentur, prætereuntes aquas vaporant, et produnt longinquitatem

rerum, ex quibus nominata sunt : et quædam sunt magis cognita, quæ oriuntur ab Occidente : raro autem cernas a Septemtrionibus, aut a Meridie exorta : nam nullum ex iis potuit sortiri eundem locum aut tempus in ortu suo. Hoc solum habuimus dicere de Aëre. At Terra non tantum habet in se scaturigines aquarum, sed est etiam ferax ventorum et ignium. Sunt enim quidam status absconditi sub Tellure, et spirantes efflant inde ignes ; quemadmodum Lipara, quemadmodum Ætna, et noster quoque Vesuvius conuevit. Illi quoque ignes, qui coërcentur penetrabilibus Terræ calefaciunt aquas transeuntes, et manifestant distantiam sui ardoris, quando

tiora : raro autem de tacite e Florent. edidit Elm. cum Vulc. et Wow. exhiberant et quidem v. s. not. : raro de. Sed et quædam habent Mss. O. In nullo vero aliorum apparere autem. At pro raro Florent. Voss. Vulc. Ed. Junt. post. paria. Bened. patria. Aristot. σπάρτες δὲ βόρεια καὶ νότια περὶ τὰς. Quare si paria legas, omnino dissentit Noster ab illo. Ego legerem potius rariora vel parum autem. Ceterum illa et q. v. s. notiora desunt Edd. ante Vulcan. Id. Vid. Not. Var.—1 De aëre tantum habuimus quod diceremus. Hæc quoque exulant ab Edd. vett. nisi quod jam addita sint in egregia illa Ed. Junt. post. quod latuit quoque Vulcanium ; qui ideo hæc, ut priora, se primum restituere credit e suo Cod. in quo, ut et Voss. ac Bened. male est res pro aëre. Mss. O. hæc agnoscunt. Oud.—2 Bened. aquarum m. Edd. ante Junt. post. tantummodo. Id.—3 Voss. fontis. Edd. ante Junt. post. hab. font. Id.—4 Quidam sub terra occulti sunt spiritus. Ita Edd. vett. At Voss. sec. quibusdam sub terra. Florent. Vulc. Voss. pr. Bened. Fulv. quibusdam subter, ut tacite Vulc. et seqq. edidere, male. Nam quibusdam nihil habet, quod referatur. Lego quibusdam sub terris. al. μὲν ὑπὸ γῆς. Seneca Nat. Quæst. l. v. c. 14. 'sub terris' de eadem re. Terræ rursus in plurali pro tellure : ut supra. Id.—5 Voss. Bened. flant. Recte Is. Voss. stat. Id.—6 Cod. Fulv. inspirant. Vulc. infra malit frustra suscitant. Id.—7 Vid. Not. Var.—8 Præter-

NOTÆ

* *Lipare* [*Liparis*] Aristot. Λιπάρα. Plinio, Geographisque ceteris, *Lipara*, a Liparo Rege, Æoli successore. Prins dicta est, teste eodem Plinio, *Melagoneis*, vel *Meligunis*. Insula est maris Mediterranei haud procul a Sicilia.

† *Ut Vesuvius etiam noster*] Non ut Afer, sed ut Romanus civis loquitur ;

est enim Vesuvius seu Vesuvus Campaniæ mons, incendiis anis, et Plinii Historiæ Naturalis scriptoris morte celebris. Vide Plinium Jnniorem Epistola ad Tacitum, quæ vulgo præfixa est libris Historiæ Naturalis Plin. Majoris.

flammæ,⁸ cum tepidiores aquas reddunt, vicina ferventiores.⁹ Opposito¹ incendio aquæ uruntur:² ut Phlegæthontis amnis,³ quem poëtæ sciunt in fabulis Inferorum.³ At enim illos⁴ quis non admirandos spiritus arbitretur, cum ex his⁵ animadvertat accidere, ut eorum religione⁶

efficiunt aquas tantum tepidas; propinquitatem vero, quando reddunt eas calidiores. Aquæ consumuntur, quando ignis est oppositus earum cursui: quales sunt aquæ fluvii Phlegæthontis, cuius poëtæ meminerunt in fabulis Inferorum. Verum quis non existimet illos status esse admirabiles, cum videat illorum ope contingere, ut cor-

~~~~~

cunctas aquas vaporant et producant. Postrema editio Bas. Prætereunt. aq. vap. et producant longinquitatem flammæ, cum tep. a. redd. viciniam cum ferventiores. Veriorem scripturam elige ex Aristotelicis istis: *ἐναι δὲ ἐνδὸν γὰρ οὐραὶ πλεονῶν πυρρῶν ὁδόντων θερμαίνουσι ταῦτα καὶ τὰ μὲν χλιαρὰ τῶν ναυδίων ἀνίστη' τὰ δὲ ὑπερθεῖστα, τὰ δὲ εἰς ἔχοντα κρῖσθαι.* Colo. Basileensis Ed. uti notavit Colvius, rectius hæc distinguit, Ms. cod. ita legit et producant longinquitatem flammæ, cum tepidiores aquas reddunt; Viciniam, cum ferventiores. Vulcanius. Cum tepidiores aquas reddunt: viciniam, cum ferventiores, opposito incendio aqua uruntur. Et hanc Vulcanii emendatam lectionem in Ms. Fulvius reperit, non tamen deest liber, in quo legas: Cum tepidiores incendio aqua currunt. Scioppius in Symbola. Producant longinquitatem flammæ; cum tepidiores aquas reddunt. Sic hic locus jam constituitur in Edd. Junt. post. Bas. sec. Lugd. et Mss. O. nisi quod pro aquas habeant quas Voss. et Bened. et aquas reddunt cum seqq. usque ad Opposito ignorent Vulc. atque unus Fulv. Male. Olim et a Colvio editum quoque producant. Longinquitate enim flammæ tepidiores (Vic. tepidiores) aq. reddunt: quod tamen eodem redit: modo legas producant. Hec enim elegantius, et Mss. volunt. Oud.—9 Hic quoque Junt. post. Bas. sec. Lugd. cum Ms. Vulc. ejusque Edd. et Wow. Florid. dant viciniam cum ferv. Sed et Voss. sec. viciniam: quia tamen Florent. et Bened. servant viciniam ferv. ita retinui cum Edd. prioribus et Elm. Scriv. aquas, ferventiores flammæ viciniam: quas tepidiores sunt longinquitate, quam eo ostendunt ignes; si ferventiores aquæ sunt, patet ignes esse propinquiores; si tepidiores, patet ignes esse longinquiores et procul remotos. Id.—1 Al. opposito. Vid. N. Var.—2 Vitiose Ed. Flor. uruntur: sed explicat consumuntur. Ms. Fulv. currunt. Oud.—3 Quem poëtæ fingunt in fabulis inf. Vulgo et in Ms. legitur, quem poëtæ sciunt. Fulvii vetus est conjectura: quem petescunt in fabulis. Scioppius in Symb. Alii libri: patescunt. Sunt, qui emendat: patescunt. Scribe ex vulgata: quem poëtæ fingunt. Wowerius. Poëtæ sciunt in fabulis. Sic Flor. Leid. Rom. Ald. et Bas. 2. Fulviusque inepte legunt, patescunt in f. Minutius Felix: 'Et tamen admonentur hominum doctissimorum libris et carminibus poëtarum iHius ignei fluminis: set de Stygia palude sæpius ambientis ardoris.' Elmenh. Sic cum Florent. habent Mss. Fulv. Voss. et Edd. plerumque, non male. Fabulas Edd. ante Junt. post. Patescunt prave Vulc. Ed. sec. et patescunt Vulc. tert. e suo Cod. q. p. fingunt edidit Wow. Alii patescunt. Fulv. petescunt. In Bened. p. scurat. An scribunt? Oud.—4 Hic iterum desunt in Romano versus 16. Elmenh. At enim, &c. percellere. Hæc omnia desiderantur in Edd. Aldina prioribus. Oud.—5 Ex his. Voss. his. Id.—6 Emendem, Deorum religione. Colvius. Ego delendum censeo comma

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Ut Phlegæthontis amnis] Hinc nomen duxit: φλέγος enim Græcis 'ardor' est, et φλεγεῖν 'comburare.'

lymphantes,<sup>a</sup> alii sine cibo potuque sint, pars vero præsagiis effantes futura? quod in [729] oraculis Delphicis ceterisque est.<sup>7</sup> Vidi et ipsæ,<sup>b</sup> apud Hierapolin Phrygiæ,<sup>c</sup> non adeo ardui montis vicinum latus nativi oris hiatu reseratum,<sup>8</sup> et tenuis neque editæ marginis ambitu circumdatum: sive illa,<sup>9</sup> ut poetæ volunt, Ditis spiracula<sup>d</sup> dicenda sunt, seu mortiferos anbelitus eos credi prior ratio est. Proxima quæque animalia,<sup>e</sup> et in alvum prona<sup>2</sup> atque projecta, ve-

repti eorum numine, alii maneant absque cibo et potu, aliqui autem aperiant futura predictionibus? quod fit in oraculis Delphicis et aliis. Ego quoque vidi, Hierapolin in Phrygia, propinquum cliuam montis haud ita excelsi patens apertione hiatus naturalis, et cinctum complexu marginis tenuis, et non altæ; sive illa vocanda sint spiracula Platonis, ut poetæ volunt, sive meliori ratione credendum sit esse exhalationes letiferas. Illæ corripunt contagio halitus venenosi cuncta animalia acceden-

quod est post lymphantes, et rō eorum referendum ad alii, quod idem est atque id quod postea sequitur, pars. Notandum vero, Religionem hic accipi pro metu et formidine non Deorum, sed spirituum qui occulti, ut supra dixit, sub terra flantes incendia indidem suscitent: ita enim malim legere, quam suspirant. Vulcan. Eorum religione lymphantes scil. spirituum. Male Colv. Deorum et Wow. eorum alii. Vulc. lymphantes alii. Frustra. In genere dicit lymphantium ὑδουρασφύων religione spirituum, alios esse, &c. Et sic explicandus Aristoteles: immo licet lymphantes alios, alios sine potu intelligas, vel sic semel alios potest subintelligi. Vide Ind. Not. Oud.—7 Bened. Voss. est cet. Id.—8 V. latus hiatu reseratum. Lege ex veteri meo cod. Vicium latus nativi oris hiatu res. Hæc vero cum Apuleius ipse se apud Hierapolim vidiase testetur, latus persequitur quam Aristoteles, ad hæc verba usque, adire et percellere, ubi ad Aristotelem redit. Vulc. Nativi oris hiatu. Sic Bas. 2. Leid. nativitoris hiatu. Flor. et Ald. navi oris hiatu: male. Elmenh. Voss. sec. lacus. Desunt nativi oris in Edd. ante Vulcan. nisi quod Aldus det navioris, ut est in 2. Voss. et Florent. majori Bened. Sed nativi oris extat in Fulv. et Vulc. Codd. ut hinc omnes ediderunt. Additur vero esse in, Vulc. Edd. sec. tert. Wow. esset Vulc. pr. sed contra Mas. In Fulviano hiatus esse raptum. Oud.—9 Florent. sive ut illa u. p. male. Elmenh. Bened. sine ulla. Ed. Ald. sine ut illa. Edd. Vulc. Wow. seu illa. Oud.—1 Vett. codd. periodum claudit post credi. Deinde novam sententiam ita orditur, Prior ratio est, proxima quæque animalia, &c. atque ita etiam habet Aldina editio, et sic omnino legendum animalia, non, ut alii libri habent, animalis. In reliquis malim lectionem vulgarem retinere: ut sit sensus: priorem rationem, hoc

## NOTÆ

<sup>a</sup> Lymphantes] Id est, lymphati, συμφοληπτοι.

<sup>b</sup> Vidi et ipsæ] Hæc usque ad illa verba 'atque sæpe accidit ut,' &c. sunt ipsius Apulei, non Aristotelis.

<sup>c</sup> Apud Hierapolim Phrygiæ] Stephanus de Urbibus: Ἱεράπολις μεταξὺ Φρυγίας καὶ Λυδίας πόλις. 'Hierapolis

urbe Phrygiam inter et Lydiam.' Strabo eam ex adverso Laodiceam ponit lib. XIII.

<sup>d</sup> Ditis spiracula] Et Straboni quidem hiatus ille dicitur Μουράιον. Hujus meminit PHN. lib. II. cap. 93. 'Item in Hirpinis,' inquit, 'Amaeanti ad Mephitis ædem, locum quem qui



nenati spiritus contagione corripiunt, et vertice circumacta<sup>3</sup> interimunt. Antistites denique ipsos semiviros esse,<sup>4</sup> qui audeant propius accedere, ad superna semper sua ora tollentes.<sup>5</sup> Adeo illis cognita est vis mali<sup>6</sup> ad inferiora,<sup>6</sup> aëris noxii crassitate densa, inferiores quoque facilius adire atque percellere.<sup>7</sup> Sæpe accidit, ut nativi spiritus<sup>8</sup> per terræ concavas partes errantes concuterent solida ter-

*tia et inclinata ac dejecta in ventrem, et interficiunt ea circumtorquendo vertigine. Denique ferunt Sacerdotes ipsos spadones esse solos qui audeant accedere propius, extollentes semper suos cultus sursum, adeo compertum habent, virtutem veneni illius depressam ad inferiores partes densitate aëris pestiferi, facilius etiam assequi, et labefacere res humiliores. Verum frequenter evenit ut status naturales mutata per cavitates Telluris succutiant partes solidas terrarum; ita ut frequentius venti,*

est, potior sententiam esse, mortiferos anhelitus ex eo specu emitti; non autem ibi esse spiracula Ditis. *Vulc.* Tē prior Is. Vossius, ex emendatione Scaligeri, ascripsit *propior*. Sed prior est potior, melior. Male ante τὸ prior distinguit Aldus. Edd. Bas. sec. Lugd. Colv. *Vulc.* pr. *animalis*. Sed Mss. et Edd. seqq. *animalia*. Vide seqq. *Oud.*—2 Bene, nec inepte tamen Bened. in *alimentum prona*. Id.—3 Flor. v. *circumactas enorodivarta. Elmenh.* Voss. sec. etiam *circumactas*: quasi *animales* præcessisset: sed tum *proximas* quasque et *pronas* ac *projectas* debuit scribi. Eo certe facit sequens *inferiores*. Alibi quoque et hoc ipso libro *animales* in fem. gen. extulit Auctor. Vide Ind. Not. Voss. pr. *circumactus*. Bened. *interiunt* pro *interimunt*. *Oud.*—4 Vid. Not. Var.—5 *Ad supernasem per sua ora tollentes*. Forte, ad *superna* semper sua ora toll. quod verisimile videtur, nam ne una litera mutata: et ea quæ sequuntur id comprobare videntur. *Colv.* Post *tollentes* plene est distinguendum. Sic: *tollentes. Adeo illis, &c.* *Oud.*—6 Vid. Not. Var.—7 Edd. ante *Vulcan.* præter *Ald.* et *perc.* *Oud.*—8 *Atque sapius accidit, ut statim spiritus*. Primam hanc dictionem *Atque* non agnoscit Aldina editio: et omnino est supervacua, ant certe pro ea legendum *Atqui*. Pro *statim* vero sunt qui legendum putarint *Stativi*: quid autem magis contrarium est *Erranti* (subjungit enim *statim, per concavas terræ partes errantes*) quam *stativum*? Vetus codex meus ita legit: *Sæpe accidit ut nativi spiritus, &c.* Explicat vero τὸ *nativi* illud Aristotelis *συγγενῆς*. *Vulc.* Non opus erat τὸ *atque* mutari in *atqui*; idem enim notat. Vide ad Cæsar. iv. B. G. 25. Sed rectius deleas auctoritate Mss. O. et Ed. Aldinæ, uti nec agnoscunt *Vulc.* sec. et *Wow.* *Nativi spiritus*. Sic recte Mss. O. cum *Vulc.* et seqq. Lipsius *stati-*

## NOTE

intravere, moriuntur. Simili modo Hierapoli in Asia, matris tantum magnæ Sacerdoti innoxium.' Idem etiam refert Ammianus Marcellianus, lib. xxiii.

° *Vertices circumacta*] 'Vertex' sæpe pro 'capite': at hic pro 'vortice,' seu 'vertigine' sumitur.

(*Adeo illis cognita est vis mali, &c.*)

Hæc usque ad illa verba, *atqui sæpe accidit*, parum sana sunt. Sic verti in Interpretatione quasi scriptum sit: *adeo illis cognitum est vim mali ad inferiora aëris noxii crassitate delapsam, inferiores quoque facilius adire atque percellere*: ex qua lectione commodus sensus elicitur.

rarum; <sup>9</sup> sæpius, ut spiritus, <sup>1</sup> crescente violentia, et insinuantes se <sup>2</sup> telluris angustis, nec invenientes exitum, terram moverent. Horum motuum <sup>3</sup> tam varia sunt nomina, quam diversi esse videntur. <sup>4</sup> Namque obliquis lateribus proxima <sup>5</sup> quæque jactantes, [730] et acutis angulis mobiles, Epiclintæ <sup>6</sup> Græce appellantur; sed qui subsiliunt, <sup>7</sup>

*crescente vehementia inferentes se rimis terræ, neque reperientes egressum, succutiant tellurem. Nomina illorum motuum tam diversa sunt, quam ipsi succussum videntur esse varii. Illi enim qui agitant vicina omnia lateribus obliquis, et moventur ad angulos acutos, vocantur Græce Epiclintæ; et illi qui subsiliunt succu-*

\*\*\*\*\*

vi. Edd. ante Vulcan. statim. Pro *concavas* Bened. *concavatas*. Oud.—9 *Continerent s. t.* Ita omnes edd. corrupte. Legendum enim omnino ex V. cod. *concuterent*: quod et juvenis eruditissimus P. Colvius animadvertit. Est enim *συρρωδον* 'concutere': unde et apud Sophoclem *τυρρωδον γαίης* Neptunus dicitur, qui Homero *ὑπορρωδον* et *ὑπορρωδον*. Ita Seneca: 'Si mundus concutitur, et partes ejus solidissimæ labant.' *Vulc. Concutiant. Leid. concuterent.* Rom. et Ald. *continrent*, male. *Elmenh.* Quod ex ingenio correxit Colvius, confirmatur a Mss. O. quare recepit *Vulc.* &c. Elm. et seqq. *concutiant*, quia mox *moverent* in Florentino invenit: at ibi quoque Mss. reliqui *moverent*. Oud.—1 Male Voss. et Bened. *spiritu*. Id.—2 *Insinuantes se* Mss. ut debent item Aldus cum Lipsio, Vulcan. et seqq. *Insinuante*, quod in aliis est, e typotheorum errore natum. Id.—3 Desunt in Aldo versus 7. *Elmenh.* Immo in Edd. omnibus ante Junt. post. *mutuum* Voss. sec. *harum mortium* Bened. Oud.—4 Hæc lectio est Codicis Florent. quam tacite recepit Elm. et seqq. omnino vere; sed monitum lectorem oportuit. A reliquis Mss. et Edd. absumt sunt et esse videntur. Id.—5 *Nam qui lateribus proxima, &c.* Mutilus plane est sensus si legas *qui*, ut pleræque Edd. Codex Ms. etiam in vitio est: ita enim legit: *Jamque albiqus lateribus. Lege meo periculo, Namque obliquis lateribus, &c.* Hoc enim est id ipsum quod Aristoteles dicit *eis πλάγια σελωρres*. Seneca Natur. Quæst. l. vi. c. 21. hoc genus Terræ motus vocat 'Inclinationem', alludens ad Græcam appellationem *ἐκκλίσιον* 'cum', inquit, 'Terra mutat in latera, navigii more.' Quam vero Seneca Inclinationem vocat, alii *ἐκκλίσιον* dixerunt. *Vulc.* Egregie; confirmaturque hæc lectio a Florent. nam Mss. Voss. Bened. corrupte quoque *jamque albiqus l.* Ante *namque qui l.* Arist. *eis πλάγια σελωρres κατ' ὀφελος γωνίας*. Oud.—6 Sic emendavi, Aristotelem secutus. Vulgaverant passim, *Epiditæ*. Colvius. Ita ex Aristotele legendum videtur: alioqui Ms. cod. meus legit, *epiditæ*; quod corruptum videtur ex *Epicletæ*, et hoc ex *Epiclintæ*. Vulgata typis exemplaria pleræque habent *Epiditæ*. In Aldina vero Ed. tota hæc periodus, cujus initium, *Horum motuum, &c.* ad hæc usque *Rhetæ sunt nominati*, non legitur. *Vulc.* Sic ex Aristot. reposuit Vulcanius. In Leid. et Flor. est *Epidete*. *Elmenhorstius.* Colvio emendatio debetur, non Vulcanio, qui sibi tacite eam ascripsit. Bened. Voss. et Edd. priores *Epiditæ*. Aristot. *ἐκκλίσιον*. Vide de his et seqq. Amm. Marcell. l. xvii. c. 7. ex eodem hoc Aristotelis loco, et ibi Comment. Oud.—7 Ita Mss. Voss. Bened. et Edd. vet. Ejecit *Vulc.* cum Wower. *τὸ sed* auctoritate sui codicis. Elm. vero cum seqq. e

#### NOTE

<sup>6</sup> *Epiclintæ*] Παρὰ τῷ ἐκκλίσειν, tato *Climatias* appellat. 'ab incumbendo.' Ammian. loco ci-

excutientes onera et recuperantes,<sup>8</sup> directis angulis mobiles, Brastæ<sup>h</sup> vocitantur:<sup>9</sup> illi autem,<sup>i</sup> qui abstrudere videntur,<sup>2</sup> Chasmatæ dicti;<sup>1</sup> quorum impulsu dissilit tellus, Rhectæ<sup>k</sup> sunt nominati.<sup>3</sup> His passionibus<sup>4</sup> contingit, ut quædam terræ expirent halitus, aliæ vomant saxa, nonnullæ cœnum:<sup>5</sup> sunt, quæ fontes pariunt insolentibus locis, peregrinorum fluminum sulcantes<sup>6</sup> vias. Ostæ<sup>7</sup> sunt motus, quibus solum quatitur.<sup>l</sup> Palmatiæ<sup>m</sup> vero appellantur,

tientes pondera, et alternantes, ac moventur ad angulos rectos, appellantur Brastæ: illi vero qui videntur deprimere terram, vocati sunt Chasmatæ: illi quorum impulsionem terra diffringitur, sunt appellati Rhectæ. His affectionibus fit ut nonnulla terræ exhalent flatus, aliæ eructent lapides, quædam lutum. Sunt etiam terræ quæ in locis insuetis ecomunt fontes, qui cavant alveos fluviorum insolitorum. Ostæ sunt motus quibus humus concutitur. Illi autem nominantur Palmatiæ, quorum

Florent. reposuit et qui. Malim tum at qui: nam Brastæ opponuntur Epilintis. Idem.—8 Vid. Not. Var.—9 Bened. Biustæ appellantur. Vulc. Ms. Brastæ vocitantur. Edd. Elm. Scriv. Flor. vocitantur. Oudendorp.—1 Sic Elm. et seqq. e Florent. A reliquis Mss. et Edd. exulat autem. Idem.—2 Vet. cod. mens adjicit, Extimati edictis. Ego continue ita legendum censuerim: Illi qui abstrudere videntur extima telluris. Vulcanius.—3 Rhectæ nominari. Lege, nominati. ῥήκται καλοῦνται. Colvius. Sunt nominati bene emendavit Vulc. e Mss. In Voss. sec. recte sunt nomi. Oudendorp.—4 Bened. nominatis. Id.—5 Nonnulla cœnum. Ex Aristotele videtur scribendum, cœnum: scribit enim; τοῦτων δὲ, οἱ μὲν καὶ πνεῦμα προσαναβδύλλουσι· οἱ δὲ πέτρας· οἱ δὲ πηλόν. Sed non aliter in Veneta Aldinaque editione. Colo. Vet. cod. cœnum: ut et Aldina editio habet, πηλόν scilicet, hoc est, limum terræ, unde πηλογόνοι Callimacho Gigantes Terrigenæ, quæ appellatio omnibus hominibus proprie convenit, ratione πρωτογενέτου illius Adam. Vulc. Consentiant Mss. O. et bene conjecit Colv. In Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. etiam. Junt. post. cœnum. Bas. sec. Lugd. cœnum. Oud.—6 Recte, ut et Vet. cod. non saltantes ut Aldina editio. Vulc. Aldus, saltantes, male. Elmenh. Immo omnes Edd. ante Junt. poster. Oud.—7 Al. Isti.—8 Bened. Voss. palmatiæ, male. Oud.—

## NOTÆ

<sup>h</sup> Brastæ] ῥέδουαι, ἀπὸ τοῦ ῥέδωσθαι, 'ab ebulliendo.' Ammiano dicuntur Brasmatæ. 'Fiunt autem' (inquit) 'terrarum motus quatuor: ant enim Brasmatæ sunt, qui humum intus suscitantes, sursum propellunt immanissimas moles, ut in Asia Delos emersit,' &c.

<sup>i</sup> Qui abstrudere videntur, Chasmatia dicti] Quid per 'abstrudere' hic intelligendum sit, discite ex Ammiano: 'aut Chasmatia, qui grandiori motu patefactis subito voratrinis, terrarum par-

tes absorbent: ut in Atlantico mari, Europæo orbe potior insula,' (Atlantis, de qua jam supra,) 'et in Crisæo Helice et Bura,' &c. χόσμα Græcis 'hiatus' est.

<sup>k</sup> Rhectæ] A verbo ῥήγνμι, 'per-rumpo,' 'diffingo.' Horum non meminit Ammianus, sed quarto loco ponit 'Mycematiarum, qui sonitu auditur minatorio:' hunc Noster infra Mycetiam appellat.

<sup>l</sup> Ostæ sunt motus, quibus solum quatitur] Immo traditur: ὄσται enim tru-

quorum pavitatione<sup>9</sup> illa, quæ trepidant, sine inclinationis periculo nutabunt,<sup>1</sup> cum directi tamen rigoris statum retinent.<sup>2</sup> Mycetias<sup>3</sup> vocatur tetri rudoris inquietudo terrena.<sup>4</sup> Audiuntur mugitus, interioribus gemitibus expressis, cum spiritus invalidus ad terram movendam per aperta telluris inventis itineribus discurrit.<sup>5</sup> His talibus marina sunt paria,<sup>6</sup> cum fluctuum currentium<sup>7</sup> mole nunc progressibus littora, nunc recursibus sinus [731] cæsi<sup>8</sup> quatiuntur. Sentitur etiam cœli marisque<sup>9</sup> cognatio, cum menstribus cursibus Lunæ decrementa<sup>1</sup> et accessus fretorum atque

*trepidatione illa, quæ tremunt, vacillant absque periculo casus, cum nihilominus servant rigidam rectitudinem sui situs. Mycetias appellatur, cum terra sollicitatur fremitu horrendo. Mugitus audiuntur excitationis intus gemitibus, quando ventus non satis vehemens ad commovendam tellurem, repertis viis, meat per patentes rimas terræ. Ejusmodi passionibus similia sunt quæ geruntur in mari, quando ingentibus undis inter se concurrentibus, modo ripæ concutuntur procurvibus fluctuum, modo sinus percussis regressibus eorundem. Affinitas quoque Etheris et maris percipitur, quando decrementa et incrementa fretorum ac æstuum agnoscuntur cursibus men-*

\*\*\*\*\*

9 Bened. pavitione et imperio pro periculo. Id.—1 Ita Mss. Florent. Bened. Voss. uterque et Ed. Elm. Vulgo nutant. Id.—2 Et hoc malui ex Mss. iisdem, quam retineant. Id.—3 Voss. sec. *Micetyas*. Alii Mss. et Edd. vett. de more *Micetias*. *Mucyras* Arist. Id.—4 Conjectura Wowerii recepta est in Vulc. Ed. tert. et seqq. quare Elm. eam, ut solet, Scaligero ascribit. Mihi illud odoris quod est in Mss. et Edd. vett. non adeo displicet. Spiritus enim terram moventes plerumque se exserunt cum Odore tetri. Aristoteles tamen dicit *περὰ βόθρου*. Rudoris etiam margini allevit Is. Vossius. Id. Vid. Not. Var.—5 Pro eo quod in Apuleio est *progreditur*, quædam exemplaria habent *fertur*, et quidem rectius. Ms. codex neutrum habet: perperam tamen. Vulc. *τὸ ἱτineribus* male delet Vulcanius. *Elmenh.* Nempe typothetarum errore non apparet ea vox in Ed. Vulc. tert. Abest *progreditur* a Mss. Vulc. Voss. sec. In Edd. Rom. Vic. Junt. pr. legas *fertur*. Rectius. Male enim capiunt de spiritibus exeuntibus. Diserte Aristoteles describit *μυχήματα γῆς*, quæ invalida se exserere nequeunt, sed terræ visceribus inclusa et in se revoluta *κόντροται περὰ βόθρου βλας*. quare perplacet Codicis Bened. *discurrit*. Forsan etiam hic scribendum *per opera telluris*, sive terræ secretaria, ut supra dixit. *Oud.*—6 Bened. *sunt freta marina* p. male. Id.—7 Ita Mss. O. cum Edd. Vulc. Reliquæ *currentium*. Id.—8 Vitiose *cinus* Ed. Vic. et Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. *cæli*: quam vocem ideo delere voluit Lipsius: sed cæsi Mss. et reliquæ Edd. Bene. Id.—9 Bened. vitiose *anarantque*. Id.—1 Delendum est comma positum post *decrementa*: et ponendum post *Lunæ*. Neque enim *τὸ decrementa* referendum est ad Lunam, sed ad freta atque æs-

#### NOTE

*ores* sunt, et *ἀνίσταν* trudere: ii scilicet terræ motus sunt, secundum Aristotelem, qui uno obnixu subvertant quod impulerunt.

<sup>a</sup> *Palmaria*] Quasi dicas 'vibratores,' ἀπὸ τοῦ πάλαι.

<sup>a</sup> *Mycetias*] A verbo *μυγέω* 'mugio,' 'reboo.'

æstuum deprehenduntur.<sup>20</sup> Verum enimvero, ut possum, de universitate quod sentio breviter absolvam:<sup>3</sup> Elementorum<sup>4</sup> inter se tanta concordia<sup>5</sup> est,<sup>6</sup> aëris, maris, atque terræ, ut admirari minus deceat, si illis eadem<sup>7</sup> incommoda soleant ac secunda<sup>8</sup> contingere, particulatim quidem rebus ortus<sup>9</sup> atque obitus afferens,<sup>1</sup> universitatem vero a fine atque<sup>2</sup> initio vindicans. Et quibusdam mirum<sup>p</sup> videri solet, quod, cum ex diversis atque inter se pugnantibus elementis mundi natura conflata<sup>3</sup> sit, aridis atque fluxis, glacialibus et ignitis; tanto rerum divortio nondum sit ejus

stusis Luna. Etenim, ut paucis, quantum possum, exponam meam sententiam de Mundo: tantus est consensus Elementorum inter se, hoc est, Aëris, Maris, et Terræ, ut minus mirandum sit, si eadem incommoda et commoda consueverint evenire eis, et singillatim quidem rebus afferant generationem et corruptionem, defendant vero universon mundum ab ortu et interitu. Ac nonnulli solent mirari, quod cum Natura Mundi sit composita ex Elementis discrepantibus, et sibi invicem contrariis, siccis nempe et humidis, frigidis et calidis, substantia ejus, quæ corruptibilis est, non

~~~~~

tus. Ms. cod. pro decremēta legit *detrimēta*. Vulcanius. Sic Romanus, Aldus et Basil. *detrimēta* legunt. *Elmenē*. Non damno *decremēta*, sed Mss. O. et Edd. *vulc. detrimēta*. Vide ad Met. l. xi. init. ubi etiam Mss. plerique *detrim.* pro *decrem.* Contra inverso modo Manil. lib. i. 535. 'modum quo crescat, quove recedat.' *Oud.*—2 Voss. uterque *deprehendunt*. Bened. *deprehenditur*. *Id.*—3 *Ut qualenus possum brev. abs.* Florent. caret *et quatenus*: ut jungantur ut possum. Sane non ineleganter. Vide ad Met. lib. x. p. 734. 'ut potui.' *Id.*—4 Voss. sec. *element*. *Id.*—5 Male Edd. ante Vulcan. *discordia* contra Mss. et mentem Auctoris. *Id.*—6 *Est, id est*. Desunt Voss. pr. *Id est* bene carent Voss. uterque, Bened. et Edd. ante Aldum. *Idem.*—7 Carent hac voce Edd. ante Junt. post. *Idem.*—8 Sic Mss. Fulv. Voss. uterque: *ac sidera* Bened. Vulgo atque sec. *Idem.*—9 Voss. sec. a m. sec. *vitam*. *Idem.*—1 *Afferentes*. Bened. *offerentes*. Vulc. Ed. pr. *asserentes*. Verum, ita si scripsit Auctor, et statim vindicantes, impingit in Solæcismum. Debuit enim dicere *afferentia* et *vindicantia*, scil. commoda et incommoda, ad quæ sive τῶν παθῶν δυούτῳ refert Aristoteles, vel *afferens* et *vindicans*, scil. concordia; quod malim. Sic statim *adolescens* abiit in *adolescentes*. Miror neminem interpretum id animadvertisse. Omnia enim per Anacoluthon, Solæcismo simile, defendere velle, nimis quam facile et auctoribus indignum est; licet non negem, id apud Nos tram aliquoties usu venire. *Id.*—2 *Fine atque*. *Lege a fine atque*. Vulcanius. Consentiant Mss. *Oud.*—3 Bened. *affata*. *Id.*—4 Inepte Ed. Florid. *immort.*

NOTÆ

²⁰ Cum *menstruis cursibus Lunæ, decremēta et accessus fretorum atque æstuum deprehenduntur*] Causam æstuum maris ad Lunam, ejusque revolutiones, retulerunt permulti. Arist. libro hoc περί κόσμου. Philostrate. in

Vita Apollon. Thyanei, lib. v. cap. 1. Strabo lib. iii. Solin. Polyhistor. cap. 28. Gell. lib. xiv. cap. 1. &c. Vide Plin. lib. ii. cap. 97.

^p Et quibusdam mirum] Hic incipit cap. 5. lib. Arist. περί κόσμου.

mortalitas⁴ dissoluta. Quibus⁵ illud simile satisfaciet, cum in urbe ex diversis et contrariis⁶ corporata¹ rerum inæqualium multitudo concordat. Sunt enim pariter dites⁷ et egentes, adolescens ætas⁸ permixta senioribus, ignavi cum fortibus, pessimi optimis congregati.⁹ Aut profecto¹ quod res est² fateantur, hanc esse civilis rationis admirandam temperantiam, cum quidem³ de pluribus⁴ una sit facta, et similis sui tota,⁵ cum dissimilia membra⁶ sint, imago, receptrixque⁷ naturarum ad diversa tendentium,⁸ et fortunarum per varias fines⁹ exitusque pergentium; et, ut res est, [732] contrariorum per se natura flectitur, et ex dis-

sit corrupta hactenus. Quibus hæc similitudo satisfaciet, quod scilicet multitudo rerum inæqualium conflata ex variis et contrariis rebus in civitate consentit inter se. Nam simul sunt locupletes et inopes, ætas juvenilis mixta cum senili, pusillanimes collecti cum strenui, deterrimi cum optimis. Vel certe conflantur rem ut se habet, cum mixturam rei politicæ esse admirabilem, quandoquidem una conflata est ex permixtis, et tota sibi ipsi similis, cum ejus partes sint dissimiles, cum contineat in se Naturas pergentes ad varios fines, et fortunas tendentes in diversos exitus et terminos; et revera Natura contrariorum per se inflectitur, et unus atque idem con-

Id.—5 Voss. sec. q'ui. Id.—6 Et contrariis. Abest Ed. Vulc. pr. Id.—7 Sic constanter Mss. cum Vulcan. et seqq. Edd. vett. et Wow. divites, ut alibi. Id.—8 Adolescentium ætas. Vulgo legebatur, *adulescentis ætas*. Rectius Mss. *adulescens ætas*. Sciopp. in Symb. Quare illud bene reposuit Elmenh. uti extat, præterquam in Fulv. etiam in Mss. Florent. Voss. atroque, Vulc. Bened. et Edd. Vic. Ven. sive per o, quod degeneravit in Edd. Rom. Junt. Ald. in *adulescentes*, et hinc Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. Wow. *adulescentium*. Plane Apuleianum est *adulescens ætas*. Vide ad lib. 1. de Dogm. Plat. p. 567. Ed. Flor. 'Pubescentes primitim.' Oud.—9 Sic habent Mss. Florent. Bened. Voss. Ed. Vic. non *fortioribus*, ut in cæteris usque ad Elmenh. cum opt. habent Edd. O. Id.—1 Male Edd. Junt. Ald. *hand prof.* Id.—2 Quod res est. Inducit hæc Romanus. Elmenh. Item Vic. Junt. pr. Ab iisdem statim desunt ut res est. Vide ad Met. lib. 11. p. 169. b. Oud.—3 Voss. Bened. quidam. Id.—4 Sic Mss. Florent. Bened. Voss. pr. Vulc. Edd. Vulc. Wow. Reliquæ plurimis. Id.—5 Addit Bened. imago, bene. Aristot. *ἡμοία διδδεναι ἔξ ἀπορίων*. Sed ponenda est imago post verbum sint. Vide sequentia. Id.—6 Edd. ante Junt. post. m. diss. Id.—7 Cum receptrix sit. Ita Elm. Scriv. Flor. e Florentino. In Voss. utroque cum receptrixque sit. Ed. Junt. post. modo receptrix. Scilicet imago corruptum est in *rd cum*, et e Bened. qui tamen agnoscit sit, legendum similis sui tota, cum dissimilia sint membra, imago receptrixque naturarum. Aristoteles pergit *διδδεναι βροδεχούνη καὶ νῆσους φέρον καὶ ῥέχνη*. Id.—8 Voss. sec. ac. Posset deleri præpositio. Vide ad Flor. N. 24. 'vobis diversa tendentibus.' Id.—9 Varios fines. Voss. uterque, Bened. varias f. Recte. Vide ad lib. 1. de Dogm. Plat. p. 572. Ed. Flor. 'Indistinctam fi-

NOTE

¹ Corporata] In unum corpus compacta.

Delph. et Var. Clas.

Apul.

4 K

sonis¹ fit unus idemque consensus.² Sic mare et foemineum secus³ junguntur,³ ac diversus utriusque sexus ex dissimilibus simile animal facit: artes denique⁴ ipsæ, naturam imitantes, ex imparibus paria faciunt.⁵ Pictura namque⁶ ex discordibus⁷ pigmentorum coloribus, atris, albis,⁸ luteis, et puniceis, confusione modica temperatis, imagines iis, quæ imitatur, similes facit.⁹ Ipsa etiam musica,⁴ quæ de longis et brevibus,² acutis et gravioribus sonis constat, tamque³ diversis et dissonis vocibus, harmoniam consonam reddit. Grammaticorum artes⁴ vide, quæso,⁵ ut ex diversis collectæ sint literis:⁶ ex quibus aliæ sunt insonæ,⁷ se-

centus oritur ex discordantibus sonis: ita mas et femina copulantur inter se, et sexus amorum diversus efficit animal simile ex dissimilibus: atque ipsa demum artes, æmulantes naturam, ex dissimilibus faciunt similia. Etenim pictura format effigies similes illis quos conatur referre, ex diversis coloribus pigmentorum, nigris, candidis, croceis, et rubris, mixtis parva confusione. Ipsa quoque Musica, quæ constata est ex sonis longis et brevibus, acutis et gravibus, atque ex vocibus tam variis ac discordantibus, efficit concentum concordem. Considera, te rogo, artes Grammaticorum, quam constatæ sint ex characteribus discrepantibus; ex quibus

nem.' *Id.*—1 Vitiose Ed. Vulc. tert. *dissoni*. *Id.*—2 Malim: *concentus*. Woverius. Vulgo, *consensus*, male. *Elmenh.* At Mss. O. et Edd. vet. *consensus*. Six mox 'nec discordante concentu' Elm. et seqq. At Mss. et Edd. priores constanter *consensus*. Nihil ego in talibus muto sine Mssorum ope; licet *concentus* præferam, si Mss. addicant: ut p. 743. 'unus concentus,' &c. *Oud.*—3 Vid. Not. Var.—4 Sic recte Florent. et Edd. Elm. Scriv. Flor. Vulgo *artesque*. *Oud.*—5 Voss. *facerent*. *Id.*—6 Tò namque etiam e Florentino inseruit Elm. Scriv. Flor. In ceteris nusquam apparet. *Id.*—7 Voss. sec. *discordibus*. *Id.*—8 Voss. *atrisque ab his*. Bened. *atrisque albis*. Forsan *atrisque et albis*, vel, *atris atque albis*. *Id.*—9 Voss. uterque *imaginibus iisque imitatur*, simile facit. Florent. Bened. *imagines iis, quæ imitatur, simile facit*. *Elmenh. iisque*: Scriv. Flor. *iis quos*. Perperam. Pictura facit imagines similes iis, quæ imitatur, scil. omnibus rebus, quas imitandas sibi proponit, animatas et inanimatas. τὰς ἐκόντας τοῖς προηγουμένοις συμφορούς, ut diserte Aristot. *Imitantur* Ed. Vulc. pr. *Id.*—1 Sic recte Vulc. cum Mss. plerisque et Edd. seqq. Voss. etiam ipsa *M.* Ald. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. *ipsæque*. Vic. Junt. pr. *ipsæque*: perperam. *Id.*—2 Bened. *breavioribus*: in quo statim deest *sonis*. *Id.*—3 Sic Elm. et seqq. bene e Florent. Al. *tam*. *Id.*—4 Bened. *Grammatica ars*. *Id.*—5 Sic Mss. O. sed ante Vulcan. edebatur unde q. *Id.*—6 *Quam ex d. collectæ sint lit.* Sic Vulc. e suo Cod. et seqq. cum vulgo exhiberetur cum. At longe elegantius Florent. Bened. Voss. uterque, Edd. Ald. Junt. post. ut. Frequens est *vide, ut*. Quis nescit illud? 'Aspicis ut veniant ad candida tecta columbæ.' Horat. l. O. 9. 'Vides ut alta stet nive candidum.' V. illic notata. In Bened. *collecta sit*, quia habet *ars*. Voss. sec. tamen etiam *collecta*. *Id.*—7 Sive mutæ. Voss. sec. Edd. ante Vul-

NOTE

¹ Sic mare et fœminum secus] Secus pro sexu jam dixit lib. l. de Philoso-

misonantes aliæ,⁸ pars sonantes;⁹ et tamen mutuis¹ se auxiliis adjuvantes syllabas pariunt, et de syllabis voces. Hoc Heraclitus² sententiarum suarum nubilus³ ad hunc modum est prosecutus: Συνάψειας⁴ οὐλα καὶ οὐχὶ οὐλα, συμφερόμενον καὶ διαφερόμενον, συνᾶδον καὶ διαᾶδον, καὶ ἐκ πάντων ἐν, καὶ ἐξ ἐνὸς πάντα. Sic totius mundi suorum instantia initiorum⁵ inter se impares conventus, pari nec⁶ discordanto consensu⁷

quidam sono carent, alii sunt semivocales, alii vocales; et nihilominus illi, se adjuvantes ope reciproca, efficiunt syllabas, et dictiones ex syllabis. Heraclitus obscuritate sententiarum suarum sic descripsit hoc: una conjunxeris sana et minime sana, consentiens et dissentiens, consonans et dissonans, et unum ex omnibus, et omnia ex uno. Ita natura universi orbis temperavit momenta et inaequales inter se concursus suorum primordiorum harmonia aequali et non dissonante, non

~~~~~

can. sint. Bened. misonæ. prave. Id.—8 Edd. ante Junt. post. al. sem. Id.—9 Pars sonantes. Hæc perperam desunt Edd. ante Junt. post. Id.—1 Hæc tamen mutuis. Agit de literis; nec dubito quin elegantius sit hoc manuscripti: pars sonantes: et tamen mut. Scioppius in Symb. Et tamen habent Florent. Bened. Voss. Fulv. cum Edd. Elm. Scriv. Flor. Hæc tamen legit Vulc. et tamen Wow. et carent Edd. priores. In Bened. tam. Oud.—2 Desunt in Rom. et Aldo versus 4. Elmenh. Usque ad πάντα desunt Edd. ante Junt. post. Heraclitus Voss. Bened. Oud.—3 Vid. Not. Var.—4 Flor. legit: CTNAAΠΨΙΔΙCOAAKAIOT XOAAΠIN ΦΙΕΜΕΝΟΝΑ ΙΑΦΕΙΠΕΜΕΝΟΝ ΕΤΝΑΑΟΝΑΙΑ ΔΟΝΑΙ ΚΕΓΑΝΤΟΝΕΝΚΑΓΕΞΕ ΝΟΕΙΤΑΝΤΑΙ. Leid. CTNAAΠΨΙΔΙCOAAKAIOT XOAAΠΙΝΑΛΕ ΝΟΠΙΑΙΑ ΦΕΙΠΕΑΙΡ ΝΟΝCTNA ΔΟΝΑΙΚΕ ΤΑΝΤΑΝΕΝΚΙ ΙΕΞΕ ΕΝΟΕΙ ΤΑΝΤΑΝΤΑΤ. οὐδὲν ἰσχύς. Elmenh. Pro οὐλα male Wow. οὐλα. Ceterum expresserunt hæc omnia, ut leguntur apud Aristotelem. Sed in Mss. Florent. Bened. Voss. sec. Vulc. scribitur sine copula συμφερόμενον διαφερόμενον, συνᾶδον διαᾶδον. et pro πάντα in Bened. εἰ πάντα. Voss. sec. εἰ ταυταυ. Quid lateat vide. Verbum credo ἐργάσας, vel simile quid. Pro ἐν male Edd. aliquot et Colv. ἦν. Oud.—5 Totius mundi sua instantia, initiorum. Vitiata distinctio sensum turbat: continue enim citra ullum comma hæc legenda sunt; ut et Aldina editio legit, et Ma. cod. qui tamen rectius pro sua habet suorum. Vulcanius. Suorum instantia initiorum Edd. Vulc. et seqq. At Mss. Florent. Bened. Voss. sua, cum Edd. prioribus, ut sua instantia pertineat ad naturam. Lipsius conjecit substantia: sed tum malim substantiam et initiorum inter s. impares conventus vel per initior. atque ita Aristot. τὴν τοῦ κόσμου σύνταξιν διὰ τῶν ἐναντιωμένων ἀρχῶν κρᾶσις μία διεκόμενη ἀρμονία. Statim 'libera elem. substantia.' Oud.—6 Sic Mss. In Edd. aute Vulcan. non. Id.—7 Lego d. concentu. Elmenhorstius.—8 Namque visidus arida est.

#### NOTÆ

phia Morali: 'Et optimis disciplinis communi præceptorum magisterio docentur non virile secus modo, verum etiam fœminarum.' At mare adjectivum neutrius generis, pro masculo, (si modo lectio hæc sincera sit), Apuleianam licentiam sapit, neque enim alibi temere reperias.

<sup>1</sup> Sententiarum suarum nubilus [modulis] Scriveriana editio habet: sententiarum suarum nubilus. Scribe nubilus: nubila sententiarum sunt earum obscuritates. Consentanea lectio est Aristoteli, qui Heraclitum appellat σκοτεινὸν 'obscurum.'



natura, veluti musicam, temperavit. Namque humidis arida,<sup>8</sup> glacialibus<sup>9</sup> flammida, velocibus pigra, directis<sup>1</sup> obliqua confudit,<sup>4</sup> unumque ex omnibus, et ex uno omnia, juxta [733] Heraclitum, constituit: terramque humore,<sup>1</sup> et cœlum<sup>3</sup> Solis orbe et Lunæ globo, ceterisque orientium et conditorum<sup>4</sup> siderum facibus ornavit, una illa parte mixta, quam quidem<sup>7</sup> cunctis constat implicatam, dum inconfusa, dum libera<sup>2</sup> elementorum substantia,<sup>5</sup> ignis, aquæ, aëris,

*secus ac Musicam. Permiscuit enim sicca udis, ardentia gelidis, tarda celeribus, obliqua rectis, et fecit unum ex universis, et universa ex uno, secundum Heraclitum: et decoravit Tellurem aqua, æthera globo Solis, et orbe Luna, et reliquis lampadibus astrorum orientium et occidentium, permixta illa una parte, quam certum est quidem immixtam esse universis cum natura elementorum Ignis, Aqua, Aëris, et*



Conjectura olim fuit Fulvii: *Namque humidis arida.* Sed desiit esse conjectura, postquam scripti codicis accessit consensus. *Sciopp.* in *Symb.* Abest namque a *Mss.* Florent. Bened. Voss. male *Vulc. uvidis*: quia sellicet Codex ejus habuit *umidis*, ut est in Voss. sec. Sed *humidis* Voss. pr. Bened. Florent. Fulv. ut ante Wower. et ceteros jam Ursinus legit. In Edd. prioribus *liquidis*. Aristot. *ἐπεὶ γὰρ ὑγρῷ. Oud.*—9 Ita e Florent. Elm. Scriv. Flor. In reliquis *Mss.* et Edd. et *gl.* Id.—1 Bened. et *dir.* Id.—3 Florent. Bened. Voss. sec. Edd. Elm. Scriv. *confundit.* Id.—5 *Terramque humore, cœlum, &c.* Hæc usque ad *machinatam* omnia desunt Edd. ante Junt. post. Pro *humore* vero Edd. ante Elmenh. dant *mare atque.* Sed *Mss.* Bened. Voss. pr. *emere atque.* Voss. sec. *emere et.* Florent. vero *humore et*: atque ita rescribendum. *Umore* fuerat, unde alii fecere *mare*, alii *emere.* Idem.—4 Abest copula a Bened. *Idem.*—6 Bened. *subera.* Idem.—6 Al. *concordia.* Vid.

#### NOTE

<sup>1</sup> *Terramque humore, &c.*] Hæc, usque ad illa verba *Principiorum igitur consensus*, aliter paulo, et certe clarius, expressa apud Aristotelem. Ejus verba sunt: *Γῆν τε πᾶσαν καὶ θάλασσαν, αἰθέρα τε καὶ ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν διεκόσμησε μίᾳ διὰ πάντων δέκοντα δύναμιν, ἐκ τῶν ἀρίστων καὶ ἑτεροίων, αἶρος τε καὶ γῆς, καὶ πυρὸς καὶ ὕδατος, τὸν σύμπαντα κόσμον δημιουργήσασα, καὶ μίᾳ διαλαβοῦσα σφαῖρας ἐπιφανείᾳ, τὰς τε ἐναντιωτάτας ἐν αὐτῇ φύσεις ἀλλήλαις ἀναγκάσασα ὁμολογῆσαι, καὶ ἐκ τούτων μηχανησαμένη τῇ πάντι σωτηρίαν.* *terram etiam omnem, omne mare, Ætherem, Solem, Lunam, et postremo totum Cœlum, vis una per omnia pertinens, certo ordine de-*

*scripsit, concinneque digessit e diversis ipsa naturis, atque impermixtis, Aëre, Terra, Igne, et Aqua, mandum architectata: eumque cum etiam globosa superficie comprehendisset, naturas quam maxime contrarias, quæ sunt in eo, coëgit inter se consentire, atque ex his machinata est salutem universo orbi.*

<sup>2</sup> *Et conditorum*] Occidentium, præteritum pro præsentī.

<sup>7</sup> *Una illa parte mixta, quam quidem, &c.*] Innuit Mundi animam, de qua jam alibi diximus.

<sup>2</sup> *Dum inconfusa* [*confusa.*] *dum libera*] Mendosus videtur locus. Melius quadrabit cum Aristotele, si legas *dum inconfusa ac libera, &c.* Hanc lec-

terræ, ex quibus hujus sphaeræ convexa, et disparibus qualitatibus naturæ conflata,<sup>7</sup> adacta est fateri concordiam,<sup>6</sup> et ex ea salutem operi machinatam.<sup>4</sup> Principiorum igitur consensus sibi concordiam peperit:<sup>7</sup> perseverantiam vero amicitiae inter se elementis<sup>8</sup> dedit specierum ipsarum<sup>9</sup> æqua partitio,<sup>1</sup> et dum in nullo<sup>2</sup> alia ab alia vincitur, modo vel potestate. *Æqualis*<sup>3</sup> quippe omnium diversitas, gravissimorum, levissimorum, ferventium, frigidorum,<sup>4</sup> docente ratione naturæ, [734] diversis licet rebus, æqualitatem deferre<sup>5</sup> concordiam, concordiam omniparentis<sup>6</sup> mundi

*Terræ, ex quibus dissimilibus qualitatibus naturæ ambitus hujus orbis constitutus est, impermixta ac soluta, coacta est sibiipsi consentire, et illam partem permixtum cunctis architectatam fuisse conservationem sui operis ex illo consensu. Consensio ergo Elementorum conciliavit sibi concordiam: at æqualis distributio ipsarum specierum peperit elementis durationem concordiae inter se, dum aliud non vincitur ab alio in re ulla, sive quantitate, sive virtute. Etenim æqualis est varietas cunctarum rerum, gravissimarum, levissimarum, calidarum, frigidarum, ratione naturali monstrante æqualitatem tribuere concordiam rebus, tametsi diversis, et eam effecisse*

\*\*\*\*\*

Not. Var.—7 Carent hoc verbo Edd. Ald. Jant. post. Oudendorp.—8 Exulat a Florent. male. *Idem*.—9 Junt. post. *ipsa*. *Idem*.—1 A Vic. Junt. pr. Bas. pr. abest *æqua*. *Id.*—2 Sive et quia: atque ita Mss. Florent. Bened. Voss. sec. Edd. primæ, item Junt. pr. Bas. pr. Elm. &c. Ab Edd. Aldi usque ad Wower. exulat *et*. *Id.*—3 *Modo vel potestate æqualis*. Vitiose omnino in omnibus Edd. etiam Aldina, ita legitur. Claudenda enim est perihodus post vocem *potestate*: deinde nova perihodus ordiendi, *Æqualis quippe omnium diversitas*, &c. sensu apertissimo. *Æqualem* enim diversitatem vocat, quam Aristoteles *τὴν τῶν ἀντιθέτων*. quod tamen apud Stobæum legitur, nec male, *ἀντιθέτων*. *Vulc.* Recte. ut et seqq. edidit. *Oud.*—4 Edd. ante Junt. post. et *lev. f. et fr.* Forsan fuerat *est*, quod hic intelligi debet. *Id.*—5 Al. *differre*. *Vid.* N. Var.—6 *Omnia parentis*. Scribendum, *omnia parentis*: vel, *omnium parentis*. *τὸν πᾶντων γενέτην*. *Colv.* Ita et Mss. codex. Lege vel, *omnium parentis*: vel composita dictione, *omniparentis*, id est, *παντόκου*. *Vulc.* *Omniparentis*. Sic recte Colvius. Mss. et editi *omnia parentis*. Vide Indicem. *Elmenhorst*. Mss. et Edd. vett. usque ad Elmenh. *omnia parentis*. sed hic et seqq. bene receperunt Vulcanii et Lipsii emendationem *omniparentis*; licet dupliciter erret Elmenh. Colvio ascribens, quod est Vulcanii, et Mss. ac Edd. dans scripturam, quæ est Colvii conjectura. Eadem corruptio in Mss. supra Met. lib.

#### NOTÆ

tionem in Interpretatione secutus sum.

<sup>1</sup> *Conflata*] Supple *sunt*, et refer ad 'connexa,' atque interpunge.

<sup>2</sup> *Adacta est fateri concordiam*] Hæc referenda sunt ad elementorum substantiam: 'fateri concordiam' dixit, quod Aristot. *ἀπολογησαι*.

<sup>3</sup> *Et ex ea salutem operi machinatam*] Hæc referenda sunt ad partem illam, 'quam quidem cunctis constat implicatam,' et illud *machinatam* regi verbo *constat* intelligendum est. Sic loco hinc intricatissimo et obscurissimo facilitas aliqua et lux afferetur.

amcénitatem æternitatemque reperisse. Quid enim mundo præstantius? Lauda, quam potes, speciem;<sup>7</sup> portio a te laudabitur mundi: admirare,<sup>8</sup> quam voles, temperantiam, ordinationem, figuram; hic et per hunc<sup>9</sup> illud quodcumque est, inveniatur<sup>1</sup> esse laudandum. Nam quid, oro te, ornatum atque ordinatum videri potest, quod non ab ipsius exemplo imitatura<sup>2</sup> sit ratio? unde κόσμος Græce nomen accepit. Euntibus Sole atque Luna, ceteraque luce siderea<sup>3</sup> per easdem vias, custoditis temporum vicibus,<sup>4</sup> nec ullius erroris<sup>5</sup> interjectione confusis, digeruntur tempora, et rursus incipiunt. Quam<sup>6</sup> pulchræque et foecundæ horæ pro-

*pulchritudinem et æternitatem Mundi productoris rerum omnium. Nam quid est excellentius Mundo? Lauda rem quam volueris, laudabis particulam Mundi: mirare mixturam, ordinem, et formam cuius libuerit rei, ea, quæcumque sit, reperietur in illo, et laudanda per illum. Nam, quid, quæso, potest videri decoratum et ordinatum, quod mens non æmulatura sit ab exemplari ejus? propterea dictus est Græce Κόσμος. Tempora disponantur, et revolvuntur Sole et Luna, ac reliquis astrorum facibus incedentibus per eadem itinera, alternationibus tempestatum servatis, neque perturbatis interpositione ullius evagationis. Verum quam amana et fecunda*

~~~~~

xi. p. 777. a. 'Omniparentis Deæ.'—7 *Lauda, quam putes sp.* Ms. *quam putas.* Mihi videtur, *quam potes*: sicut paulo post: 'Admirare quam voles temperantiam.' Scioppius in *Symbola*. Omnes scripti: *quam potes speciem*. Wowerinus. *Putas* Margar. Poët. f. *potes*. Brantius. Wowerinus et Scioppius *quam potes*, recte. *Elmenhorstius*. Fulv. Voss. sec. Bened. cum Marg. Poët. g. *putas*. Florent. Vulc. Edd. usque ad Wower. *putes*. Lipsius quoque margini allevit *potes*, notans in vet. esse pot. An *pote* vel *potis*? ut Met. lib. i. p. 43. b. ubi vide, et alibi. Temere Wow. ait in Mss. esse *potes*: cum in nullo adhuc inveniatur. Oud.—8 Flor. *admiror*, male. *Elmenhorst*. Accedunt Voss. Oud.—9 *Per hunc*. Immo vero *per hanc*: scil. 'temperantiam, ordinationem, figuram,' ut ascripsit margini Lipsius. Marg. Poët. *hic per hos aliud quodcumque est inv. laudandus*. Id.—1 Edd. Vic. Junt. pr. *invenitur*. Id.—2 Minus bene Lipsius imitata. Bened. *mutata*. Id.—3 *Ceteraque luce siderea*. Ms. cod. *ceteraque luce siderea*: rectissime: hoc est: reliquis astris; quæ et Lucretius, 'Flammantia lumina cæli' vocat. Vulc. Vitiose nempe in sola Colv. Ed. est *sidera*. Oud.—4 Voss. sec. *vicinibus*. Bened. *vicinitudinibus*. Bene. Id.—5 Edd. Rom. Vic. Ven. Junt. pr. Bas. pr. *temporis*: et eædem Edd. et Ald. *confusus*. Id.—6 *At quam emendavit Colv. pro atque*, quod erat in vulgatis. Sed at nullus habet Cod. quare ejecere bene Vulc. Wow. et Elm. qui e Florent. edidit *quam pulchræque et fecundæ horæ*. Recte. Sæpe *que* et jungitur more Græco. Vide Ind. Not. Prave etiam Edd. vet. *pulchre et facunde*. Voss. uterque et Bened. *qua pulchra*. Dein *fecundiores*

NOTÆ

^b *Ceteraque luce siderea*] Lux hic luminaribus minoribus, quibus collective sumitur pro corporibus luminum distinctum est. cidis, sen, ut loquitur scriptura sacra,

creantur, nunc æstivos vapores revolventes,⁷ nunc pruinas hyemis circumferentes! dierum etiam noctiumque curriculum ordiuntur menses, menses texunt annos, anni⁸ d seriem conficiunt sæculorum. Et hic quidem⁹ mundus magnitudine immensus,^{*} cursibus rapidus, splendore perlucidus, valenti habitudine, pubertate juvenali.¹ f [735] Hic animalium² causa.⁵ Nantium atque terrestrium, pennigerarum-

Tempestates gignuntur, modo reducentes calores æstatis, modo advehentes gelicidia hyemis! inchoantur quoque menses spatiis dierum, et noctium, menses conficiunt annos, anni efficiunt continuationem sæculorum. Atque hic Mundus est quidem immensus amplitudine, celerissimus in suis cursibus, nitore pellucens temperamento robusto, et flore juvenili. Hic Mundus distinguit genera animalium aquatiliū, et

Bened. *facunda ora* Voss. sec. ridicule. *Id.*—7 Al. *resolventes*.—8 Recte Floridus, et conjecerat sic jam Lipsius. A Mss. et Edd. abest semel *menses*: ut supra ‘concordiam.’ *Id.*—9 Voss. et Edd. ante Vulcan. et *quidem hic*. *Id.*—1 Al. *juvenili*.—2 Bas. 2. *hic causa animalium*. Forte, *Hic cuncta animal. vel, hic autem animal.* Colvius. Vetus Cod. *juvenali causa*: vitiosa disputatione. Ponendum enim est punctum post *juvenali*. Deinde ita legendum, *Causa hic animalium*, posito commate post hanc vocem, cui ut generi subiungit species, *Natantium* (vet. c. *nantium*) terrestrium, et pennigerorum. *Vulc.* Non ansim rō *causa* proscribere, nam extat in Mss. Florent. Edd. Ald. Junt. post. Bas. sec. Lagd. Elm. Scriv. *Hic causa, &c.* et in Mss. Voss. *Vulc.* et Bened. *causa hic, &c.* nec cum Colvio reponere *cuncta vel autem*: sed legere malim cum Vulcanio *Hic* (scil. *Mundus*) *causa animalium*. *Nantium, &c.* ut prius genus ponat, tum species, vel cum Scriverio *Hinc causa animalium*. *N.* quod tamen non opus est. Ceterum *natantium* extat in Edd. ante Elmenh.

NOTE

* Nunc æstivos vapores revolventes] Elmenhorst. magis probat lectionem Rom. cod. *resolventes*. Ego ejus sententiæ non accedo. Placet *revolventes*, et interpretor ‘revolutionibus suis annuis reducentes:’ firmat meam opinionem quod sequitur, ‘nunc pruinas hyemis circumferentes.’ Sed comprobatur omnino textus Aristotelicus. τίς δὲ γένειτ’ ἂν ἀνελθεῖν ταύδε, ἥτινα φύλλωται αἱ καλά καὶ γόνιμοι τῶν ὄλων ὄροι, θάρα τε καὶ χαίματος ἐπ’ αὐγῶνται τεταγμένως, &c.

^d Ordiantur menses, texunt annos, anni, &c.] Omnino legendum, *ordiuntur menses, menses texunt annos, anni, &c.* ratio facile patebit atten-

denti.

* Magnitudine immensus] Aristoteles hic non immensum quidem mundum, sed *μεγέθει πανκρίτατον* ‘magnitudine cuncta longe exsuperantem’ dixit. Cartesius nostro ævo infinitum affirmare non ausus, indefinitum dixit, quod idem ferme est ac immensum.

^f Pubertate juvenali] ‘Juvenalis’ et ‘juvenilis’ idem sonant. Plin. lib. xxxiii. cap. 2. ‘juvenalem famam ancupari’ dixit.

⁵ Hic animal. c. [causa animalium, &c.] Tolle illud *causa*, quod sensum impeditum reddit. Non habet illud Aristoteles.

que cunctarum distinxit genera, species separavit,³ fixitque leges vivendi atque moriendi. Ex hoc animantia vitales spiritus ducunt.⁴ Illinc statim cursibus⁵ temporum eventus, qui admirationi esse solent, cum vel inter se ventorum praelia ciuntur,⁶ vel dissectis nubibus⁷ fulminat coelum,⁸ et tempestates inter se serenæ hybernæque configunt, micant

terrenorum, atque volantium omnium, divisit ea in species, ac statuit leges ortus et interitus. Animalia trahunt spiritus vitales ex eo. Ex ipso proveniunt certis curibus temporum eventus, quos solemus admirari, quando nempe excitantur certamina ventorum inter se, aut æther fulgurat, nubibus ruptis, ac tempestates amarae, et hyemales certant inter se, ignes coruscant, pluviae effunduntur: atque, cunctis seda-

contra Mss. qui omnes habent *nantium*. Oud.—3 *Pennigerorum, cunctorumque dist. genera: in species separavit.* Coniunctio *que*, posita loco non suo, sententiam turbat. Lege, *pennigerorumque cunctorum distinxit genera, species separavit.* Præpositio enim *in*, quæ in Edd. omnibus legitur, plane est supervacanea, neque eam agnoscit Codex Ms. Vulc. Abest *que* a Voss. sec. Bened. At Mss. Florent. Vulc. Voss. pr. *pennigerarumque cunctorum* cum Ed. Elmenh. Voss. sec. *pennigerarum* c. Bened. *pennigerarum*. Verissime. *Animales* sumit genere feminino, ut Noster aliquoties: quod non ceperunt Editores. Vid. ad Met. lib. II. p. 152. 'tantillula animalis.' Dein bene Vulc. *in species separavit*, quod ante eum vulgabat, emendavit cum seqq. et Mss. Oud.—4 *Vitalis spiritus ducunt.* Lege cum veteri cod. meo, et cum editione Aldina, *vitales spiritus ducunt.* Vulcanius. Bene: nam prave in Edd. Bas. sec. Lugd. Colv. est *ducunt*. Oud.—5 *Illis statim cursibus.* Corruptus hic locus, cui illa Aristotelis respondent: *ταύτων καὶ αἱ παρὰ τοῦτο νοεῖται τῶν τεταγμένων, ἀπορροαῖνται.* Colv. Ms. codex legit, *illi statim, &c.* Ego vero ita omnino legendum censeo: *Ex hoc illi statim cursibus, &c.* Vulc. *Illinc statim cursibus.* Sic egregie restituit e Ms. Florentino Elm. cum seqq. cui accedit in τῷ *illinc* Bened. quomodo jam conjecit Lipsius: cum vulgo legeretur *illis*. Voss. uterque, Vulc. *illi*: unde Vulc. et Wow. edunt *ex hoc illi*. Dein *statim* bene restituit Vulc. auctoritate sui codicis, quod confirmatur a Florent. et Vossianis. In Bened. et Edd. vett. *statim*, more solito. Vide ad de Deo Socr. p. 666. Ed. Flor. *statim cursu*. Oud.—6 *Ventorum praelia ciuntur.* Ita reposuit Aldus, cum in prioribus Edd. tantum esset *concutiuntur*, male. Sed Voss. sec. Bened. *vent. pr. ciuntur*. Florent. Voss. pr. Bened. v. *pr. ciuntur*. Verissime. Circa quarta coniugatione extulit Noster. Ad Met. lib. VIII. p. 524. b. Hinc videmus, unde illud *concutiuntur* in Edd. primis natum. 'Clere praelia obrium.' Vide Drakenb. ad Silium lib. XIV. 81. Gronov. Obs. IV. 6. Id.—7 *Dissectis nubibus.* Vett. Edd. *directis*. Sed potius legerim, *dissectis nubibus*. Sed eleganter restitnere accepimus V. C. Erricum Memmii Planti locum Amphitruone: 'Ita mihi videntur omnia, mare, terra, coelum conseci.' quem edunt passim, *coelum conseci*. Colvius. Ms. cod. *vel dissectis nubibus fulminat coelum, et tempestates, &c.* neque vero incommode legi posset, *dissectis nubibus*: pro quo aliam Edd. inepte habent, *directis*. Vulc. Sic Aldus. Roman. *directis* n. Leidens. *dissectis* n. Fulvii liber, *diductis*. Colv. *dissectis*, recte. Elmenh. *Dissectis* tacite edidit Floridus, et placet, licet Mss. plerique et Edd. ceteræ dent *disiectis*. Vulc. Voss. sec. *disiectis*. Fulv. *diductis* e Glossa. Edd. vett. usque ad Aldum *directis*. Vulc. non male *disiectis*. Supra: 'victis, ruptis nubibus.' Vide ad Met. lib. VIII. p. 582. a. Oud.—8 Sic Mss. O. cum Vulcan. et seqq. Male priores Edd. *fulmina*. Sic sæpe 'tonat' et 'intonat coelum.' Scalig.

ignes, imbres rumpuntur:⁹ et rursus, placatis omnibus, amoena lætitia mundi reseratur. Videas et viridantibus comis cæsariatam esse terram, et scatebris¹ fontium manantem,² et aquarum agminibus concipientem,³ parientem, atque educantem, nec occasibus fatigari,⁴ nec sæculis anilitari, excussam¹ erumpentibus semper tam pigris quam moventibus fœcibus, aquarum sæpe alluvionibus mersam,⁵ flammarum per partes voracitate consumtam: quæ tamen illi⁶ cum⁷ regionaliter videantur esse pestifera, ad omnem⁸ sa-

tis, jucunda hilaritas mundi iterum aperitur. Cernas etiam tellurem esse capillatam cæsarie viridi, et fluere scaturiginibus fontium, et largis aquis illam concipere, et odore in lucem, ac nutrire fœtus suos, neque lassari occasibus, neque senescere sæculis, licet concutiat prodeuntibus semper ex ea spiritibus tam tardis quam agitantibus, licet crebro aperta fuerit diluvio aquarum, abeunda in quibusdam suis partibus edacitate ignium: qui tamen casus licet videantur esse ipsi exitiales in regi-

fulmina cadunt. Id.—9 *Inde rumpuntur.* Legendum omnino, imbres rumpuntur, quod respondet illis Aristotelis, *ῥηγνυμένων δὲ χαυμώνων ἔκαστων.* Vulc. Imbres vet. ed. Ego lego, *unda.* Brantius. Ms. *erumpunt.* Woverius. Recte Woverius. *imbres erumpunt.* Elmenhorstius. Vide Not. Var.—1 *Exulat rō et a Bened. Oud.—2 Ed. Vulc. sec. manentem.* Male. Id.—3 *Et aquarum agmina concipientem.* Vet. cod. et *aquarum agminibus concipientem*: minus recte. Vulc. *Agminibus* habent Mss. O. Sed *agmina* Edd. Wow. et Vett. ante Vulcan. Pro *concipientem*, quod est in Mss. Florent. Bened. habent *concientem* Mss. Vulc. Voss. pr. et alius, teste Lindenbrogio, atque ita Edd. Vulc. sec. Elm. In Voss. sec. est *concientem*. Ed. Vulc. tert. *incientem*. Is. Voss. *incientem*. Sed *concientem* sine dubio verum est, ut ex additis patet. Sed puto excidisse vocem *fœtus*, quæ nunc subaudienda est. Forsan *agmine fœtus*. De aquarum agminibus vide ad Met. lib. iv. p. 248. a. De tellure sic fere mox, 'Imbribus madefacta ad educandos suos fœtus opimatur.' Aristot. *ὑδασι τε περιβλεψούσα*, i. e. *scatebris fontium manans et peroxaυμώνη*, i. e. *trita, fœtis, κατὰ καυρὸν ἐκφύουσα τε πόρρα*: ubi Voss. ascripsit *περιπρυμνήν*. Oud.—4 Vide Not. inf. et Not. Var.—5 *Leid. mensam*, male. *Elmenh.* Accedit Bened. Oud.—6 Carent Edd. ante Ald. *Ille* Ed. Vulc. sec. Id.—7 *Abest* Ed. Vulc. pr. Id.—8 *Al. ad omnia.*—9 Forte *reintegrationem*, Elmenhorstius,

NOTÆ

¹ *Imbres rumpuntur*] Mavult Woverius *erumpunt*: cui accedit Elmenhorstius. Ego nihil muto. Expressit hæc Aristot. *ῥηγνυμένων δὲ χαυμώνων ἔκαστων.*

¹ *Nec sæculis anilitari, excussam, &c.*] Interpono post *anilitari*, et lego *excussam erumpentibus semper tam pigris quam moventibus fœtibus*, non autem *fœtibus*. 'Flatus pigri' sunt illi spiri-

tus, quorum non satis magna vis est ut terram succutiant: 'moverites' contra. Παρὰφραστικῶς sic exponit hæc Aristot. *καὶ τοὶ καὶ σπυρτοὶ τινάσσουμένην*. De fœtibus autem terræ nulla hoc loco apud eundem Aristot. mentio: 'anilitari' porro ab 'anu' dicitur, ut 'senescere' a 'sene.' Catullus dixit 'cana senilitas.'

lutaria sunt, et ad redintegrationem⁹ ejus valent: et cum movetur,¹ profecto spirat illos spiritus, quibus clausis, et effugia quærentibus, movebatur.² Imbribus etiam made-
facta, non solum ad educandos foetus suos opimatur,³
verum etiam pestifera a contagione proluir. [736] Fla-
bris autem, spirantium aurarum graviore et minus puri
aëris spiritus digeruntur atque purgantur.⁴ Tepores frigus
glaciale mitificant, et brumalis austeritas terrestrium visce-
rum⁵ venas remittit: et pars gignentium,⁶ alia adolescen-
tium, cetera occidentium vices sustinent: sorsque⁶ nascenti-
um, obitorum loco pullulat,⁷ et occidentium numerus nas-
centibus locum pandit. Restat, quod caput est sermonis
hujus,¹ ut super mundi rectore verba faciamus: indigens
quippe orationis hujus videbatur ratio, nisi de mundo dis-
putantes, etsi minus curiose, at quoquo modo possemus,
de eo diceremus. De rectore quippe omnium, non, ut ait
ille, silere¹¹ melius est, sed vel parum dicere. Vetus opinio

onibus quibus accidunt, salubres sunt illi in universum, et prosunt ad ejus restaura-
tionem: et quando ipsa concutitur, certe exhalat illos status, a quibus concutiebatur
dum inclusi essent, et investigarent exitus. Irrigata quoque pluviis non tantum
pinguescit ad alendos suos fructus, sed etiam purgatur a contagio morbooso, densio-
res autem et impuriore exhalationes aëris expelluntur et concurrunt statibus le-
nium ventorum. Modici calores leniunt frigus hyemale, et asperitas hyemis laxat
meatus interiorum partium terræ: et aliqua res funguntur officio nascentium,
alia crescentium, reliqua intereuntium: et turba nascentium prodit in locum
interuentium, et multitudo morientium dat locum nascentibus. Superest, quod est
præcipuum hujus orationis, ut dicamus de Gubernatore Mundi; nam, cum dis-
seramus de Mundo, hic sermo videbitur jejunus, nisi loquamur de eo quamvis
minus exquisitè, saltem qualitercumque possumus. Nam præstat non quidem, ut
ille dicit, tacere de Gubernatore cunctiarum rerum, sed saltem paululum loqui. Est

~~~~~

—1 Flor. *Moventur*. Bas. 1. *movebatur*. Lego *moverint*. Elmenhorstius.  
Florent. *moventur*: sc. partes terræ, et Bened. sed subscripto puncto sub n.  
Voss. *commoventur*: sed nil muta. V. seqq. Ond.—2 Voss. uterque *moveban-*  
*tur*. Id.—3 Florent. Voss. sec. Vnlc. *opinatur*. Bened. *computatur*. Inepte.  
Id.—4 Bened. Florent. Voss. uterque *purgant*. Id.—5 Vide Not. Var.—  
6 Ita Florent. Voss. sec. Bened. Elm. Scriv. Flor. Ante et *sors*. Ond.—  
7 Edd. ante Junt. post. *pullulant*. Id.—8 *Atque in cogitationes omni. hom. peni-*

#### NOTE

<sup>k</sup> Et pars gignentium] Nascentium, *jus*] Hic incipit Aristotelis περί Κόσμου  
orientium. Eodem sensu usurpavit *μὲν* caput sextum.  
libro de Philosophia Naturali: 'om-  
niumque gignentium esse seniore.'  
<sup>11</sup> Restat, quod caput est sermonis hu-  
nem intelligit, qui, ut jam habetur  
initio libri de Philosophia Naturali,

est,<sup>2</sup> atque cogitationes omnium hominum penitus insedit,<sup>2</sup> Deum esse, originis et haberi auctorem,<sup>2</sup> Deumque ipsum salutem esse<sup>1</sup> et perseverantiam earum, quas effecerit, rerum. Neque ulla res est tam præstantibus viribus, quæ, viduata Dei auxilio,<sup>2</sup> sui natura contenta sit.<sup>3</sup> [737] Hanc

*antiqua opinio, et quæ altius infixæ est mentibus cunctorum hominum, Deum existere, et credi auctorem productionis rerum, Deumque ipsum esse conservationem et durationem illarum rerum, quas produxerit. Et nihil est tam insigni vigore, quod destitutum præsidio Dei subsistere possit propria natura. Poëta, amplexi hanc sen-*

*tus incidit. Lege cum Ms. cod. meo v. o. s. atque cogitationes omnium hominum penitus insedit. Inhærere enim, penitusque infixam esse animis omnium hominum hanc de Deo opinionem affirmat. Vulc. Rom. et Ald. incidit, male. Elmenh. Recte Vulc. atque exhibuerunt ita seqq. Vulcanii codici accedunt Fulv. Florent. Voss. sec. In Voss. pr. cogitationes incidit. Bened. cogitationi insede. Edd. priores in cogitationes incidit. Cicero 'insidere in animo, in mente,' et alii. Cum 4to casu talia solet construere Noster. Vide ad Met. lib. viii. p. 555. a. Abest penitus male a Florent. Cicero pro L. Manil. c. 3. 'Macula penitus insedit.' Lipsius legit insidit. Oud.—9 Deum esse, originis non habere auctorem. Vet. cod. Deum esse, originis haberi auctorem: quod ita adjectione unius conjunctionis copulativæ et emendandum censuerim: Deum esse originis, et haberi auctorem: hoc est, Deum et esse, et censi originis omnium rerum auctorem; quod et respondet verbis Aristotelis, ὅς ἐκ θεοῦ τὰ πάντα, καὶ διὰ θεοῦ ἡμῶν συνίσταται. Vulc. Deum essentia orig. Florent. Deum esse originis, et h. Vide Johannem Grammaticum contra Proclum de Mundi æternitate fol. 79. et 81. cap. 17. lib. vii. Elmenhorstius. Ed. Wow. Deum essentia originis haberi auctorem. Vulc. sec. Deum essentia, &c. Sed Elm. et seqq. edidit ut correxerat Vulc. atque ita Florent. Bened. Vulc. et Voss. uterque; nisi quod tres posteriores copula careant: nec aliter citat J. Grammaticus, quem ex indicio Lindenbrogii citat Elm. Mallum tamen distinguere Deum esse, originis et haberi auctorem. Lipsius conjecit ex isto non sic: Deum esse, cumque originis hab. auctorem. Voss. sec. originis: ut alibi. Oudendorp.—1 Edd. ante Vulcan. Deumque esse salutem. Sed Vulcanii codici ascribunt ceteri omnes. Idem.—2 Carent τῇ Dei Mss. Florent. Bened. Vossiani. Idem.—3 Lego futura c. sit. Elmenhorstius. Bened. contexta. Voss. sec. contenta. Nescio quid ve-*

## NOTÆ

Deum dixit ἀπὸ τοῦ ἀκατανόητου, 'cujus naturam invenire difficile est: si inventa sit, in multos eam enuntiare non posse.' Cicero lib. 1. de Natura Deorum: 'jam de Platonis inconstantia longum est dicere: qui in Timæo patrem hujus mundi nominari negat posse: in legum antem libris, quid sit omnino Deus, inquiri oportere non censet.'

<sup>2</sup> *Vetus opinio est, &c.]* L. Balbus Stoicus apud Ciceronem, lib. 11. de Natura Deorum: 'Quid enim potest

esse tam apertum tamque perspicuum, cum Cælum suspeximus, celestiaque contemplati sumus, quam esse aliquod Numen præstantissimæ mentis, quo hæc regantur? &c. quod nisi cognitum comprehensumque animis haberemus, non tam stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec una cum sæculis ætatibusque hominum inveterare potuisset. Etenim videmus ceteras opiniones fictas atque vanas, diuturnitate extabuisse, &c.



opinionem vates secuti,<sup>o</sup> profiteri ausi sunt, omnia Jove plena esse;<sup>4</sup> cujus præsentiam non jam<sup>5</sup> cogitatio sola,<sup>6</sup> sed oculi et aures<sup>7</sup> et sensibilis substantia comprehendit. At hæc composita est potestati Dei, non autem essentiae conveniens oratio.<sup>7</sup><sup>q</sup> Sospitator quidem ille et genitor<sup>8</sup> est omnium, qui ad complendum mundum nati factique sunt:<sup>9</sup> non tamen ut corporei<sup>1</sup> laboris officio orbem istum manibus suis instruxerit, sed qui quadam infatigabili providen-

*tentiam, non dubitaverunt prædicare universa repleta esse Jove; cujus præsentiam non sola modo mens percipit, verum etiam et oculi, et aures, et res sensibus prædita. Verum ille sermo (poëtarum) factus est congruens potentia Dei, non vero ejus natura. Ille quidem est conservator, et creator cunctarum rerum, quæ orta, et productæ sunt ad perficiendum orbem; non ita tamen ut concinnaverit suis manibus hunc mundum opera laboris corporei; verum ita ut et tangat omnia licet remota, et*

\*\*\*\*\*

lit Elmenh. Oud.—4 Bened. anima, male. Abest esse Edd. ante Vulcan. contra Mss. Id.—5 Bened. non animam. Id.—6 Voss. sec. a. m. pr. mola. Statim pro substantia Bened. subera. Id.—7 Ad hæc comp. est potestati D. conv. or. Potius ita legerim: At hæc composita est potestati Dei, non vero essentia conveniens oratio. Omisum enim erat illud Aristotelis, *ὅτι μὴ τῇ γὰρ οὐσίᾳ*. Vulc. Voss. sec. Vulc. Bened. Edd. ante Vulcan. ad hæc. Bened. caret τῇ est. Voss. sec. Bened. potestate. Tā non autem essentia quasi e Voss. pr. enotarat Vossius. Verum videtur voluisse innuere, ex Aristotele esse addenda, ut fecit Vulc. cum Wower. et seqq. nam a Mss. ceterisque Edd. absunt. Oud.—8 Sospitator quidem ille genitor. Lege ex Aristotele, *sosp. q. ille et genitor*. Vulcanius. Bened. sosp. quod ille gen. Carent etiam τῇ et Voss. sec. Vulc. et Edd. ante Vulcan. sed agnoscere videntur Florent. et Voss. pr. ac margini allevit Lipsius. Oud.—9 Sic Mss. O. et Edd. ante Elmenh. qui cum Scriver. et Florido edidit, ut conjecit ad marginem Lipsius, *quæ ad c. m. nata factæque s.* et videtur rectius; sed aliud quid latet. Id.—1 Bened. Voss. sec.

## NOTE

<sup>o</sup> Hanc opinionem vates secuti, &c.] Quos inter Virgilius, Ecloga III. 'Ab Jove principium Musæ, Jovis omnia plena,' &c. Ad quem locum vide quæ observarunt veteres critici.

<sup>p</sup> Cujus præsentiam non cogitatio sola, sed oculi et aures, &c.] Hinc Paulus Epistola ad Rom. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀίσιος αὐτοῦ δόξα καὶ θεϊότης. 'Invisibilia enim ipsius a fabricatione mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus

et divinitas.'

<sup>q</sup> At hæc composita est potestati Dei, non autem essentia conveniens oratio] Sic expressit hæc Aristot. τῇ μὴ οὐσίᾳ ἀπὸ πάντων καταβαλλόμενοι λόγῳ, ὅτι μὴ τῇ γὰρ οὐσίᾳ. Ideo autem convenire putarant hanc orationem potentia Dei, quod nullus esset in toto orbe angulus, in quo ipsa non eluceret: at vero ejus naturam non esse consentaneam, quia Dea. indignum existimabant rebus se corporeis per se ipsum immiscere, ut infra declarabitur.

tia et procul posita cuncta<sup>a</sup> contingat,<sup>3</sup> et maximis intervallis<sup>4</sup> disjuncta circumplectatur.<sup>5</sup> Nec ambigitur, eum præstantem atque sublimem<sup>6</sup> sedem tenere, et poetarum laudibus nomen ejus consulum ac regum nuncupationibus prædicari,<sup>7</sup> et in arduis arcibus habere solium<sup>8</sup> consecratum. Denique propiores quosque<sup>9</sup> de potestate ejus amplius trahere: corpora illa cœlestia, quanto<sup>1</sup> finitima sunt ei, tanto [738] amplius de Deo capere:<sup>a</sup> multoque minus,<sup>3</sup> quæ ab illis<sup>4</sup> sunt secunda, et ad hæc usque terrena, pro interval-  
lorum modo<sup>5</sup> indulgentiarum Dei ad nos usque beneficia

*comprehendat separata longissimis spatiis, providentia quadam indefessa: nec dubitatur illum habitare in excellenti, et alto domicilio: et nomen ejus celebrari encomiis poetarum sub nominibus Consulum, et Regum, et habere thronum dedicatum in arcibus excelsis. Postremo omnes ipsi victiores plus capere de ejus virtute: illa corpora æthereæ, et quo propiora sunt ei, eo plus haurire de Deo, et quæ sunt post illa usque ad hæc terrestria, longe minus de ipso haurire, munera beneficentia Dei deferri usque ad nos secundum rationem intercapedinis. Verum cum existimemus*

\*\*\*\*\*

corpore. Id.—3 *Procul posita, cuncta c.* Expunge comma quod est post *posita*: ut sit sensus: Deum sua providentia contingere cuncta, etiam longissime remota. *Vulc.* Bened. pr. porta. Oud.—3 Bened. Voss. duo *contingit* cum Edd. ante Ald. Id.—4 Voss. sec. *intervalidis*. Id.—5 *Complectatur.* Venet. Bas. 1. *circumplectitur*. Colvina. Immo omnes ante Ald. Bene. Vide ad Met. lib. viii. p. 521. a. 'cadaver circumplexus.' Bened. Voss. uterque *disjunctam complectitur*. Oud.—6 *Ac s.* Voss. sec. Id.—7 Bened. *prædicare*. Id.—8 *Et in ard. arc. sol.* Lege cum Vet. cod. *et in ard. arc. habere sol.* Vulcanius. Abest nempe *habere* Edd. Ald. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. *habrem* Bened. Oud.—9 Ed. Vulc. pr. *quosdam*. Id.—1 Edd. ante Vulcan. *cul. illa*. Istud et ante quanto per Polysyndeton inseruit primus Elm. e Ms. Florent. Reliqui Mss. et Edd. carent. Pro *sinit s. ei* Bened. *ejus*. Id.—2 Vet. cod. *capere*: multo significantius, ut explicet vim verbi ἀπολαύειν, quod idem est ac καρποῦσθαι, id est, fructum utilitatemque percipere. *Vulc.* Aldus *capere*, minus bene. *Elmenh.* Mss. Florent. Voss. Vulc. cum ejus Edd. item Elm. Scriv. Flor. *capere*. Sed Bened. cum Edd. reliquis *capere*. De hac confusione vide ad Met. lib. i. p. 58. a. et alibi. Oud.—3 Sic rursus e Florent. restituerunt Elm. Scriv. Flor. quod dant etiam Voss. sec. Ald. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. A reliquis Mss. et Edd. abest *que*. Id.—4 Fulv. ad *illo*. Male. *Corporibus* subintelligit. Id.—5 Bened. *per int. os*. Id.—6 *Indul-*

#### NOTE

<sup>a</sup> *Nomen ejus consulum ac regum nuncupationibus prædicari, &c.* Aristot. hic θρασὺς τε διὰ τοῦτο ἀνέμαρται. Hoc vocabulum θρασος, quod et hoc Aristotelis loco et passim alibi 'supremum' significat, Consulis quoque nomen fuit. Hac gemina significatione deceptus, aut ludens, Apuleius dixit:

'nomen ejus consulum ac Regum nuncupationibus prædicari.' De quo tamen Aristot. nihil habet. Sæpe quidem a poetis Jupiter dicitur 'Divum pater, atque hominum Rex.' Sed 'Consulem' eum appellatum nusquam legi.

opinionem vates secuti,<sup>o</sup> profiteri ausi sunt, omnia Jove plena esse;<sup>4</sup> cujus præsentiam non jam<sup>5</sup> cogitatio sola,<sup>6</sup> sed oculi et aures<sup>7</sup> et sensibilis substantia comprehendit. At hæc composita est potestati Dei, non autem essentiae conveniens oratio.<sup>7a</sup> Sospitator quidem ille et genitor<sup>8</sup> est omnium, qui ad complendum mundum nati factique sunt;<sup>9</sup> non tamen ut corporei<sup>1</sup> laboris officio orbem istum manibus suis instruxerit, sed qui quadam infatigabili providen-

*tentiam, non dubitaverunt predicare universa repleta esse Jove; cujus præsentiam non sola modo mens percipit, verum etiam et oculi, et aures, et res sensibus prædicta. Verum ille sermo (poëtarum) factus est congruens potentia Dei, non vero ejus nature. Ille quidem est conservator, et creator cunctiarum rerum, quæ orta, et producta sunt ad perficiendum orbem; non ita tamen ut concinnaverit suis manibus hunc mundum opera laboris corporei; verum ita ut et tangat omnia licet remota, et*

\*\*\*\*\*

lit Elmenh. Oud.—4 Bened. anima, male. Abest esse Edd. ante Vulcani. contra Mss. Id.—5 Bened. non animam. Id.—6 Voss. sec. a m. pr. mola. Statim pro substantia Bened. subera. Id.—7 Ad hæc comp. est potestati D. conv. or. Potius ita legerim: *At hæc composita est potestati Dei, non vero essentia conveniens oratio.* Omisum enim erat illud Aristotelis, *ὅτι μὴ τῇ γὰ οὐσίᾳ.* Vulc. Voss. sec. Vulc. Bened. Edd. ante Vulcan. ad hæc. Bened. caret τῇ est. Voss. sec. Bened. potestate. Tā non autem essentia quasi e Voss. pr. enotarat Vossius. Verum videtur voluisse innuere, ex Aristotele esse addenda, ut fecit Vulc. cum Wower. et seqq. nam a Mss. ceteraque Edd. absunt. Oud.—8 *Sospitator quidem ille genitor.* Lege ex Aristotele, *sosp. q. ille et genitor.* Vulcanius. Bened. *sosp. quod ille gen.* Carent etiam τῇ et Voss. sec. Vulc. et Edd. ante Vulcan. sed agnoscere videntur Florent. et Voss. pr. ac margini allevit Lipsius. Oud.—9 Sic Mss. O. et Edd. ante Elmenh. qui cum Scriber. et Florido edidit, ut conjecit ad marginem Lipsius, *quæ ad c. m. nata factaque s.* et videtur rectius; sed aliud quid latet. Id.—1 Bened. Voss. sec.

## NOTÆ

\* *Hanc opinionem vates secuti, &c.]* Quos inter Virgilius, Ecloga III. 'Ab Jove principium Musæ, Jovis omnia plena,' &c. Ad quem locum vide quæ observant veteres critici.

† *Cujus præsentiam non cogitatio sola, sed oculi et aures, &c.]* Hinc Paulus Epistola ad Rom. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορtaί, ἢ τῇ αἰσθησὶ αὐτοῦ δόξαται καὶ θεούτης. 'Invisibilia enim ipsius a fabricatione mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus

et divinitas.'

‡ *At hæc composita est potestati Dei, non autem essentia conveniens oratio]* Sic expressit hæc Aristot. τῇ μὴ οὐσίᾳ ἀπὸ παντὸς καταβαλλόμενοι λόγῳ, ὅτι μὴ τῇ γὰ οὐσίᾳ. Ideo autem convenire putarunt hanc orationem potentia Dei, quod nullus esset in toto orbe angulus, in quo ipsa non eluceat: at vera ejus natura non esse consentaneam, quia Deo indignum existimabant rebus se corporeis per se ipsum immiscere, ut infra declarabitur.

tia et procul posita cuncta<sup>2</sup> contingat,<sup>3</sup> et maximis intervallis<sup>4</sup> disjuncta circumplectatur.<sup>5</sup> Nec ambigitur, eum præstantem atque sublimem<sup>6</sup> sedem tenere, et poetarum laudibus nomen ejus consulum ac regum nuncupationibus prædicari,<sup>7</sup> et in arduis arcibus habere solium<sup>8</sup> consecratum. Denique propiores quosque<sup>9</sup> de potestate ejus amplius trahere: corpora illa cœlestia, quanto<sup>1</sup> finitima sunt ei, tanto [738] amplius de Deo capere:<sup>2</sup> multoque minus,<sup>3</sup> quæ ab illis<sup>4</sup> sunt secunda, et ad hæc usque terrena, pro interval-  
lorum modo<sup>5</sup> indulgentiarum Dei ad nos usque beneficia

*comprehendat separata longissimis spatiis, providentia quadam indefessa: nec dubitatur illum habitare in excellenti, et alto domicilio: et nomen ejus celebrari encomiis poetarum sub nominibus Consulium, et Regum, et habere thronum dedicatum in arcibus excelsis. Postremo omnes ipsi viciniore plus capere de ejus virtute: illa corpora æthereæ, et quo propiora sunt ei, eo plus haurire de Deo, et quæ sunt post illa usque ad hæc terrestria, longe minus de ipso haurire, munera beneficentiae Dei deferri usque ad nos secundum rationem intercapedinis. Verum cum existimemus*

\*\*\*\*\*

corpore. Id.—2 *Procul posita, cuncta c.* Expunge comma quod est post posita: ut sit sensus: Deum sua providentia contingere cuncta, etiam longissime remota. *Vulc.* Bened. pr. porta. Oud.—3 Bened. Voss. duo contingit cum Edd. ante Ald. Id.—4 Voss. sec. intervaldis. Id.—5 *Cumplectatur.* Venet. Bas. 1. *circumplectitur.* Colvina. Immo omnes ante Ald. Bene. Vide ad Met. lib. viii. p. 521. a. 'cadaver circumplexus.' Bened. Voss. uterque *disjunctam* *complectitur.* Oud.—6 *Ac s.* Voss. sec. Id.—7 Bened. *prædicare.* Id.—8 *Et in ard. arc. sol.* Lege cum Vet. cod. et in ard. arc. habere sol. Vulcanius. Abest nempe habere Edd. Ald. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. habrem Bened. Oud.—9 Ed. Vulc. pr. quosdam. Id.—1 Edd. ante Vulcan. *cael. illa.* Istud et ante quanto per Polysyndeton inseruit primus Elm. e Ms. Florent. Reliqui Mss. et Edd. carent. Pro *sinit s. ei* Bened. *ejus.* Id.—2 Vet. cod. *carpere:* multo significantius, ut explicet vim verbi ἀπολαύω, quod idem est ac καρποῦσθαι, id est, fructum utilitatemque percipere. *Vulc.* Aldus *capere*, minus bene. *Elmenh.* Mss. Florent. Voss. Vulc. cum ejus Edd. item Elm. Scriv. Flor. *carpere.* Sed Bened. cum Edd. reliquis *capere.* De hac confusione vide ad Met. lib. i. p. 68. a. et alibi. Oud.—3 Sic rursus e Florent. restituerunt Elm. Scriv. Flor. quod dant etiam Voss. sec. Ald. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. A reliquis Mss. et Edd. abest *que.* Id.—4 Fulv. ab illo. Male. *Corporibus* subintelligit. Id.—5 Bened. per int. os. Id.—6 *Indul-*

## NOTE

<sup>7</sup> *Nomen ejus consulum ac regum nuncupationibus prædicari, &c.* Aristot. hic ὁράεις τε διὰ τοῦτο ἀνέμασται. Hoc vocabulum ὁράεις, quod et hoc Aristotelis loco et passim alibi 'supremum' significat, Consulis quoque nomen fuit. Hac gemina significatione deceptus, aut ludens, Apuleius dixit:

'nomen ejus consulum ac Regum nuncupationibus prædicari.' De quo tamen Aristot. nihil habet. Sæpe quidem a poetis Jupiter dicitur 'Divum pater, atque hominum Rex.' Sed 'Consulem' eum appellatum nusquam legi.

pervenire.<sup>6</sup> Sed cum credamus, Deum per omnia permeare,<sup>7</sup> et ad nos, et ultra potestatem<sup>8</sup> sui nominis tendere;<sup>9</sup> quantum abest vel imminet,<sup>1</sup> tantum existimandum est eum amplius minusve rebus utilitatis dare. Quam rem rectius est atque honestius<sup>2</sup> sic arbitrari, summam illam potestatem, sacratam cœli penetralibus,<sup>3</sup> et illis qui longis-

*Deum pervadere cuncta, et extendere potentiam suâ divinitatis usque ad nos, atque etiam ulterius; credendum est illum impertiri rebus tanto plus vel minus utilitatis, quanto propior est aut remotior. Quapropter melius est et honestius sic sentire, potentiam illam supremam repositam esse in adytis cœli, cœu in templo quodam, atque*

~~~~~

gentiam Dei ad n. u. beneficiaque p. Vet. cod. legit, *indulgentiarum Dei ad nos usque beneficia pervenire*, ut significet, Beneficia quidem Dei etiam ad nos pervenire, indulgentius tamen, hoc est *δαψιλότερον*, ad eos qui ejus solio sunt propinquiore. *Vulc.* Consentunt Mss. O. cum Edd. *Vulc.* et seqq. Abest que etiam a Junt. post. *Oud.*—7 *Bened. Voss. sec. permanere.* *Voss. pr. permanere.* Non male. *Id.*—8 *Ms. cod. et ad nos et ad ultra, &c.* Malim vero pro nominis legere numinis. Est enim Deus, ut ait Philo, *ἀπὸ τῶν μέσων ἐπὶ τὰ πέρατα, καὶ ἀπὸ τῶν ἄκρων ἐπὶ τὰ μέσα ταῦτα.* *Vulc. Florent. Voss. pr. cum Vulc. cod. et Edd. ejus, item Elm. Scriv. ad nos et ad ultra: ut solent, Noster inprimis, duas præpositiones jungere; ut 'incoram,' 'inante,' 'circumsecus,' 'propalam,' &c. Plura similia vide apud J. G. Vossium Anal. lib. iv. c. 23. Sed Salmas. ad Solin. p. 721. hinc corrigit ad ulteru, πρὸς τὰ ἔξω. Oud.*—9 *Lege: numinis. Woverius.* Lipsius quoque cum *Vulcan. legi* voluit numinis: quomodo Wover. etiam edidit. Sed contra Mss. O. et Auctoris stylum. Vide ad Met. lib. iv. p. 303. a. 'Veneris absentis nomen propitiatur.' *Oud.*—1 *Bened. nominet. Id.*—2 *Quam rem rectius atque hon. &c. Rom. Venet. Quoniam tamen rectius et honestius sic arb. Bas. l. Quoniam rectius et honest. sit arb. Scripserim ego, Quam ob rem rectius est atque honestius, sic arbitrari, &c. Et post ubi scribitur, * est proximus * nihil putarim deesse; sed scribendum, Et illis qui longissimis separantur et proximis. Quæ omnia Aristoteles, si non vera, saltem verisimilia facit: ait enim: Κρεῖττον οὖν ὑπολαβεῖν ὃ καὶ πρέπον ἐστὶ καὶ θεῶν μάλιστα ἀρμόζον, ὥς ἡ ἐν οὐρανῷ δύναμις ἰδρυμένη, καὶ τοῖς πλείστον ἀφεστηκόσιν, ὥς ἐνὶ γῆ εἰπεῖν, καὶ σύμπασιν αἰτίος γίνεσθαι σωτηρίας, &c. Colv. Ita et Ms. cod. sed legendum omnino Quamobrem, &c. et ponenda nota distinctionis post arbitrari. Vulcanius. Quare rectius. Rom. quoniam r. Leid. et Flor. quam rem r. male. Elmenh. Quam rem r. e. atque honestius, sic arb. constans est lectio Mss. Florent. Fulv. Vulc. Voss. Bened. Edd. Ald. Junt. post. Bas. sec. Lugd. &c. usque ad Vulcan. cujus elegantiam cum non perciperent editores, eam corruperunt. Edd. Rom. Vic. Ven. quoniam tamen rect. &c. Edd. Junt. pr. Bas. pr. quoniam rect. Ed. Vulc. tert. cum Lipsio, Elm. Scriv. Flor. quare. Sed quam rem sequente infinitivo, qui dependet a verbo personali, ponitur pro quam ob rem, et quasi pleonastice ponitur. Ita sæpe quod, hoc, &c. Vide me ad Cæsar. lib. iii. B. Civ. c. 17. et c. 68. 'Quod cum esset animadversum, conjunctum esse flumini.' Pro est*

NOTÆ

* *Sacratam cœli penetralibus*] Verti, vim exprimerem vocis *sacratam*, repositam, &c. cœu in templo quodam, ut

sime separentur, et proximis, una et eadem ratione, et per se³ et per alios opem salutis afferre, neque penetrantem⁴ atque adeuntem specialiter singula,⁴ nec indecore attractantem cominus⁵ cuncta. Talis quippe humilitas dejecti et⁶ minus sublimis officii,⁷ ne in homine quidem convenit⁸ ei, qui sit⁹ paululum conscientiae¹ celsioris. Militiae principes, et curiae procures,² et urbium ac domorum rectores, dico nunquam commissuros esse, ut id suis manibus factum velint, quod sit curae levioris fusciorisque. Nihilo enim

uno et eodem modo tum per se, tum aliorum opera ferre auxilium salutare, et iis qui valde dissiti sunt, et iis qui sunt proximi, neque penetrando et accedendo singillatim ad unaquaque, nec tangendo ea omnia ex propinquo indecenter. Humilitas enim ejusmodi est officii vilis, et minus quam par esset elati, nec decet quidem hominem qui sciat se esse paulo sublimiorem. At vero Imperatores exercituum, et optimates Senatus, et moderatores civitatum, ac domorum, nunquam admissuros esse, ut cupiant facere propriis manibus id, quod exigit curam minorem et viliorum, quod-

atque Edd. vett. item Aldi et. Pro sic Ald. Bas. pr. sit. Oud.—3 Vid. Not. Var.—4 Bened. Voss. sec. nec p. Oud.—5 Voss. sec. cominus. Id.—6 Dejecti est. Ita Mss. Florent. Edd. Ald. Junt. post. &c. Colv. Elm. Flor. sed est exulat a Mss. et Edd. reliquis; nisi quod Scriv. det dejecta est. Nihil opus est. Id.—7 Bened. Voss. duo officio. Ed. Scriv. officiis. Id.—8 Nec cum homine quidem continet. Lego ne homini quidem c. ei. Elmenhorstius. Mss. O. cum Vulcan. et Wower. ne cum homine quidem conv. In Edd. prioribus de more nec. Sed Ms. Florent. addit ei: (Voss. sec. quoque et vel ei post sit interponit uti et Vulc. cod.) rectius. V. Burm. ad Lucan. lib. II. vs. 172. Sept. de B. Tr. lib. I. 10. 'sibi cum Menelai matrimonio convenire.' Sic Mss. sed vide Wopkens. Misc. Obs. No. 7. V. I. tom. II. p. 7. Terent. Ad. I. 1. 34. 'Hæc fratri mecum non conveniunt:' ubi vide Donat. Audacter vero Elm. et seqq. legunt ne homini q. c. ei, qui. Totum locum sic lego: T. q. humilitas dejecti, et minus sublimis officio ne in homine q. convenit ei, q. In homine pro inter homines, in humano genere. Supra 'sapiens genus homo' p. 712. ubi vide. Oud.—9 Vet. cod. qui sit ei, &c. ex quo legendum putarim, si sit ei, &c. Vulc. Ed. Vic. fit. Oud.—1 Bened. conscientia. Lips. consistentia. I. e. status. Sed recte interpretatur Floridus: 'qui sciat se esse sublimiorem.' Id.—2 Bened. principes. Pro ac dom. Ald. sic d. Id.—3 Vid. Not. Var.—

NOTE

¹ Neque penetrantem atque [neque] aduntem specialiter singula, &c.] Contra, Seneca, de Consol. ad Helviam, cap. 8. 'Deus potens, divinus spiritus per omnia, maxima, minima, æqualli intentione diffusus.' Et Poëta: 'Deum namque ire per omnes Terræque, tractusque maris, cælumque profundum.' Et certe parum sublimiter de Deo sentit, immo de eo tan-

quam de homine infirmo, ac intelligentiæ providentiæque et potentæ valde finitæ judicat, qui eum tantopere studet a rerum vel minimarum penetratione ac cura tanquam ipso indigna removere. Nec proficiunt quicquam Regum et Imperatorum quæ afferuntur hic exempla, quæ ipsorum totiusque adeo humani generis infirmitatem arguunt potius, quam

sequius possunt facere³ dominorum imperia ministeria servulorum. Exemplo, quale sit istud, intellige.⁴ Cambyzes, et Xerxes,⁵ et [739] Darius, potentissimi reges fuerunt: horum præpotentiam, quam ex opibus collegerant,⁶ lenocinium vitæ effecerat celsiorem,⁷ cum eorum alter⁸ apud Susam et Ecbatanas,⁹ ut in fano quodam sacratus, nulli temere notitiam oris⁴ sui panderet; sed circumseptus admirabili regia,⁹ cujus tecta fulgerent¹ eboris nive, argenti

que nihilominus famuli sua opera possint efficere iussu herorum suorum. Cognosce hoc exemplo quid velim dicere. Cambyzes, et Xerxes, et Darius, fuerunt reges potentissimi: mollitia vitæ reddiderat summam eorum potentiam, quam comparaverant suis opibus, adhuc sublimiorem; cum unus ex illis degens Susis et Ecbatanis, veluti consecratus in quodam templo, nemini, nisi gravi de causa, faceret copiam noscendi sui vultus; sed circumamictus palatio admirando, cujus tecta micabant

4 Exemplum quale sit istud intellige. Vet. cod. Exemplo quale sit istud intelligi: cui lectioni ut constet sententia, adde, potest. Vulcanius. Non male. At Edd. ante Aldin. exemplo ut intelligi possit. Ald. &c. usque ad Vulcan. Exemplum quale sit istud intellige. Sed Mss. O. exemplo. Bened. exemplo et. An Exemplo, et q. sit istud intelligi quit? Sic 'flecti non quit' Plin. lib. viii. c. 30. in Mss. et Solin. p. 37. bis. item p. 29. 'ut hauriri etiam a sitientibus non queat: quod perperam interpolavit Salm. Oud.—5 Voss. sec. Xerxes. Id.—6 Bened. quod pro quam. Voss. sec. colligerant.—7 Horum præpotentia, q. ex op. coll. len. vit. eff. celsioris. Ita Edd. quas vidi omnes, ut etiam cod. Ms. qui in eo tantum discrepat, quod pro celsioris legat celsiorem. Ex quo colligo legendum etiam esse horum præpotentiam: ut sit sensus: Lenocinium vitæ effecisse eorum præpotentiam celsiorem, hoc est angustiolem: et addidisse illorum potentie plus majestatis et venerationis. Lenocinium autem vitæ proprie admodum atque eleganter vocat id quod Aristoteles appellat *ὑποχρῆμα*. Vulc. Optime emendavit Vulc. et exhibuere seqq. ac confirmat Cod. Bened. cum in Edd. prioribus ac Mss. reliquis sit præpotentia. Sed celsiorem habent Mss. O. pro celsioris, quod erat ante Vulcan. effecerant Voss. sec. Oud.—8 Ita emendavi. Scribebatur ante not. moris. Pro me Aristot. *ἡντὶ ἀσπαρος*. Colv. Corrupte in Edd. omnibus legebatur notitiam moris, quod nequaquam respondebat cum *τῶ, ἀσπαρος*. Notitiam oris, hoc est vultus sui, pandere, est, videndi sui copiam facere. Recte itaque Colvinus ita emendavit. ut et Ms. cod. meus legit. Vulc. Rom. et Ald. not. moris, male. Elmenh. Consentient Mss. O. Oud.—9 Voss. circum. adm. a regia. Id.—1 Bened. tectum fulgeriem. Id.—2 Prætulī lectionem scriptam: Flamma

NOTÆ

Deo dignam sublimitatem.

³ Eorum alter] Darius, ut ex Aristotelis textus sequela patet, et is quidem Darius junior, ut conjicere est ex loco Plutarchi infra relato.

⁹ Apud Susam et Ecbatanas] Susianæ regionis Susa Metropolis fuit,

Ptolemæo, Herodoto, et Æmiliano Μεγαρέσια cognominata. Ecbatanæ vero, vel, ut plures legunt, Ecbatana neutro genere, Metropolis fuit Mediæ. Est et alia urbs *Ἐκβάρα* in Syria Steph. et Herod.

luce, flammis ex auro, vel electri claritate: ² limina ¹ vero alia præ aliis erant: interiores fores exteriores januæ munibant, ⁴ portæque ferratæ, et muri adamantina firmitate. Ante fores viri fortes ⁵ stipatoresque regalium laterum tutelam pervigili custodia per vices sortium sustinebant. ⁶ Erant inter eos et diversa officia: ⁷ in comitatu regio armigeri ⁸ quidam, at extrinsecus ⁹ singuli custodes locorum erant, et janitores, et atrienses. Sed inter eos ¹ aures regiæ, et imperatoris oculi ² quidam homines vocabantur. Per quæ ³ officiorum genera rex ille ab hominibus Deus esse ³ credebatur: cum omnia, quæcumque ibi gererentur, ⁴

candore ebore, splendore argenti, fulgore ignis auri aut electri: erant autem limina alia ante alia: ostia interiora muniebantur foribus exterioribus, et erant valvæ ferratæ, et parietes soliditatis adamantinæ: pro foribus strenui viri custodesque laterum regiorum, sortiti vices, agebant excubias perpetua custodia. Erant quoque varia munia inter illos: quidam armati comitabantur regem, extra palatium autem erant custodes in singulis locis, et ostiarii, et atrienses. At quidam viri ex illis appellabantur Aures Regis, et Oculi Imperatoris, quibus generibus minorum ille rex putabatur ab hominibus esse Deus: siquidem cognoscebat narratione Otacustarum

auri vel electri claritate. Wowerius. Wowerio et Ms. Fulv. accedunt seqq. et Ms. Florent. At Mss. reliqui et Edd. priores *flammis ex auro*; ut nivem det ebore, lucem argento, flammam auro, et claritatem electro. *Oud.*—3 *Limina*. Rescribendum, *Lamina*. Colvius. *Lego Lamina, πυλαῖνες*. tametsi *πυλῶν* et *πυλῶν* Januam quoque significet. *Vulc.* Rom. et Ald. *Lamina*, male. *Elmenh.* Mss. Florent. Voss. *Limina*, recte. *Oud.*—4 Vid. Not. Var.—5 *Verba viri fortes* male exulant in textu Ed. Elm. *Oud.*—6 *Tutela pervigili custodiam sustinebant*. Mss. Florent. Voss. *custodia*. Recte ergo Mss. Fulv. Bened. *tutela pervigili custodia sustinebant*: quod multum præfero. 'Tenere vigiliam' tamen dixit Noster lib. II. *Metam.* p. 164. huj. Ed. *Id.*—7 Male abest et Edd. Junt. Ald. &c. Colv. Wow. Recte autem *diversa* edidit Scriv. cum Florido. Sic enim Mss. Florent. Fulv. Vulc. Voss. Bened. quod passim corruptum in *diversis*. Vide ad Lucan. lib. III. vs. 275. et lib. X. vs. 483. *Id.*—8 Voss. sec. Florent. Bened. Fulv. *armiger*, male: *δορυφόροι* Aristot. *Id.*—9 Edd. Ald. Junt. post. et Bened. *intrinsecus*. Verissime. Supra jam descripsit eos, qui ante fores et *ἐξω* stabant. Nunc intra limina singula, qui erant, nominat et *ἐκαστον περιβόλου φύλακας*, ut ait Aristot. *Id.*—1 Ald. Junt. post. *Sed et inter eos*. *Id.*—2 Bened. caret *quæ*. *Id.*—3 Bened. Voss. pr. *ab omnibus*. Voss. sec. d. e. *ab omnibus*. *Id.*—4 Vet. cod. *egererentur*, hoc est, dicerentur, effuti-

NOTÆ

¹ Aures regiæ, et imperatoris oculi, &c.] Quos infra Otacustas Græco vocabulo nominat. Plutarchus Otacustarum inventionem Dario Juniori tribuit libro *περί πολυπραγ. Ὀτακου- τὰς μὲν οὖν πρῶτος ἔρχεν ὁ νέος Δαρείος*, *Delph. et Var. Clas.*

ἀπιστῶν ταυτῇ, καὶ πάντας ὑποβήμενος. 'Otacustas primus habuit Junior Darius, sibi ipsi diffidens, et omnes suspectos habens.' Xenophon tamen Otacustas Cyro assignat lib. VIII. *Pædine Cyri.*

Apul.

4 L

ille Otacustarum⁵ relatione discebat. Dispensatores pecuniæ, quæstores vectigalium, tribunos ærarios habebat. Alios et alios præfecerat ceteris urbibus.⁶ Alii venatibus agendis provinciam nacti, pars domibus⁷ et muneribus præfecti putabantur,⁸ et [740] ceteri perpetuis magnisque curis, observationi singularum rerum oppositi erant.⁹ Sed per omne¹ Asiaticum regnum, quod ab occidente Hellespontus terminabat, ab ortu gens inchoabat Indorum, Duces ac Satrapæ² ubique dispositi, et permixta locis omnibus mancipia regalia. Ex eo numero erant excursores diurni,³

universa, quæ ibi fiebant. Habebat distributores pecunia, exactores tributorum, et præfectos ærarii. Præposuerat reliquis civitatibus alios etque alios. Aliorum munus erat venari; quidam existimabantur præpositi largitionibus, et donariis, ac reliquis commissa erant negotia assidua et ingentia, et exploratio cunctarum rerum. Verum Hellespontus ab Occasu stantebat totum Imperium Asiaticum, natio autem Indorum illud inchoabat ab Oriente. Duces et Satrapæ erant positi in omnibus locis, et servi regii erant ubique dispersi. Ex numero eorum erant cursores, obser-

rentur. Vulc. Voss. pr. *quaque ubi ger.* Voss. sec. *quaque ubi egerentur quæ.* Bened. *quoque ubique agerenturque.* Vulc. *quaque ubi egerentur.* Florent. *ubicunque ibi egerentur quæ:* istud *quæ* addunt etiam Ald. Junt. post. *Egerentur* recepit Vulc. et Elm. edidit *ubi quaque egerentur.* An *ubicunque agerentur quæ*, sive *aliqua*, vel simile quid? An *quæ agerenturque gererenturque?* nam istud *quæ* non est de nihilo. Oud.—5 Vett. Edd. excepta Ald. *prædictorum*. Arist. *καὶ ὅτακουσιν λέγονται.* Adde *quæ* jam ex Polluce supra descripsimus. Colv. *Otacustarum delatione.* Vet. cod. *relatione:* et quidem rectius. Delatio enim in vitio ponitur, et Delator est *κατήγορος*. Otacustæ vero non erant Delatores vel *διδασκοί*, hoc est, Criminatores: sed jussu regis, ad eum referebant *quæ* audissent. Vulc. *Otac. relatione.* Sic Flor. et Aldus. Rom. Bas. 2. *prædictorum r.* Leid. *gustarum relatione*, male. *Elmenh. Delatione*, qua voce caret Ald. habent Edd. ante Vulcan. Sed contra Mss. O. et mentem Apuleii, ut bene vidit Vulc. *Prædictorum* habent Edd. ante Ald. *Otagustarum* Voss. sec. Vulc. *dicebat* pro *discebat* Voss. sec. Oud.—6 *Malim certis urb.* cum Lipsio. *Id.*—7 *Al. donis.*—8 Florent. *et put.* Oud.—9 *Observatione sing. rer. app. erant.* Lege *observationi*, &c. ut constet ratio syntaxeos. Vulc. Recte, consentientibus Mss. O. Male Elm. et seqq. *et observ.* Ablativus est *curis*. Dein *oppositi* habent Edd. O. præter Ald. Junt. et Vulc. sec. tert. contra cunctos Mss. qui habent *oppositi*, scil. contra eos qui novas res querebant, vel quoscunque fraudatores, aut etiam hostes. De distinctione horum compositorum in custodiis vel præsidiorum significatione adi me ad Lucan. lib. 1. vs. 464. et ad Sueton. Tib. c. 22. ubi monui, *τὸ ὀπποσὶ* quod est in Mss. hic non esse mutandum. Oud.—1 *Sed omne*, &c. *Indorum.* Desunt hæc Edd. primis, item Junt. pr. Bas. pr. Aldus primus e Mss. edidit. *Id.* Vid. Not. Var.—2 Bened. *satrapes.* Voss. sec. *satrapes:* quasi a nominativo singulari *satrapæ*. Vide Voss. de Anal. lib. 11. cap. 2. Ante *permixta* Bened. caret copula. *Oudandorpius.*—3 Ita Mss. O. Vulgo ante Vulcan. *et cursores:* non male. Aristot. *ἡμερόδρομοι:* ut apud alios et Nepot. Milit. c. 4. ubi vide. Inepte Floridus *τὸ diurni* jungit sequenti *expl-*

atque nocturni exploratores, ac nuntii,⁴ et specularum incensores assidui.⁷ Tum horum⁵ per vices incensæ faces,⁸ ex omnibus regni sublimibus locis, in uno die imperatori significabant,⁶ quod erat scitu opus.⁷ Igitur regnum illud ita componi⁸ oportet cum mundi aula, ut inter se comparantur⁹ summus atque exsuperantissimus Divum et homo ignavus et pessimus. Quod si cui viro, vel cuilibet regi¹ indecorum est per semetipsum procurare omnia quæ proficiant;² multo magis Deo³ inconveniens erit. Quare sic

valores diurni et nocturni, et nuntii, qui perpetuo accendebant speculas. Atque eorum faces accensas alternatim, ex universis locis editis regi, spatio unius diei ostendebat regi id quod oportebat ex acire. Regnum illud ergo sic comparandum est cum Regia Orbis, quomodo supremus et praestantissimus Dorum et homo pusillanimus et nequissimus conferuntur inter se. Quod si turpe est alicui homini, aut cuius Regi, administrare et peragere cuncta per semetipsum; longe indecentius erit

ratores: sine dubio Auctor exprimere voluit vim vocis Græcæ. Id.—4 *Nuntii*, *q̄c. horum*. Exultant hæc ab Edd. ante Ald. Id. Vid. N. Var.—5 *Fulv. unum bonum*. Oud.—6 *Bened. significant*. Id.—7 *Ita habent Mss. Bened. Voss. et Edd. Ald. Junt. post. Scriv. Flor. ut in Apol. p. 466.* 'scitū quidem necessarius.' *Florent. Vult. et Edd. pleræque scito cum Brbd. Misc. vi. 6. cito Edd. ante Ald. Id.—8 Deest Mss. Vult. Voss. Bened. et Ed. Vult. tert. et ita. Id.—9 Sic Mss. O. et Edd. Vult. Elm. Scriv. Flor. pro scitū, velutū. Male Edd. reliquæ comparantur. Id.—1 Bened. Voss. Vult. rei. Id.—2 Procurrare omnia et perficere. Bened. Voss. pr. quæ perficere. Voss. sec. quæ proficere. Fulv. quæ proficiat. Florent. et Ed. Elm. quæ proficiant. Lege quæ proficiant, seu prodæse possent. Id.—3 Voss. de eo. Pro quare Bened. quare*

NOTÆ

⁊ *Et nuntii specularum incensores as-*
sidi] Aristoteli *φρυκτωρίων ἐποπτήρες*.
 unde *inspectores* potius legendum cre-
 diderim quam *incensores*.

* *Tum horum per vices incensa faces,*
 &c.] *Δυρελας* et *ἑφικταπλας* Græci vo-
 cant rationem significanti per faces
 et specula sublatas : ea usi sunt Vete-
 res plurimum, in bellis præsertim.
Speculas igitur in altis quibusque
 montibus eo fine ædificaverunt : qua-
 rum nonnullas adhuc videri in monti-
 bus Helveticis ait *Isaacus Casanbonus*,
 in *Epistola* ad *Joannem Witten Consiliarium Principis Mecklenburgensis*,
 ex qua hæc desumimus. *Δυρελας*

antiquissima et simplicissima ratio fuit, ut sublati facibus daretur ejus rei signum, de qua convenerat. Non enim aliud poterant initio significare, quam id de quo convenisset inter dantem signum, et observantem. Postea excogitatæ sunt aliæ rationes solertiores, atque adeo mirabiles. Nam, qui literas calamo scriberent, quidvis per facies significabant. Antecores hujus inventi commemorat Polybius, lib. x. ubi etiam rationes eorum explicantur, quas non probans omni ex parte Polybius, aliam a se excogitam subiungit. Sed hanc et illas apud eum fusius vide.

putandum est, eam maxime majestatem retinere,⁴ si ipse, in alto residens,⁵ eas potestates per omnes partes mundi orbisque dispendat,⁶ quæ sint [741] penes⁷ Solem ac Lunam, cunctumque cælum. Horum enim cura⁸ salutem terrenorum omnium gubernari.⁹ Nec multis ei opus est,¹ nec partitis hominum conservitiis,² quibus, propter ignaviam,

Deo. Quapropter ita est existimandum, illum præclarissime conservare suam dignitatem, si ipse habitans in sublimi loco distribuat per omnia membra mundi atque orbis illas virtutes quæ resident in Sole et Luna, ac toto Æthere. Conservationem enim omnium rerum terrestrium existimandum est regi cura illorum. Neque indiget pluribus rebus, neque distributis ministeriis servorum quibus utuntur homines,



non. Id.—4 Vet. cod. *majestatemque retinere*, ita ut videatur aliquid desiderari. Legendum fortasse, *dignitatem majestatemque*: ut respondeat Aristoteli, *σπουδρεως διὰ καὶ σπουδωδωρεως*. Vulc. Voss. sec. quoque *majestatemque*. Pro si ipse Bened. subse. Oud.—5 Si ipse in alto resideat loco. Vet. cod. si ipse in alto resideat altissimo. Legendum forte, si ipse in solio res. altissimo. Vulcanius. Vulgo, in loco resideat altissimo. Confer Maximum Tyrium dissert. 1. p. 15. Elmenh. In alto residens eas potestates. Ita Elm. et seqq. rescripserunt e Florent. et aspirat Fulv. in alto residens loco eas p. cum ante Vulcan. edere-tur in alto resideat loco, eas autem p. et Edd. Vulc. Wow. in loco resideat altissimo; eas autem. Mss. Voss. Bened. in alto residat altissimo; eas autem p. De reside-re tertie conjug. Vide Ind. Not. Oud.—6 Per omnes Mundi partes orbisque dispen-set. Vet. cod. per omnes partes Mundi orbisque disp. ut per Mandum intel-ligat cælum, per Orbem, terram. Vulc. Sic Ald. et seqq. cum Scriver. Sed Mss. et Edd. primæ cum aliis part. m. Pro dispen-set Mss. O. dispendat. Recte. Sic 'dispendere curam.' Colum. l. viii. c. 2. Sed alterum frequen-tius. Oud.—7 Rom. pares: inepte. Elmenh. Immo omnes ante Ald. Mox pro cunctumque Voss. cunctique. Oud.—8 Malim, horum cura sal. Aris-totel. *αὐτὸν τε γλυκοῦσι τοῖς ἐν τῆς γῆς οὐρανίας*. Colo. Malim legere, *Harum enim cura*, id est, *Harum potestatum opera ac ministerio*. Vulc.—9 Scil. pu-tandum est. Atque ita Mss. Florent. Vulc. Bened. Voss. uterque, Edd. Elm. Scriv. Flor. In aliis gubernat. Oud.—1 Non apparet in Mss. Vulc. Voss. Bened. τὸ ἐι, et uncis includere Elm. Scriv. Male. Aristot. *ἀντὶ θεῖ*. Id.—2 Nec particeps hominum conservatione. Ms. cod. meus legit nec partitis hominum conversationem: utrobique sensus turbatus est, immo nullus: qui tamen, meo judicio, erit integer, si contine ita legamus: *Nec multis ei opus est, nec partitis* (addere libens, opera) *ad hominum conservatio-nem*: ad differentiam scilicet hominum, qui ad aliquid perficiendum, multarum operarum sive manuum adminiculis egent, quod eleganter Aristoteles per *πολυχειρίας* expressit. Vulcan. Ms. nec partitis omnium conservationem. Scio Apuleium scripasisse: *nec partitis hominum conservatiis*. Wowerius. Wowerii conjecturam recepere Vulc. Ed. tert. aive Scal. et seqq. Edd. vett. *nec particeps h. conversatione*: ut et Bas. sec. Lugd. Colv. &c. sed *conservatione*. Lipsius conjiciebat *nec partiri se hominum conversatione*. Quod maxime placet. Hoc est in l. de Deo Socr. p. 761. 'Nunquam se Deum cum homine communicare,' et 'a contractatione hominum se removere' alibi.

NOTE

⁴ Si ipse in alto residens, &c.] Vide Maximum Tyrium, Dissert. 1. Timæum Platonis, et confer Maxi-

appositum est pluribus indigere. An non³ ejusmodi compendio machinatores fabricarum, astutia unius conversionis multa et varia pariter⁴ administrant? en! etiam illi,⁵ qui in ligneolis hominum figuris^b gestus movent, quando filum membri, quod agitare volent,⁶ traxerint, torquebitur cervix, nutabit caput, oculi vibrabunt, manus ad omne ministerium⁷ praesto erunt, nec invenuste totus videbitur vivere. Haud secus etiam coelestis⁸ potestas, cum initium scientiae et salutifera opera moverit,^{9c} ab imo ad secundum,¹ et

quis insitum est ob suam infirmitatem, ut opus habeant multis rebus. Nonne artifices machinarum tali compendio exequantur simul plurima et diversa artificio unius conversionis? vel ii quoque qui excitant gesticulationes in parvis simulacris lignis hominum, cum traxerint filum illius membri, quod solet moveri, collum invertebunt, caput nutabit, oculi intendent suam aciem, manus paratae erunt ad quodvis officium, et totus homuncio non illepidè videbitur vivere. Similiter etiam potestas coelestis, quando agitaverit principium operatione prudenti et salutari, inserit perpetuo tactu

Quomodo 'partiarum concubitus' nunc cum hoc, nunc cum illo. V. Pric. ad Met. l. IX. Ita 'addicti partes secant creditores' in Lege Xvirali significat, cum partiarum opera singulis praestare debere: non ejus membra secanda, ut inepte Gellius et alii. V. Taylor. ad L. Xviralem. Oud.—3 Bened. Voss. Edd. Vett. usque ad Bas. sec. at non. Id.—4 Fulv. multa paria et varia. Bened. etiam paria. Id.—5 Optime Voss. Bened. En! etiam illi. V. ad Lucan. Id.—6 Quod agitari solet. Mss. Florent. Vulc. Voss. solent. Edd. Rom. Ald. Junt. post. quod agitare solent, unde omnino legendum cum Lipsio volent. Non enim semper idem ejusdem membri filum agitari solet, sed nunc hoc, nunc illud pro varii gestuum faciendorum rationibus. Nimis a literarum ductu recedit Bentlei. legens agitare volent. ad Horat. l. II. 8. 7. vs. 82. 'Ducis, ut nervis alienis mobile lignum:' ubi plura, ut et hic apud Vulcan. de νευροναοταις. Id.—7 Ita rescripsit cum seqq. Elm. cum in Florent. sit atque omne m. τὸ omne exulat ab Edd. ceteris et Mss. Sed Voss. atque. An ad quodque vel quodcumque? Id.—8 Voss. sec. caelesti. Id.—9 Cum initium scientiae et salutifera opera moveret. Vet. cod. pro scientia legit sciente. Ego legarim sciente, ut scientem operam vocet, impulsus, sive primam et προκαταρτικῇ motus totius universalis causam atque originem: quod Aristoteles paulo post vocabat ἔρδωσ, dicens καὶ τοὶ κἀρῆς οὐκ ἔρδωσας ἐς κίττων μὲν νευροναοταις. Vulc. Ms. initium scientia et sal. o. m. Forte: scienti ac salutif. Scioppius in Symb. Edd. ante Vulcan. scientia, atque ita Bened. Prave vero Elm. et Scriv. e Mss. Fulv. et Florent. scientia sine sensu. Rectius longe Lips. et Sciopp. monere legendum scienti ac sal. et edidit Wower. cum Florid. scienti et. Immo clare Mss. Vulc. Voss. sciente, et jam edidit Vulc. qui non inepte insuper conjecit sciente. Oud.—1 Ab uno ad secundum. Rectius vet. cod. ab imo, vel, ut Graeci loquuntur, τῇ κατωτέρῃ τῶν. Vulc. Bened. et Edd. ante

NOTE

^b In ligneolis hominum figuris] Horatio: 'Nervis alienis mobile lignum.' νευροναοταις Graecis, nobis Marionettes.

^c Cum initium scientiae [scientiae] et salutifera opera moverit] Corruptus mihi videtur hic locus: quid enim sit illud initium scientiae? Et certe Aria-

deinceps ad proximum,⁴ et usque ad supremum,³ attactu⁴ continuo vim suæ majestatis insinuat: et aliud⁵ alio com-movetur, motusque unius alteri⁶ movendi se originem tradit. Mundo equidem⁷ consentiunt, non una, sed di-versa via, et plerumque contraria.⁶ Et prima remissione ad motum data,⁸ simplicique inchoato⁹ principio, impulsi-bus mutuis, ut supra dictum est, moventur quidem omnia; sed ita, ut, si quis sphæram et quadratum¹ et cylindrum

virtutem suæ divinitatis a primo ad secundum, et postea ad proximum, atque usque ad summum: aliudque movetur ab alio, et motus unius dat alteri principium se mo-vendi. Illa quidem concordant invicem non eodem itinere, sed diverso, et sæpissime contrario. Verum impressa semel prima impulsione ad motum, et facto tantummodo initio, cuncta quidem moventur reciprocis impulsioneibus, quemadmodum jam dictum est; at perinde ac si quispiam una mittat globum et cubum, et cylindrum, et alias

Vulcan. ab uno. Oud.—2 *Ad proprium.* Proximum ediderat jam e suo Cod. Vulc. cum Wower. Ante edebatur *ad tertium.* Sed Mss. Florent. Fulv. Voss. Bened. *ad proprium:* ut dant Elm. ac Scriv. Vitiose: vel enim proxi-mum retinendum est, vel propius reponendum. Id.—3 Bened. *summum.* Id.—4 Male Ed. Vulc. pr. *attractu.* Id.—5 Sic bene e Florent. Elm. et seqq. A ceteris abest *et*. Id.—6 *Motusque unius alt.* Mendose: nec enim unus mo-tus alteri motui tradit originem se movendi, cum motus se non moveat. Le-gendum ergo cum Ms. *motusque unius alteri.* Scioppius in Symbola. Omnino corrigendum ex Ms. *motusque unius.* Wowerius. Recte. Accedunt Florent. et Edd. seqq. Oud.—7 Alii *Mutuo eq.*—8 *Sed prima remissione admodum data.* Certum meo animo, scribere: *Et prima remissione ad motum data:* enim ex Aristotele, pæne ad verbum: *Καὶ τοὶ τῆς κινήσεως οὐκ ἐκδοῦνται εἰς κίνησιν πλὴν γερουμένης.* Colv. Aldina Ed. legit, *sed prima remissione,* &c. atque ita etiam Ms. cod. meus: tametsi non incommode legi posset, *emissione,* hoc est, veluti signo dato *ad motum:* ita enim omnino legendum est; non autem ut Edd. omnes et Ms. etiam cod. habet *admodum:* quod etiam recte emendavit Col-vius, et verba ipsa Aristotelis, *εἰς κίνησιν*, id clamant. Vulc. Florent. et Ba-sil. *remissione admodum*, male. Elmenh. Egregie emendavi Colv. ex Aristot. Et certe *remissione* extat in Mss. O. item Edd. Ald. Junt. post. Priores *re-missione.* Frustra Vulc. et seqq. *emissione:* cum primum quasi laxatur et re-mittitur unum, hoc, et per consequens cetera omnia moventur. *Ad motum* confirmatur Mss. Bened. et Voss. pr. Oud.—9 Fulv. *inchoato*, obvia varia-tione. Id.—1 *Aut quadratum.* Sensus ipse docet legendum, *et quadratum.*

NOTÆ

tot. nihil habet huic affine. Lege igitur cum Scioppio *cum initium scienti et salutifera opera moverit:* plano sensu, quem in Interpretatione expressi.

⁴ *Et deinceps ad proximum [proprium]* Patet vel leviter attendenti legendum esse *ad proximum:* id est, ad illud quod

post secundum sequitur.

⁶ *Et plerumque contraria]* Ex textu Aristotelis melius veritas nonnunquam contraria, quam plerumque.

¹ *Et quadratum]* Aristot. habet *κύβω.*

et alias figuras^a per [742] proclive simul jaciat,^a deferentur¹ quidem omnia, sed non eodem genere movebuntur. Nec illud dissimile exemplum videri oportet, si quis pariter⁴ patefacto gremio, animales simul abire⁵ patiat, volucrum, natatiliū,⁶ atque terrestrium greges: enimvero ad suum locum⁷ quæque, duce natura, properabunt: pars aquam repetent;⁸ illæ inter cicures atque agrestes legibus⁹ et institutis suis naturali lege aggregabuntur;¹ ibunt^a per

figuras per declivē, cuncta quidem devehentur, verum non movebuntur eodem modo. Et hoc exemplum debet etiam videri simile, et quispiam, aperto repente sinu, densitate simul magnum numerum animalium, turmas avium, aquatiliū et terrenorum animantium: etenim singula festinabunt ad suas sedes Naturæ ductu: aliae pergent ad aquam; aliae congregabuntur cum animalibus domesticis, et feris, secundum suas leges, et mores, ex constitutione naturæ; et volucres, quibus Natura hoc tribuit,

Vulcania. Consentiant Mss. O. Oud.—2 Ita Mss. O. In Edd. ante Vulcan. in. Male. Vide ad Met. l. viii. p. 565. b. 'Per puteum præcipitat.' Bened. similia. Id.—3 Bened. differuntur. Id.—4 Si quis pariter. Dux priores voces male exulant ab Ed. Vulc. sec. et Wower. ut etiam pariter a Wower. Id.—5 Animalium multitudinem. Flor. animalis simul a. male. Elmenh. Terrestrialium greges. Tō greges adieci ex Florentino. Idem. Comparat etiam rō greges in Fulviano, et recte addidit Elm. cum seqq. Abest a reliquis Mss. et Edd. male. Verum miror, Elmenh. non vidiisse, tum ex eodem Cod. Florent. vocem multitudinem abundare, quam adiecerunt librarii, videntes tale quid defici, cum greges exciderat. Sed Mss. Florent. Voss. uterque, Bened. dant animalis, i. e. animales, exclusa voce multitudinem. Rectissime. In genere prius dicit animales: tum per species suo more dividit in volucrum, nantium, et terrestrium greges. Animales autem pro animalia frequens est Nostro. Adi ad Met. l. ii. p. 152. a. 'Tantillula animalis:' quod et supra hoc libro vidimus. Oud.—6 Vulc. e suo cod. solo, cum seqq. rescripsit nantium, ut supra p. 735. 'animalium nantium (ubi alii natantium) pennigerarumque' e Mss. At Fulv. Voss. pr. et Edd. vet. exhibent natatiliū. Quin et Florent. Voss. sec. Bened. Junt. post. nantiliū: quare natatiliū præfero. Prudent. *περὶ ορεῶν*. in Rom. vs. 332. 'Feras, volucres, reptiles, natatiles.' Vide Glossas. Infra p. 752. 'Animalium agrestium et cicurum pinnatarum et pedestrium et aquatiliū.' Id.—7 Ad suum locum. Ultima vox abest a Florent. Voss. utroque, Bened. forsan recte. Sæpiissime locum irrepsisse passim vidimus. Id.—8 Pars aquam repetens. Aldus repentes, quod non rejiciendum. Elmenh. Sed Mss. O. repetens. Vulc. Ed. pr. repentes. Lege repetent, ut statim aggregabuntur, ibunt. Nam quæ aquam repetant, non aggregantur agrestibus. Uti tres nominavit species, ita earum, sc. places, pars aquam repetent; illæ, sc. terrestres, aggregabuntur cicuribus et agrestibus, præpetes ibunt per aëra. Pars cum plurali, ut apud optimos quosque. Vide ad Cæsar. p. 116. 944. Supra h. l. p. 732. 'Pars sonantes syllabas pariant.' p. 736. 'pars vices sustinent.' Pro illa dein Bened. illam. Legendum scilicet illa vel aliæ animales. Oud.—9 Vid. Not. Var.—1 In Mss. desunt illa naturæ lege:

NOTE

^a Et alias figuras] Aristot. addit solummodo Conum.

^b Illa [illa] inter cicures, atque agrestes legibus et institutis suis natu-

aëris vias³ præpetes, quibus hoc natura⁴ largita est. Atque ab uno sinu⁵ abundi facultas concessa omnibus fuerat.¹ Sic natura mundi⁶ est constituta. Nam cum cœlum omne⁷ simplici circumactu⁸ volvatur, nocte dieque⁹ distinctum, diversis mensurarum æqualitatibus¹ separatum, quamvis una sphaera omnia concluderit, incrementis tamen globi sui, decisioneque luminis² menstrua tempora Luna significat, et cœli spatium Sol annua reversione colustrat, ejusque comites amœnus lucifer, et communis Cyllenius stella.^{1k} Etenim Pyrois Mavortium sidus⁴ circuli

volabunt per tractus aëris, simul ac data fuerit cunctis copia exeundi ex eodem sinu. Sic natura Orbis composita est. Cum enim totum Cælum convertatur una eademque gyratione, distinctum per diem et noctem, divisum in varia spatia æqualia, quanquam unus globus incluserit hæc omnia, nihilominus Luna notat spatia mensium incrementis et decrementis lucis sui disci, et Sol illuminat circuitum Cæli revolutione annali, et comites ejus, pulchra nempe stella Veneris et suave astrum Mercurii. Enimvero Pyrois stella Martis percurrit suum circulum duobus annis: lucidum ac splensens et-

et glossam sapiunt. Sciopp. in Symb. In plerisque antiquis libris illa: *natura* legi, desunt: et sane glossema resipiunt. Wower. Dele Glossema cum Florent. et Leid. Mss. Elment. Desunt quoque in Mss. Bened. Voss. utroque, Vulc. quare expungendum esse bene judicant Sciopp. Wov. Elm. Oud.—2 Elegantius hic deest copula, ut supra. Et addunt e Florent. Cod. Elm. Scriv. Flor. Id.—3 Malim aërias vias: cum Ed. Vulc. pr. Vide ad Met. l. i. p. 92. b. et alibi. Id.—4 Quibus hæc nat. Melius vet. cod. quibus hoc nat. Sciopp. in Symb. Accedunt Mss. Florent. Voss. sec. Bened. cum Edd. Wov. Elm. &c. Oud.—5 Vid. Not. Var.—6 Prave Edd. ante Ald. vivendi. Oud.—7 Voss. Edd. ante Vulcan. om. cæl. Id.—8 Bened. Voss. simpliciter cum actu. Id.—9 Bened. Voss. uterque a. diuque. Recte. Vide ad Met. l. ix. p. 648. b. 'noctu diuque.' Id.—1 Legendum putat Vulc. qualitatibus.—2 Male Edd. primæ et Junt. pr. Bas. pr. densioneque lumina, omissa voce tempora. Bened. declivisione luminis: quasi fuerit declinatione. Abest que etiam a Voss. sec. Sed nil muta. 'Decisio' pro decremento adhibuit a 'cædo.' 'Decisio' enim proprie ἀρροσθ, ut in Glossis. Oud.—3 Vid. Not. Var.—4 Etenim prioribus Mavortium sidus. Aldina Ed. legit Etenim prioris, &c. utrobique fædo errore.

NOTE

rali lege aggregabuntur] Sic παραφασίας exposuit hæc Aristot. τὸ δὲ χερσίων ἐστὶ τὰ σφάτερα ἧθῃ καὶ νομῶν δι-εσφάτους. ubi videtur deceptus duplici significatione vocis ἧθῃ, quæ 'mores' quidem, et 'instituta' significat, sed præterea (et primario quidem) 'locum naturalem,' 'domicilium,' 'ac sedes consuetas,' item similitudine vocum νόμους et νομῶν, quarum illa 'leges,' hæc 'pascua'

significat: recte igitur vertas locum Aristotelis, 'terrestre vero ad sedes consuetas et pascua sua ereperit.'

¹ Atque, ab uno [ut ab eo] sinu abundi facultas concessa omnibus fuerat [fuerit] Aristoteles: μίας τῆς πύλης αἰρίας πύλης ἀποδόσης τῇν οὐρανὸν ἐκδύσειαν. 'una eademque prima causa propriam eorum unicuique aptitudinem red-dente.'

^k Communis [comis] Cyllenius stella]

sui biennio⁵ conficit spatia: Jovis clarum fulgensque sexies eadem⁶ multiplicat cursibus⁷ suis tempora, quæ Saturnus⁸ sublimior triginta spatiis annorum circumerrat.⁹ [743] Verum inter hæc una mundi conversio, unusque reversionis est¹ orbis, et unus concentus, atque unus stellarum chorus ex diversis occasibus ortibusque. Hoc ornamentum et monile¹ rectissime κόσμος Græca lingua significatur. At enim ut in choris,² cum dux carminis hymno præcinit,³ concinentium vulgus virorum et foeminarum⁴ mixtis gravibus et acutis clamoribus unam harmoniam⁵ resonant; sic divina mens mundanas varietates, ad instar

du Jovis inæmit suis cursibus sexies tantum temporis, quem cursum Saturnus altior absolvit spatio triginta annorum. At interea una tantum est gyratio Mundi, et unus circulus revolutionis, et una harmonia, ac unus chorus astrorum confusus ex variis occasibus et ortibus. Εἰς τοὺς ἑπτὰ λόγους ἑκαστὸς ὁμοίως σημαίνει τὸ ὄργανον καὶ τὸ ὄργανον. Sed enim quemadmodum in choris, quando præcentor præcinit hymno, turba virorum et mulierum simul cantantium efficiunt unum concentum, miscentes voces graves et acutas; ita divina animus patefacit diversitates Mundi ad exem-

Legendum enim omnino, *Pyrois*; de quo Apul. ipse supra: 'Et loco tertio Pyrois, quem multi Herculis, plures Martis stellam vocant.' Vulc. Rom. et Bas. 1. prioribus. Aldus, prioris, insulse. *Elmenh.* Vere Lips. et Vulc. cum seqq. *Pyrois*: et accedunt Mss. O. *Oud.*—5 *Circuli sui in biennio.* Præpositio in *παράδει.* Vulc. Edd. ante Ald. *circulis in bienn.* Hinc male Ald. et seqq. usque ad Vulcan. *circuli sui in dien.* τὸ ἐν ἐστὶν ἐν ἑνὶ ἡμέρᾳ Mss. *Oud.*—6 *Male eodem contra Mss. et Edd. Floridus.* Jungendum *sexies eadem tempora*, i. e. 12. *Id.*—7 *Multiplicatis cursibus.* Legendum omnino, ne sensus pendeat, *multiplicat.* Peragit enim Jupiter curriculum annum annis bis sex, hoc est duodecim. Vulc. Edd. ante Vulcan. *multiplicatis*, sine sensu. *Oudendorp.*—8 *Bened. satis.* *Id.*—9 *Ms. circumjectat:* quid si, *circumvoctat*, pro circumvectatur, circumvehitur? ejusmodi loquendi modum in verisimilibus annotavimus. *Scopptus in Symbola.* Ms. Florent. *circumierat.* Nil muta. Passim errare de stellis, unde *πλανήτων* dicti: et sæpe ita supra. *Oud.*—1 *Unusque reversionis est.* Desunt Edd. ante Aldum. *Id.*—2 *Ut in choris.* Vet. cod. *choris:* quod melius convenit cum 'hymno,' quod sequitur. Vulc. Accedunt Mss. O. Sic p. 748. 'Præcentor in choris.' *Id.*—3 *Dele τὸ ἡμνο.* Wowerius. Τὸ ἡμνο abest a Florentino. *Elmenhorstius.* Non abest a Florent. nisi decipiant me excerpta. Wowerii conjecturam juvat vehementer, quod in Vossiano scribatur *carmini.* Aristot. tantum *ἐν χορῷ κορυφαίως κατὰ μέρος.* Dux ergo chori, non carminis: unde passim 'ducere chorum.' Qnare malim ego quoque vel *carminis* delere, vel scribere *carmini*, deleto τὸ ἡμνο. *Oud.*—4 Abest copula Ed. Vulc. sec. et Wow. *Id.*—5 Voss. sec. *unharmoniam.* Be-

NOTE

Ex doctrina Genethliacorum. Lac-
tantius ad lib. 1. Thebaldos Statil:
'Benefica stella Mercurii malefica-
rum temperat flammæ.'

¹ *Hoc ornamentum et monile, &c.]*
Aristot. κόσμος δ' ἐστὶν τὸ ὄργανον,
ἀλλ' οὐκ ἀνοργάνω ὁμοίωσιν ἐν.

unius concentionis,⁶ revelat.⁷ Nam cum cœlum, confixum⁸ vaporatis et radiantibus stellis,^m inerranti cursu feratur, et reciprocis itineribus astra consurgant; Sol⁹ quidem omnituensⁿ ortu suo diem pandit, occasu noctem reducit, conditusque vel relatus per plagas mundi,^o quatuor temporum vices mutat: hinc tempestivi imbres, et spiritus haud infœcundi:^p hinc alimenta rebus iis, quas^q accidere Deus his mundi partibus voluit.^r His appositi sunt^s torrentium^t

plum unius concensus. Cum enim Cælum, distinctum sideribus igneis et micantibus, circumagatur motu nullatenus errante, et sidera quidem oriuntur vitis alternantibus; Sol quidem cuncta cernens aperit diem ortu suo, refert noctem suo occasu, et discedens vel accedens per regiones Mundi efficit alternas mutationes quatuor temporatum: inde oriuntur pluvia opportuna et venti non steriles: inde nobis sufficiuntur alimenta ex illis rebus, quas Deus voluit reperiri in his mediis regionibus orbis.

ned. m. harmonam. Id.—6 Edd. Ald. Junt. post. contentionis. Id.—7 Vet. cod. releat: neutrum mihi aridet: neque tamen libet indulgere conjecturæ. Vulc. Jo. Isacius [Pontanus] elevat, legit. Festus: 'Evelatum, eventilatum. Unde velabra, quibus frumentum ventilatur.' Propert. lib. iii. El. 13. 'Ut mihi prætextus pudor exvelatus amictu.' Brant. Vulc. et seqq. releat cum Mss. Florent. Vulc. Bened. Voss. Non placet tamen. Sed in Edd. prioribus revelat, i. e. aperit, atque cognoscit, et exponit. Vide Init. hujus libri. Passim 'revelare arcana.' Oud.—8 Male Edd. ante Ald. Nam cælum confluit ut. Ceterum hæc non sunt in Aristotele. Id.—9 Ed. Vulc. tert. sed. Id.—1 Vid. Not. Var.—2 His oppositi sunt. Vet. cod. adoppositi: forte appositi: hoc est, convenientes et consentanei. Vulc. Ms. his adpositi s. Scioppius in Symbola. Ex Ms. oppositi. Wowerius. Adpositi sunt, sive adjuncti, adjecti quo continuo sequuntur. Aristot. *ἔσθραι δὲ τοῖσιν*. Est autem hæc conjectura Vulcanii, quam confirmat Florent. et omnes secuti sunt. Ipse tamen edidit ex suo cod. adoppositi, ut et exaratur in utroque Voss. Verum hæc lectio nata est a varia lectione *τῶν* ad et ob: ut 'adoppetere' Met. lib. vii. p. 453. a. Nisi etiam talia decomposita amaverit Auctor; ut etiam præpositiones ejusdem significationis junxit: ut vidimus supra in 'adultra.' Sed adpositi ait esse in Fulv. quoque Sciopp. in Wow. oppositi. Cui credemus? Habent oppositi Edd. ante Vulcan. adoppositi Bened. Vide supra p. 728. 'Adposito' vel 'opposite incendio.' Oud.—3 Torrentium. Be-

NOTÆ

^m Cælum confixum vaporatis et radiantibus stellis] Confixum stellis, quasi clavis igneis et micantibus. Vocem 'vaporatis' verti 'igneis.' 'Vapor' sæpe 'calorem' significat, et 'ardorem.' Exemplum suppeditantur non pauca in Lexicis.

ⁿ Sol quidem omnituens] Ovid. Metamorphos. lib. ii. 'Sol oculis juvenem, quibus aspicit omnia, vidit.' Aristot. δ *παμφανὴς ὅλος*. 'Sol cuncta

collustrans.'

^o Conditusque vel relatus per plagas mundi] Borealem et Australem.

^p Hinc tempestivi imbres, et spiritus haud infœcundi] Quidam Hinc tempestivi imbres, et spiritus aut infœcundi: male. Aristoteles: *γῶνται δὲ βροτοὶ κατὰ καὶρόν, καὶ ἀνέμοι καὶ σπέρμα*, &c.

^q Hinc alimenta rebus iis [nobis suppetunt earum rerum, &c.] Hæc ignorat textus Aristot. quorum loco sic

cursus, et tumores undarum,⁴ emicationesque sylvarum,⁵ frugalis maturitas, foetus animalium, [744] educationes⁶ etiam atque obitus singulorum. Cum igitur rex omnium et pater, quem tantummodo animæ oculis⁷ nostræ cogitationes vident, machinam omnem⁸ jugiter per circuitum suis legibus terminatam, claram et sideribus relucentem,⁹ speciesque innumeras modo propalam, sæpe contactas,¹ ab uno, ut supra dixi, principio agitari jubet; simile istuc esse bellicis rebus hinc liceat arbitrari. Nam cum tuba bellicum cecinit, milites clangore incensi, alius accingitur gladio;

Adjecta sunt illis rebus fluentia torrentium, et inflationes aquarum, et pulsationes numerum, maturitas frugum, partus animantium, productiones et interitus cunctorum rerum. Cum ergo Rex et pater omnium, quem nostræ cogitationes cernunt solummodo oculis mentis, principi totam machinam ab uno exordio (quemadmodum jam dixi) moveri perpetuo in orbem, circumscriptam suis legibus, splendidam ac micantem stellis, et simul infinitas species rerum, aliquando manifestas, sæpius occultas; possumus inde existimare illud esse simile rebus militaribus. Quando enim tuba dedit signum præstiti, milites excitati sonitu, alius lateri accommodat enses;

ned. torrentium. Id.—4 *Humores undarum.* Ita habent Edd. quas vidi, omnes, atque adeo ipse etiam Ms. cod. sed legendum omnino *tumores*, hoc est, ἀνορθώσεις, ut vocat Aristoteles. Neque enim aliud sunt ορθώσεις, quam ἐνδορματα, Elevationes seu Extumescentiæ. Virgilius: 'Unde tremor terris, qua vi maria alta tumescant Obiicibus ruptis, rursusque in se ipsa residant.' *Vulc. Tumores und.* Sic Bas. 2. et Vulcanica. Flor. Leid. et Rom. *humores u. male.* Vide Indicem. *Elmenhorstius.* Recte Vulcanicum secuti sunt ceteri præter Wower. qui cum Mss. O. et Edd. prioribus retinet *humores*; frigide et inapte. Intelligit Auctor τὰς τῆς θαλάσσης ἀνορθώσεις. Claud. in Rufin. lib. 1. vs. 72. 'Impacata quies pelagi, cum flamine fracto, Durat adhuc, sævitque tumor.' Lucan. lib. x. vs. 326. de Nilo: 'novi primum dant signa tumoris.' Noster ipse lib. xi. Met. 'turbido fluctuum tumore posito:' et passim 'tumere,' 'inmidum' de mari et fluviis dici quis nescit? *Oud.—5 Præve Voss. fletus.* Id.—6 *Educationes.* Voss. sec. Bened. *educ. etiam: bene.* Id.—7 Ita Mss. O. cum Vulcan. Elm. &c. Edd. priores *mentis.* Id.—8 Bened. m. *omne.* Scriv. unciis inclusit *omnem.* Id.—9 Sic Voss. In Edd. ante Vulcan. *sideribus et relucentem*, nisi quod in Vicent. non sit *et.* Mss. Vulc. Florent. Bened. cum Edd. Vulc. &c. *et rel. sideribus.* Id.—1 *Propalam sæpe contactas.* Lege et distingue: modo *propalam, sæpe contactas.* Wowerius. Flor. et Bas. 2. *contactas.* Ald. et Rom. *contactas*, lego *conceptas.* Elmenhorstius, Edd. ante Vulcan. *contactas*, sed ille et Wower. intulere *contactas*, quod videtur confirmari a Bened. At Florent. Vulc. Voss. uterque *consectas*: unde Elm. et jam ante Lindenbrog. immo Voss. lib. iv. de Anal. c. 23. conjiciant *conceptas*:

NOTE

habet: τὰ τε πρῶτα τὰ ἐν τῇ περιέχοντι συμβαίνοντα διὰ τὴν πρῶτην καὶ ἀρχαίον αἰτρίαν. 'Et affectiones quæ in aëre eveniunt a principe et primor-

diall rerum causa.'

: Emicationesque sylvarum] Δείδωκεν ἐκφύσεις, Aristotell.

alius clypeum capit; ille lorica se induit; hic galea caput, vel crura² ocreis involvit; ille equum³ temperat frænis, et loris⁴ jugales ad concordiam copulat; et protinus unusquisque competens capessit⁵ officium. Velites excursio- nem adornant,⁶ ordinibus principes curant,⁷ equites corni- bus præstant,⁸ ceteri negotia, quæ nacti sunt, agitant:⁹ cum interea unius ducis imperio tantus exercitus³ paret, quem præfecerit,⁹ penes quem est summa rerum.¹ Non aliter divinarum et humanarum rerum status regitur,² quando uno moderamine contenta omnia pensum sui

alii apprehendit scutum; ille vestit se lorica; hic operit caput casside, aut tibias ocreis; ille regit equum frænis, et jungit bigas loris, ut concordent inter se, et statim singuli suscipiunt munia quæ sibi obtigerunt. Milites levis armatura accingunt se ad excursum, Principes curam gerunt ordinum, Equites occupant alas, reliqui agunt ea quæ sibi sunt demandata: cum interim totus exercitus obedit iussui unius Imperatoris, quem Rex, qui est rerum omnium supremus moderator, præposuerit exercitui. Eodem modo res divinas et humanas gubernantur, cum universa contenta uno tantum regimine noverunt quid sibi impositum sit operis; et cunctis

quod non displicet. Sic Flor. N. 9. quidam: *conceptus vestibus*. Oud.—2 *Ille crura*. Melius Ms. *vel crura* o. i. Scioppius in Symbola. Melius manu exaratus: *vel crura*. Wowerius. Accedunt Mss. Florent. Fulv. Bened. Voss. Recte. Oud.—3 Florent. Bened. Voss. sec. et ag. Melius foret aut. Id.—4 Alii omittunt *loris*.—5 Florent. *capessunt*. Oud.—6 Vid. Not. Var.—7 Voss. uterque *nota sunt agitant*. Bened. *nota agitant*. Oud.—8 Sic Florent. Voss. sec. Bened. Fulv. et Marg. Poët. cum Edd. Elm. Flor. Reliquæ Edd. *cunctus*. Id.—9 Scribe ex V. *ei quem pr. Wowerius*. Wowerium ceteri sequuntur. A reliquis Mss. et Edd. abest et. Sicut etiam non opus est. Pronomen enim hoc millies subauditur: ut statim 'præfecerit, penes quem' scil. *ia*. Oud.—1 *Quem præf. rex: penes quem est s. r.* Vet. cod. *quem præf. penes quem est s. r.* sive rex ille ait scilicet, sive imperator, sive strategus, aut prætor. *Vulc.* Recte expungunt Membr. Flor. et *rex*. Elmenh. Bene omiserunt *Vulc.* in Ed. sec. et Wow. unciis includere Elm. et Scriv. sic: (*rex*) *præf. quo ordine* Edd. vet. etiam. Abest vero etiam a Fulv. Voss. Bened. omnino bene: vide *Vulcan.* Oud.—2 Bened. *vel regitur*. Florent. *agitur*. Bene. Id.—3 Recte

NOTE

² *Velites excursionem adornant, &c.]* Ex militari disciplina Romanorum. Vide Lipsium, De Militia Rom. lib. iv. Dialogismo 1. ubi de dispositione aciei.

⁷ *Ordinibus [ordines] principes curant]* Eorum enim erat defatigatos ac fractos hastatos intra suos ordines recipere, quos etiam ea de causa laxabant cum erat opus.

⁸ *Equites cornibus præstant]* Legebat Lipsius *ordinibus præstant*, et restitutum ibat *præstant*. Scriptam lectionem magis probo. Equites in cornibus locatos olim, atque etiam nunc locari quis nescit?

⁹ *Quem præfecerit [rex]* Vocem *Rex* ignorant probati codices, et certe videtur expungenda ut inutilis.

operis agnoscunt; curaque omnibus³ occulta, vis nullis oculis obvia, nisi quibus mens suæ lucis aciem intendit. Nec tamen⁴ hoc vel illi⁵ ad moliendum, vel nobis ad intelligendum obest. De inferiore licet [745] imagine capiamus⁶ exempla. Anima in homine non videtur:⁷ et tamen fateantur omnes necesse est, hujus opera omnia, quæ per hominem præclara fiunt, provenire;⁸ neque animæ ipsius⁹ qualitatem ac figuram oculis occurrere, sed momentis⁹ ab ea gestarum rerum intelligi, qualis et quanta sit. Omne quippe humanæ vitæ præsidium ingenio¹ ejus est paratum: cultus agrorum, usus frugum,² artificum solertia, proventus artium, commoditates vitæ³ humanæ. Quid de le-

insita est sollicitudo secreta, et virtus nullis oculis patens, nisi illis quibus animus dirigit aciem sui luminis. Neque tamen hoc obstat aut ipsi ad machinandum, aut nobis ad concipiendum. Possumus sumere exempla a re inferioris generis. Anima non cernitur in homine, et nihilominus oportet ut cuncti constentur egregia omnia, quæ geruntur ab homine, fieri ejus ministerio; neque naturam aut formam ipsius animæ observari oculis, verum cognosci argumentis rerum factarum ab ipsa, cujusmodi sit, et quam excellens. Cuncta enim subsidia vitæ humanæ comparata sunt ejus solertia: cultura agrorum, usus frugum, industria fabrorum, utilitates artium,

Ald. Reliqui, omnes. Colv. Nempe Rom. Vic. Ven. Bas. sec. Lugd. vel omnis. Pro sua lucis ac. Voss. ac. s. l. Ond.—4 Ante hanc periodum inseruntur quædam alia in Aldino exemplari, nempe: *Ceterum ea quæ vel cælo oculis advertimus, et ærem ficti ex aqua etiam illa ficti credenda sunt, cujus tutela Mundi hujus et cura est.* Quæ quid sibi velint, nescio: tamen etiam in Margarita Poëtica citantur ex hoc libello. Colv. *Aciem intendit.* Aldina editio post hæc verba subjicit: *Ceterum ea quæ vel cælo oculis advertimus et ærem ficti ex aqua etiam illa ficti credenda sunt, cujus tutela mundi hujus et cura est:* quæ quia neque in Aristotele, neque in aliis Apuleii Edd. ut neque in Ms. cod. meo leguntur, prætereunda censeo, neque in iis castigandis operam ponendam. Vulc. Post hoc verbum Aldos legit, *Ceterum, &c.* quæ in Mss. et Rom. codice non comparent, et omnino glossam olent. Elmenh. Non est glossæma, sed post manifestus pag. seq. verba illa debent poni, ut fecere Junt. post. et seqq. et inter eos ipsi Colv. Vulc. et Elm. quod miror ab his non animadvertum; uti sunt eo loco in Mss. et Marg. Poët. Ond.—5 Bened. *illis*, et ante intellig. caret rō ad. Id.—6 Voss. sec. *capimus*. Id.—7 Vitiosa etiam hic distinctio tam in Aldina, quam aliis Edd. incommodum sensum facit. Ita enim omnino interpretanda hæc, *hujus opera*, (hoc est, operatione) *omnia quæ per hominem*, &c. Vulc. Pro sunt Bened. Voss. sec. sunt. Ond.—8 Voss. sec. *ne ipsius anima*. Id.—9 Al. *monumentis*.—1 Voss. sec. *ingenium*. Ond.—2 Ita Elm. et seqq. e Florent. Ante usque. Id.—3 *Commoditas vitæ*. Vet. cod. *commoditates*: quo fit ut et id quod præcedit, *proventus*, etiam pluraliter existimem accipiendum: illud vero, *artificum solertia*. glossæma esse rōi *proventus artium*: vel alioqui vō *solertia* ablativo casu legendum esse, et citra notam

NOTE

⁷ *Anima in homine non videtur*] Vide Platonem, lib. x. De Legibus.

gibus dicam, quæ ad mansuificiendos homines sunt inventæ? ⁴ quid de civilibus institutis ac moribus, qui nunc populorum otiosis conventibus frequentantur; ⁵ et, asperitate bellorum pacata, mitigantur quiete? Nisi forte tam injustus ⁶ rerum æstimator potest esse, qui hæc eadem de Deo neget, quem videat esse viribus exsuperantissimum, ⁷ augustissima specie, ⁸ immortalis ævi, genitorem virtutum, ipsamque virtutem. ⁹ Unde nihil mirum est, si mortales oculi ⁷ ejus non capiunt aspectum, ¹ quando divinorum operum vestigiis ² sit perspicuus atque manifestus. ³ Ceterum ⁴ ea, quæ vel cælo accidere ⁵ oculis advertimus, ⁶ et in terra

et commoda vita humana. Quid memorem leges, quæ repertæ sunt ad mitigandos homines? quid constitutiones civiles et consuetudines, quæ nunc celebrantur in catibus quietis populorum; et quibus truculentia bellorum lentantur otio tranquillo? Nisi quis forte possit esse tam iniquus arbitrer rerum, qui inficietur eadem illa de Deo, quem tamen cernat esse viribus præstantissimis, summa majestate, vita immortalis, patrem virtutum, atque adeo virtutem ipsam. Quare nullatenus mirandum, si oculi mortales nequeant intueri eum, siquidem conspicuus est et manifestus signis operum suorum divinorum. Porro credendum est illa quoque, quæ conspicimus con-

distinctionis. *Vulc.* Mihi id non opus videtur. *Commoditates* malui sine copula cum *Mss. O.* et *Edd.* ante *Elmenh.* qui cum seqq. hic *que* addit. Videtur tamen ita in *Florent.* esse. *Edd.* ante *Vulcan. commoditas.* *Oud.*—4 Ita *Mss. O.* vel *inventæ sunt.* *Edd. Vic. Ven. inventæque sunt.* *Id.*—5 *Vid. Not. Var.*—6 *Nisi forte injustus.* *Vet. cod. jam injustus:* lege, tam *injustus, &c.* *Vulc.* *Codd. O. mei tam.* *Oud.*—7 *Volgo, v. exsuperantissimis.* *Elmenhorstius.* *Bened. omnibus.* Idem et *Voss. Vulc.* ejusque ac *Wow. Scriv. Edd. exsuperantissimis,* non vero ita est vulgo, ut putabat *Elm. Oud.*—8 *Edd.* ante *Ald. augustissimum.* *Id.*—9 *Imm. ævi genitorem, virtutum ipsam v.* Vitiose hæc in omnibus *Edd.* distincta leguntur: dubium enim esse non potest, quin hoc pacto sint legenda: *immortalis ævi,* id est, *ὁ αἰὼν ἀθάνατος, genitorem virtutum, ipsamque virtutem:* quibus verbis illud *Aristotelis ἀπερὶ δὲ κρείττορος* eleganter suo more amplificavit *Apul. Vulc.* Optime. Habent *ipsamque* *Mss. O.* Absunt autem 3. posteriores voces *Edd.* ante *Ald. Oud.*—1 Ita *Florent. Vulc. Bened. codd.* In *Edd.* ante *Vulcan. n. c. aspectum ejus.* *Wow. n. c. ejus asp.* et sic *Voss. Id.*—2 *Carent Edd.* ante *Ald. Id.*—3 Additur in *Aldina* prave est: unde patet ea, quæ hic poni debuerant, in ejus editione vitiose supra esse excusa. *Id.*—4 *Ceterum, &c.* usque ad *potestate* desunt in *Edd. vet.* ante *Ald.* in cuius editione usque ad *cura est,* ut diximus, supra inserta sunt. Reliqua a *de quo* usque ad *potestate* etiam in ejus *Ed.* non inveniuntur. *Primus Philomathes* in *Ed. Junt. post.* exhibuit. *Id.*—5 *Exulat ab Ed. Ald. Id.*—6 *Flor. advertimus, male. Elmenhorstius.* Item *Voss. sec. Oud.*—7 *Ut æcrem*

NOTÆ

⁷ Nihil mirum est, si mortales oculi, que cum propterea incusandum quasi
 &c.] Sensus hujus loci est, non miram
 esse, quod Deus seipsum oculis ho-
 minum videndum non præbeat, ne-
 minus æquum humano generi, si qui-
 dem per sua opera satis innotescit,
 nec se ignorari patitur.

fieri et in aqua;⁷ etiam illa fieri a Deo credenda sunt,⁸ [746] cujus tutela mundi hujus et cura est:⁹ de quo Empedocles prudenter his verbis sensit :

Πάνθ' ὅσα τ' ἦν,¹ ὅσα τ' ἔστιν, ἰδ' ὅσα τε ἔσται ὀπίσσω,
Δένδρεα τ' ἐβλάστησε,² καὶ ἀνέρες, ἡδὲ γυναῖκες,
Θῆρες τ', οἰωνοὶ τε, καὶ ὑδατοθρόμυες³ ἰχθύς.

Phidian illum,^b quem fictorem probum⁴ fuisse tradit memo-

tingere etiam in aethere, et generari in aëre, et in aqua, illa, inquam, esse opera Dei, ad quem pertinet conservatio et curatio hujus orbis: de quo Empedocles sapienter locutus est his verbis: Omnia quotquot erant, quotquot sunt, et quotquot erunt in posterum, Orta sunt ex eo, arbores, viri, mulieres, Feræ, volucres, et pisces aquæ alumni. Ego ipse vidi illum Phidiam, quem historia ferunt fuisse

fieri ex aqua. Iterum desunt in Rom. et Aldo versus 18. Elmenh. Ineptè sane Junt. post. &c. item Colv. Vulc. Wow. edidere ut aërem fieri ex aqua. Mss. O. cum Edd. Elm. Scriv. et aërem fieri ex aqua. Ald. et aërem facti ex aqua. At legendum et in terra f. et aqua: nam vel cælo jam præcessit, et hoc respondet Aristotelicis πᾶσιν τὰ δ' ἀέρος, et sequuntur τὰ ἐκ τῆς γῆς καὶ ἐκ ὕδατος. Oud.—8 Sic edidere e Ms. Florentino Elm. Scriv. Flor. cum a Junt. post. et seqq. exhibitum sit Dei etiam illa cred. sunt: quomodo habent Mss. Bened. Vulc. Voss. etiam illa fieri cred. Ald. Aristot. θεοῦ λέγουσι ἂν ἔστωσιν ἔργα εἶναι. Id.—9 Voss. pr. quin nī de verum cui t. &c. Voss. sec. quinni de verum ejus cui t. Bened. quinni dī verum ejus t. mundi est. Hud. &c. An legendum Dei etiam illa cred. sunt; quidni? Dei verum ejus, cui tutela m. &c.? Quidni ita sæpe interserit Ap. Vide ad Met. l. xi. p. 810. b. Id.—1 ὅσα τ' ἦν desunt Voss. sec. Edd. Junt. post. Bas. Id.—2 Minus bene Vulc. Ed. sec. δένδρεα τ' ἐβλάστησεν. Id.—3 Edd. Vulc. sec. tert. Wow. per τ. Ms. Voss. etiam habet ρ pro θ. Ceterum vertit hos versus Vulc. Ed. pr. hoc modo: 'Quæ fuerant, quæ sunt, et quæ ventura trahuntur, Omnia produxit; stirpes, hominesque, ferasque, Et volucres, et qui pascuntur in æquore pisces. Id.—4 Sic Ms. Bened. cum Edd. Wow. Scriv. Flor. Dederat e Codice suo Vulc. probum quem fictorem: ut videtur esse etiam in Florent. cum Ed. Elmenh. In Voss. scribitur qm̄ fictorum probum: ut sit dictum ac nigrae lanærum. Vide Voss. de Constr. c. 10. et Burm. ad Quintil. l. i. Inst. Or. c. 4. 'necessariæ litera-

NOTE

^a Et in terra f. et in aqua [et aërem fieri ex aqua] Restitue meo periculo, et in aëre fieri, et in aqua. Aristoteles hic, τὰ γὰρ πᾶσιν, καὶ τὰ δ' ἀέρος ἀπαντα, καὶ τὰ ἐκ τῆς γῆς, καὶ τὰ ἐκ ὕδατος, θεοῦ λέγουσι ἂν ἔστωσιν ἔργα εἶναι, &c. 'atque ea quidem cum in aëre sunt, quæ in terra, quæ in aqua, ea certe Dei opera esse merito dixerimus, &c. ubi de generatione aëris ex aqua ne verbum quidem.

^b Πάνθ' ὅσα τ' ἦν, &c.] Hos versus

panlum immutatos citat Aristoteles: Ἐξ ὧν πᾶσθ' ὅσα τ' ἦν, ὅσα τ' ἔσθ' ὅσα τ' ἔσται ὀπίσσω, Δένδρεα τ' ἐβλάστησε, καὶ ἀνέρες, ἡδὲ γυναῖκες, Θῆρες τ', οἰωνοὶ τε, καὶ ὑδατοθρόμυες ἰχθύς, Εἰς τε θεοὶ δολιχαίους.

^c Phidian illum, &c.] Hanc etiam similitudinem habet Arist. sed aliam huic præmittit ab Apuleio omissam, lapidis nempe illius, qui in fornicatis operibus Umbilicus dicitur, nobis la clef de la voute, cujus ope firmitas to-

ria, vidi⁵ ipse in clypeo Minervæ, quæ arcibus Atheniensibus præsidet,⁶ oris sui similitudinem⁶ colligasse; ita, ut si quis olim artificis voluisset exinde imaginem⁷ separare, solata compage, simulacri totius⁸ incolumitas interiret. Ad hoc instar mundi salutem tuetur Deus, aptam et revinctam sui numinis potestate. Hujus locum quærimus; qui neque finitimus est terræ contagionibus,⁹ neque tamen

egregium statuarium, coaptavisse imaginem sui vultus in scuto Palladii, quæ præest arci Athenarum; tali ratione, ut si quis voluisset aliquando avellere inde effigiem fabri, sublata connexione parium, tota statua dissolveretur in frusta. Hos modo Deus conseruat incolumitatem Mundi coagmentatam, et colligatam virtute sua divinitatis. Investigamus ejus eodem, quæ nec vicina est contactibus terrar, neque

~~~~~

ram.' In Edd. prioribus quoniam. Id.—5 Vide. Sic habent Mss. O. cum Edd. Junst. post. Vulc. et Elm. Reliquæ Edd. vidi, et forsitan rectius ut p. 729. 'Vidi et ipse apud Hierapollin.' Id.—6 Oris similitudinem. Oris sui similitudinem τὸ ἰαυτοῦ πρόσωπον ἐντυπώσασθαι. Colv. Vet. eod. legit oris sub. at legendum omnino oris sui, &c. hoc est, vultus sive faciei suæ imaginem. Vulc. Leid. oris subsimilitudinem. Vera lectio: oris sui similitudinem. Cicero Tusc. Quæst. 1. 'Phidias sui similem speciem inclusit in clypeo Minervæ, cum inscribere non liceret.' Elmenh. Recte oris sui sim. descripsit Elm. cum seqq. Bened. oris multitudine. Reliqui Mss. et Edd. carent τῷ sui. Oud.—7 Si quis olim artificum vol. ex. imag. Vet. eod. legit, artificis, et quidem rectissime. Phidias scilicet artificis, vel significis, velut Apul. eum vocat, fictoris imaginem. Vulc. Elm. et seqq. edidere artificis. Reliqui artificum. sed Aristot. modo εἰ τις βούλοιο. Oud.—8 Simulac totius. Simulac hoc loco nova significatione usurpare videtur Apul. pro, 'pariter etiam.' Vulc. Vulgati inepte simulac totius. Elmenhorstius. Mss. O. et Edd. vett. cum Elmenh. &c. simulacri. In Colvii Ed. sine dubio typothetarum culpa prius simulac editum, quod miror retentum a Vulc. et Wow. sine sensu, quem dare frustra vult Vulc. Oud.—9 Et terræ contagionibus. Edd. veteres, cum rerum contag. Aristot. πᾶν οὐρα μέσος ἐν, ἔδα ἡ γῆ τε καὶ ὁ θαλερός οἶκος τῶνος. Colv. Vet. cod. ita legit H. l. q. qui neque finis est terræ contagionibus: in qua lectione recte ommissa est conjunctio et, quæ omnino in vulgatis Edd. sensum turbat, sed pro finis legendum omnino censuerim finitimus: sensu plano. Vulc. Ms. qui neque tamen medius finitimus est terræ contagionibus. Unde (quod et Vulcanio placere video) suspicer legendum: qui neque finitimus est terræ contagionibus, neque tamen medius i. a. t. Sensu claro promptoque. Edita lectio non usque adeo sana est. Sciopp. in Symb. Flor. neque infinis est: alii q. n. confinis est. Rom. qui neque infinis est, cum rerum contagionibus, neque in aëre turbido. Elmenhorstius. Vulcanii conjecturam recipere seqq. et confirmat eam vehementer Ms. Fulv. In Edd. ante Ald. legas qui neque infinis est cum rerum

#### NOTÆ

tius operis conservatur. Porro hoc Phidias solers inventum membrant etiam Tzet. Chiliad. 8. historia 192. Pausanias, lib. vii. Arnobius, contra Gentes, lib. vi. sed et Cicero Tuscul. Quæst. lib. i. 'Phidias sui similem

speciem inclusit in clypeo Minervæ, cum inscribere non liceret.'

<sup>6</sup> Quæ arcibus Atheniensibus præsidet] Hujus templum etiamnum visitur in Acropoli Athenis, integrum pæne ab injuria temporum servatum.

medius in aëre turbido, verum in mundano fastigio, quem Græci οὐρανὸν recte vocant,<sup>1</sup> ut qui sit altitudinis finis:<sup>2</sup> etiam iidem<sup>3</sup> illa ratione<sup>4</sup> Ὀλυμπον nominant; [747] quem ab omni fuscitate<sup>5</sup> ac perturbatione vident liberum. Neque enim caliginem nubium recipit,<sup>6</sup> vel pruinas vel nives<sup>6</sup> sustinet, nec pulsatur ventis, nec imbris cæditur. Hæc enim nec Olympo, qui est celsitudinis summæ, contingere, poëta<sup>7</sup> his verbis<sup>8</sup> cecinit :

*etiam media in aëre turbulento, sed in culmine Mundi, quod Græci bene appellant οὐρανὸν; quia est terminus altitudinis, iidemque ob eam causam vocant ipsam Ὀλυμπον, quod cernunt esse vacuum ab omni caligine et turbulentia. Nam non recipit in se obscuritatem nubium, neque patitur gelicidia, vel nives, neque afflatur ventis, nec feritur pluviis. Nam poëta scripsit his verbis, ea non evenire etiam monti*

~~~~~

contagionibus. Ald. et seqq. qui n. infimus est et terræ cont. Mss. Florent. Bened. Voss. uterque, Ed. Elm. carent τῷ qui. Dein infimus iidem habent Codd. et carent Florent. Voss. pr. in Bened. est Voss. sec. Putem locum pejus corruptum esse, legendumque Qui neque infimus est verum, nec finitimus terræ cont. neque tamen medius: alii librarii has, alii illas voces omiserunt; sicut medius deest quoque in Edd. ante Ald. Alioquin malim neque confinis est terrarum cont. Terræ pro tellure ut supra. Oud.—1 Quem Gr. τὸν γ' οὐρανὸν, id est cælum r. v. Illud τὸν γ' abundat, et quod sequitur, id est cælum, merum glossenia est: ut neque in Ms. codice legitur. Nam id quod statim subiungit Apul. ut qui sit altitudinis finis, explicat etymon vocis οὐρανὸν, quod nimirum sit ὅρος τῶν ἄνω ex Aristotelis veriloquio: quæ quidem etymi explicatio Voci 'cæli' nequaquam convenit. Vulc. Recte Vulc. et seqq. confirmantibus Mss. Florent. Bened. Voss. utroque, Fulv. In Edd. prioribus τὸν οὐρανὸν id est cælum. Colv. τὸν γ', &c. Bened. vinum. Voss. sec. wanon. Oud.—2 Fulv. et ut q. s. a. f. pervideatur. Florent. quoque addit pervideatur. Aristot. ἐρύμης ἀπὸ τοῦ ὅρου εἶναι τῶν ἄνω. Forsan finis, nec pervideatur. Sic enim passim de cælo summo Anctor. Is enim corporis oculis non cernitur, sed mentis acie investigatur. Vide de Deo Socr. et init. hujus lib. Id.—3 Et iidem. Lege cum Florent. Fulv. Voss. utroque etiam iidem. Id.—4 Sic Fulv. Florent. Bened. Voss. non ea. Bened. rationem. Id.—5 Bened. recepit. Id.—6 Sic e Florent. Elm. Scriv. Flor. Reliqui Mss. et Edd. et nives. In Bened. et nubes male. Id.—7 Hæc enim de Olympo q. e. c. summæ poëta. Vet. cod. Hæc enim nes Olympo qui est celsitudinis summæ, contingere poëta, &c. Hæc enim quæ recensuit effecta τῶν ἀναθυμῶσεων Olympo non accidunt, teste Homero. Vulc. Contingere. Male hæc vox abest a Rom. et Aldino codice. Elmenh. Optime reposuit Vulc. cum seqq. e Ms. suo, cui accedunt omnes, nisi quod in Bened. sit Olympum, non male pro eo evadere. Edd. priores de Olympo, sine verbo contingere. Oud.—8 Ed. Vulc. sec. caret his. Id.—9 Vitiose ἔδος

NOTÆ

¹ Οὐρανὸν recte vocant, ut qui sit altitudinis finis] Aristoteles hic οὐρανὸν dictum affirmat, quod sit terminus eorum quæ sunt superne, ἀπὸ τοῦ ὅρου εἶναι τῶν ἄνω.

Delph. et Var. Clas.

² Ὀλυμπον nominant, quem ab omni fuscitate, &c.] Aristot. Ὀλυμπον δὲ (καλοῦμεν) ὅλον δολοαμπῆ, καὶ παντὸς ξόφου καὶ ἀτάκτου κινήματος κεχωρισμένον. 'Olympum vero (dicimus) tan-

Apul.

4 M

Ὀλύμπόνδ', ὅθι¹ φασὶ θεῶν ἔδος² ἀσφαλὲς αἰεὶ
 ἔμμεναι· οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται, οὔτε πόντ' ὄμβρο
 Δύεται, οὔτε χιῶν ἐκπίλναται· ἀλλὰ μάλ' αἶθρη
 Πέπταται³ ἀνέφαλος, λευκή δ' ἀναδεδρομένη⁴ ἀγλή.

Hanc opinionem communis mos et hominum³ observationes secutæ, affirmant, superiora esse Deo tradita. Namque habitus orantium sic est, ut manibus extensis in cœlum precemur.⁴ Romanus etiam poëta sic sensit:⁵

Aspice hoc sublime⁵ candens, quem invocant omnes Jovem.

Unde illa, quæ videntur, suntque omnibus præstantiora,⁶

Olympo, qui est maximæ altitudinis: Ad Olympum, ubi inquant Deorum sedem firmam semper Esse, quæ neque ventis concutitur, neque unquam imbre Rigatur, neque nix admovetur, sed potius serenitas Volat absque nube, lucidus vero circumfulget splendor.⁷ *Consuetudo vulgata, et observationes omnium, quæ illam secuta sunt, confirmant hanc opinionem, altiora loca attributa esse Deo. Hic est enim noster habitus, quando precamur Deum, ut oremus manibus porrectis cœlum versus. Poëta quoque Romanus sic cecinit*: Intuere hoc altum splendens, et Jovem, quem universi implorant. Quare ea quæ cernuntur, et sunt excellen-

Edd. Vulc. tert. Elm. Flor. V. Odyss. Z. vs. 41. Græcos hos versus primus edidit Junt. post. et sunt in Mss. neque ac Aristotele. Latinos habet Vulc. Ed. pr. hoc modo: *Ad firmam illa Deum sedem discessit Olympum, Qui nunquam quatitur ventis, nunquam madet imbre, Urgeturve nive, at late sese explicat æthra Nube carens, nitido semper splendore coruscans.* Sed in Edd. prioribus non hi versus legebantur, sed ex Iliad. K. Ζεὺς δ' ἑλαχ' οὐρανὸν εἶπεν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι, id est, *Sors Jovis aula poli enubis super æthere facta*: qui versus hic quidem in Aristot. sed non in Mss. Apuleii. Id.—1 Edd. Junt. post. Colv. Vulc. sec. tert. Wow. Elm. πέπταται, i. e. volat, ut exponit Floridus, cum tamen edat π, quod est a πετάσσει panditur, explicat se, ut bene vertit Vulc. Id.—2 Vitiose Wow. ἀνέδρομεν. Id.—3 Ms. Vulc. omnium. Id.—4 Recte Ms. man. extensis precemur. Melius quoque fuerit: *habitus orantium hic est.* Scioppius in Symb. τὸ in delet liber Fulvii. Horat. 'Cælo supinas si tuleris manus.' Ἐλμενῆ. Sed et cælum abest a Fulv. si Scioppio fides. τὸ in exulat a Voss. utroque. Aristot. ἀναδιδρομένη τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανόν. Mox pro sensit Bened. sentit. Oudendorp.—5 Al. sublimen. Vide Not. Var.—6 Edd. ante

NOTE

quam usquequaque lucidum, ab omni caligine, motque incondito secretum.⁷

¹ Poëta his verbis cecinit: Ὀλύμπόνδ', ὅθι, &c.] Homerus, 'Ὀδυσσ. Z.

⁵ Romanus etiam poëta sic sensit] Ennius, cujus versum hunc et a Clcerone laudatum, lib. II. De Natura

Deorum, Apuleius hic Latine scribens apposite satis inseruit loco hujus Homericæ, quem habet Aristoteles ex Iliad. K. desumptum: Ζεὺς δ' ἑλαχ' οὐρανὸν εἶπεν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι. 'Jupiter sortitus est cælum latum in æthere et nubibus.'

easdem⁷ sublimitates regionum tenent, astra coelestia, et mundi lumina: ac merito illis licet ordine⁸ perpetuo frui, nec diversis etsi spatiis temporibusve observantissimam⁹ legem suorum aliquando itinerum mentiantur.¹ Terrena omnia mutationes et conversiones,^a postremo interitus habent. Namque immodicis³ tremoribus^b terrarum dissiluisse⁴ humum, et interceptas [748] urbes cum populis, sæpe cognovimus. Audivimus⁵ etiam, abruptis imbris prolutas esse totas regiones. Illas etiam,⁶ quæ prius fuerint continentes, hospitibus atque advenis fluctibus⁷ insu-

tiora omnibus, habent easdem altitudines locorum, puta sidera coelestia, ac faces mundi: et jure quidem illis datum est, ut servent ordinem æternum, neque adulerant unquam accuratissimam legem suarum viarum variis intervallis temporum. Universa terrestria patiuntur mutationes, et conversiones, ac denique obitus. Sæpe enim accepimus humum disjectam esse vehementioribus terræ motibus, ac civitates una cum incolis fuisse absorptas. Accepimus quoque totas provincias subveras esse pluviis effusissimis. Illas etiam, quæ ante fuerant continentes, factas esse insulas

Ald. præstantia. Oudendorp.—7 Florent. eadem. Ed. Vulc. pr. ejusdem. Idem.—8 Mss. Bened. Voss. *il. or. lic.* Edd. aliquot *lic. il. or.* Idem.—9 *Diversis ea in spatiis temporibusque obs.* Ms. quidam: *diversis et inasperatus observo.* Alius vero codex: *diversis spatiis temporum:* quod placet. Sciopp. in *Symb.* *Diversis spatiis temporum* edidit quoque cum seqq. Elm. auctoritate cod. Florentini. Bened. solum *diversis temporibus.* Voss. sec. *diversis et in spatiis temporibus.* Edd. vet. *div. ea in spatiis temporibusve* usque ad Wower. qui exclusit *in.* Lege potius *nec diversis etsi spatiis temporibusve.* Oud.—1 *Mentiantur.* Legendum omnino est *mentiantur* apertissimo sensu; *Astra* in summa diversitate spatorum et temporum nunquam mentiri legem suorum itinerum, hoc est, perpetuo observare unum atque eundem sui cursus tenorem. Vulc. Optime, invitis licet Mss. ut quisque facile videt, et ideo a seqq. uno animo recepta est ista Vulcanii emendatio. Bened. *metis.* Sed male Edd. Vulc. Wow. *observatissimam.* Construendum est 'legem observantissimam suorum itin.' ut 'observantissimus æquil,' &c. Oud.—2 Caret copula Bened. *Id.*—3 *Namque immodicis, &c.* Locus hic totus usque ad, *In quo periculi vertice, &c.* citatur B. Augustino l. iv. c. 2. de Civit. Dei e quo meliores aliquot vulgatis lectiones hausimus, quas etiam exprimi jussimus. Sic hic pro *dissiluisse humum*, male Edd. aliæ *dissoluisse humum* hactenus habuerunt. Colv. Hæc usque ad *occupati* desunt Edd. ante Junt. poster. etiam ab Aldina; cum tamen agnoscant Mss. O. et Augustinus magnam hujus loci partem ex Apuleii libro de Mundo citaverit. Oud.—4 Inapte Edd. ante Colv. *dissoluisse* contra Mss. et Angustin. Passim dissilire humus dicitur vel tremore terræ, vel vi aquarum et tempestatum. *Id.*—5 Edd. Vulc. Wow. ex ejus cod. *audimus:* male. Mox pro *esse totas* Voss. *t. esse.* *Id.*—6 *Illas enim.* Legendum omnino, *Illas etiam, &c.* Vulc. Recte, consentientibus Mss. et August. Bened. *illa.* Oud.—7 Eleganter, ex cod. August. Vulgo ante, *adversis fluctibus.* Colvin. Vet. cod. legit *adversis fluctibus*, minus meo judicio recte. *Insulatas* vero vertens Apul. quas Aristoteles ait *θεβαλαττομενας*, in-

NOTE

^a *Namque immodicis tremoribus, &c.* Vide Plin. lib. II. cap. 80. et seqq.

latas;ⁱ alias,⁸ desidia maris, pedestri accessu⁹ pervias factas.^k Quid? qui ventis et procellis¹ civitates eversas esse meminerunt? quid? cum incendia de nubibus emicarent,² cum Orientis regiones Phaëthontis ruina,¹ ut quidam putant, conflagratæ perierunt? In Occidentis plagis scaturigines ignis quædam ac proluviones^m easdem strages dederunt. Sic ex Ætnæ verticibus quondam effusis crateribus, per declivia, incendio divino,ⁿ torrentis vice,³ flam-

novis atque extraneis undis; alias pigritia maris patefactas itineri pedestri. Quid? quot scriptores memorant urbes fuisse destructas flatibus et turbibus? quid? quando ignes exiliervnt ex nubibus, quando Orientales plagæ interierunt incensæ casu Phaëthontis, quemadmodum nonnulli existimant? Quædam eruptiones ac diluvia excitaverunt easdem clades in regionibus Occidentalibus. Ita divina conflagratione, fluvii flammarum instar torrentis olim delapsi sunt per loca declivia ex cacuminibus

~~~~~

noit non mari obrutas, sed a continente abruptas, et mari cinctas. Vulcanius. Eleganter ex Augustino correxit Colv. ut habent Mss. Bened. Florent. *Adversus Voss. Oudendorp.*—8 Malim legere, *insulas desidia maris*, &c. sensu non incommodo, et ad mentem Aristotelis quam proxime accedente: ut nimirum intelligamus continentes insulatas, insulas continenti adjectas. Vulcanius. Frustra, licet *insulas* habeat Ed. Vulc. tert. Sed Mss. O. cum Augustino *alias*. Oud.—9 Ed. Junt. post. *accessa*: male. Dicitur pro *accessu*. Vide ad Met. l. 1. p. 23. 'Ingressu stabulum.' Id.—1 Voss. *soc. quid? quæ v. ac procellis*. Bened. vero *Quid ventis et procellis*, &c. *enumeremus*: quod sane multo est elegantius. Suet. Aug. c. 51. 'Ne enumerem, quot et quos diversarum partium,' &c. Vide me ib. c. 70. Augustin. tantum *ventis ac procellis eversas esse civit.* Idem.—2 Bened. *emicarent* et *Phetontis* pro *Phaëthontis*, Voss. *setontis*. Idem.—3 Sic hic locus ex eodem D. August.

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Illas etiam, quæ prius fuerint continentes, hospitibus atque advenis fluctibus insulatas*] Sic, teste Plinio, lib. 11. cap. 28. mare avellit Siciliam Italiæ, Cyprum Syriæ, Eubæam Bæotiæ, Eubææ Atalantem et Macrin, Bescyrum Bithyniæ, Leucosiam Sirenum promontorio. Pythag. apud Ovid. lib. xv. *Metamorphos.* 'Leucada continuam veteres habuere coloni, Nunc freta circumeunt. Zancle quoque juncta fuisse Dicitur, Italiæ donec confinia pontus Abstulit, et media tellurem propulit unda.'

<sup>k</sup> *Alias, desidia maris, pedestri accessu pervias factas*] Sic Hybanda insula quondam Ioniz, nunc ducentis stadiis abest a mari, et Epidaurus et

Oricum insulæ esse desierunt, teste eodem Plinio, cap. sequenti. Ovid. prædicto loco: 'Fluctibus ambitæ fuerant Antissa Pharoque, Et Phœnissa Tyros, quarum nunc insula nulla est.' Vide totum illum Ovidii locum.

<sup>1</sup> *Phaëthontis ruina*] Vide Ovid. l. 11. *Metamorphos.*

<sup>m</sup> *Scaturigines quædam ac proluviones, &c.*] Vulcanius addebat, *ignis e terra*, et legebat, *scaturigines quædam ac proluviones ignis e terra easdem strages dederunt*, non male. Apuleius enim hic non de aquarum diluviis intelligendus est, (de his enim superius egit,) sed de ignitæ materiæ torrentibus: ut patet ex his quæ sequuntur.

<sup>n</sup> *Incendio divino*] Elmenhorst. ma-

marum flumina <sup>4</sup> cucurrerunt. In quo periculi vertice <sup>5</sup> egregium pietatis meritum fuisse cognovimus. [749] Namque eos, qui principio fragoris territi, sensum tamen clementiæ misericordiæque retinebant, et grandævos <sup>6</sup> parentes ereptos volucris clade <sup>7</sup> suis cervicibus sustinebant; illa flammaram fluentia divino separata discidio, <sup>8</sup> quasi duo flumina ex uno fonte manantia, locum illum ambire maluerunt obsidione innocenti, in quo inerant boni bajuli, <sup>9</sup> religiosi sarcinis occupati. Postremo, quod est in triremi gubernator, in curru rector, præcentor in choris, lex in urbe, dux in exercitu, <sup>9</sup> hoc est, in mundo Deus: nisi quod

*Ætna, exundantibus ejus crateribus. In quo extremo discrimine didicimus fuisse præclaram mercedem pietatis. Illa enim flumina flammaram divisa divina separatione, tanquam duo amnes fluentes ex eadem scaturigine, maluerunt circumdare innocentia obsidione cum locum, ubi erant illi, qui, terrefacti initio fragoris, servabant nihilominus sensum mansuetudinis et commiserationis, et portabant suis humeris parentes suos grandes natu, quos subtrazerant celeri illi stragi. Quippe erant in eo loco pii gestatores onusti sacris ponderibus. Denique Deus idem est in orbe, quod gubernator est in navi, auriga in curru, præcentor in choris, lex in civitate,*

restitutus. Vulgabatur, Divino modo per declivia currentis vias. Sed etiam jamdudum Canterus noster, torrentis vice legendum coniecit. Colvius. Flor. divino modo. Basil. divino modo. Lego i. diuturno vel diurno. Elmenhorstius. Statim rursus divino separata discidio. Cur non utrobique emendemus in odio divino, sive ex Deorum odio incendio orto? Bened. Vos. divino modo per declivia vel in odio. Eo ordine etiam Vulc. Quod coniecit Elmenb. ut et Lipsius incendio diuturno vel diurno: non placet. Oud. Torrentis vice. Sic recte Canter. l. i. Var. Lect. c. 3. cum Colv. et seqq. ex August. et consentint membræ Florent. Vulc. In Mss. reliquis et Edd. prioribus inepte currentis v. Id.—4 Deest ultima vox in Bened. Id.—5 Bened. caret copula. Id.—6 Num lubrica clade? Colvius. Frustra, et minus bene. Oud.—7 Vulgo discidio.—8 Malim, in quo erant boni. ba. Adi Aristotelem. Colv. Non displicet emendatio Colvii, qui legit, in hoc erant, scilicet, ambitu flammaram. Vulc. Colvius, in quo erant b. b. Quod non displicet. Elmenb. Et ego malim cum Colvio in quo (non in hoc, ut ait Vulc.) inerant. Barth. l. supra cit. coniecit eruerant pro eruperant. Oud.—9 Dux in urbe, dux in ex. Scribendum, lex in ur. d. i. e. ἐν πόλει δὲ νόμος, ἐν στρατοπέδῳ δὲ ἡγεμὼν.

## NOTE

vult diurno aut diuturno. D. August. lib. iv. De Civitate Dei habet divino: nihil itaque muto. 'Divinum incendium Ætnæ' recte dixit. Ut enim Poëtarum fragmenta præteream de Vulcani et Cyclopi in illo monte fornacibus, aliquid semper divini hisce Naturæ prodigiis inesse credidit antiquitas, et horrendas ejusmodi clades

plerumque esse θεωμήτρου.

° In quo periculi vertice] 'Vertex' hic vel 'summum' et 'extremum' sonat, sicut in Interpretatione expressi, vel etiam vorticem seu turbidinem periculi, hoc est, periculum quod imminet a vorticosis illis ignitæ materiæ torrentibus: minus tamen arri-det posterior explicatio.

ceteris ærumnosum,<sup>1</sup> et multiplex, et curarum innumera-  
bilium videtur esse hoc ipsum, alicujus officii principem  
fieri; Deo vero nec tristis, nec onerosa est imperii sui  
cura. Namque nobis circumfert et regit cunctas formas  
naturasque, quas diversis regionibus commovet,<sup>2</sup> ut est  
lex<sup>3</sup> civitatis semel promulgata, perpetuis observationum  
rationibus fixa, ipsa quidem immutabilis, at ejus arbitrio<sup>4</sup>  
parentium mentes agitantur, nutuque ejus et dominatione  
flectuntur: et scitis ejus<sup>5</sup> magistratus tribunalia, prin-  
cipia<sup>6</sup> milites frequentabant,<sup>7</sup> [750] recuperatores<sup>6</sup> ju-

*imperator in exercitu: excepto quod, hoc ipsum, præponi alicui muneri, videtur reliquis esse molestum, et variarum, ac innumerarum sollicitudinum: at curatio imperii Dei neque sollicita est, neque gravis ipsi. Natura enim producit circa nos, et gubernat omnes species quas adducit ex diversis locis, ipsa remanens immobilis, quemadmodum est lex civitatis semel publicata, confirmata observatione continua, quæ est ipsa quidem invariabilis, verum animi obedientium illi morantur pro ejus libitu, ac inflectuntur ejus arbitrio, et imperio: atque ex ejus placitis Magistratus adibunt tribunalia, milites principia: recuperatores præerunt judiciis. Senatores etiam, qui*

Aristoteles. Colv. Ita et Ms. cod. qui sub finem multum a priori integritate discedit. Legendum enim omnino ex Aristotele, *Lex in urbe: et quæ sequuntur hoc ipsum satis declarant: 'ut est Lex civitatis semel promulgata.'* Vulc. Uti Colv. Lips. Vulc. ex Aristotele, et communi sensu emendarunt, extat in Florent. et superscriptum est in Bened. Ceteri Mss. et Edd. priores dux. Oud.—1 Ms. unus pro ærumnosum, habet, *criminosum*: alter: *curiosum*. Sciopp. in Symbola. Fulvii libri, *Criminosum*, vel, *curiosum*, male. In Aristotele est, *καταρτηρόν*. Elmenh.—2 Vid. Not. Var.—3 *Ac ejus arbitrio*. Lege *at ejus arb.* Vulcanius. Edd. ante Vulcan. ac, male et contra Mss. Dein *parens* Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *parentum* Mss. Florent. Vulc. Edd. Ald. &c. Colv. Vulc. pr. sec. Wow. sed *parentium* dant bene Bened. Voss. cum Edd. seqq. sive subjectorum. Vide ad l. i. de Dogm. Plat. sub f. Oud.—4 Quod in Ed. quadam invenisse videtur Floridus, *et ut in scitis ejus*, unde habeat nescio. Sed *et scitis ejus* bene habent Mss. Bened. Voss. Vulc. cum Edd. ante Elmenh. Sed Mss. Fulv. Florent. *et ut scitis*, i. e. quasi, vel sicuti legis placitis. Verum istud ut satis abundat. Id.—5 Bened. *principes*, male. Notissimum est, quæ sint *principia* in exercitu. Id.—6 Bened. *imperatores*.

## NOTE

<sup>1</sup> Quas diversis regionibus [commo-  
vens:] commovet, ut est lex, &c.] Non  
bene cohere thic locus. Reponit Vul-  
canius, *quas diversis regionibus commo-  
vet ipsa manens immota: ut est lex, &c.*  
quod melius quadrat. Secutus sum  
Vulcanii emendationem in Interpre-  
tatione.

<sup>2</sup> Et scitis ejus [et ut in scitis ejus,  
&c.] Emendo, et ut ex scitis ejus, hoc

est, ex ejus jussu et placitis.

<sup>3</sup> Principia milites frequentabant]  
Principia locus erat in castris, ubi  
Imperatoris tabernaculum erat, quo  
conveniebant milites Imperatoris jus-  
sa excepturi, et causam (si usus ve-  
nisset) dicturi. Quintilianns initio  
declamationis pro milite, sed neque  
hoc Mars parens, nec signa militaria  
aquilæque victrices, nec tua, summe

diciis præsidebunt: decuriones, et quibus est jus dicendæ sententiæ,<sup>6</sup> ad consessum<sup>7</sup> publicum commeabunt: et alius<sup>8</sup> ad Minutiam frumentatum venit:<sup>9</sup> et aliis in iudiciis dies dicitur: reus purgandi se necessitate,<sup>9</sup> insectandi studio accusator venit: ille moriturus ad supplicii locum ducitur: hic ad convivii repotia et vespertinus<sup>7</sup> comesator adventat.<sup>1</sup> Sunt et publicarum epularum apparatus,

*habent jus sententia ferenda, convenient ad consessum publicum: atque etiam alius il ad portam Minutiam conquistum frumenta: et assignatur aliis dies ad iudicia: accusatus venit necessitate se defendendi, sicut accusator cupiditate ipsam persequendi: hic trahitur ad locum pœnarum moriturus: ille, qui comesatus fuerat pridie vesperi, advenit ad repetitionem epularum. Sunt etiam ornatus conviviorum publicorum; sternuntur pulvinaria Deorum, et aguntur*

Id.—7 Al. consensum.—8 Absent copula a Bened. Bene. Oud.—9 Vid. Not. Var.—1 Laudat paulo aliter Jos. Scaliger ad v. Manil. sic: *Hic ad convivium, et repotia vespertinus comes satur adv.* Colvius. Ms. Bened. *ad convivium et repotia*, ut citat Scal. Sed in Apol. 'repotia cœnæ.' V. Heins. Advers. lib. iv. c. 7. Voss. sec. *convivii repotia*. Dein et *vespertinus* habent Mss. et Edd. præter Scalig. d. l. Wower. ac Florid. quod præfero, nisi malis etiam. Tum Edd. vett. *comesator*. Sed aliter Mss. ut reposuit Elm. De 'Repotiis' vide Vulcan. ad l. l. in Ed. pr. et Juret. ad Symmach. lib. vii. c. 19. 'Post

## NOTE

Imperator, divina virtus sinat, ut tu quoque sententia quisquam vir et Romanus et miles nimium pudicus sit, apud quem ante principia agendum est.'

<sup>6</sup> *Recuperatores*] Hi iudices erant, qui de rebus privatis recipiendis reddendisque cognoscebant, a Prætoribus dati.

<sup>7</sup> *Decuriones*] Decuriones hic intellege, non militares illos denis equitibus præfectos, sed municipiorum Senatores, qui Decurionum nomine appellabantur, ut jam alibi observavimus.

<sup>8</sup> *Et alius ad Minutiam frumentatum venit*] Minutia porta fuit Romæ, aut regio. Duplicem memorant Victor, et Sextus Rufus, 'Veterem' nempe, et 'Frumentariam,' de qua hic. Utræque fuit regione nona urbis ad Circum Flaminium. Ad Minutiam Frumentariam tesseras frumentarias populo ab annonæ procuratoribus gratis

distribui solitas existimat Lipsius, unde Frumentaria dicta: quin et Minutiæ nomen idem existimat ei impositum a Minutio primo rei frumentariæ præfecto. Vide ipsum Electorum lib. i. cap. 8. Inscriptionem antiquam refert Elmenhorst.

PROCURATOR MINUTIAE,  
PROC. ALIMENTORUM,

PER TRASPADUM, HISTRIAM, &c.

Porro, quod hic Apuleius ex Romanorum moribus dixit de frumentatione ad Minutiam, id Aristoteles, ex moribus Atheniensium loquens, de Prytaneo dicit, ubi bene de Republica meriti publicitus alebantur. Aristot. verba καὶ ὁ μὲν τις ἐς τὸ πρυτανεῖον βαδίζει σαρραφύεως.

<sup>9</sup> *Hic ad convivii repotia et vespertinus, &c.*] Joseph. Scaliger ad l. v. Manilii sic laudabat hunc locum: 'hic ad convivium et repotia vespertinus comesatur adventat.' Ego nihil mutaverim. Expunxerim tantum e tex-

et lectisternia Deorum,<sup>\*</sup> et dies festi, ludi scenici,<sup>†</sup> [751] ludique Circenses.<sup>‡</sup> Diis sacrificatur, Geniis ministratur; obitis libatione profunditur,<sup>§</sup> aliusque alio fungitur munere: parentque omnes<sup>||</sup> jussis legum et communis imperii. Videasque illam civitatem pariter spirantem Panchæis<sup>¶</sup> odoribus, et graveolentibus<sup>|||</sup> cœnis; resonantem<sup>|||</sup> hymnis

*dies festi, et ludi theatrales, ac ludi Circenses. Sacrum fit Diis, apponuntur dapes Geniis, mortuis fit libatio, atque alius aliud officium exequitur: et universi obediunt præceptis legum ac imperii publici. Cerneresque urbem illam simul exhalantem odores Panchæos, et teterrimum odorem lutorum: resonantem hymnis*

~~~~~

repotia.' *Oud.*—2 Vid. Not. Var.—3 Abest Bened. *Oud.*—4 Rom. et Ald. male hanc vocem inducunt. *Elmenhorstius.* Immo omnes ante Junt. post. male. Vide Vulc. h. l. et Heins. ad Ovid. Met. x. 307. Lactant. de Phœnice vs. 81. 'odores Quos aut Pygmææ gentes, aut India carpit.' ubi scribe *Panchæa*: Pygmæi enim licet a quibusdam in India collocentur, nusquam traduntur herbas legere odoriferas. *Oud.*—5 Al. *graveolentibus*.—6 Edd. ante

NOTE

tu particulam *et*, legerimque, *hic ad convivii repotia vespertinus comessator adoentat*; ut sit sensus, hunc, qui pridie vesperi laute epulatus fuerit et comessatus, mane redire ad repetitionem convivii, dictam 'repotia' a 'repotando.'

^{*} *Et lectisternia Deorum*] Mos erat Romanis, ut nonnunquam placandæ Deorum iræ causa convivia in templis appararentur, lectique sternerentur Diis tanquam epulatoris, quod lectisternium dictum. Deabus vero sella tantum. Valer. Maxim. lib. ii. cap. 1. 'Fœminæ cum viris cubantibus sedentes cœnabant: quæ consuetudo ex hominum convictu ad divina penetravit: nam Jovis opulo, ipse in lectulum, Juno et Minerva in sellas ad cœnam invitantur.' Has epulas et hæc lectisternia indicabant septemviri epulones.

[†] *Ludi scenici*] Hi in theatro peragebantur ab histrionibus: instituti primum Romæ anno ab Urbe condita 389. C. Sulpitio Petico, C. Licino Stolone Coss. ut refert T. Livius. Ludorum scenicorum species, Trago-

dia, Comœdia, Satira, et Mimusi.

[‡] *Ludique Circenses*] Horum nomine intelliguntur tum qui in Circo, tum qui in Amphitheatro exhibebantur ludi, qualia erant varia certamina ferarum, Gladiatorum, pugnæ, cæstibus, &c. Lucta, Saltatio, Jaculatio discorum, sagittarum, &c. Decursio equestria, Aurigatio, Naumachia, &c. Plura vide apud antiquitatum Rom. scriptores.

[§] *Obitis libatione* [*obitis libatio*] *profunditur*] Sic *Elmenhorstius* legit, interpretaturque *obitis, mortuis*. Alii eodem sensu legunt *obitis*. Quicquid ait, vocabulum hoc *Apuleio* peculiare est, nec apud alium quenquam auctorem memini me legisse. *Colvius* habet, *alius libatione profunditur*, quod etiam immutandum censet, legendumque *perfunditur*, loco *profunditur*. At certe non est hæc *Apuleii* mens. De mortuis omnino intelligendus est locus hic. Exprimit enim hæc *Aristoteli* verba: καὶ χαλὰ κενυμένους, et sic optime consentit cum veteri more libandi mortuis.

et carminibus et canticis; eandem etiam lamentis et plorantibus ejulantem.⁷ Ad hunc modum⁸ res agi et in mundo aestimemus. Lex illa vergens ad æquitatis tenorem⁹ sit Deus, nulla indigens correctione¹ mutabili. Quippe sicut mundi² universitas regitur, dum speculatur ad omnia rector ejus, atque immutabiliter incumbit, spargiturque³ vis illa seminibus inclusa⁴ per naturas omnium speciesque et genera digesta; sic faciles vitium⁵ lapsus, et palmarum ardua, persicorum rubor,⁶ levitas mali⁷ gignitur, et dul-

et versibus, ac cantilenis: atque eandem ululantem lamentationibus et ejulantibus. Existimemus res geri in orbe hoc pacto. Illa lex, quæ tendit ad conservationem justitiæ, sit ipse Deus, qui nulla eget correctione variabili. Etenim quemadmodum totus Mundus gubernatur, dum ejus gubernator observat, et intentus est invariabiliter ad universa, atque illa virtus contenta seminibus diffunditur distributa per naturas speciesque ac genera singulorum; ita facile serpunt vites, et assurgunt palmæ, et rubescunt persica mala, et mitescunt mala, et fici dulcescunt, atque illa ligna, quæ

Vulcan. contra Mss. et res. Oud.—7 Ed. Vic. *ejulantem*. Falv. *ululantem*: quæ verba commutantur quoque lib. iv. Met. 'ulnabili cum plangore.' Id.—8 *Et ad hunc modum, &c.* Td *Et παρόλκου*. Lege *Ad hunc modum, &c.* Vulc. Delent et Mss. Vulc. et Florent. Sed pro *res agi* in *M.* vere Bened. Vossiani ad h. m. *res agi* et in *M.* sive, etiam. Aristoteles quoque inserit *καὶ καὶ*. Oud.—9 *Lex eadem vergens ad æquitatis tenorem.* Ita emendavi secutus filium verborum Arist. *νόμος ἁποδιδωτός*. Nam in omnibus Edd. corrupte, ut et in V. C. legitur *vel gens*, et τὸ *reducenda* merum est glossema. Vulc. Sic recte Scalig. In Aldo, Flor. et Rom. est, *lex illa vel gens*, insolse. *Elmenhorstius*. Sit. Addidi *Deus* ex Arist. δ *θεός*, atque ita plena est sententia. Vulc. *Lex illa vergens ad æquitatis tenorem sit Deus.* N. Arist. *νόμος μὲν γὰρ ἡμῶν ἁποδιδωτός, δ *θεός*.* Ex quo egregie sic restituit Vulc. et expressit in Ed. tert. non autem Scal. cum ante ineptissime legeretur *lex illa vel gens ad æquit.* t. *reducenda sit*, n. Cic. lib. i. de Nat. D. c. 15. 'Legis perpetuum et æternum vim, quæ quasi dux vitæ, &c. Jovem dicit esse.' In Edd. Vulc. pr. sec. Wow. retentum *reducenda*. Istud *vel gens* habent Mss. O. sed *reducenda* agnoscit nullus, et sit *Deus* diserte habent Florent. Voss. uterque Bened. Lipsius ascripserat *vel mens*, et in vet. Cod. addi *Deus* notarat. Pro illa Vulcanii Cod. eo probante, *eadem*. Tum *terrorum* pro *ten*. Bened. Oud.—1 Bened. *corruptione*. Voss. *correctio*: corrupte: *διόρθωσις* Arist. Id.—2 Lego Q. *sic mundi*. Elmenhorstius.—3 Bened. *sp.* quoque. Elm. in Erratis legendum monet *spargitur*. Oud.—4 Bened. Voss. *incausa*. Id.—5 Prave Ed. Vic. *vicium*. Elm. *virium* sed in Erratis correxit. Id.—6 *Pers. robur*. Legendum omnino, *rubor*, qui convenit Persicia. Vulc. Bened. P. *bobus*. at Voss. sec. *robis*: quod notandum. Adjective *robum* vett. nominarunt, quod rufum est. Hinc bovem rusticum appellarunt *robum*. V. Festum. Oud.—7 Legendum ex Ms. *Levitas mali gignitur et dulcitas fici*. Lenia sunt, quæ Virgilius 'mitia poma' dixit, id est, non acerba aut immatura. Scioppius in *Symbola*. Ms. *lenitas mali*. Lenitas, maturitas. Wowerius. Wower. et Sciopp. *lenitas mali*. Lenia poma, mitia Virgilio. Elmenhorstius. Velim exemplum. Revocavi potius *levitas*, quod habent Mss. mei O. et Edd. vett. sive *levitas*. Sic 'levia pruna,' 'poma' sæpe. Ab externis laudat, ut cetera præcedentia. Oud. At 'dulcitas fici,' quod sequitur, non ad externa pertinet, et *lenitas mali* bene dicitur, ut 'vini lenitas' apud Plin. et passim. *Levitas* tamen sine

ria, vidi⁵ ipse in clypeo Minervæ, quæ arcibus Atheniensibus præsidet,⁶ oris sui similitudinem⁶ colligasse; ita, ut si quis olim artificis voluisset exinde imaginem⁷ separare, soluta compage, simulacri totius⁸ incolumitas interiret. Ad hoc instar mundi salutem tuetur Deus, aptam et revinctam sui numinis potestate. Hujus locum quærimus; qui neque finitimus est terræ contagionibus,⁹ neque tamen

egregium statuarium, coaptavisse imaginem sui vultus in scuto Palladis, quæ præret arcis Athenarum; tali ratione, ut si quis voluisset aliquando avellere inde effigiem fabri, sublatâ connexione partium, tota statua dissolveretur in frustra. Hoc modo Deus conservat incolumitatem Mundi augmentatam, et colligalam virtute sua divinitatis. Investigamus ejus eodem, quæ nec vicina est contactibus terræ, neque

~~~~~

rum.' In Edd. prioribus quoniam. Id.—5 Vide. Sic habent Mss. O. cum Edd. Junt. post. Vulc. et Elm. Reliquæ Edd. vidi, et forsitan rectius ut p. 729. 'Vidi et ipse apud Hierapollin.' Id.—6 Oris similitudinem. Oris sui similitudinem τὸ τοῦ αὐτοῦ πρόσωπον ἐντυπώσασθαι. Colo. Vet. eod. legit oris sub. et legendum omnino oris sui, hoc est, vultus sive faciei suæ imaginem. Vulc. Leid. oris subsimilitudinem. Vera lectio: oris sui similitudinem. Cicero Tuscul. Quæst. 1. 'Phidias sui similem speciem inclusit in clypeo Minervæ, cum inscribere non liceret.' Elmenh. Recte oris sui sim. rescripsit Elm. cum seqq. Bened. oris multitudinæ. Reliqui Mss. et Edd. carent τῷ sui. Oud.—7 Si quis olim artificum vol. ex. imag. Vet. eod. legit, artificis, et quidem rectissime. Phidias scilicet artificis, vel significis, velut Apul. eum vocat, *factoris* imaginem. Vulc. Elm. et seqq. ediderunt artificis. Reliqui artificum. sed Aristot. modo εἰ τις βούλοιοτο. Oud.—8 Simulac totius. Simulac hoc loco nova significatione usurpare videtur Apul. pro, 'pariter etiam.' Vulc. Vulgati inepte simulac totius. Elmenhorstius. Mss. O. et Edd. vet. cum Elmenh. &c. simulacri. In Colvil Ed. sine dubio typhothetarum culpa prius simulac editum, quod miror retentum a Vulc. et Wow. sine sensu, quem dare frustra vult Vulc. Oud.—9 Et terræ contagionibus. Edd. veteres, cum rerum contag. Aristot. πλὴν ὅττι μέγας ὄν, ἐνθα ἡ γῆ τε καὶ ὁ θαλερός ὄντος τόπος. Colo. Vet. eod. ita legit H. l. q. qui neque finitus est terræ contagionibus: in qua lectione recte omissa est conjunctio et, quæ omnino in vulgatis Edd. sensum turbat, sed pro finitus legendum omnino censuerim finitimus: sensu plano. Vulc. Ms. qui neque tamen medius finitimus est terræ contagionibus. Unde (quod et Vulcanio placere video) aspicer legendum: qui neque finitimus est terræ contagionibus, neque tamen medius i. a. t. Sensu claro promptoque. Edita lectio non usque adeo sana est. Sciopp. in Symb. Flor. neque infimus est: alii q. n. confusus est. Rom. qui neque infimus est, cum rerum contagionibus, neque in aëre turbido. Elmenhorstius. Vulcanii conjecturam recepere seqq. et confirmat eam vehementer Ms. Fulv. In Edd. ante Ald. legas qui neque infimus est cum rerum

#### NOTE

tius operis conservatur. Porro hoc Phidias solers inventum membrant etiam Tzetz. Chiliad. 8. historia 192. Pausanias, lib. vii. Arnobius, contra Gentes, lib. vi. sed et Cicero Tuscul. Quæst. lib. i. 'Phidias sui similem

speciem inclusit in clypeo Minervæ, cum inscribere non liceret.'

<sup>6</sup> Quæ arcibus Atheniensibus præsidet! Hujus templum etiamnum visitur in Acropoli Athenis, integrum pæne ab injuria temporum servatum.

medius in aëre turbido, verum in mundano fastigio, quem Græci *ὄψων* recte vocant,<sup>1</sup> ut qui sit altitudinis finis:<sup>2</sup> etiam iidem<sup>3</sup> illa ratione<sup>4</sup> *ὄλυμπος* nominant; [747] quem ab omni fuscitate<sup>5</sup> ac perturbatione vident liberum. Neque enim caliginem nubium recipit,<sup>6</sup> vel pruinas vel nives<sup>6</sup> sustinet, nec pulsatur ventis, nec imbris cæditur. Hæc enim nec Olympo, qui est celsitudinis summæ, contingere, poëta<sup>7</sup> his verbis<sup>8</sup> cecinit:

*etiam media in aëre turbulento, sed in culmine Mundi, quod Græci bene appellant ὄψων; quia est terminus altitudinis, iidemque ob eam causam vocant ipsum ὄλυμπος, quod cernunt esse vacuum ab omni caligine et turbulentia. Nam non recipit in se obscuritatem nubium, neque patitur gelicidia, vel nives, neque afflatur ventis, nec feritur pluvii. Nam poëta scripsit his verbis, ea non evenire etiam monti*

contagionibus. Ald. et seqq. qui n. *infimus est et terræ cont.* Mss. Florent. Bened. Voss. uterque, Ed. Elm. carent τῷ qui. Dein *infimus* iidem habent Codd. et carent Florent. Voss. pr. in Bened. est Voss. sec. Putem locum pejus corruptum esse, legendumque Qui neque *infimus est rerum, nec finitimus terræ cont. neque tamen medius*: alii librarii has, alii illas voces omiserunt; sicut *medius* deest quoque in Edd. ante Ald. Alioquin malim *neque confinis est terrarum cont.* Terræ pro tellure ut supra. Oud.—1 Quem Gr. τὸν γ' ὄψων, id est *cælum* r. v. Illud τὸν γ' abundat, et quod sequitur, id est *cælum*, merum glossenia est: ut neque in Ms. codice legitur. Nam id quod statim subiungit Apul. ut qui sit altitudinis finis, explicat etymon vocis ὄψων, quod nimirum sit ὅπος τῶν ἔσων ex Aristotelis veriloquio: quæ quidem etymi explicatio Voci 'cæli' nequaquam convenit. Vulc. Recte Vulc. et seqq. confirmantibus Mss. Florent. Bened. Voss. utroque, Fulv. In Edd. prioribus τὸν ὄψων id est *cælum*. Colv. τὸν γ', &c. Bened. vinum. Voss. sec. *uranion*. Oud.—2 Fulv. et ut q. s. a. f. pervideatur. Florent. quoque addit *pervideatur*. Aristot. ἐρώμενος ἀπὸ τοῦ ὅπου εἶναι τῶν ἔσων. Forsan *finis, nec pervideatur*. Sic enim passim de cælo summo Anctor. Is enim corporis oculis non cernitur, sed mentis acie investigatur. Vide de Deo Socr. et init. hujus lib. Id.—3 Et *iidem*. Lege cum Florent. Fulv. Voss. ntroque *etiam* *iidem*. Id.—4 Sic Fulv. Florent. Bened. Voss. non ea. Bened. *rationem*. Id.—5 Bened. *recepit*. Id.—6 Sic e Florent. Elm. Scriv. Flor. Reliqui Mss. et Edd. et *nives*. In Bened. et *nubes* male. Id.—7 Hæc enim de Olympo q. e. c. *summa poëta*. Vet. cod. Hæc enim *nes* Olympo qui est celsitudinis summæ, contingere poëta, &c. Hæc enim quæ recensuit effecta τῶν ἀναθυμιάσεων Olympo non accidunt, teste Homero. Vulc. *Contingere*. Male hæc vox abest a Rom. et Aldino codice. Emenh. Optime reposuit Vulc. cum seqq. e Ms. suo, cui accedunt omnes, nisi quod in Bened. sit *Olympum*, non male pro eo evadere. Edd. priores de Olympo, aine verbo *contingere*. Oud.—8 Ed. Vulc. sec. caret *his*. Id.—9 Vitiose ὅδους

## NOTE

<sup>1</sup> ὄψων recte vocant, ut qui sit altitudinis finis] Aristoteles hic ὄψων dictum affirmat, quod sit terminus eorum quæ sunt superne, ἀπὸ τοῦ ὅπου εἶναι τῶν ἔσων.

Delph. et Var. Clas.

<sup>2</sup> ὄλυμπος nominant, quem ab omni fuscitate, &c.] Aristot. Ὀλυμπος δὲ (καλούμεν) ὁλον δολαμπή, καὶ παντὸς ζόφου καὶ ἀτάκτου κινήματος κεχωρισμένον. 'Olympum vero (dicimus) tan-

Apul.

4 M



easdem<sup>7</sup> sublimitates regionum tenent, astra coelestia, et mundi lumina: ac merito illis licet ordine<sup>8</sup> perpetuo frui, nec diversis etsi spatiis temporibusve observantissimam<sup>9</sup> legem suorum aliquando itinerum mentiuntur.<sup>1</sup> Terrena omnia mutationes et conversiones,<sup>a</sup> postremo interitus habent. Namque immodicis<sup>1</sup> tremoribus<sup>b</sup> terrarum dissiluisse<sup>4</sup> humum, et interceptas [748] urbes cum populis, sæpe cognovimus. Audivimus<sup>5</sup> etiam, abruptis imbribus prolutas esse totas regiones. Illas etiam,<sup>6</sup> quæ prius fuerint continentes, hospitibus atque advenis fluctibus<sup>7</sup> insu-

tiora omnibus, habent easdem altitudines locorum, puta sidera coelestia, ac faces mundi: et jure quidem illis datum est, ut servant ordinem æternum, neque adulterant unquam accuratissimam legem suarum viarum variis intervalis temporum. Universa terrestria patiuntur mutationes, et conversiones, ac denique obitus. Sæpe enim accepimus humum disjectam esse vehementioribus terræ motibus, ac civitates una cum incolis fuisse absorptas. Accepimus quoque totas provincias subversas esse pluvii effusissimis. Illas etiam, quæ ante fuerant continentes, factas esse insulas

~~~~~

Ald. præstantia. Oudendorp.—7 Florent. eadem. Ed. Vulc. pr. ejusdem. Idem.—8 Mss. Bened. Voss. il. or. lic. Edd. aliquot lic. il. or. Idem.—9 *Diversis ea in spatiis temporibusque obs.* Ms. quidam: *diversis et inasperatis observ.* Alius vero codex: *diversis spatiis temporum*: quod placet. Sciopp. in *Symb.* *Diversis spatiis temporum* edidit quoque cum seqq. Elm. auctoritate cod. Florentini. Bened. solum *diversis temporibus*. Voss. sec. *diversis et in spatiis temporibus*. Edd. vett. *div. ea in spatiis temporibus* usque ad Wower. qui exclusit in. Lege potius *nec diversis etsi spatiis temporibus*. Oud.—1 *Metiuntur*. Legendum omnino est *mentiuntur* apertissimo sensu; Astra in summa diversitate spatiorum et temporum nunquam mentiri legem suorum itinerum, hoc est, perpetuo observare unum atque eundem sui cursus tenorem. Vulc. Optime, invitis licet Mss. ut quisque facile videt, et ideo a seqq. uno animo recepta est ista Vulcani emendatio. Bened. *metit.* Sed male Edd. Vulc. Wow. *observatissimam*. Construendum est 'legem observantissimam suorum itin.' ut 'observantissimus æqui,' &c. Oud.—2 Caret copula Bened. *Id.*—3 *Namque immodicis, &c.* Locus hic totus usque ad, *In quo periculi vertice, &c.* citatur B. Augustino l. iv. c. 2. de Civit. Dei et quo meliores aliquot vulgatis lectiones hausimus, quas etiam exprimi jussimus. Sic hic pro *dissiluisse humum*, male Edd. aliæ *dissolvissse humum* hactenus habuerunt. Colv. Hæc usque ad *occupati* desunt Edd. ante Junt. poster. etiam ab Aldina; cum tamen agnoscant Mss. O. et Augustinus magnam hujus loci partem ex Apuleii libro de Mundo citaverit. Oud.—4 Inepte Edd. ante Colv. *dissolvissse* contra Mss. et Augustin. Passim dissilire humus dicitur vel tremore terræ, vel vi aquarum et tempestatum. *Id.*—5 Edd. Vulc. Wow. ex ejus cod. *audimus*: male. Mox pro *esse totas* Voss. t. *esse*. *Id.*—6 *Illas enim*. Legendum omnino, *Illas etiam, &c.* Vulc. Recte, consentientibus Mss. et August. Bened. *illa*. Oud.—7 Eleganter, ex eod. August. Vulgo ante, *adversis fluctibus*. Colvius. Vet. cod. legit *adversis fluctibus*, minus meo judicio recte. *Insulæ* vero vertens Apul. quas Aristoteles ait *ρεθλαττομενῶν*, in-

NOTÆ

^a Namque immodicis tremoribus, &c.] Vide Plin. lib. II. cap. 80. et seqq.

latas;ⁱ alias,⁸ desidia maris, pedestri accessu⁹ pervias factas.^k Quid? qui ventis et procellis¹ civitates eversas esse meminerunt? quid? cum incendia de nubibus emicarunt,² cum Orientis regiones Phaëthontis ruina,¹ ut quidam putant, conflagratæ perierunt? In Occidentis plagis scaturigines ignis quædam ac proluviones^m easdem strages dederunt. Sic ex Ætnæ verticibus quondam effusis crateribus, per declivia, incendio divino,ⁿ torrentis vice,³ flam-

novis atque extraneis undis; alias pigris maris patefactas itineri pedestri. Quid? quot scriptores memorant urbes fuisse destructas flatibus et turbinibus? quid? quando ignes exilierunt ex nubibus, quando Orientales plagæ interierunt incensæ casu Phaëthontis, quemadmodum nonnulli existimant? Quædam eruptiones ac diluvia excitaverunt easdem clades in regionibus Occidentalibus. Ita divina conflagratione, fluvii flammarum instar torrentis olim delapsi sunt per loca declivia ex cacuminibus

~~~~~

nnit non mari obrutas, sed a continente abruptas, et mari cinctas. Vulcanius. Eleganter ex Augustino correxit Colv. ut habent Mss. Bened. Florent. Adveris Voss. Oudendorp.—8 Malim legere, insulas desidia maris, &c. sensu non incommodo, et ad mentem Aristotelis quam proxime accedente: ut nimirum intelligamus continentes insulas, insulas continenti adjectas. Vulcanius. Frustra, licet insulas habeat Ed. Vulc. tert. Sed Mss. O. cum Augustino alias. Oud.—9 Ed. Junt. post. accessa: male. Dicitur pro accessui. Vide ad Met. l. 1. p. 23. 'Ingressu stabulum.' Id.—1 Voss. sec. quid? quæ v. ac procellis. Bened. vero Quid ventis et procellis, &c. enumeremus: quod sane multo est elegantius. Suet. Aug. c. 51. 'Ne enumerem, quot et quos diversarum partium,' &c. Vide me ib. c. 70. Augustin. tantum ventis ac procellis eversas esse civit. Idem.—2 Bened. emicarent et Phetontis pro Phaëthontis, Voss. fetontis. Idem.—3 Sic hic locus ex eodem D. August.

#### NOTE

<sup>i</sup> Illas etiam, quæ prius fuerint continentes, hospitibus atque advenis fluctibus insulas] Sic, teste Plinio, lib. 11. cap. 28. mare avellit Siciliam Italiam, Cyprum Syriam, Eubæam Boeotiam, Eubæam Atalantem et Macrin, Bæbycum Bithyniam, Leucosiam Sirenum promontorio. Pythag. apud Ovid. lib. xv. Metamorphos. 'Lencada continuum veteres habuere coloni, Nunc freta circumeunt. Zancle quoque juncta fuisse Dicitur, Italiam donec confinia pontus Abstulit, et media tellurem propulit unda.'

<sup>k</sup> Alius, desidia maris, pedestri accessu pervias factas] Sic Hybanda insula quondam Ioniam, nunc ducentis stadiis abest a mari, et Epidauros et

Oricum insulam esse desierunt, teste eodem Plinio, cap. sequenti. Ovid. prædicto loco: 'Fluctibus ambitæ fuerant Antissa Pharosque, Et Phœnissæ Tyros, quarum nunc insula nulla est.' Vide totum illum Ovidii locum.

<sup>1</sup> Phaëthontis ruina] Vide Ovid. l. 11. Metamorphos.

<sup>m</sup> Scaturigines quædam ac proluviones, &c.] Vulcanius addebat, ignis e terra, et legebat, scaturigines quædam ac proluviones ignis e terra easdem strages dederunt, non male. Apuleius enim hic non de aquarum diluviis intelligendus est, (de his enim superius egit,) sed de ignitæ materiæ torrentibus: ut patet ex iis quæ sequuntur.

<sup>n</sup> Incendio divino] Elmenhorst. ma-

marum flumina <sup>4</sup> cucurrerunt. In quo periculi vertice <sup>o</sup> egregium pietatis meritum fuisse cognovimus. [749] Namque eos, qui principio fragoris terri, sensum tamen clementiæ misericordiæque retinebant, et grandævos <sup>5</sup> parentes ereptos volucris clade <sup>6</sup> suis cervicibus sustinebant; illa flammaram fluentia divino separata discidio, <sup>7</sup> quasi duo flumina ex uno fonte manantia, locum illum ambire maluerunt obsidione innocenti, in quo inerant boni bajuli, <sup>8</sup> religiosi sarcinis occupati. Postremo, quod est in triremi gubernator, in curru rector, præcentor in choris, lex in urbe, dux in exercitu, <sup>9</sup> hoc est, in mundo Deus: nisi quod

*Ætnæ, exundantibus ejus crateribus. In quo extremo discrimine didicimus fuisse præclaram mercedem pietatis. Illa enim flumina flammaram divisa divina separatione, tanquam duo amnes fluentes ex eadem scaturigine, maluerunt circumdare innocentia obsidione cum locum, ubi erant illi, qui, terre facti initio fragoris, servabant nihilominus sensum mansuetudinis et commiserationis, et portabant suis humeris parentes suos grandes natu, quos subtraxerant celeri illi stragi. Quippe erant in eo loco pii gestatores onusti sacris ponderibus. Denique Deus idem est in orbe, quod gubernator est in navi, auriga in curru, præcentor in choris, lex in civitate,*

restitutus. Vulgabatur, Divino modo per declivia currentis vice. Sed etiam jamdudum Canterus noster, torrentis vice legendum conjecit. Colvius. Flor. divino modio. Basil. divino modo. Lego i. diurno vel diurno. Elmenhorstius. Statim rursus divino separata discidio. Cur non utrobique emendemus in odio divino, sive ex Deorum odio incendio orto? Bened. Voss. divino modio per declivia vel in odio. Eo ordine etiam Vulc. Quod conjecit Elmenh. ut et Lipsius incendio diurno vel diurno: non placet. Oud. Torrentis vice. Sic recte Canter. l. i. Var. Lect. c. 8. cum Colv. et seqq. Ex August. et consentiunt membræ Florent. Vulc. In Mss. reliquis et Ed. prioribus inepte currentis v. Id.—4 Deest ultima vox in Bened. Id.—5 Bened. caret copula. Id.—6 Num lubrica cladé? Colvius. Frustra, et minus bene. Oud.—7 Vulgo dissidio.—8 Malim, in quo erant bon. ba. Adi Aristotelem. Colv. Non displicet emendatio Colvii, qui legit, in hoc erant, scilicet, ambitu flammaram. Vulc. Colvius, in quo erant b. d. Quod non displicet. Elmenh. Et ego malim cum Colvio in quo (non in hoc, ut ait Vulc.) inerant. Barth. l. supra cit. conjecit eruerant pro eruperant. Oud.—9 Dux in urbe, dux in ex. Scribendum, lex in ur. d. i. e. ἐν πόλει δὲ νόμος, ἐν στρατιᾷ δὲ ἡγεμὼν.

## NOTE

vult diurno aut diurno. D. August. lib. iv. De Civitate Dei habet divino: nihil itaque muto. 'Divinum incendium Ætnæ' recte dixit. Ut enim Poëtarum fragmenta præteream de Vulcani et Cyclopi in illo monte fornacibus, aliquid semper divini hisce Naturæ prodigiis inesse credidit antiquitas, et horrendas ejusmodi clades

plerumque esse θεοπέπρωτος.

<sup>o</sup> In quo periculi vertice] 'Vertex' hic vel 'summum' et 'extremum' sonat, sicut in Interpretatione expressi, vel etiam vorticem seu turbinem periculi, hoc est, periculum quod imminebat a vorticosis illis ignitæ materiæ torrentibus: minus tamen arripet posterior explicatio.

ceteris ærumnosum,<sup>1</sup> et multiplex, et curarum innumera-  
bilitum videtur esse hoc ipsum, alicujus officii principem  
fieri; Deo vero nec tristis, nec onerosa est imperii sui  
cura. Namque nobis circumfert et regit cunctas formas  
naturasque, quas diversis regionibus commovet,<sup>2</sup> ut est  
lex<sup>3</sup> civitatis semel promulgata, perpetuis observationum  
rationibus fixa, ipsa quidem immutabilis, at ejus arbitrio<sup>4</sup>  
parentium mentes agitantur, nutuque ejus et dominatione  
flectuntur: et scitis ejus<sup>5</sup> magistratus tribunalia, prin-  
cipia<sup>6</sup> milites frequentabunt,<sup>7</sup> [750] recuperatores<sup>6</sup> ju-

*imperator in exercitu: excepto quod, hoc ipsum, præponi alicui muneri, videtur reliquis esse molestum, et variarum, ac innumerarum sollicitudinum: at curatio imperii Dei neque sollicita est, neque gravis ipsi. Natura enim producit circa nos, et gubernat omnes species quas adducit ex diversis locis, ipsa remanens immobilis, quemadmodum est lex civitatis semel publicata, confirmata observatione continua, quæ est ipsa quidem invariabilis, verum animi obedientium illi moventur pro ejus libitu, ac inflectuntur ejus arbitrio, et imperio: atque ex ejus placitis Magistratus adibunt tribunalia, milites principia: recuperatores præerunt judiciis. Senatores etiam, qui*

Aristoteles. Colv. Ita et Ms. cod. qui sub finem multum a priori integritate discedit. Legendum enim omnino ex Aristotele, *Lex in urbe: et quæ sequuntur hoc ipsum satis declarant: 'ut est Lex civitatis semel promulgata.'* Vulc. Uti Colv. Lips. Vulc. ex Aristotele, et communi sensu emendarunt, extat in Florent. et superscriptum est in Bened. Ceteri Mss. et Edd. priores dux. Ond.—1 Ms. unus pro ærumnosum, habet, *criminosum*: alter: *curiosum*. Sciopp. in Symbola. Fulvii libri, *Criminosum*, vel, *curiosum*, male. In Aristotele est, *καταρρητός*. Elmenh.—2 Vid. Not. Var.—3 *Ac ejus arbitrio*. Lege at ejus arb. Vulcanius. Edd. ante Vulcan. ac, male et contra Mss. Dein parens Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Bas. pr. parentum Mss. Florent. Vulc. Edd. Ald. &c. Colv. Vulc. pr. sec. Wow. sed parentium dant bene Bened. Voss. cum Edd. seqq. sive subjectorum. Vide ad l. i. de Dogm. Plat. sub f. Ond.—4 Quod in Ed. quadam invenisse videtur Floridus, et ut in scitis ejus, unde habeat nescio. Sed et scitis ejus bene habent Mss. Bened. Voss. Vulc. cum Edd. ante Elmenh. Sed Mss. Fulv. Florent. et ut scitis, i. e. quasi, vel sicuti legis placitis. Verum istud ut satis abundat. Id.—5 Bened. principes, male. Notissimum est, quæ sint principia in exercitu. Id.—6 Bened. imperatores.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Quas diversis regionibus [commo-  
vens:] commovet, ut est lex, &c.] Non  
bene cohere hic locus. Reponit Vul-  
canius, quas diversis regionibus commo-  
vet ipsa manens immota: ut est lex, &c.  
quod melius quadrat. Secutus sum  
Vulcanii emendationem in Interpre-  
tatione.

<sup>2</sup> Et scitis ejus [et ut in scitis ejus,  
&c.] Emendo, et ut ex scitis ejus, hoc

est, ex ejus jussu et placitis.

<sup>3</sup> Principia milites frequentabunt]  
Principia locus erat in castris, ubi  
Imperatoris tabernaculum erat, quo  
conveniebant milites Imperatoris jus-  
sa excepturi, et causam (si usus ven-  
nisset) dicturi. Quintillanus initio  
declamationis pro milite, 'sed neque  
hoc Mars parens, nec signa militaria  
aquilæque victrices, nec tua, summe

dicibus præsidebunt: decuriones, et quibus est jus dicendæ sententiæ,<sup>6</sup> ad consessum<sup>7</sup> publicum commeabunt: et alius<sup>8</sup> ad Minutiam frumentatum venit:<sup>9</sup> et aliis in judiciis dies dicitur: reus purgandi se necessitate,<sup>9</sup> insectandi studio accusator venit: ille moriturus ad supplicii locum ducitur: hic ad convivii repotia et vespertinus<sup>10</sup> comesator adventat.<sup>1</sup> Sunt et publicarum epularum apparatus,

*habent jus sententiæ ferendæ, convenient ad consessum publicum: atque etiam alius it ad portam Minutiam conquistum frumenta: et assignatur aliis dies ad judicia: accusatus venit necessitate se defendendi, sicut accusator cupiditate ipsum persequendi: hic trahitur ad locum parricidarum moriturus: ille, qui comesatus fuerat pridie vespere, advenit ad repetitionem epularum. Sunt etiam ornatus conviviorum publicarum; sternuntur pulvinaria Deorum, et aguntur*

Id.—7 Al. consensum.—8 Abest copula a Bened. Bene. Oud.—9 Vid. Not. Var.—1 Laudat paulo aliter Jos. Scaliger ad v. Manil. sic: *Hic ad convivium, et repotia vespertinus comes satur ado.* Colvias. Ms. Bened. *ad convivium et repotia*, ut citat Scal. Sed in Apol. '*repotia cœnæ.*' V. Heins. Advers. lib. iv. c. 7. Voss. sec. *convivii crepotia.* Delm et *vespertinus* habent Mss. et Edd. præter Scalig. d. l. Wower. ac Florid. quod præfero, nisi malle etiam. Tum Edd. vet. *comesator.* Sed aliter Mss. ut reposuit Elm. De '*Repotiis*' vide Vulcan. ad l. l. in Ed. pr. et Juret. ad Symmach. lib. vii. c. 19. '*Post*

## NOTE

Imperator, divina virtus sinat, ut tua quoque sententia quisquam vir et Romanus et miles nimium pudicus sit, apud quem ante principia agendum est.'

<sup>6</sup> *Recuperatores*] Hi iudices erant, qui de rebus privatis recipiendis reddendisque cognoscebant, a Prætore dati.

<sup>7</sup> *Decuriones*] Decuriones hic intellige, non militares illos denis equitibus præfectos, sed municipiorum Senatores, qui Decurionum nomine appellabantur, ut jam alibi observavimus.

<sup>8</sup> *Et alius ad Minutiam frumentatum venit*] Minutia porta fuit Romæ, aut regio. Duplicem memorant Victor, et Sextus Rufus, '*Veterem*' nempe, et '*Frumentariam*,' de qua hic. Utraque fuit regione nona urbis ad Circum Flaminium. Ad Minutiam Frumentariam tesseras frumentarias populo ab annonæ procuratoribus gratis

distribui solitas existimat Lipsius, unde Frumentaria dicta: quin et Minutiæ nomen idem existimat ei impositum a Minutio primo rei frumentariæ præfecto. Vide ipsum Electorum lib. i. cap. 8. Inscriptionem antiquam refert Elmenhorst.

PROCURATOR MINUTIAE,  
PROC. ALIMENTORUM,

PER TRASPADUM, HISTRIAM, &c.

Porro, quod hic Apuleius ex Romanorum moribus dixit de frumentatione ad Minutiam, id Aristoteles, ex moribus Atheniensium loquens, de Prytaneo dicit, ubi bene de Republica meriti publicitus alebantur. Aristot. verba καὶ ὁ μὲν τῆς ἐκ τῶν πρυτανῶν βλάβης οὐκ ὀφείλει.

<sup>9</sup> *Hic ad convivii repotia et vespertinus, &c.*] Joseph. Scaliger ad l. v. Manilii sic landabat hunc locum: '*hic ad convivium et repotia vespertinus comesatur adventat.*' Ego nihil mutaverim. Expunxerim tantum e tex-



et lectisternia Deorum,<sup>x</sup> et dies festi, ludi scenici,<sup>y</sup> [751] ludique Circenses.<sup>z</sup> Diis sacrificatur, Geniis ministratur; obitis libatione profunditur,<sup>a</sup> aliusque alio fungitur munere: parentque omnes<sup>j</sup> jussis legum et communis imperii. Videasque illam civitatem pariter spirantem Panchæis<sup>4</sup> odoribus, et graveolentibus<sup>5</sup> coenis; resonantem<sup>6</sup> hymnis

*dies festi, et ludi theatrales, ac ludi Circenses. Sacrum fit Diis, apponuntur dapes Geniis, mortuis fit libatio, atque aliud officium exequitur: et universi obediunt præceptis legum ac imperii publici. Cerneresque urbem illam simul exhalantem odores Panchæos, et teterrimum odorem lutorum: resonantem hymnis*

~~~~~

repotia.⁷ Oud.—2 Vid. Not. Var.—3 Abest Bened. Oud.—4 Rom. et Ald. male hanc vocem inducunt. *Elmenhorstius*. Immo omnes ante Junt. post. male. Vide Vulc. h. l. et Heins. ad Ovid. Met. x. 307. Lactant. de Phœnice vs. 81. 'odores Quos aut Pygmææ gentes, aut India carpit.' ubi scribe *Panchæa*: Pygmæi enim licet a quibusdam in India collocentur, nusquam traduntur herbas legere odoriferas. Oud.—5 Al. *graveolentibus*.—6 Edd. ante

NOTÆ

tu particulam *et*, legerimque, *hic ad convivii repotia vespertinus comessor adventat*; ut sit sensus, hunc, qui pridie vesperi laute epulatus fuerit et comessatus, mane redire ad repetitionem convivii, dictam 'repotia' a 'repotando.'

^x *Et lectisternia Deorum*] Mos erat Romanis, ut nonnunquam placandæ Deorum iræ causa convivia in templis apparerentur, lectique sternerentur Diis tanquam epulaturis, quod lectisternium dictum. Deabus vero sella tantum. Valer. Maxim. lib. ii. cap. 1. 'Fœminæ cum viris cubantibus sedentes cœnitabant: quæ consuetudo ex hominum convictu ad divina penetravit: nam Jovis epulo, ipse in lectulum, Juno et Minerva in sellas ad cœnam invitantur.' Has epulas et hæc lectisternia indicabant septemviri epulones.

^y *Ludi scenici*] Hi in theatro peragebantur ab histrionibus: instituti primum Romæ anno ab Urbe condita 389. C. Sulpitio Petico, C. Licinio Stolone Coss. ut refert T. Livius. Ladorum scenicorum species, Tragæ-

dia, Comœdia, Satira, et Mimus.

^z *Ludique Circenses*] Horum nomine intelligantur tam qui in Circo, tam qui in Amphitheatro exhibebantur ludi, qualia erant varia certamina ferarum, Gladiatorum, pugnis, cæstibus, &c. Lucta, Saltatio, Jaculatio discorum, sagittarum, &c. Decursio equestris, Aurigatio, Naumachia, &c. Plura vide apud antiquitatum Rom. scriptores.

^a *Obitis libatione* [*obitis libatio*] *profunditur*] Sic Elmenhorstius legit, interpretaturque *obitis, mortuis*. Alii eodem sensu legunt *obitis*. Quicquid sit, vocabulum hoc Apuleio peculiare est, nec apud alium quemquam auctoritatem memini me legisse. Colivius habet, *alius libatione profunditur*, quod etiam immutandum censet, legendumque *perfunditur*, loco *profunditur*. At certe non est hæc Apuleii mens. De mortuis omnino intelligendus est locus hic. Exprimit enim hæc Aristotelis verba: *καὶ χαλὰ κενυμένων*, et sic optime consentit cum veteri more libandi mortuis.

et carminibus et canticis; eandem etiam lamentis et plorantibus ejulantem.⁷ Ad hunc modum⁸ res agi et in mundo aestimemus. Lex illa vergens ad æquitatis tenorem⁹ sit Deus, nulla indigens correctione¹ mutabili. Quippe sicut mundi² universitas regitur, dum speculatur ad omnia rector ejus, atque immutabiliter incumbit, spargiturque³ vis illa seminibus inclusa⁴ per naturas omnium speciesque et genera digesta; sic faciles vitium⁵ lapsus, et palmarum ardua, persicorum rubor,⁶ levitas mali⁷ gignitur, et dul-

et versibus, ac cantilenis: atque eandem ululantem lamentationibus et ejulatibus. Existimemus res geri in orbe hoc pacto. Illa lex, quæ tendit ad conservationem justitiæ, sit ipse Deus, qui nulla eget correctione variabili. Etenim quemadmodum totus Mundus gubernatur, dum ejus gubernator observat, et intentus est invariabiliter ad universa, atque illa virtus contenta seminibus diffunditur distributa per naturas speciesque ac genera singulorum; ita facile serpunt vitæ, et assurgunt palme, et rubescunt persica mala, et mitescunt mala, et fici dulcescunt, atque illa ligna, quæ

Vulcan. contra Mss. et res. Oud.—7 Ed. Vic. ejulantem. Falv. ululantem: quæ verba commutantur quoque lib. iv. Met. 'ulnlabili cum plangore.' Id.—8 Et ad hunc modum, &c. Τὸ ἔτι παρόμοιον. Lego Ad hunc modum, &c. Vulc. Delent et Mss. Vulc. et Florent. Sed pro res agi in M. vere Bened. Vossiani ad h. m. res agi et in M. sive, etiam. Aristoteles quoque inserit καὶ. Oud.—9 Lex eadem vergens ad æquitatis tenorem. Ita emendavi secutus filium verborum Arist. νόμος ὁμοῦ λόγου. Nam in omnibus Edd. corrupte, ut et in V. C. legitur vel gens, et τὸ reducenda merum est glossema. Vulc. Sic recte Scalig. In Aldo, Flor. et Rom. est, lex illa vel gens, insulse. Elmenhorstius. Sit. Addidi Deus ex Arist. ὁ θεός, atque ita plena est sententia. Vulc. Lex illa vergens ad æquitates tenorem sit Deus. N. Arist. νόμος μὲν γὰρ ἡμῖν ὁμοῦ λόγου, ὁ θεός. Ex quo egregie sic restituit Vulc. et expressit in Ed. tert. non autem Scal. cum ante ineptissime legeretur lex illa vel gens ad æquit. s. reducenda sit, n. Clc. lib. i. de Nat. D. c. 15. 'Legis perpetuæ et æternæ vim, quæ quasi dux vitæ, &c. Jovem dicit esse.' In Edd. Vulc. pr. sec. Wow. retentum reducenda. Istud vel gens habent Mss. O. sed reducenda agnoscit nullus, et sit Deus diserte habent Florent. Voss. uterque Bened. Lipsius ascripserat vel mens, et in vet. Cod. addi Deus notarat. Pro illa Vulcanii Cod. eo probante, eadem. Tum terrorem pro ten. Bengsd. Oud.—1 Bened. corruptione. Voss. correctio: corrupte: διόρθωσις Arist. Id.—2 Lego Q. sit mundi. Elmenhorstius.—3 Bened. sp. quoque. Elm. in Erratis legendum monet spargitur. Oud.—4 Bened. Voss. inclusa. Id.—5 Prave Ed. Vic. vitium. Elm. virium sed in Erratis correxit. Id.—6 Pers. robur. Legendum omnino, rubor, qui convenit Persicis. Vulc. Bened. P. bobus. at Voss. sec. robus: quod notandum. Adjective robum vet. nominarunt, quod rufum est. Hinc bovem rustici appellarunt robum. V. Festum. Oud.—7 Legendum ex Ms. Levitas mali gignitur et dulcitas fici. Lenia sunt, quæ Virgilius 'mitia poma' dixit, id est, non acerba aut immatura. Scioppius in Symbola. Ms. lenitas mali. Lenitas, maturitas. Wowerius. Wower. et Sciopp. lenitas mali. Lenia poma, mitia Virgilio. Elmenhorstius. Velim exemplum. Revocavi potius levitas, quod habent Mss. mei O. et Edd. vet. sive levitas. Sic 'levia pruna,' 'poma' sæpe. Ab externis laudat, ut cetera præcedentia. Oud. At 'dulcitas fici,' quod sequitur, non ad externa pertinet, et lenitas mali bene dicitur, ut 'vini lenitas' apud Plin. et passim. Levitas tamen sine

citae fici,⁸ et quæ infelicia propter infœcunditatem vocamus, tamen utilia sunt alio pacto: Platani, ut ait poëta,^b umbras⁹ potantibus ministrantes, et acuta pinus,¹ et rasiles buxi,² et odora laurus,³ cupressorum odoratius lignum. Tandem⁴ omnium animalium [752] agrestium, et cicurum,⁵ pinnatarum,^{6c} et pedestrium, et aquatilium⁷ natura gignitur, nutritur, absimitur, parens cœlestibus institutis: *πᾶν γὰρ ἐπεὶ τὸν τὴν γῆν νύμνται*, ut Heraclitus ait. Et cum sit unus, pluribus nominibus⁹ cietur, propter specierum multitudinem,¹ quarum diversitate fit multiformis: videlicet a juvando Jupiter dicitur, *Δία* quem et *Ζῆνα* Græci, quod vitæ nostræ auctor sit,^d rectissime appellant;² Saturnium etiam,

appellamus infausta ob suam sterilitatem, sunt nihilominus utilia alia ratione: Platani, ut dicit Poëta, præbent umbras bibentibus, pinus est acuminata, et buxi sunt tonsiles, et laurus odorata, ac lignum cupressorum magis olens. Denique natura animalium omnium sylvestrium, ac domesticorum, alatorum, et pedibus gradientium, atque natatiliū, producitur, alitur, consumitur, obediens legibus divinis: omne enim reptile terram incolit, quemadmodum inquit Heraclitus. Cum autem sit unicus Deus, appellatur permultis nominibus, ob multitudinem formarum, quarum varietate fit multiformis, et vocatur Jupiter a juvando, quem Græci optime vocant Ζῆνα, quod sit principium nostræ vitæ: illi quoque vocant Saturnum Κρόνον, quasi

Mistorum auctoritate loco movendum non putavi. *J. Bosscha.*—8 Ita e Florent. et Fulv. recte Elm. &c. In Mas. reliquis et Edd. Vulc. Wow. tantum *dulcitas fici*. Prave Edd. vett. modo sic, quam voculam retinuit Wow. *Oud.*—9 Bened. *umbra*. Id.—1 *Et acuta pinus*. Hæc usque ad Heraclitus ait desunt Edd. ante Junt. post. Copulam et adjecti e Florent. Voss. Bened. Id.—2 Sic iidem Mas. ut et Elm. &c. A prioribus ahest et. Id.—3 Ita Florent. cum Elm. &c. Alii carent et. Id.—4 Voss. Florent. Vulc. *tamen*. Id.—5 Ed. Colv. sic. male. Id.—6 Stultissime Floridus, et miror jam ante Floridum pennatorum reposuisse Scriverium. *Animales* enim fœminino genere sæpe Noster adhibuit: ut jam sæpius monnimus. V. Ind. Not. Bened. *pinnatarum*. Voss. *pinnitarum*. Florent. Edd. Elm. &c. *pennatarum*. dein *pedestram* Voss. Id.—7 Ita Elmenhorst. et seqq. e Florent. A reliquis ahest et. Wow. *pinus. pedestr. et aquatiliū*. Idem.—8 Vid. Not. Var.—9 Bened. *unius plurimis hoi nom.* Florent. *plurimis quoque. Oudemordpius.*—1 Florent. Voss. Bened. *specierum multitudine*. Idem.—2 Vid. Not. Var.—

NOTÆ

^b Platani, ut ait poëta, &c.] Virgil. lib. iv. Georgic. 'Jamque ministrantem platannum potantibus umbras.'

^c Pinnat. [pennatarum] Repone vel hic pennatorum, vel supra animantium loco animalium: alias solœcissaret Apuleius.

^d Quam Ζῆνα Græci, quod vitæ nostræ auctor sit, &c.] Ζῆν seu ζῆν Græcis 'vivere' est. Unde Jovis nomen Ζεύς et Ζην. Aristoteles hic Δία καὶ Ζῆνα dictum ait quasi δι' ὃν ζῶμεν, 'per quem vivimus.' Verum frivola videtur allusio hæc vocum Δία et δι' ὃν.

filium Κρόνου, quasi χρόνου, id est, quendam incepta ab origine, interminum ad finem.^c Dicitur et³ Fulgurator,^f et Tonitrualis,^g et Fulminator, etiam Imbricator,⁴ et item Serenator:⁵ et plures eum Frugiferum vocant, multi Urbis custodem, alii Hospitalem,^h Amicalemque;⁶ et omnium officiorum nominibus appellant. [753] Est et Militaris, et Triumphator,⁷ et Propagator,⁸ et Tropæophorus;⁹

χρόνος, hoc est, quendam carentem sui ortu, et nullo fine terminandum: uno verbo, Tempus. Appellatur et Fulgurator, et Tonitrualis, et Fulminator, Pluvialis item, et Serenator: et multi eum nominant Frugiferum, plurimi Tutorem urbis, alii Hospitalem, et Amicalem, ac denique vocant eum vocabulis cunctorum officiorum. Est quoque Bellicus, et Triumphator, et Protensor finium, et tropæorum auctor; et

—³ Dicitur et. Ita Florent. Fulv. Edd. Elm. Scriv. Flor. A Mas. et Edd. ceteris absunt. Oud.—⁴ Et jam imbricator. Lege, etiam imbricator. Colvius. Legendum omnino, etiam. Vulcanius. Lego: etiam. Wowerius. Carent his Edd. ante Ald. 'Spiritus austri imbricator' Ennio l. xvii. Ann. Oud.—⁵ Hic contra Mas. Bened. Vulc. Voss. habent Edd. Aldi, Junt. post. &c. Colv. Vulc. et item dicitur Seren. Minus bene. Edd. primæ et idem dicitur Seren. Id.—⁶ Al. Amicabilemque.—⁷ Adpellantes. militaris et triumphator. Ms. Est militaris et triumphator et propagator et tropæophoros. Scioppius in Symb. Scribo ex Ms. appellant. Est militaris, est triumph. Wowerius. Atque ita Bened. Voss. Sed aliter Sciopp. Vulcanius e sno cod. ediderat appellant. Milit. et Triumph. Elm. cum seqq. edidit appellant. Est et Milit. et Triumph. Sed Florent. habet appellant. Milit. id est Triumph. Lego appellant. Est et Milit.

NOTE

^c Saturnum etiam, illi Κρόνος quasi χρόνος, id est, quendam inceptum ab origine, interminum ad finem, Tempus, appellant] Non omni ex parte sanus videtur hic locus. Emendare dum vult Wowerius, ab Aristotelis mente recedit. Aristoteles aliter et sensu clariore habet Κρόνος δὲ, καὶ χρόνος λέγεται, χρόνος δὲ αἰῶνος ἀνέκμαρος ἐστὶν ἔτερος αἰῶνα. 'Saturni vero, seu Temporis (filii) dicitur (Jupiter), nimirum ab ævo interminato ad alterum ævum pertinens.' Ex quo loco hoc saltem infero, vocem inceptum, quæ est apud Apuleium, sic intelligendam esse, ut particula fr̄ negativa sit, significetque non ceptum. Hoc observato, præfixisque voci Tempus duobus punctis, sensum elicui in Interpretatione, qualem potui, et prout

locus ipse Apuleii tulit.

^f Dicitur et Fulgurator, &c.] Hæc Jovis cognomina, et alia permulta fusiis explicata vide apud Lal. Gyraldum, Historiæ Deorum Syntagmate 2.

^g Et tonitrualis [etiam Imbricator] Aristoteli dicitur, Hesychio etiam ὄνυς, aliis permultis ὄνυς, Tibullo, 'Pluvius.' 'Arida nec Pluvio supplicat herba Jovi.' Jupiter Pluvius simulacrum et aram habuit in monte Hymetto, ubi Athenienses pluviam, cum opus esset, ab Jove comprecaturi sacrificabant: cujusmodi sacra Tertullianus, in Apologetico, 'Aquilicia' vocat, ab elicienda aqua, 'Aquilicia' (inquit) 'Jovi immolatis.'

^h Alii hospitalem] Omissit hic illa nomina, quæ extant apud Aristote-

et multo¹ plura¹ ejusmodi apud haruspices et Romanos veteres invenies.² Orpheus³ vero, hanc effari potestatem volens, his de eo⁴ verbis canit:

Ζεὺς πρῶτος⁵ γένετο, Ζεὺς ὑστατος ἀργικέραυνος,⁶
 Ζεὺς κεφαλῇ, Ζεὺς μέσσα· Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.
 Ζεὺς πυλὴν γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀσπερόντος.
 Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο⁷ νύμφη.
 Ζεὺς πνοὴ πάντων, Ζεὺς ἀκαμάτου πυρὸς ὄρμη,

reperies longe plura nomina talia in libris Aruspicum et priscorum Romanorum. Orpheus autem, volens exprimere hanc potentiam ejus, de ipso loquitur his verbis: Jupiter est primus et postremus, fulminis potens. Jupiter caput est, medium, Jovis sunt omnia munus. Jupiter est fundamentum terræ et cæli stellarum. Jupiter est mas, et item femina immortalis. Jupiter est anima omnium, Jupiter est impetus ignis indefessi. Jupiter est radix maris. Jupiter

taris, est et Triumph. Prave Edd. vett. appellant. Ceterum illa militaris, &c. tropæophorus carent Edd. ante Vulcan. Oud.—8 Voss. sec. at pr. Voss. pr. est pr. Id.—9 Sic Florent. Fulv. Edd. Wow. Elm. &c. A ceteris Mss. et Edd. Vulc. deest τὸ ἐκ. Fulv. tropæoforos. Voss. sec. tropæoforus. Aristot. hic et alii Græci τροπαιοῦχος. sed respexit Ap. ad etymon Jovis Feretrii. Id.—1 Abest copula a Wow. Ed. Id.—2 Mss. Vulc. Bened. Voss. cum Edd. Vulc. inveneris. Id.—3 Inepte Ed. Flor. Orpheus. A Bened. exulat effari. Id.—4 Scil. Jove. Sed Bened. et Voss. de Deo. Id.—5 Apud Euseb. iii. προκ. εἰργ. iidem illi versus leguntur. Latini autem in scripto nullo extant. Wouet. in Var. Lect. Versus hos habet et Eusebius de præp. Evang. l. iii. Latina versio in Ms. nulla est. Sciopp. in Symb.—6 Ὑστατος ἀργικέραυνος. Voss. ὄστροπος vitiose. Scribe vero ἀργικέραυνος, i. e. gaudens albicante fulmine, ex Eusebio, et Homero. Oud. Uti ex Proclo editam quoque ab Henr. Stephano in Poësi Philos. sed ἀρχικ. est in Ms. Stobæi, ex quo versus hi editi sunt in Obs. Misc. vol. vii. p. 190. J. Bosscha.—7 Male Edd. Rom.

NOTÆ

lem, γενέλιος, 'natalitius:' ἔρκειος, 'penetralis:' δμῳγνιος, 'gentilitius:' et πατριος, 'patrius.'

¹ Et Propagator] Finium Imperii, scilicet. Nullum habet Græcum vocabulum Aristoteles hic, quod huic Latino respondeat.

² Et Tropæophorus] Non tamen τροπαιοφῶρος, sed τροπαιοῦχος dicitur Aristoteli hic, Dionysio Halicarnass. Plutarcho, et Phoronto, in De Natura Deorum.

³ Et multo plura] Addit hæc Arist. καθάρσιος, 'Expiator:' παλαμναῖος, 'Sanguinarinus,' sive 'ultor:' λυσις, 'Supplicum Præses:' μελιχίος 'Pla-

cabilis,' sen 'jucundus:' σωτήρ, 'Servator:' ἐλευθέρσιος, 'Assertor in libertatem:' οὐράνιος καὶ χθόνιος, 'Cælestis et Terrenus.'

⁴ Ζεὺς πρῶτος, &c.] Hos Orphei versus refert etiam Eusebius, lib. iii. De Preparatione Evangelica, sed paulum immutatos.

⁵ Ἀργικέραυνος [ἀρχικέραυνος] Eusebius habet, ἀργικέραυνος, hoc est, 'coruscans fulmine.' Dictus etiam est ἄρχικέραυνος, quod fulmine pro hasta uteretur: et τερπικέραυνος, quod fulmine gaudeat, τερπικέραυνος, quod fulmina vertat.

Ζεὺς πάντου βίξα, Ζεὺς ἥλιος, ἥδ' ἑσπέρη.

Ζεὺς βασιλεὺς, Ζεὺς ἀρχὸς πάντων, ἀρχιγένεθλος.⁸

Πάντας γὰρ κρύψας αὐτὶς φάος ἐς πολυγυθὲς

Ἐξ ἱερῆς κραδῆς ἀνένεγκ' αὐτὸς μέμμερα βέζων.⁹

[754] Fatum autem Græci εἰμαρμένην,⁹ a tractu¹ quodam¹ causarum invicem² se continentium, volunt dici decretum³

est Sol et Luna. Jupiter Rex, Princeps omnium, et auctor eorum originis. Cum enim omnes occultos tenuisset, extulit eos postmodum ex sacro pectore in lucem jucundam, summa cura eos contrectans. Fatum vero, quod Græci volunt vocari εἰμαρμένην, a quadam serie causarum se mutuo continentium, idem

Vic. Junt. pr. Bas. pr. ἔμπλετο. Oud.—8 Mss. et Edd. præter Florid. habent ἀρχικέρανος. Voss. ἀτικέρανος. Immo ἀρχιγένεθλος est quoque apud Aristot. quin in antiqua versione, quæ hic additur in Edd. vet. sed non compareret in Mss. redditur 'rei omnis Jupiter ortus:' et Vulc. vertit 'princepsque et originis auctor:' ejus versio ab eo inde ceteris Edd. adhæsit. Neutram admisi, ut non Apuleianam: quod et fecit Scriv. Porro forsitan et hic ἥδ' τελευτῇ foret rectius. Id.—9 Sic bene Floridus edidit, ut habent Mss. O. In Edd. usque ad Junt. post. Fatum quod G. Junt. post. et seqq. fatum autem quod G. Sed bene uncis includere jam τὸ quod Elm. et Scriv. Non habet hæc vocula verbum, quo referri possit, nec est in Mss. Id.—1 Εἰμαρμένην tractu. Legendum omnino a tractu, &c. hoc est, a serie et connexionione quadam causarum inter se: quam quidem connexionem et coherentiam Græci εἰρμὴν vocant: a qua voce rectius deducit Apul. εἰμαρμένην, quam alii a μερίζω, μερῶ, μέμαρκα, μέμαρμα. abjecto vero μ, et pleonasmo literæ ἰσθῶ, εἰμαρμαι. Vulc. Mss. O. cum Vulcan. et seqq. a tractu. In prioribus non est τὸ α. Oud.—2 Ita Vulc. Ed. tert. Elm. Scriv. Flor. Sed Mas. Vulc. Bened. Voss. et Edd. priores cum Wower. ἐνν. caus. Id.—3 Suspecta hæc mihi pro glossema-

NOTÆ

⁸ Ζεὺς ἀρχὸς πάντων, ἀρχιγένεθλος] Sic legendum, non ἀρχικέρανος: frustra enim repeteretur quod jam supra dictum. Euseb. legit, Ζεὺς ἀρχὴ πάντων ἥδ' τελευτῇ. 'Jupiter principium et finis omnium.'

⁹ Hic Latini versus in Colviana editione sic referuntur: Jupiter omnipotens est primus et ultimus idem. Jupiter est caput et medium; Jovis omnia manibus. Jupiter est fundamentum humani, ac stellantis Olympi. Jupiter et mas est, et necia formina mortis. Spiritus est cunctis, validi vis Jupiter ignis. Et pelagi radice. Sol Luna est Jupiter ipse. Omnipotens Rex est, rei omnis Jupiter ortus. Nam simul occuluit, rursus extulit omnia leto Corde

suo e sacro, Consultor lumine, rebus. quomodo etiam a Lil. Greg. Gyrardo laudantur Historiæ Deorum Syntag. 2. Sed non Apuleiani sunt, verum alicujus interpretis.

¹ Fatum autem Græci εἰμαρμένην, &c.] Non satis accurate expressit sensum Aristotelis. Fato enim (quod aliud quid esse a Deo innuere videntur) ea tribuit, quæ Aristoteles Deo ipsi, a quo etiam Fatum diversum non facit.

² Εἰμαρμένην a tractu quodam, &c.] Similiter Aristot. εἰμαρμένην δὲ διὰ τὸ εἶπαι τε καὶ χωρεῖν ἀκωλύτως, 'a nexu et progressu rerum inoffenso:' male. Neque enim εἰμαρμένη derivatur ab εἶπω, sed a μερῶμαι, 'divido,' 'ser-

idem *περπωμένην* dicunt, quod omnia⁴ in hoc statu rerum definita sint, nec sit in hoc mundo aliquid interminatum: idem fatum⁴ *μοῖραν*⁵ vocant, quod ex partibus constet:⁴ hinc *νέμεσιν*,⁶ quod unicuique attributio sua sit ascripta. Adrastea,⁷ eademque⁷ ineffugibilis necessitas ultionis. [755] Sed tria fata sunt:⁸ numerus cum ratione⁸ temporis faciens, si potestatem earum ad ejusdem similitudinem temporis referas. Nam quod in fuso⁷ perfectum est, præteriti

vocat *περπωμένην*, hoc est, statutum, eo quod in hac rerum constitutione cuncta sint statuta: neque quisquam sit in hoc mundo indeterminatum: idem Fatum appellant *μοῖραν*, eo quod conflatum sit ex partibus: deinde etiam *Νέμεσιν*, quia singulis assignata est sua sors: item Adrastea atque eadem necessitas inevitabilis vindictæ. At sunt tres *Πάρκε*; qui numerus convenit cum natura temporis, si distribuas earum potentiam ad instar ejusdem temporis. Quod enim observatum est in

~~~~~

te. Lipsius, inductus superiore quod, legebat dici, decretum id est *περπωμένην* dicunt. pro dec. idem. Certe sæpe id est in Mss. abiit in idem. Florent. *περπωμένην*. Voss. Edd. vett. *pepromenen*. Id.—4 Idem Fatum. Boxhorn. ad Suet. Tib. in f. *idem*. Malim cum Salm. *idem*; semper enim pro *idem*. Id.—5 Florent. *meran*. Voss. *maran*. Statim pro hinc Voss. Florent. *hic*. Id.—6 Florent. et Fulvii liber, *hic ἔνομον*. Rom. *Emiomen*. Blaciola l. vi. cap. 16. Hor. Subsec. *Elmenh*. Sic optime ex Aristot. Aldus et seqq. correxere. Ms. Fulv. *ἔννεμον*, Florent. Vulc. *ἔννομον*. Voss. sec. *enomon*. Bened. *enomon*. Edd. primæ *Emionon* et *Emiomen*. Sed inquirendum, an *νέμεσις*, a *νέμω*, etiam aliis dicta sit *ἔννομος*. Oud.—7 Vid. Not. Var.—8 Boxhorn. ad Sueton. Tib. in f. legit, numero cum ratione temporis facientia si p. eorum. Td

#### NOTE

tior; unde et *μοῖρα*, 'sors,' cujus infra meminuit. Vide Cic. lib. i. De Divinatione.

<sup>4</sup> *Περπωμένην dicunt, quod omnia, &c.*] Arist. *Περπωμένην δὲ διὰ τὸ περπατῶσθαι πάντα, καὶ μὴδὲν ἐν τοῖς οὐδαὶν ἄκροις εἶναι*, 'quod omnia terminata sint, ac nihil in rerum natura sit infinitum.'

<sup>5</sup> *Μοῖραν vocant, quod ex partibus constet*] Male vertit hæc Aristot. καὶ μοῖραν μὲν ἀπὸ τοῦ μεμερίσθαι, hoc est, 'a partitione rerum.'

<sup>6</sup> *Hinc νέμεσιν, &c.*] Arist. *Νέμεσιν δὲ ἀπὸ τῆς ἐκδοτῆς διανομήσεως*. 'a distributione, quam facit omnibus.'

<sup>7</sup> *Adrastea, &c.*] Aristot. *Ἀδράστειαν δὲ ἀνὰ τὸ ἀπαραίτητον αἰτίαν οὖσαν κατὰ φύσιν*. Quasi causam quandam naturæ comparatam, quam fallere nemo

queat, aut vitare. Vide Proclum in Platonis Theologiam, lib. iv. cap. 6.

<sup>8</sup> *Sed tria fata sunt*] Tres *Πάρκε* Ovidio, triplices *Dem*, triplicesque sorores *Noctis* et *Erebi* filias facit Hesiodus in *theogonia*. Necessitatis, Plato, lib. x. de *Repub*. Nomina earum infra recensentur: quanquam alia nomina a Varrone referuntur apud Gell. lib. iii. nempe 'Parca,' 'Nona' et 'Decima.' 'Parca' (inquit) 'immutata litera una a partu nominata: Item Nona, et Decima, a partu tempestivi tempore.' Alii *Parcarum* hæc nomina esse voluerunt, 'Vestam,' 'Minervam,' et 'Martiam' seu 'Martem.' Plura de *Parcis* vide apud Lil. Gyrard. Syntag. 6.

<sup>7</sup> *Nam quod in fuso, &c.*] Idem ha-

temporis habet speciem, et quod torquetur in digitis,<sup>2</sup> momenti præsentis indicat spatia, et quod nondum ex colo tractum est,<sup>1</sup> subactumque cura digitorum, id futuri et consequentis sæculi posteriora videtur ostendere. Hæc<sup>3</sup> illis conditio ex nominum eorundem<sup>4</sup> proprietate contingit: ut sit Atropos<sup>4</sup> præteriti temporis fatum, quod ne Deus quidem<sup>5</sup> faciet infectum: futuri temporis Lachesis<sup>5</sup> a fine cognominata, quod etiam illis, quæ futura sunt, finem suum

*fuso, illud refert tempus transactum: illud vero, quod versatur in digitis, exhibet spatium instantis præsentis: atque illud, quod nondum avulsam est ex colo neque inortum opera digitorum, videtur indicare ulteriora spatia ævi venturi et sequentis. Illa conditio eis evenit ex proprietate nominum ipsorum: illa ut Atropos sit Parca temporis anteacti, quod ne Deus quidem efficere poterit ut non sit actum. Lachesis est Parca futuri temporis, sic dicta a fine, quoniam Deus assignavit etiam suum*

~~~~~

temporis abest a Bened. Oud.—9 Præpositio in videtur παύσεων: Nam quod hic dicit 'Torqueri digitis;' id paulo post dicitur, 'Subigi cura digitorum.' Vulc. In Ms. deest vox *torquetur*. Elegantius. Sciopp. in *Symb.* Antiquus Cod. ignorat vocem: *torquetur*. Hand ineleganter. Wower. Td *torquetur* male Fulvii liber omittit. Id paulo post dicit, 'subigi cura digitorum.' Vetus scholiastes Juvenalis manuscriptus: Tres Parcæ, ex quibus una Lachesis, altera Clotho, tertia Atropos. Una earum dicitur tenere filum, altera trahere, tertia rumpere. Vide Bisciolam Horar. Subsic. l. xv. cap. 6. *Elmenh.* Male excidit verbum *torquetur* e Cod. Fulv. In abundat more Apuleii, ut et monuit Vulc. licet videatur velle præpositionem delere. Sed vide ad Met. l. x. p. 754. a. et sæpiissime. 'Torquere' autem verbum in hac re proprium, ut mox 'trahere.' Ovid. Met. l. xii. vs. 475. 'Stamina pollice torque.' Tibull. r. 7. 84. 'ducit inops tremula stamina torta manu.' Oud.—1 Quod nondum colo tractum est. Legendum omnino, ex colo tractum vel colo extractum est. Vulcanius. Bene, confirmantibus Mas. Bened. Voss. In Florent. et colo. Voss. sec. tractus. Oud.—2 Bened. nec. Id.—3 Voss. et. Dein Florent. Vulc. Voss. n. *ejusdem*. Bened. nominis *ejusdem*. An *ejusdem*? scil. conditionis. Id.—4 Vid. Not. Var.—5 Voss. sec. *Lacensis*. Pro *clotho* Bened. *clato*.

NOTÆ

bet Plato loco citato. Parcas hoc ordine atque habitu representat Catullus in Pelei et Thetidis Epithalamio: 'His corpus tremulum complectens undique vestis Candida purpurea talos incinxerat ora, Et roseo minæ residebant vertice vittæ, Æternæque manus carpebant rite laborem. Læva colum molli lana retinebat amictam; Dextera tum leviter deducens fila, supinis Formabat digitis, tum prona in pollice torquens, Libratum tereti versabat turbine fu-

sum,' &c.

² Ut sit Atropos præteriti temporis fatum, quod ne Deus quidem, &c.] 'Atropos (inquit Aristot.) ἐστὶ τὰ παρελθόντα πάντα ἀπεπράττοισι.' Quoniam omnia præterita retrorsus agi nequeunt.

³ Lachesis] Α λαγχάνειν, 'sortiri,' et 'per sortem evenire.' Lachesis Aristot. quoniam eis πάντα ἢ κατὰ φύσιν μένει λήξαι. 'Omnia sua secundum naturam sors manet'

Deus dederit. Clotho præsentis temporis^b habet [756] curam, ut ipsis actionibus suadeat, ne cura solers rebus omnibus desit. *Deum vero ire per omnes terrasque* . . . ,^c non frustra arbitrabitur, qui audiet Platonis hæc verba. * * * Deus namque, sicut vetus inquit sermo, et vera continet ratio,^d principia, et fines,^e et media rerum omnium penetrat^f atque illustrat, et curru^g volucris^h superfertur. Equ-

finem illis quæ sunt futura. Clotho curat præsens tempus, ut impellat ipsis actionibus, ad hoc ut cura solers non deficiat omnibus rebus. Ille autem non credet incosensum Deum pervadere omnes terras et regiones maris, qui auscultabit hæc verba Platonis. * * * *Etenim Deus, inquit Plato (quemadmodum et recta ratio docet), pervadit et illuminat initia, et extrema, ac media cunctarum rerum, ac super-*

Pro suadeat Ald. suadeas. Pro rebus omnibus Ed. Flor. omnibus rebus. Oud.—6 *Terrasque tractusque maris.* Bened. Vulc. et Edd. ante Scriver. tantum habent *terras*: sed Florent. Voss. *terrasque*: nuda liquet, Auctorem ob oculos habuisse locum Virg. l. iv. Geor. vs. 221. 'Deum namque ire per omnes Terrasque tractusque maris, cælumque profundum:' quare vel totus ille verus admittendus, vel tantum *per omnes terrasque cum Mss.* qua copula satis patet illum verum innui. Scriv. et Flor. tantum addidere illa *tractusque maris.* Id.—7 *Sicut vetus, inquit, continet ratio.* Si hæc sana essent, satis pateret, Græca Platonis verba hic non desiderari, sed Auctorem ita vertisse Aristotelica, quasi ille esset Platonis locus. At male sic Aristotelis mentem cepisset. Nam Platonis verba videntur *τὰ πάντα ἐστίν, οὐκ ἄλλο τι πλὴν ὁ θεός.* Hinc passim Platonici et Stoici 'Jupiter est, quodcumque vides;' ut similia supra habuimus. Sed perperam se habent vulgata, et *τὰ hæc verba* abunde declarant, Græca Platonis verba ab Apuleio ascripta fuisse. Pro iis, quæ vulgo leguntur, in Aristotele est *ὅσπερ ὁ παλαιὸς λόγος*, i. e. *sicut vetus est sermo*, vel *verbum*. In Edd. etiam ante Elmenh. et seqq. editur *inquit sicut et vera continet ratio*: et Vulc. vel Sciopp. aut Wow. de nulla suorum codicum varietate monent. In Florent. legitur *vetus inquit sicut continet ratio.* Bened. *vetus inquit continet ratio.* Elmenhorstianæ lectioni *sicut vetus, inquit, continet ratio*, accedunt Vossiani. Videtur emendandum *vetus sicut inquit sermo et vera continet ratio*. vel: *vetus inquit sermo, sicut et vera continet ratio*: nam de nihilo esse nequit istud *et vera* in aliquot Codd. et Edd. antiquis. Id.—8 Ita Voss. Florent. Edd. Elm. Scriv. Flor. A reliquis Mss. et Edd. abest copula. Id.—9 Voss. *penetrata.* Bened. *penetrata.* Id.—1 Wow. edidit contra Mss. *illustrat.* Edd. ante Elmenh. *illustrando e.* Sed *illustrata c.* Bened. Voss. *illustrat et optime Vulc. Florent. Fulv. Id.—2 Cursu volucris.* Lege cum Ms. codice,

NOTE

^b *Clotho præsentis temporis, &c.* [Clotho ἀπὸ τοῦ κλάθειν, a nendo: quoniam κλάθει ἐκδοτὴ τὰ οἰκεῖα, 'unicuique net quod suum est.'

^c *Qui audiet Platonis hæc verba* [Si quem locum Platonis innuere speciatim voluerit Apuleius, is certe desideratur. At Aristoteles nullum speciatim laudat, sed tantum habet, τὰ

τα δὲ πάντα ἐστίν, οὐκ ἄλλο τι, πλὴν ὁ θεός, καθάπερ καὶ ὁ γενναῖος Πλάτων φησίν: 'Proinde hæc omnia non aliud quicquam quam Deum esse, planum est, ut eximins Plato censuit.'

^d *Sicut vetus, inquit, [continet] ratio, &c.* [Tò inquit, quo locus hic Platoni videtur tribui, non extat apud Aristotelem.

dem Deum ultrix Necessitas³ semper et ubique³ comitatur, eorum, qui a sacra lege discesserint, vindex futura: quam faciet ille mitificam,⁴ qui statim a tenero et ipsis incunabulis intellexit, extimuit,⁵ ei que⁶ se totum dedit atque permisit.

greditur illa veloci cursu. Necessitas vindex semper sequitur eundem Deum et omnibus in locis, ultionem sumtura de iis qui recesserint a divina lege, quam ille sibi levem efficiet, qui cognovit, et reveritus est Deum, ac tradidit, commisitque se totum illi, statim a puero, atque ab ipsis cunis.

~~~~~  
*curru volucris, προφῆται. Vulc. Bene Vulcanium secuti sunt Wow. &c. nam habent curru Mss. O. præter Fulv. Nihil crebrius hac permutatione. V. ad Flor. N. 10. De Jovis curru alato multi multa habent. Vide Comment. ad Tibull. iv. 180. 'Jupiter ipse levi vectus per inania curru.' Oud.—3 In Codd. Voss. et Bened. legitur semper ultrix N. semper et ubique c. Id.—4 Aristot. ἢς ὁ ἐδάμωρθευ μὲλλον. Edd. ante Junt. post. *ille facit.* Inepte Ed. Flor. *mitificam.* De τῆς mitificus vide ad Sil. It. xiii. 473. Id.—5 Edd. ante Junt. post. *et timuit.* Junt. post. &c. Colv. Vulc. Wow. *et extimuit:* sed et nullus agnoscit codex, quare bene delevit Elm. &c. Id.—6 Male Vulc. Ed. tert. atque. Id.*

## NOTE

\* *Eundem Deum ultrix Necessitas]* sitas: sed Δικη, 'Justitia.' Aristot. non habet 'Αρδκη, 'Neces-



APULEII MADAURENSIS  
PRO SE  
APUD CLAUDIUM MAXIMUM  
A P O L O G I A;  
SIVE  
D E M A G I A  
L I B E R.

---

[P. 400. Ed. Flor.]

**CERTUS** equidem eram, proque vero obtinebam, Maxime

*O Claudii Maxime, et vos, qui sedetis in consessu, eram quidem certus, et pro*

~~~~~

In castiganda Apuleii Apologia ad manum habui septem Matorum excerpta :
Mss. Florentinorum, de quibus, et Lindenbroglî collatione, vide ad Florid.
init. His accesserunt :

Mss. Fulvianus et Bembinus, de quibus vide ad Florid. init.

Ms. Lipsianus citatus a Colvio, et cujus varias lectiones in marg. Vulcanianæ Ed. hic illic notavit Is. Vossius. Eiusdem Cod. excerpta Oudendorpius margini Editionis Casanbon. annotavit, quæ exemplari Colvianæ Editionis e Bibl. Reg. Gall. allita fuerant a Viro quodam Docto a. 1597. unde ea descripsit Vir Celeb.

Ms. Pithæanus, cujus Excerpta ex eodem exemplari ibidem descripsit Oudend.

Ms. D'Orvillianus, sæc. XIII. in parvo 4to, ab ipso Oudendorpio collatus.

Reliquos Matos, quorum variae lectiones ad nos non venerunt, recensimus ad calcem hujus Edit. ubi de Matis et Edd. Apuleii breviter dicemus. In permultis autem libris scriptis, qui reliqua Auctoris opera continent, desideratur Apologia. Sed illud in primis fatale accidit luculentissimo huic libello, quod Oudendorpius morte occupatus enim aliis castigandum reliquerit. Hoc enim loco Doctissimi Viri manus desit, et quæ sequuntur ea meæ qualicumque operæ debentur. *J. Bosscha.*

NOTÆ

* *Apologia*] Hanc Apologiam perscrutant : quod temere et absurde fac-
peram editiones multæ in duas dis- tum revincunt cum D. Augustinus,

Claudi,^b quique in consilio¹ estis,^c Sicinium Æmilianum,^{a d} senem notissimæ temeritatis, accusationem mei,³ prius apud te cœptam, quam apud se cogitatam,^{4 e} penuria criminum, solis conviciis impleturum.¹ Quippe insimulari quivis innocens potest: revinci,⁶ nisi nocens, non potest.

vero habebam, Sicinium Æmilianum, senem audacia spectatissimæ, referendum tantummodo maledictis accusationem, quam adversus me incepit, antequam apud se eam meditatus esset, scilicet propter inopiam criminum. Nam quilibet insons potest accusari, sed nemo potest convinci, nisi noxius. Qua sola re ego præsertim fretus,

~~~~~

1 Alii, concilio.—2 Ed. Vic. Scinium Æm. Ven. Scin. Æm. Ms. D'Orv. Siccin. Æm. ut et infra. J. Bosscha.—3 Edd. Rom. Vic. Ven. actionem m. Per se non male, ut 'reus agi' dicitur, qui accusatur. Sed tum, puto, alio verbo, forensi magis, usus esset Auctor: actionem institutam, editam, inlatam, motam, vel sim. Infra quoque ubique accusatio non actio occurrit. p. 405. Ed. Flor. 'his ipsis verbis accusationem mei ingressus est.' p. 402. 'proprio nomine accusationem sustinere.' p. 418. 'An vos potius calumniiosi, qui etiam hæc in accusatione.' Dein Ms. Bemb. accus. nostri, et infra 'probandi nostri.' Sed ubique hic sing. num. ntitur Auctor: 'Quo ego confusus,' &c. J. Bos.—4 Ed. Ven. cæpte. Ms. Bemb. cognitam. Male. cogitare est, meditari. Id.—5 Edd. Ven. Junt. Bas. pr. convitiis. Ven. Vic. impleturi. Id.—6 Prorusus hoc damnat Chr. Crusius Probabil. Crit. Lips. A. 1753. et pro eo legi vult *re convinci*. Immo, Apuleianum est *revincere* pro *convincere*. cf. Oudend. ad Met. lib. viii. p. 536. b. et multus est in hoc verbo noster Auctor. Infra p. 561. 'illud etiam ... falso objectum revincam.' p. 494. 'neque testimonio aliquo, neque argumento revincam.' cf. et p. 479. 506. 515. 528. et alibi passim. Neque tamen solus Apul. sic locutus est. Liv. quoque lib. vi. c. 26. 'Crimina revicta rebus, verbis confutare.' Gell. lib. vi. c. 2. 'in culpa et in maleficio revicti sunt:' ubi cf. Gronov. Tertull. Apolog. cap. 1. 'quam iniquitatem idem titulus et onerat et revincit:' eod. cap. extr. 'quod revinceris ignorare.' Vid. et cap. 3. extr. et passim apud illum Auctorem. Cunc-

#### NOTÆ

qui lib. viii. de Civitate Dei unius tantum meminit, quam copiosissimam orationem vocat, tum ipse hujus orationis tenor, qui a principio ad finem est uniformis, et peroratio, quæ est unica: quod sane non sic se haberet, si duæ essent orationes. Idcirco eam uno titulo, atque uno tenore excudi curavimus post Isaac. Casanbonum, Scipionem Gentilem, et Joannem Præcum, quorum opera præcipue in enucleandis, quæ in ea occurrunt, difficultatibus, nisi simus.

<sup>b</sup> *Maxime Claudii*] Is erat Africæ Proconsul, apud quem orationem hanc

habuit Apuleius, qua crimen Magiæ, aliaque sibi objecta, longe a se removet.

<sup>c</sup> *Quique in consilio estis*] Hi erant consiliarii seu assessores Proconsulis. Vide in eam rem Titulum Cod. de *assessoribus et domesticis et cancellariis judicum*.

<sup>d</sup> *Sicinium Æmilianum*] Hic fuit patrui privignorum Apuleii, frater prioris mariti Pudentillæ, quæ Apuleio secundis nuptiis fuerat conjuncta.

<sup>e</sup> *Prius apud te cæptam, quam apud se cogitatam*] Maxime temeritatis argumentum.

Quo ego uno præcipue confisus,<sup>7</sup> gratulor<sup>f</sup> mediis fidiis, quod mihi copia et facultas, te iudice, obtigit, purgandæ<sup>8</sup> apud imperitos philosophiæ,<sup>8</sup> et probandi mei.<sup>9</sup> Quamquam istæ calumniæ, ut prima specie graves, ita ad difficultatem defensionis repentinæ fuere.<sup>h</sup> Nam, ut meministi, dies abhinc<sup>i</sup> quintus an<sup>2</sup> sextus est,<sup>i</sup> cum me causam pro uxore mea Pudentilla adversus Granios<sup>2k</sup> agere aggressum,<sup>4</sup> de composito, nec opinantem, patroni ejus<sup>1</sup> inces-

*gaudeo profecto, quod, cum sis meus iudex, potestas et libertas defendendi Philosophiam apud ignaros, et me purgandi, mihi contigit. Quamvis ista calumniæ, quemadmodum erant graves prima fronte, ita et subitæ fuerunt ad majorem difficultatem defensionis. Ut enim meministi, quinque aut sex dies effluxerunt, ex quo, cum cepissem dicere causam pro Pudentilla mea uxore contra Granios, advocati ejus ceperunt de compacto me lacessere convicti inopinantem, et accusare veneficiorum Ma-*

ta hæc revinci nisi noc. n. pot. desunt in Ms. Lips. Id.—7 Ms. Pith. *confiteo*. Mox Edd. Vic. Ven. *obtigit*. Id.—8 In membranis *purgandum*. Colvius. *Purgandum* membranæ. f. *purgandi*. Brantius. Pith. Lips. Coll. Voss. *purgandum*. Sed in ceteris Mss. videtur esse *purgandæ*, ut extat in Edd. O. J. Bos.—9 Bemb. ut supra, *pr. nostri*. Pith. *pr. unde*. Id.—1 Coll. Voss. *adhinc*. Id.—2 Al. *aut*.—3 Ita Mss. et Edd. pleræque. At Vulc. *pr. Cravios*. sec. cum Wower. Elmenh. *Gravios*. Male. Graniorum nomen non infrequens apud Romanos fuit. Notus est Q. Granius præco, ex Cicerone. Haud ignobilis quoque scriptor fuit Granius Flaccus, Cæsaris æqualis; (v. Helms. ad Brisson. de V. S.) ejus meminit etiam Arnob. lib. iii. p. 118. J. Bos.—4 Ms. Pith. *aggressus sum*. Id.—5 Si rectum est quod modo præcessit, *adversus Granios*, nimirum hic scribendum, *p. eorum*. Casaubonns. Casaub. *eorum*. Graniorum nempe. Ego vulgatos Codd. sequendos puto: *et ejus* commodè non retuleris quam ad Æmillanum. *Præc.* Ad Æmillanum esse referendum *et ejus* monnerat jam Scip. Gent. quem vide. Mss. Pith. *patronis ejus*. Lips. et Coll. Voss. *patronem ejus*. In Bemb. deest *ejus*. J. Bos.—

## NOTE

<sup>f</sup> *Gratulor*] Gaudeo. Hoc sensu usurpavit etiam Miles. iii. ‘Hi gaudii nimietate gratulari;’ ad quem locum vide quæ annotavimus.

<sup>8</sup> *Purgandæ apud imperitos philosophiæ*] Cujus observationes et experimenta apud ignaros infamabantur, quasi fuissent Magicæ superstitiones.

<sup>h</sup> *Ita ad difficultatem defensionis repentinæ fuere*] Id est, fuerunt subitæ: quod reddit defensionem difficillorem, quia nempe non satis mihi reliquerunt spatii ad cogitandum.

<sup>i</sup> *Quintus an sextus est*] Subintel-

lige, nescio, aut ambigo, aut aliquid simile: ut sit sensus: ‘dies est quintus, vel sextus.’

<sup>k</sup> *Adversus Granios*] Granii illi fuerint quipiam, quos inter et Pudentillam lis intercesserit, quia in lite advocatus ei fuit Apuleius, qui et Carthagini et Romæ quoque causidicus erat.

<sup>1</sup> *Patroni ejus*] Æmilliani, qui forte in illo iudicio aderant. Casaubonus reponerat eorum, intelligens Graniorum patronos. At, quæ sequuntur, priorem lectionem et sensum firmant.

sere maledictis, et insimulare magicorum maleficiorum,<sup>6</sup> ac denique necis Pontiani privigni mei,<sup>m</sup> cœpere. [401] Quæ ego cum intelligerem, non tam crimina iudicio,<sup>7</sup> quam obiectamenta iurgio prolata, ultro eos ad accusandum crebris flagitationibus provocavi.<sup>8</sup> Ibi vero Æmilianus, cum te quoque acrius<sup>9</sup> motum, et ex verbis rem factam<sup>10</sup> videret, quærere occepit<sup>2</sup> ex diffidentia latibulum aliquod temeritati.<sup>3</sup> Igitur, Pontianum<sup>4</sup> fratris sui filium qui paulo prius occisum a me clamitaret,<sup>5</sup> postquam<sup>6</sup> ad subscribendum compellitur,<sup>7</sup> illico oblitus<sup>o</sup> est de morte cognati adoles-

*gicorum, et postremo, mortis Pontiani mei privigni. Quæ cum ego viderem non tam esse criminationes productas ad iudicandum, quam maledicta ad iurgandum; provocari eos ipse frequentibus postulationibus ad me accusandum. Tunc vero Æmilianus, cum cerneret te etiam gravius commotum, et litem exortam esse ex suis verbis, cepit quærere aliquam latebram suæ audaciæ, quia non fidebat causa suæ. Cum ergo paulo ante clamaret Pontianum, filium sui fratris, interfectum fuisse a me, simul ac iussus est subscribere accusationi, oblitus est statim dicere de nece*

6 Edd. Vic. Ven. *maleficorum*. D'Orv. Cod. statim *Pontiani* nomen per c scribit. Id.—7 Ms. Fulv. si Scioppio fides, *iudicio*. Jcti eum, qui crimen nuntiat vel defert, 'indiciū proferri' dicunt. Sed rectum est *iudicio*. Vid. seqq. Margo Bas. pr. *iudicio*. Ms. D'Orv. *iudiciis* quam obiectamenta iurgio probata video. Pro ultro Pith. male ultra. Id.—8 Ms. D'Orv. *ad accusandum* ab hiis flag. provocari. Id.—9 Pith. *alicus*. Id.—1 Fulvius malebat: *rem factam*. Scioppius in Symb. In suam Ed. audacter id, quasi e Ms. Fulv. recepit Wow. Grosloot. in marg. conjecit *fractam*. Nil mutandum. J. Bos.—2 Mss. D'Orv. *accepit*. Pith. *incepit*, ex interpretatione. Frequens verbum occipere apud Nostrum et alios. Vid. Ondend. ad Met. lib. 1. p. 22. b. Id.—3 D'Orv. *tenendum*. Id.—4 Edd. Vic. Ven. Junnt. pr. Bas. pr. *Ig. Pontiani*. Id.—5 *Quum paulo prius occ. a me clamitaret*. Ita emendavimus vulgatam lectionem, quem p. p. o. a me clamitaret: quæ ferri non potest: est enim prorsus *ἀσύντακτος* et incohærens. Rom. Ed. *Igitur Pontiani*: cetera ut reliquæ. Casaub. Casauboni emendationem expresserunt Sc. Gent. Pric. Flor. sed sine libris auctoribus. Nam in Mss. O. est *clamitaret* et *quem*: nisi quod in Pith. sit *qui*. Verissime. Ex compendiosa scriptura, in *quem* facilius corrumpi potuit *quod qui*, quam *quod quum*, quod paulo aliter in Mss. scribitur. J. Bos.—6 Ms. Pith. Edd. Bas. pr. sec. *primumquam*. Id.—7 Ms. D'Orv. *compel-*

## NOTÆ

<sup>m</sup> Necis Pontiani privigni mei] Qui tamen obierat Carthagini, dum Apuleius Cæ degeret, ut dicitur sub finem Apologiæ hujus.

<sup>n</sup> Rem factam] Litem. In Legibus 12. Tabul. 'Rei, sive litis treis arbitros dato.' A 're' vocatos esse reos non solum qui arguebantur criminis,

sed generatim omnes, de quorum rebus disceptabatur, testis est Cicero in 11. de Oratore.

<sup>o</sup> Postquam ad subscribendum compellitur, illico oblitus, &c.] Subscriptio Accusatoris accusationi pondus omne addebat, neque prius censebatur accusatio, quam fuisset subscripta. Id

centis, subito tacens tanti criminis descriptionem.<sup>1</sup> Tamen ne omnino desistere videretur,<sup>2</sup> calumniam Magiæ,<sup>3</sup> quæ<sup>4</sup> facilius infamatur, quam probatur, eam solum sibi delegit ad accusandum.<sup>5</sup> Ac ne id quidem<sup>6</sup> de professo audet; verum postera die<sup>7</sup> dat libellum, nomine privigni mei Sici-

*juvenis sibi consanguinei, reticens subito delationem tanti sceleris. Nihilominus, ne videretur prorsus deserere accusationem, elegit sibi tantum ad me accusandum, crimen Magiæ, quod obicitur facilius, quam probatur. Et ne hoc quidem audet facere ex professo. Sed die sequenti offert libellum accusationis, nomine Sicinii*

*lere. Post oblitus non comparet est in Edd. Vic. Ven. Id.—8 An inscriptionem legendum, vel subscriptionem? horum utrumque accusantis est, 'describere' tantum dicentis vel orantis. Isidor. de different. Malim subscriptionem. Infra: 'et quanto tandem gravis habetur, quod in iudicio subscribitur, quam quod in Epistola scribitur.' Doctissimus et amicissimus Joannes Bourdelotius (semper inter quisquilias has advocandus mihi) censet acquiescendum vulgata lectione. Criminis descriptionem, ut alibi 'scenam,' 'apparatum.' Pric.—9 Illico oblitus est de morte adolescentis, subito tacens tanti criminis descriptionem. Tamen ne omnino desistere videretur, calumniam magiæ, &c. . . eam solum, &c. Hæc est vulgo edita lectio, in qua nihil est quod offendat, præter Mstos fluctuantes. Primo enim pro tacens in Mss. Florent. Pith. Lips. est tacere: pro descriptionem in Florent. descriptione. Exulat ne a Pith. Dein in eod. Pith. et D'Orv. pro calumniam est calumnia. Elm. et Scriv. exhibuere Florentini Cod. lectionem, quam fateor me non assequi. Infinit. tacere forsitan inde ortus est, quod ratio locutionis oblitus est de morte (scil. se locutum esse, vel sim. quid) ignorabatur: sane optimus Cod. D'Orvill. servat tacens; in quo acquiescendum puto. Dein calumniam Magiæ . . . eam exquisita est loquendi ratio, plus semel apud Nostrum obvia, quam librariis (extat in Edd. O. et Mss. præter D'Orv. et Pith.) ascribere non ausim. Desistere, etiam absolute positum, verbum juris est, de eo, qui accusationi in totum renuntiat. Calumnia tamen maluisse videtur Ondend. qui margini Ed. Pric. ascripsit sibi in mentem venisse oblitus est de morte adolescentis. Subito tacere ne tanti criminis descriptionem tamen, nec omnino desistere videretur calumnia Magiæ, &c. Sed tantum crimen haud dubie est necis Pontiani: ejus autem descriptionem omnino tacere videri debebat, si Magiæ calumniam solum sibi deligeret ad accusandum. J. Bos.—1 Al. qua.—2 V. Ind. Not. Ms. D'Orv. ad accusandam: non male: sed alterum Apuleianum magis. Dein Ed. Ven. deligit. J. Bos.—3 Edd. Vulc. Wow. ac ne quidem: contra Mss. licet ita etiam locutus sit Cic. ad Att. II. 16. 'Ego illud ne quidem contemnam:' item Petron. c. 11. sed Noster nusquam; et admodum rara sunt exempla. Id.—4 Coll. Voss.*

## NOTE

siebat, ut ait Ulpianus, l. vii. ff. de Accusationibus et Inscriptionibus, ne facile quis prosiliret ad accusationem, cum sciret inaltam sibi accusationem non futuram. Subscriptionem facta, non licebat accusatori ab accusatione desistere, quin pœnis subiaceret Senatusconsulto Turpilliano latas in eos, qui ab accusatione desis-

tant. Hinc est quod multi multa convicio dicerent, quibus tamen subscribere in accusatione non auderent.

<sup>1</sup> Ne omnino desistere videretur] Oratorie agit Apuleius: neque enim desistere dicebatur, nisi qui accusationem subscriptam desereret, neque pœna Senatusconsulti Turpilliani cadebat in eos, qui prolata jurgio non



nii Pudentis, admodum pueri: et ascribit<sup>5</sup> se ei assistere,<sup>4</sup> novo [402] more per alium lacesse<sup>6</sup>ndi; scilicet ut, obtentu<sup>7</sup> ejus ætatulæ,<sup>8</sup> ipse insimulationis falsæ non plecteretur. Quod tu cum<sup>9</sup> solertissime animadvertisses, et idcirco eum<sup>1</sup> denuo jussisses proprio nomine accusationem delatam sustinere; pollicitus ita facturum, ne sic quidem quitus est,<sup>2</sup> ut cominus ageret,<sup>1</sup> percelli, sed jam ad-

*Pudentis, mei privigni, valde juvenis, et ascribit se ei adesse, novo ritu aggre<sup>di</sup>endi alieno nomine: ut nempe ipse non puniretur ob falsam accusationem, præt<sup>er</sup>textu ejus teneræ ætatis. Quod cum tu sagacissime deprehendisses, ideoque iterum jussisses eum tueri suo nomine accusationem intentatam; ne sic quidem potuit ad id adduci, quemvis promississet se ita facturum. Et, cum ipsum urges, ut agat adversus me ex proximo, jactat e longinquo etiam in te maledicta, cum ea-*

postea die. Id.—5 Coll. Voss. *ascribit*. Male. V. Scip. Gent. Id.—6 Ed. Ven. *laccessandi*. Id.—7 *Scilicet ut obtentu*. Placuit hæc distinctio præ vulgata *novo more per alium lacesse<sup>6</sup>ndi scilicet: ut obt.* Casaubonus. Vulc. distin<sup>xi</sup>erat post *scilicet*. Reliquæ Edd. O. *7d scilicet* melius jungunt sequentibus. J. Bos.—8 Edd. Vic. Ven. *ætatis*. Sed sæpius hoc diminutivo usus est Noster. ut Met. lib. i. p. 9. Pric. lib. vii. p. 138. lib. x. p. 232. 233. lib. xi. p. 248. Id.—9 Hoc ordine extant hæc in Mss. Bemb. D'Orv. Coll. Voss. cum Ed. Junt. post. Vulgo *Quod cum tu*. In Pith. non est *tu*, uti nec in Edd. Ven. et Bas. pr. In Coll. Voss. et Ed. Rom. *animadv. solertissime*. Id.—1 Coll. Voss. *idcirco cum*. Id.—2 Vid. Not. Var.—3 Ms. Cod. *contumacie*. Colvius.

#### NOTÆ

probarent.

<sup>4</sup> *Et ascribit se ei assistere*] Notandum discrimen inter 'inscribere,' 'subscribere,' et 'ascribere.' Inscribere dicitur accensator, cum libello profitetur se reum facere aliquem criminis alicujus; quæ inscriptio libelli appellatur. Qualis fuit hæc Æmiliani, nomine privigni adversus Apuleium, infra relata. 'Hunc ego,' nomen Apuleii præcessit, 'Domine Maxime, reum apud te facere institui plurimorum maleficiorum, et manifestissimorum.' Subscribere est, confirmare inscriptionem; cum is, qui libellum dedit, subscribit se professum esse. Et hæc subscriptio est quasi vinculum, quo se accusator ad pœnam tal'onis obligat, si temere et falso accusaverit, aut reum non pergerit. Ascribere est ejus, qui non

ipse accusat, sed assistit accusatori, ut Æmilianus hic Pudenti puero, vel tanquam tutor, vel potius tanquam nudum præstans ministerium.

<sup>7</sup> *Obtentu ejus ætatulæ*] Non tamen adeo puer erat Pudens ille, quin jam virilem togam sumisset; ut inferius dicitur. Ergo magis ei ut curator assistebat Æmilianus, quam ut tutor. Pueritia porro a pœna talionis, non probato crimine, pupillum exsolvebat; ipsumque adeo tutorem ob necessitatem officii, nisi cum evidens erat calumnia: quo casu nec tutores, nec curatores poterant infamiam pœnam effugere. Hinc est, quod Æmilianus caute et timide satis hoc in negotio se gerebat.

<sup>8</sup> *Ne sic quidem quitus est*] Nequivit, non potuit; scilicet compelli ad accusandum. Similiter Terentius, in

versum te contumaciter<sup>3</sup> eminus calumniis velitatur.<sup>4</sup> Ita toties<sup>5</sup> ab accusandi periculo<sup>6</sup> profugus, in assistendi venia perseveravit.<sup>7</sup> Igitur et priusquam causa ageretur, facile intellectu cuivis fuit, qualisnam accusatio futura esset, cujus qui fuerat auctor et machinator, idem fieri professor timeret :<sup>8</sup> [403] ac præsertim Sicinius Æmilianus; qui, si quippiam veri in me<sup>9</sup> explorasset, nunquam profecto tam cunctanter<sup>7</sup> hominem extraneum tot tantorumque criminum postulasset; qui avunculi sui testamentum, quod

*dem pertinacia. Sic toties fugiens ab accusando, ubi erat periculum, peritit in assistendo, ubi erat impunitas. Ergo, antequam etiam causa ageretur, quilibet facile potuit cognoscere, qualis ea accusatio futura esset, quam ille non auderet profiteri, qui fuerat ejus auctor et artifex: præcipueque Sicinius Æmilianus: qui certe, si comperisset aliquid veri adversus me, nunquam timide accusasset tot et tantorum criminum me, hominem tibi alienum; siquidem diffamaverat testamentum avunculi*

\*\*\*\*\*

Codex scriptus, *contumacie, f. contumacibus*. Brantius. Non male: sed absque Mstorum auctoritate, non video, cur vulgatum *contumaciter* mutemus. J. Bos.—4 Edd. Vic. Junt. Bas. *totiens*. Id.—5 *Cujus qui fuerat professor et machinator, idem fieri auctor tim.* Nemini suspectus locus, quem fidenter tamen mendosum dico. Scribo, *Cujus qui fuerat auctor et machinator, idem fieri professor timeret*. Supra: 'Ac ne id quidem de professo audet.' Certissima emendatio nostra. Pric. Recte transpositione locum sanavit Pric. qui tamen textum mutare non ansus est, quod primus in sua Ed. fecit Floridus, et ex eo Editor Bip. J. Bos.—6 Bas. I. *vari in me*. Colvius. Quod probò: id est pravi. Brant. Sed alterum tam planum est, ut non videam, quare illi præferamus lectionem, quæ probabiliter ex typothetarum errore nata est. Pro qui si Coll. Voss. qui. J. Bos.—7 *Contanter*. Flor. *cunctanter*: et sic semper. Elmenh. Ms. D'Orv. *cunct.* cum Edd. Junt. post. Elm. Scriv. Flor. Bip.

#### NOTÆ

Hecyra, Act. iv. Scena 1. 'Forma in tenebris nosci non quita est.' Male igitur, qui hic *quietus* reponunt.

<sup>1</sup> *Ut cominus ageret*] Directe, et de proximo me accusaret, non autem per ambages, et nomine Pudcentis.

<sup>2</sup> *Eminus calumniis velitatur*] Indirecte, oblique, et e longinquo appetit de calumniis. De hoc verbo 'velitari' jam aliqua observavimus ad Metamorph. Proprie significat, eminus jaculari. Tractum est a velitibus, qui milites erant levis armaturæ, quorum officium jaculis et fundis prælium eminus aspicari.

<sup>3</sup> *Ab accusandi periculo*] Pœna ta-

lionis, quæ temerariis accusatoribus impendebat.

<sup>4</sup> *In assistendi venia perseveravit*] Assistendo enim tantum, talionis periculo non subiacebat.

<sup>5</sup> *Cujus qui fuerat auctor et machinator, idem fieri professor timeret*] Sic lege cum Pricæo. Vulgo legitur *cujus qui fuerat professor et machinator, idem fieri auctor timeret*. Emendationis ratio, quod Æmilianum instigatorem quidem, auctorem, ac suasorem fuisse accusationis Apuleii legimus; at eam nunquam ausum suo nomine profiteri.

verum sciebat, pro falso infamarit,<sup>a</sup> tanta quidem pervicacia,<sup>9</sup> ut cum Lollius Urbicus V. C.<sup>1</sup> 'verum videri, et ratum esse debere,' de<sup>2</sup> consilio consularium virorum<sup>3</sup> pronuntiasset, contra clarissimam vocem<sup>3</sup> juraverit vecordissimus iste tamen, illud testamentum fictum esse: adeo ut ægre Lollius Urbicus ab ejus pernicie<sup>4</sup> temperarit.<sup>4</sup> Quam quidem vocem,<sup>b</sup> et tua<sup>5</sup> æquitate et mea innocentia fretus, spero in hoc quoque judicio<sup>6</sup> erupturam.<sup>c</sup> Quippe

sui tanquam falsum, quod tamen sciebat esse verum; idque cum tanta obstinatione, ut, cum Lollius Urbicus V. C. pronuntiasset ex sententia Consularium virorum, illud apparere verum, et ratum habendum esse, hic tamen stultissimus contra juraverit altissima voce, testamentum illud esse fictum; ita ut Lollius Urbicus vix abstinuerit ab ejus exitio. Quam quidem verba ego, confusus tua æquitate et mea innocentia, spero cum quoque prolaturum in hoc judicio. Quandoquidem eo certe

~~~~~

V. Ind. Not. J. Bos.—8 Male in omnibus libris infamaret. Casaubonus. Florent. infamarit: male. Etenim. Immo bene, ut ipse edidit Elm. cum Vulc. Ed. sec. Cas. Wow. Pric. Scriv. Flor. Reliquæ Edd. cum Mss. Pith. D'Orv. infamaret. Bas. pr. infamarit: ut allevit etiam Vulc. J. Bos.—9 Al. pertinacia.—1 Ms. D'Orv. in Lollius U. V. C. Edd. Vic. Ven. Lolius: male. Vid. Inscriptio vetus apud Casaub. infra. In Ed. Ald. pro V. C. est Vir Consularis. Sed V. C. valet Vir Clarissimus; quo titulo magistratus majores in provinciis passim insigniuntur. J. Bos.—2 Debere de. Coll. Voss. debente. Id.—3 Al. clarissima voce.—4 D'Orv. temperaret. Ms. Pith. eger temp. J. Bos.—5 Ms. D'Orv. ut tua. Id.—6 M. innoc. fretus subit hoc quoque jud. Ita V. C. Sciopp. in Symb. Ms. Pith. m. inn. fr. subis hoc q. i. D'Orv. m. inn. fr. hoc

NOTE

^a De consilio consularium virorum] Senatores (in quibus Consulares aliqui sæpe erant) quinque Romæ in consilio aderant Prætori, item quinque Equites. In provinciis Proconsuli aut Præsidi viginti viri, Recuperatores Peregrini appellati, ut scribit Theophilus, lib. 1. Institut. Tit. 6. Paragraph. 4. Adde Ulpian. Tit. 1. Paragraph. 13.

^b Ab ejus pernicie] Id est, quin eum damnaret capitis. Hoc enim sonat 'pernicies.' Tacitus, lib. iv. Annal. 'Cremucius Cordus postulat novum ac tunc primum auditum crimine, quod, &c. id perniciabile reo;' hoc est, capitale.

^b Quam quidem vocem] Contumeliosam illam, qua vecordissimus Æmilianus decretum Lollii Urbici insectatus erat; qua etiam, aut ejus simili, auguratur Apuleius eundem Æmilianum pro sua solita temeritate excepturum Maximi judicium, quod ipsi proculdubio futurum etiam est adversum.

^c Erupturam [erupturum] Sic Casaubonus, pro erupturam, quod est in vulgatis. Refer ad Æmilianum, quem sperat erupturum, id est, emissurum verba contumeliosa in Maximum. 'Eruptum' hic active sumitur, ut apud Terentium, Eunucho: 'Eruptum gaudium.'

qui sciens innocentem criminatur:⁷ eo sane facilius, quod jam, ut dixi, mentiens apud præfectum urbi^d in amplissima causa convictus est. Namque peccatum semel, ut bonus quisque postea sollicitius⁹ cavet, ita qui ingenio malus¹ est, confidentius integrat;² ac jam de cetero, quo sæpius, eo apertius delinquit. Pudor enim, veluti vestis, quanto obsoletior³ est, tanto incuriosius habetur. [404] Et ideo necessarium arbitror, pro integritate pudoris mei, priusquam ad rem aggrediar,⁵ maledicta omnia refutare. Sustineo enim non modo meam,⁶ verum etiam philosophiæ defensionem,⁸ cujus magnitudo vel minimam reprehensionem pro maximo crimine⁷ aspernatur.^f Propter quod⁸ paulo prius⁹ patroni Æmiliani multa in me proprie conficta,¹ et alia communiter in philosophos sueta² ab imperitis, mer-

facilius accusat innocentem sciens et prudens, quod jam (ut dixi) convictus est mentiens apud Præfectum Urbis in causa maximi momenti: sicut enim quivis bonus, cum peccavit semel, postea studiosius cavet ne iterum peccet: ita, qui habet malam indolem, rursus peccat audacius; et postmodum, quo sæpius peccat, eo peccat manifestius. Verecundia enim est ut vestis, qua, quanto est magis detrita, tanto magis negligitur. Atque eam ob rem puto necessarium esse ad conservandam integritatem meam famam refellere omnia ejus convicia, antequam ad rem ipsam veniam. Defendo enim non solum me, sed etiam Philosophiam, cujus magnitudo respuit vel minimam vituperationem, quæ ad crimen accedat: quæ de causa advocati Æmiliani paulo ante debilateraverunt garrulitate venali multa privatim excogitata adversus me, et

quoque violicio. Id.—7 Coll. Voss. criminatur. Id.—8 Al. præfectum urbis.—9 Male Ms. Lips. Edd. Vulc. pr. Wow. sollicitus. J. Bos.—1 Ingenio malo. Majorem emphasisin habet, quod est in D'Orv. ingenio malus. Sic Noster Metam. lib. xi p. 808. 'Exilis ingenio.'—2 R. iterat. Lipsius.—3 Plith. absolentior. D'Orv. obsolentior. Statim tanto deest Lips. et Coll. Voss. J. Bos.—4 Bas. pr. necessariam. Id.—5 Male in Ms. Lips. deest ad, ut declarant loca Auctoris infra, cit. a Drakeb. Id.—6 Edd. Vic. Ven. n. m. minimam. Id.—7 Vid. Not. Var.—8 Al. propterea quod.—9 Ms. D'Orv. primus. J. Bos.—1 V. C. In me perperam conficta, sed perperam: recte enim propriis et communiter inter se opponi, sciunt qui Ciceronem et Livium tritos habent. Sciopp. in Symb. Alii, perperam conficta. Perperam. Elmenh.—2 Scil. confingi. Verissimam hanc lectionem dedimus e Mss. Florent. 2. Bemb. Pith. D'Orv.

NOTE

^d Apud præfectum urbi [urbis] Lollium Urbicum. Vetus inscriptio lapidis Romæ:

APOLLINI
Q. LOLLIVS VRBICVS
PRÆF. VRB.

Per Urbem intellige Romanam.

⁸ Verum etiam philosophiæ defensionem] Cujus observationes et experimenta ab Æmiliano traducebantur, quasi ad Magicas artes spectassent.

^f Aspernatur] Non potest pati.

cenaria loquacitate effutierunt.³ Quæ etsi possunt⁴ ab his utiliter blatterata⁵ ob mercedem, et auctoramento impudentiæ⁶ depensa haberi,⁶ jam concesso quodam more rabulis⁷ id genus,^b quo ferinæ solent linguæ⁸ suæ virus alieno

alia generatim conficta ab ignavis adversus Philosophos. Quæ quamvis possit manifesto cognosci vane dicta fuisse ab eis propter præmium et mercedem impudentiæ suæ, cum consuetudo quædam jam concessa sit ejusmodi garrulis declamatoribus, quæ solent pretio commodare venenum suæ linguæ viperinæ dolori aliorum; nihil



Lips. quemadmodum legi oportere monitum a Salm. in marg. a V. D. in Obs. Misc. vol. II. p. 186. (qui etiam hic proponit *conficta*, quæ vox tum priori loco ejicienda) et ab Oudend. ad Suet. Aug. 23. Expressit hanc lectionem jam egregia illa Edd. Junt. post. Sed quia in reliquis Edd. legitur in *phil. ficta*; hinc in errorem inducti VV. DD. varie locum tentarunt; qui unice Matorum ope fuerat restituendus. Vlitio ad Grat. Cynege. 379. in mentem venit dicta; Crusio Prob. Crit. p. 53. *facta*, quam conjecturam occupaverat jam alius V. D. in Obs. Misc. l. c. qui eam pluribus astruit. De *τῆς suæ* passive usurpato vid. Oudend. ad Suet. l. c. et supra ad Met. lib. vi. p. 442. b. ubi illud pari modo in Mss. quibusdam fuerat corruptum. Arnob. lib. I. pag. 3. 'Animalia terris sueta, atque in aquis degentia.' J. Bos.—3 Sic optime in Ms. Vnlg. *effuderunt*. Supra lib. I. Florid. 'Prius de se et Apolline quædam deliramenta barbare effutivit.' Colv. Roman. *effuderunt*: eadem mox, *utiliter blatterata*: hoc est, conducibiliter causæ quam tuebantur, et sui quæstus gratia: non serio neque ex animi sententia. Casaub. Edd. ante Colv. *effuderunt*. Ms. D'Orv. *effunderunt*. Sed Colv. cum reliquis recte dedit *effutierunt*. 'Effutire' est dicere vel proferre ea quæ dicenda vel proferenda non erant. cf. Ter. Phorm. v. 1. 18. J. Bos.—4 Male Vic. Ven. c. *possis*. Id.—5 *Futiliter blatterata*. Sic reposui, male ratas vulgo esse, *utiliter bl.* Colvius. Flor. 2. et Rom. *utiliter bl.* quod retinet Casaub. Elmenh. Scriv. revocavit lectionem vulgatam ante Colv. *utiliter*, quam et Mss. agnoscunt, et probare videtur Casaub. qui edidit tamen *futiliter*. Sed v. seqq. In D'Orv. a m. pr. deest *blatterata*. J. Bos.—6 Vid. Not. Var.—7 Male item vulgo: *fabulis*. Colvius. Mss. Florent. Bemb. D'Orv. Coll. Voss. cum Edd. ante Colv. male *fabulis*. J. Bos.—8 Sic vere Ald. Rom. et Flor. *quo ferme solent*: insubide. Infra: 'Viperæ ritu niveo denticulo atrum venenum inspirare.' Elmenh. D'Orv. quod. Mss. Florent. Lips. Edd. Vic. Vulc. Wow. Scriv. *ferme*. At ceteri Mss. cum Edd. reliquis *ferinæ*: quod sine hæsitatione recepi. De adject. 'ferinus' cf. Oud. ad Met. lib. IV. p. 273. a. Vulc. in marg. conjecit *viperæ*; quia infra est: 'Viperæ ritu niveo denticulo atrum venenum inspirare.' Sed tum leg. *viperinæ*. At 'ferinam linguam' intelligit viperinam, cui proprium est virus. Sil. Ital. XI. 559. 'tumet ingenio, fraternaque corda Non tarde agnoscas et virus futile linguæ:' ubi et verbum 'tumere' ostendit, metaphoram esse desumptam a vipera. Ceterum 'ferum'

NOTE

^a *Et auctoramento impudentiæ*] Lib. II. Metam. 'Hic, inquit, auctoratus ad custodiam mariti tui fidenter accessit.' Ad quem locum vide quæ annotavimus.

^b *Rabulis id genus*] Rabula acer est

ac tumultuosus declamator, sive caudicus; sic dictus a rabie, ut Feustus et Nonius volunt; vel a ravi, hoc est, rucedine, quam vociferando contrahit, ut alii.

dolori locare,¹ tamen⁹ vel mea causa¹ paucis refellenda sunt, ne is, qui sedulo laboro, ut ne quid maculae aut inhonestamenti² in me admittam,³ videar cuipiam,⁴ si quid ex frivolis præteriero, id agnovisse⁵ potius, quam contempsisse. Est enim pudentis⁶ animi et verecundi, ut mea opinio fert, vel falsas vituperationes gravari:⁷ cum etiam hi, qui sibi delicti alicujus conscii sunt, tamen, cum male audiunt, impendio commoveantur, et obirascantur; quanquam, exinde ut malefacere⁸ coeperunt, consueverint⁹ male audire. [405] Quod si a ceteris silentium est, tamen ipsi sibimet conscii sunt, posse se¹ merito increpari. Enimvero bonus et in-

ominus ea refutanda sunt paucis verbis saltem mea causa: ne ego, qui studiosè hoc ago, ne dem in me locum ulli dedecori, aut probro, si quid prætermisero, etiam ex levioribus, alicui videar confensus esse illud potius, quam aspernatus. Nam (ut opinor) deceat virum animi honesti et verecundi non posse ferre vel falsum vituperium; cum illi quoque, qui sciunt se commisisse aliquod crimen, valde tamen commoveantur et exardescant, quando audiunt de se male dici: quamvis assueverint sinistris de se rumoribus, ex quo inceperunt nequiter se gerere. Quod si reliqui taceant, ipsi tamen apud se sciunt se posse jure reprehendi. At vir probus et innocens, qui non habet

de serpente dixit id. Sil. vi. vs. 268. 'ferm diducit in iras.' J. Bos.—9 Sic Mss. O. cum Edd. Vic. Elm. Scriv. In reliquis attamen; ut Met. lib. vi. p. 424. 'Licet tu... Domine fili, &c. Attamen modestiæ meæ memor.' Id.—1 L. ea c. Lipsius.—2 Ms. Pith. an inhon. c. supra ad p. 400. J. Bos.—3 Admittant. Rom. admittam. recte. Elmenh. Edd. Vulc. et Wow. admittant contra Mss. et sensum. J. Bos.—4 Pith. et Coll. Voss. videam. D'Orv. quidpiam, ut mox id abundet: sed nil muto. Pejus in eod. Cod. si quis ex fr. Id.—5 Sic idem vet. lib. Vulgo est, ignovisse. Sed num, ignovisse, id est, ignorasse? Colv. De verbo 'ignoscere' cum 4to casu v. Barm. ad Prop. lib. ii. el. 2. v. 56. et sic habent h. l. Edd. ante Colv. sed agnovisse habent Mss. et flagitat sensus, ut satis patet ex similibus locis apud Pric. J. Bos.—6 Al. prudentis.—7 Vel falsa vituperatione gravari. Florent. vel falsas vituperationes gravari. Sic Lucanus: 'Romanos odere omnes, Dominosque gravantur.' Elmenh. Lego: Falsas vituperationes g. et sic optimi auctores loquantur. Similiter Græci, qui βαπτισθῆναι, μεταβάλλω ponunt. Pric. Recte, et probat id, cum Florentinis et Ms. Pith. Oud. ad Suet. Tib. c. 50. vel falsam vituperationem, sed in plurali est in Mss. et edidit jam Scriv. De hac constructione verbi 'gravari' ad Oud. ad Suet. l. c. et ad Met. lib. v. p. 341. a. add. Amm. Marc. xxvi. c. ult. § 17. 'marini fremitus velut gravati repulsam versa vice consurgunt.' In Ed. Ven. Bas. l. est falsa opinione. In D'Orv. mox deest qui. J. Bos.—8 Vulgatum ubique ante, ubi malefacere. Colvius. Sed Mss. cum Edd. Colv. et seqq. ut. 'Exinde ut' frequens apud Nostrum. Ad Stewech. ad Met. lib. i. p. 75. a. J. Bos.—9 Ms. D'Orv. consueverunt. Sed v. ad Flor. N. l. Id.—1 Tò se ob præcedentem syllabam excidit in Ms. Lips.

NOTÆ

¹ Alieno dolori locare] Id est, aliis, ut ulciscantur dolorem suum.

noxius quisque rudes et imperitas aures¹ ad male audientium habens, et laudis assuetudine contumeliæ insolens, multo tanto² ex animo laborat, ea sibi immerito dici, quæ⁴ ipse possit aliis vere objectare. Quod si forte inepta videbor et oppido frivola velle defendere, illis debet ea res vitio verti,⁵ quibus turpe est etiam hæc objectasse: non mihi culpæ dari, cui honestum erit etiam hæc diluisse.⁶ Audisti ergo⁷ paulo prius, in principio accusationis ita dici: 'Accusamus apud te philosophum formosum,¹ et tam Græce, quam Latine' (proh nefas!⁸) 'disertissimum.' Nisi fallor enim, his ipsis verbis accusationem mei ingres-

aures assuefactas maledictis, quoniam solitus est laudari, quanto minus assuevit contumeliam pati, tanto gravius fert ea sibi injuste dici, quæ ipse possit vere exprobrare aliis. Quod si forte videar velle refellere inepta, et valde futilia, culpa refundenda est in eos, quos etiam pudere debet objicere mihi hæc: non autem in me, cui erit etiam laudabile ea refutasse. Igitur audivisti paulo ante, initio accusationis hujus sic dici: Accusamus coram te Philosophum pulchrum, et proh scelus! eloquentissimum tam in Græca, quam in Latina Lingua. Nam, si fallor, Tannonius

~~~~~

Ed. Ven. *conactis*. Id.—2 Vid. Not. Var.—3 Pauciorib. vulg. *contumeliæ insolens, multo tamen*. Colvius. Vocem quanto delent Flor. et Rom. Flor. *multo tanta*: male. Elmenh. Quanto deest Mss. Florent. D'Orv. Edd. Vic. Junt. Ald. Bas. Bene: ut solet Ap. Adi ad Met. lib. vi. Init. lib. vii. p. 474. lib. x. p. 717. e quibus locis, et ibi notatis, patet, male easdem Edd. cum Ms. D'Orv. habere *multo tamen*. Ms. Florent. *multo tanta*. Pith. *assuetum tanto centum*. De ellipsi *roû* magis vel potius omnia nota sunt. J. Bos.—4 Pith. *ei s. . . quam*. Id.—5 Vortii. Sic Scriv. Al. *verti*. Id.—6 Ms. *hoc diluisse*. Colvius. Pith. *ita h. d.* Ms. Lips. *et h. d.* Coll. Voss. *hoc dil.* J. Bos.—7 Pith. Coll. Voss. *aud. igitur*. Id.—8 Edd. Vulc. Wow. Pro a. sed reliquæ cum Mss.

#### NOTE

<sup>1</sup> *Multo tanto*] Tanto magis, aut tanto gravius. Locutio Apuleio familiaris.

<sup>1</sup> *Formosum*] Pulchritudinem, præsertim cum ampliori sui cura conjunctam, viris vitio sæpe datam legimus, utpote mollietis et impudicitiae argumentum: quæ vitia cum a ceteris hominibus, tum maxime a Philosophis remota esse debent. At mihi valde verisimile videtur Æmilianum, aut potius ejus patronum, Tannonium Pudentem, formam et facundiam Apu-

leii commemorasse non per criminationem, ut fingit Apuleius, sed tantum ut judicem cautiorem et circumspectiorem redderet, ne formæ illius et facundiæ illecebriscaperetur; Apuleium autem oratorio artificio verba ejus hic allo detorque, scilicet ut adversarios suos deridendos ostendat, tanquam parum sanos, qui egregias illas dotes, pulchritudinem et eloquentiam, objiciant tanquam vitia.

sus est Tannonius Pudens,<sup>9</sup> homo vere ille quidem non disertissimus.<sup>1</sup> Quod utinam<sup>2</sup> tam gravia formæ et facundię crimina<sup>m</sup> vere mihi opprobasset!<sup>3</sup> non difficile ei respondissem, quod Homericus Alexander<sup>4</sup> Hectori :

Οὗτοι ἰσχυροὶ ἐστὶν ἡμῶν ἐρικυδέα δῶρα,<sup>6</sup>

Ὅσσα περ αὐτοὶ δῶσιν, ἐκὼν δ' οὐκ ἄν τις ἔλοιτο.

[406] Hæc ego de forma respondissem : præterea, licere<sup>5</sup> etiam philosophis,<sup>9</sup> esse vultu liberali : Pythagoram, qui<sup>o</sup> primum sese<sup>1</sup> philosophum nuncupavit,<sup>p</sup> eum sui sæculi

*Pudens, vir quidem haud facundissimus, incepit meam accusationem his ipsis verbis. Atque utinam vere mihi obiecisset tam atrocia crimina pulchritudinis et eloquentiæ ! facile ei retulissim quod Paris Hectori apud Homerum : Non rejicienda sunt Deorum valde illustria dona, Quæ ipsi dant ; volens autem quis non consequeretur. Ego hæc reposuissim de pulchritudine : præterea, licere etiam Philosophis esse pulchra facie. Pythagoram, qui primus se nominavit Philosophum, fuisse*

proh n. Id.—9 Coll. Voss. Tanon. Marg. Bas. pr. Prudens : sed Pudens Mss. et Edd. O. hic et infra. Id.—1 Al. quidem disert.—2 Perperam in Ms. D'Orv. est qui utinam, quamvis probante Latino Latinio. Edd. Vic. Ven. qui si etiam. J. Bos.—3 Facundia crimina non mihi opprobasset. Ita V. C. Sciopp. in Symb. Male. J. Bos.—4 Ms. Alexandro. Id.—5 Ita leg. cum Scriv. vulgo obvi. Id.—6 Ed. Ven. δωρα. Id.—7 Ed. Junt. post. δσα καλ. et mox αβρις. Ceterum in Edd. Ald. et Ms. D'Orv. Græca desunt. Versionem Latinam addunt Edd. ante Scriver. cum Bip. hujusmodi : *Munera Deum gloriosissima nequaquam aspernanda* (Pith. Lips. cum Ed. Ald. *aspernanda*) : *qua tamen ab ipsis tribui sucta, multis volentibus non obtingunt* (Pith. obtinent). Sed et in Junt. post. jam deest veritas, quam nec ego Apuleianam puto. Idem.—8 Edd. Vic. Ven. licet. Idem.—9 Edd. ante Elmenhorstine, excepta Junt. post. philosophos. Sed philosophis est etiam in Mss. quare id omnino est retinendum. De utraque constructione v. Heins. ad Ovid. Her. Epist. xiv. vs. 64. qui etiam b. l. monet legendum esse philosophis, et Oudend. ad Cæs. de B. G. vi. 35. de B. Civ. iii. init. Idem.—1 Mss. Pith. esse se. Florent. se esse. Lips. et D'Orv. simpliciter esse. Sed bene correxit Colv. seu

## NOTÆ

<sup>m</sup> Tam gravia formæ et facundię crimina] Ερικυδέος.

<sup>n</sup> Οὗτοι ἐπὶ βλητ' ἐστὶ, &c.] Habentur hi versus lib. Iliad. iii. vs. 65. Veri in interpretatione eos versus ad verbum.

<sup>o</sup> Pythagoram, qui, &c. cum sui sæculi excellentissima forma fuisse] De eo Laërtius in ejus Vita: Καὶ γὰρ καὶ σεμνοπρεπέστατος λέγεται γενέσθαι. καὶ αὐτοῦ οἱ μαθηταὶ δόξαν εἶχον περὶ αὐτοῦ, ὡς εἶναι Ἀπόλλωνος καὶ Περσέως ἀφ' ἑαυτοῦ. Quin et venustissimæ formæ fu-

isse traditur : adeo ut illum discipuli opinarentur Apollinem esse, qui ex Hyperboreis venisset. Neque solum dum esset Pythagoras, sed etiam bello Trojano, dum Panthoides Euphorbus erat : enim enim a pulchritudine laudat Apollonius apud Philostratum lib. viii. cap. 3. et dum esset Alce meretrix, ut habet A. Gellius Noct. Attic. lib. iv. cap. 11. si tamen ejus μετεμψυχάσθαι credere fas est.

<sup>p</sup> Qui primus esse philosophum nuncupavit] Cum ante eum ceteri σοφοὶ



excellentissima forma fuisse: item Zenonem illum antiquum Velia<sup>2</sup> oriundum,<sup>3</sup> qui primus omnium dictionem<sup>4</sup> solertissimo artificio ambifariam dissolverit,<sup>5</sup> eum quoque Zenonem longe decorissimum fuisse, ut Plato autumat.<sup>6</sup> Itemque multos philosophos ab ore honestissimos memorie prodi, qui gratiam corporis<sup>7</sup> morum honestamentis ornauerunt. Sed hæc defensio, ut dixi, aliquammultum<sup>6</sup>

*formosissimum sua ætatis: præterea priscum illum Zenonem Eleatem, qui primus ingeniosissima arte didicit orationem in duas partes, illum etiam Zenonem, inquam, fuisse perquam formosissimum, ut Plato dicit. Multos item Philosophos cultu pulcherrimos celebrari, qui decoraverunt formam corporis honestate vitæ. Verum,*

\*\*\*\*\*

potius Lips. ad oram Bas. pr. *Id.*—2 Corrigit Lipsius, *Elea*. Zeno Eleates. Colvius. Errat vir ille doctissimus cui ait Colvius placere ut *Elea* scribatur: quasi non idem sint 'Ελέα et *Velia*. Cassaubonus. Fulvius: *Elea*. Sclopp. in *Symb.* Sic Florent. 2. quod inscite Lipsius et Fulvius convertunt in *Ætia*. Vide Andream Schotti *Observ.* lib. v. c. 15. *Elmenh.* Pueriliter magnus vir hoc loco lapsus est, qui *Elea* reponit: quod Zeno Eleates esset: quasi non idem sit *Velia*, et *Elea*. Servius in *lib. vi. Æneid.* 'Velia dicta est a patudibus, quibus cingitur, quas Græci ἑλν dicunt. Fuit ergo Hælia, sed accepit Digamma, et facta Velia, ut Enetus, Venetus.' Plura hujus generis legas apud Dionysium in Antiquitatibus Romanis, et Terentianum Manrum de Syllabis: et nos exposuimus in libris de Antiquis Italice linguis. Sic Andalusia hodie provincia Hispaniæ, quæ Vandalusia olim, utpote a Vandalis dicta, teste Sancio *Hist. Hispaniæ* lib. i. c. 7. *Scip. Gent.* Vulc. Edd. sec. et tert. *Elea*. Sed reliquæ Edd. cum *Mss. Velia*. De *Elea* sive *Velia* Lucaniæ urbe cf. Simson. *Chron.* ad ann. 3470. *J. Bos.*—3 Vid. Not. Var.—4 *Al. et Plato*.—5 *D'Orv. corporum*. *J. Bos.*—6 *Ven. Rom. tamen quam multum*. Ald. *aliquo multum*. Notavimus alibi supra. *Colv.* Edd. Vic. Ven. Rom. *tamen quam m.* Ald. et Junt. post. *aliquo m.* sed recte *Mss.* cum reliquis Edd. *aliquam multum*.

#### NOTE

be, hoc est, sapientes dictitarent.

<sup>2</sup> *Zenonem illum antiquum Velia oriundum*] Hic fuit Zeno Eleates, Italiciæ Philosophiæ, qui successit Parmenidi, et ipsi Leucippus.<sup>2</sup> Fuit et alius Zeno, Cittiens, Eleate posterior, Ioniciæ Philosophiæ, qui Crateti successit, et ei Cleanthes. Sex alios Zenones enumerat Laërtius in *Cittiei Vita*, quem vide.

<sup>3</sup> *Velia oriundum*] *Velia* Lucaniæ oppidum est, in sinu Pæstano conditum a Phocensibus. *Velia* dicta fuit prius 'Ελέα, et incolæ ipsius, Eleatæ: haud procul sita a Promontorio Paliauro dicto. Portus Velini meminit

Virgil. *Æneid.* vi. 'Portusque requirere Velinos.'

<sup>4</sup> *Qui primus omnium dictionem, &c. ambifariam dissolverit*] In *Rhetoricam* et *Dialecticam*. Quistilianus lib. ii. cap. 20. 'Cum duo sint generis orationis: altera perpetua, quæ Rhetorice dicitur; altera concisa, quæ Dialectice: quas quidem Zeno adeo conjunxit, ut hanc compressæ in pugnum manui, illam explicatæ diceret similem,' &c.

<sup>6</sup> *Longe decorissimum fuisse, ut Plato autumat*] In *Parmenide*. Quin et Laërtius, in ejus *Vita*, ait eum fuisse *Parmenidis delictum*.

a me remota est : cui, præter formæ mediocritatem, continuatio etiam literati laboris omnem gratiam corpore deterget,<sup>7</sup> habitudinem tenuat, succum exsorbet,<sup>8</sup> colorem obliterat, vigorem debilitat. [407] Capillus ipse, quem isti aperto mendacio ad lenocinium decoris promissum dixere, — vides, quam sit<sup>9</sup> amœnus ac delicatus,<sup>1</sup> — horrore implexus atque impeditus, stuppeo tomento<sup>2</sup> assimilis, et inæqualiter hirtus, et globosus, et congestus; prorsum<sup>3</sup> inenodabilis diutina incuria, non modo comendi,<sup>3</sup> sed saltem expediendi et discriminandi. Satis, ut puto, crinium crimen, quod illi quasi capitale<sup>4</sup> intenderunt,<sup>5</sup> refutatum

ut dixi, hæc defensio parum mihi congruit, cui, præterquam quod parum formosus sum, assiduitas etiam studiorum adimit omnem venustatem ex corpore, attenuat habitum corporis, exangit succum, delet colorem, infirmat vires. Coma ipsa, quam illi manifesto mentientes dixerunt nutritam esse ad illecebras venustatis, cernis quam non sit pulchra et delicata, sed implicata hispeditate, et intricata, similis funi ex stuppis, et hirsuta inæqualiter, glomerataque, et condensata; plane inextricabilis ob longam negligentiam, non solum eam pectendi, sed vel extricandi, ac separandi. Crimen capillorum, quod mihi objecerunt tanquam capitale, jam satis refutatum est, ut arbitror.

\*\*\*\*\*

tum. Adi Oudend. ad Met. lib. i. p. 74. b. J. Bos.—7 Pith. detegit. Lips. D'Orv. detergit. Eadem varietas Met. lib. iv. p. 313. nbi adi Oudend. Id.—8 Sic recte Scriv. Al. exarbes. Id.—9 Quam non sit. Particulam non male omittunt Florentini Mss. Elmenh. Omittunt eam quoque Mss. Pith. Lips. probante V. D. in Obs. Misc. vol. ii. p. 187. vel, vide quam sit am. per ironiam: ut infra pag. 472. 'vide, quam ipsi sese revincant.' Sed pag. 536. 'vides, quam similia contendam?' quare id mutatum nolim. Sed non Matorum auctoritate ejiciendum. Pro eo in D'Orv. est nam. Ironiam amat Noster. Vide Ind. J. Bosscha.—1 Ms. Lips. et dedic. Idem.—2 Sic Mss. Florent. D'Orv. Coll. Voss. cum Ed. Scriv. probante V. D. in Misc. Obs. l. supra cit. Vulgo prorsus. Sed prorsum dixit etiam Noster Met. l. v. p. 319. et Flor. N. 18. fluctuantibus tamen utroque loco Mss. Id.—3 V. C. non modo 9cendi. Sciopp. in Symb. Comendi est in Edd. O. Sed Pith. concndi. et Wow. in Var. Lect. quasi e Fulv. Cod. concernendi: unde Crns. Prob. Crit. c. 9. conjicit concinnandi. Sed 'concinare' simpliciter est, in ordinem componere: atque non satis id verbum differt ab 'expediendo' et 'discriminando', quam ut ea sibi opponi recte possint. 'Comero' vero, quod proprium est verbum de cura capillorum (v. Drakenb. ad Sil. Ital. vii. vs. 460.) notat non tantum capillos componere, sed et ornare, unde et 'comere', absolute, orrandi significationem accepit. V. Gronov. Diatr. Stat. c. 27. Auson. Epigr. i. 3. 'Come serenatam duplici diademate frontem:' ubi cf. Vinet. et Clar. Urb. 6. vs. 17. Quare cum Mss. reliquis in vulgata scriptura acquiesco. J. Bos.—4 Al. q. ut. cap.—5 D'Orv. intendere. Id.—6 Ms. re-

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Stuppeo tomento [tormento] Recte. dictus, quod ex stuppis intortis fiat, Nec quicquam immutandum est. Tormentum hic funis est, a torquendo sic

Delph. et Var. Clas.

Apul.

4 O

est.<sup>6</sup> De eloquentia vero, si qua mihi fuisset, neque mirum, neque invidiosum deberet<sup>7</sup> videri, si<sup>8</sup> ab ineunte ævo nnis studiis literarum ex summis viribus<sup>9</sup> deditus, omnibus aliis spretis voluptatibus, ad hoc ævi,<sup>1</sup> haud sciam, anne super omnes homines<sup>2</sup> impenso labore, diuque noctuque, cum despectu<sup>3</sup> et dispendio bonæ valetudinis, eam quæsissem. Sed nihil<sup>4</sup> ab eloquentia metuant, quam ego, si quid<sup>5</sup> omnino promovi, potius spero, quam præsto.<sup>w</sup> Sane<sup>6</sup> quidem, si verum est, quod Statium Cæcilium<sup>\*</sup> in suis Poëmatibus scripsisse dicunt,<sup>7</sup> Innocentiam eloquentiam esse; ego vero<sup>8</sup> profiteor ista ratione,

*Quantum autem ad eloquentiam, si habuissem aliquam, neque id deberet videri mirum, neque invidendum, si ego incumbens totis viribus ab initio meæ vitæ solis studiis literarum, posthabitis omnibus aliis voluptatibus ad hoc usque tempus, acquisivissem eam die et nocte labore fortasse majori, quam ceteri, cum contenti et damno meæ bonæ valetudinis. Sed nihil sibi timeant ab eloquentia, quam ego potius exspecto, quam exhibeo, si quid tamen omnino profici. Certe, si verum est quod Statius Cæcilius dicitur scripsisse in suis Carminibus, Innocentiam esse eloquentiam, ego*

~~~~~

fatat? Colvius. Coll. Voss. *refutatum sine est.* Pith. et D'Orv. *refutatur.* J. Bos.—7 Pith. *nec mirum nec inv. deb.* Id.—8 Oudend. marg. Ed. Pric. *allevit, qui:* sed in Mss. et Edd. O. est *si.* Id.—9 Stewechina, *Et summis viribus:* male. Vide Indicem. *Elmenh.* V. Oudend. ad Met. l. II. p. 169. b. et Ind. Cum Stewechio facit Gulielmius, teste Groslot. in marg. J. Bos.—1 Male Edd. Vic. Ven. *ad hoc ævi.* Mss. Pith. Lips. *ad hoc ei.* Aldus *ad hoc venit, et ut, pro, haud.* Id.—2 In eodem, *omnes hos.* Colvius. Ut et Coll. Voss. J. Bos.—3 Ond. in marg. *'Forte: cum desp. etiam.'* Id.—4 D'Orv. *sed mihi.* Id.—5 Al. *si quidem.*—6 Idem *Savum.* Colvius.—7 Mss. Pith. Florent. Lips. *dicanto.* Edd. Vic. Ven. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *dicant.* J. Bos.—8 Deest vero

NOTÆ

^w *Quam, &c. potius spero, quam præsto]* Id est, quam ad summum spero me consecuturum, sed nondum sum consecutus.

^{*} *Statium Cæcilium]* Hujus meminit Gellius, lib. Noct. Attic. iv. c. 20. *'Statius autem,'* inquit, *'servile nomen fuit. Plerique apud Veteres servi eo nomine fuerunt. Cæcilius quoque ille Comædiarum Poëta inclytus servus fuit: et propterea nomen habuit Statius: sed postea verum est quasi in cognomentum: appellatusque Cæcilius Statius.'* De

hoc intelligendus Horatius in Arte Poëtica, cum ait: *'Quid autem Cæcilio Plautoque dabit Romanus ademptum Virgilio Varioque,'* &c. Fuit Ennio æqualis et amicissimus, item Terentio. Enumerantur supra triginta ejus Comædiæ a Grammaticis veteribus, quarum nihil ad nos pervenit, nisi perexigua quædam fragmenta, ex variis Auctoribus, qui eam laudaverunt, hinc inde collecta. Quibus et hoc addi possit ex nostro Apuleio: *'Innocentia eloquentia est.'*

ac prae me fero,⁹ nemini omnium de eloquentia concessurum. [408] Quis enim me hoc quidem pacto eloquentior vivat? quippe qui nihil unquam cogitavi,¹ quod eloqui non auderem.⁷ Eundem me aio² facundissimum esse;³ nam omne peccatum semper nefas habui; eundem disertissimum; quod nullum meum factum, vel dictum extet,⁴ de quo disserere publice non possim: ita ut jam de versibus dissertabo,⁵ quos a me factos⁶ quasi pudendos protulerunt;⁷ cum quidem⁸ me animadvertisti cum risu illis succensentem,⁹ quod eos absone et indocte pronuntiarent. Primo igitur legerunt¹ e Ludicris meis epistolium de dentifricio,² versibus scriptum ad quendam Calpurnianum:³ qui, cum adversum me eas literas promeret,⁴ in

profiteor, ac palam declaro, me hoc modo nulli homini cesserum esse eloquentia. Nam quis potest esse me eloquentior hac ratione? quandoquidem nihil unquam cogitavi, quod non auderem aperte eloqui. Dico etiam me esse facundissimum; nam existimavi semper omne peccatum esse nefas. Item me esse disertissimum, quia nihil unquam feci aut dixi, de quo non possim palam disserere: quemadmodum jam disseram de versibus, quos protulerunt a me compositos, veluti inhonestos; cum quidem vidisti me cum risu indignantem adversus illos, quia pronuntiabant eos absone et imperite. Legerunt igitur primo ex jocosis meis brevem epistolam de dentifricio, carminibus scriptam ad quendam Calpurnianum: qui, quando protulit eam

Mss. Fulv. D'Orv. Pith. Edd. Vic. Ven. Id.—9 Mss. Lips. Pith. *præfero me*. D'Orv. *profero me*. In reliquis *præ me fero*. Recte. Ellipsis accusativi pronominis ante Infinitivum frequens est. V. Sanct. Min. l. iii. c. 7. Id.—1 Pith. a m. pr. *nunquam cogitavi nihil*: ut duplex negatio, Græcorum more, vim habeat. Adi Oudend. ad Met. l. v. p. 334. a. Intpp. ad Nep. Att. 11. ad Propert. 11. 15. 5. Bentl. ad Terent. Andr. 1. 2. extr. Duker. ad Flor. 111. 17. Pro *auderem* Cod. Pith. *audeo*. Id.—2 Coll. Voss. *alio*. Ed. Junt. post. *animo*: quæ vox in Mss. sic scribitur *aio*. Id.—3 *Td* esse adjeci ex Florentinis. *Elmenh.* Accedunt D'Orv. Pith. Edd. ante Colv. J. Bos.—4 Pith. *est*. Id.—5 Ed. Ven. *desertabo*. Id.—6 Id. lib. *anfactos*. Colvius.—7 D'Orv. *protulere*. J. Bos.—8 Ald. *tu quidem*. Colvius. Contra Mss. Eleganter Ed. Junt. post. *cum equidem*. Adi Oudend. ad Met. l. i. p. 10. a. Post *rd quidem* deest *me* in Coll. Voss. et alia Codicis Lips. Coll. J. Bos.—9 V. C. *succenserem*. Vir Doctus. Pith. *succensentem*, deleto *illis*. J. Bos.—1 D'Orv. *legere*: ut supra, 'intendere,' protulere.' Id.—2 Pith. *derifr*. D'Orv. *dentifricio*. Id.—3 Ita Mss. Sed Edd. Vic. Ven. Junt. Bas. Colv. Vulc. Wow. *Calphurn*. Elm. hic *Calphurn*. sed infra *Calpurn*. Id.—4 Ed. Ven. *promoret*. Id.—5 Al. *non vidit*.

NOTÆ

¹ *Eloquentior vivat? quippe qui, &c. quod eloqui non auderem, &c.*] Ludit in similitudine atque etymologia verborum, 'eloquentior,' 'eloqui': 'facundissimus,' 'nefas': 'disertissi-

mus,' 'disserere.'

² *Ad quendam Calpurnianum*] Quasi vix enim noverit: notissimum tamen et familiarissimum fuisse versus sequentes indicant. Verum indignatus,

vidit⁵ a profecto cupiditate lædendi, si quid mihi ex illis fieret criminis, id mihi secum esse commune. Nam petisse⁶ eum a me aliquid tersui dentium,⁷ versus testantur:

Calpurniane, salve^b properis^c versibus.^c

Misi, ut petisti,⁹ mundicinas dentium,^d

[409] Nitelas^e oris^e ex Arabicis frugibus,^f

epistolam contra me, præ nimio studio mihi nocendi, non vidit eam, si quid ex illis mihi crimini verteretur, illud mihi esse commune cum ipso. Nam versus ipsi ostendunt eum rogasse me aliquid, quo tergeret dentes: Calpurniane, saluto te carminibus deproperatis. Misi ad te, sicut petisti, dentifricium purgandis dentibus, Nitores oris, ex aromatatis Arabiæ, Pulverem minutum, dealbantem,

~~~~~

Vid. Not. Var.—6 Florid. novavit in petiisse. Male. Met. l. viii. p. 545. 'petisset.' L. x. p. 703. 'petissent.' cf. Flor. N. 15. de Dogm. Plat. p. 567. Ed. Flor. infra p. 595. bis: et mox 'petisti:' cf. etiam ad Met. ix. p. 594. b. Floridum tamen sequuntur Edd. Altenb. et Bip. ut ubique fere: quare eas Edd. non memorabimus, nisi ubi a Florido recedant. J. Bos.—7 Ms. D'Orv. corrupte *tristi dentibus*. *Dentibus* habent quoque Pith. et Florent. Id.—8 Ms. Fulv. *perperis*. Id.—9 Vid. Not. Var.—1 D'Orv. *Vitales*. Pith. *Nicelas*. J. Bos.—2 Ejuamodi emendationes, qualem huic loco adhibet Salma. ad Solin. p. 398. sine Mistorum auctoritate admittendas non puto. Id. Vid.

#### NOTE

quod eos versus tradidisset suis adversariis, per contemtum vocat eum 'quendam.'

<sup>a</sup> *Invidit*] Negat. Hoc est, non vidit.

<sup>b</sup> *Calpurniane, salve, &c.*] Recte monet Pricæus hunc versum jungendum esse cum illo: 'Misi, ut petisti, mundicinas dentium,' et sequentibus. Inter hæc autem verba: 'quod Philosophus suum nolit videri?' et: 'Vidi ego dudum,' &c. interserenda esse illa, 'Nisi forte in eo reprehendendus sum,' &c. usque ad 'punicare gingivam,' et parenthesi includenda.

<sup>c</sup> *Properis versibus*] Id est, in promptu et cum festinatione factis, extemporaneis.

*Mundicinas dentium*] Vulgo mundicias contra versus modulum. Observare licet, apud Apuleium alios-

que illius ævi et posteriores scriptores, plurima hujus modi atque exempli nomina. Sic Noæter 'furatrinam' et 'indicinam' in Milesiis dixit. Sic Tertull. 'juridicinam' et 'vestificinam,' &c.

<sup>e</sup> *Nitelas oris*] Hac voce utitur Solinus, pro nitore, cap. 36. 'Nam præcipua viris gloria est in armorum nitela.' Item pro micis pulveris auri, quæ inter arenas reperiuntur, cap. 36. 'Depurgant in minium nitelas pulveris.'

<sup>f</sup> *Ex Arabicis frugibus*] Cinnamo, aliisve aromatatis, quæ ex Arabia apportantur. Salmas. ad Solinum, pag. 165. legit, *rupibus*, et intelligit de lapide Arabico seu Arabo, de quo Plinius, lib. xxxvi. cap. 21. 'Arabus lapis ebori similis dentifriciis accommodatur crematus,' &c.

(Nisi forte in eo reprehendendus sum, quod Calpurniano pulvisculum ex Arabicis frugibus miscrim: quem multo æquius erat, spurcissimo ritu Hiberorum,<sup>3</sup> ut ait Catullus,<sup>h</sup>

— — — sua sibi urina<sup>i</sup>

Dentem, atque russam<sup>4</sup> pumicare gingivam.)

Tenuem,<sup>5</sup> candificum, nobilem pulvisculum,

Complanatorem tumidulæ<sup>6</sup> gingivulæ,

Converritorem pridianæ reliquæ;

Ne quæ<sup>7</sup> visatur tetra labes sordium,

Restrictis forte si labellis riseris.

egregium, Qui deprimit gingivam tumentem, Qui expurgat reliquas cibi hesteri, Ne aliqua parte fæda macula sordium videatur, Si forte riseris diducendo labra. Quidnam, ore, carmina hæc habent turpe re aut verbo? Quid prorsus, cujus philosophum pudeat? Nisi forte in hoc sum redarguendus, quod miserum pulverem ex aromatis Arabicæ Calpurniano: quem multo justius erat sibi fricare dentes et gingivam rubram suo lotio, ut ait Catullus, secundum morem

Not. inf.—3 Pith. corrupte *spatiosissimo irrita Hibeorum*. Hiber. Mss. et Edd. O. præter Florid. qui usitatorem scripturam, sine aspiratione, exhibuit. Sed in Mss. ubique fere variatur: et FLUMEN HIBERUS est etiam in vet. Inscript. apud Gruter. p. 690. J. Bos.—4 Marg. Bas. pr. *ruffam*. Rom. *deneusam*. Ven. *deneusum*. Bas. 1. *ruffam*. Sed *russam* etiam legitur in mellioribus Libris Catulli. Fl. Sosipater l. 1. 'Rosæum Grammatici non magis dicendum putant, quam Albenum, aut Prasineum; sed Russum, et Album, et Prasinum.' Tertullianus de corona militis: 'Et nunc russatis sanguine suo.' Huc etiam adhibe, quæ supra scripsi ad l. 11. Metam. Colv. Lat. Latin. malebat *rufam*. Sed Gellius N. A. 11. 26. 'Russus color et ruber nihil a vocabulo rufi differunt: licet alii distinguere videantur. cf. Burm. ad Anthol. Lat. l. v. Ep. 12. vs. 11. J. Bos.—5 Pius ad Plauti Bacch. 1. 1. *mollem*: sine causa. Id.—6 Ms. Pith. *tumidæ*: vs. seq. D'Orv. *scurritorem*. Id.—7 *Nequa*. Scribe, *Ne qua*: vel, *Ne quæ*: ut etiam vianum eruditissimo Doussæ fuit. Colv.

#### NOTÆ

<sup>3</sup> *Hiberorum*] Hispanorum, qui et Celtiberi dicebantur, a flumine Ibero, ad quem Galli quidam Celtæ sedes fixerant. Est et alia Iberia juxta Pontum, inter Colchos et Armeniam, venenorum ferax, cujus incolæ Iberi quoque et Iberæ dicti sunt: a quibus perfecti fuisse dicuntur, qui in Hispania habitaverunt, teste Varrone, et nomen Iberiæ ipsique Ibero fluvio dedisse.

<sup>h</sup> *Ut ait Catullus*] Epigrammate in Egnatium, cujus initium est: 'Egna-

tias quod candidos habet dentes.' At in vulgatis nostris Catulli exemplaribus paulo aliter habetur, quam in hoc Apuleii loco. Versus Catulliani sunt: 'Nunc Celtiberas, Celtiberia in terra Quod quisque mixxit, hoc solet sibi mane Dentem atque russam defricare gingivam,' &c.

<sup>i</sup> *Sua sibi urina*] Immo, et sua et aliena, eaque in cisternis inveterata: nec dentes tantum, sed et corpus lavabant, ut refert Strabo, lib. 111.

Quæso quid habent isti versus re aut verbo pudendum? quid omnino,<sup>3</sup> quod philosophus suum nolit<sup>9</sup> videri? Vidi ego dudum vix risum quosdam tenentes, cum munditias oris videlicet<sup>1</sup> orator ille aspere accusaret,<sup>2</sup> et dentifricium tanta indignatione [410] pronuntiaret, quanta nemo quisquam venenum. Quidni? crimen<sup>3</sup> haud contemnendum philosopho, nihil in se sordidum<sup>4</sup> sinere, nihil uspiam corporis apertum immundum pati<sup>5</sup> ac foetulentum;<sup>6</sup> præsertim os, cujus in propatulo et conspicuo usus homini<sup>7</sup> creberrimus: sive ille<sup>8</sup> cuipiam osculum ferat, seu cum quiquam sermocinetur,<sup>9</sup> sive in auditorio

*foetissimum Hispanorum. Ego vidi jam pridem quosdam ægre temperantes a risu, cum nempe illa orator graviter crimineretur purgationem oris, et pronuntiaret dentifricium cum tanta indignatione, quanta nemo prorsus pronuntiaret venenum. Cur non? sane crimen est non leve Philosopho nihil pati in se immunditici, nullam partem patentem corporis sinere sordidam esse et foetidam; præcipue os, quo homo sapissime utitur aperte et conspicuo: sive ille osculetur aliquem, sive colloquatur cum*

\*\*\*\*\*

Gæs. ne qua, vel ne quæ, ut expressit Scal. in Catal. et Collect. Pisanr. Perinde est qua et quæ, sed hoc exigit metram. J. Bos.—8 Ms. Pith. quidem o. Id.—9 Volunt et ex emend. vel est in Pith. Pro videri in eod. videre. Id.—1 D'Orv. viden'. Id.—2 D'Orv. asperet. Grutero Suspici. Ined. xx. 10. in mentem venit asper accusator: male. Id.—3 In Codd. Rom. et Ven. erat Quidin. Rescribo: Quid? an crimen haud c. p. Meursius.—4 Ita Rom. alii sordium. Eadem Rom. statim foeculentum, non, foetulentum. Casaubonus. Sordium habent Edd. Colv. Vulc. et Wow. quod e Florent. Ms. præfert V. D. In Misc. Obs. vol. II. p. 188. per se, recte; ut de Dogm. Plat. I. p. 213. 'Abs-tergeas ea, quæ sordium fuerint.' Sed bene alius ibid. V. D. monet sequentia adjectiva 'apertum,' 'immundum,' 'foetulentum' postulare sordidum: ut est in Mss. Pith. D'Orv. Edd. Rom. Junt. post. ceterisque, probante Salm. Pro sinere D'Orv. cinere, Pith. sentire. J. Bos.—5 Pro immundum pati Pith. mundum pari. Id.—6 Foeculentum. Flor. foetulentum: recte. Elmenh. Foeculentum est quod multum fæcis continet, τρυφῶδες. cf. de Deo Socr. p. 681. Ed. Flor. Sed legendum esse foetulentus, δωρῶδες, a foetendo, quemadmodum factor sæpe ori, et animæ tribuitur. Eadem vox apud Arnob. I. vii. p. 225. 'foetulentia viscera.' Per c tamen scribitur in Ms. Pith. et Edd. Rom. Vic. Ven. Vulc. sec. J. Bos.—7 Pith. hominis. Perperam. Id.—8 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. illud: haud invenuste, sed contra Mss. e quibus Pith. illis. Id.—9 Sic Rom. vulgati alii, cum quicquam serm. Cum quiquam, id est, cum quocumque. Sic sæpius Plautus. Cistell. 'Sed tun' unquam cum quiquam viro consuevistis?' Mercat. 'Quid tua refert, quicquid istac venerit?' Persa: 'Neo satis a quiquam homine accepi.' Colo. Vide et Voss. de Anal. iv. 6. Plaut. Stich. iv. 2. 47. 'Quicumvis depugno multo facilius, quam cum fame.' i. e. cum quovis, et hoc pro quovis. Male igitur, pro cum quiquam, quod est in Edd. Rom. Vulc. Wow. Sc. Gent. Elm. dederunt Pric. Scriv. Flor. cum quocumque, et Casanb. cuiquam. In Mss. Florent. D'Orv. Edd. ante Colv. excepta Rom. est cum quicquam; et hoc male. Singulis verbis additur, quod ei proprium est: cum quiquam, cum singulis hominibus, sermocinamur, in audito-

dissertet, sive in templo preces alleget. Omnem quippe hominis actum<sup>1</sup> sermo præit: qui, ut ait poëta præcipuus,<sup>2</sup> e dentium muro<sup>3</sup> proficiscitur. Dares nunc aliquem<sup>4</sup> similiter grandiloquum: diceret suo more,<sup>5</sup> cum primis cui ulla fandi cura sit, impensius cetero corpore<sup>6</sup> os colendum; quod esset animi vestibulum, et orationis janua,<sup>7</sup> et cogitationum comitium.<sup>8</sup> Ego certe pro meo captu dixerim, nihil minus,<sup>9</sup> quam oris illuviem, libero et liberali viro competere. Est enim ea pars hominis loco

*aliquo, sive verba faciat in auditorio, sive emittat preces in fano. Verba enim præcedunt singula facta hominis; quæ verba exeunt ex septo dentium, ut ait Poëta primarius. Si esset nunc aliquis quoque magniloquus, diceret pro more suo, eum præsertim, cui cura loquendi incumbit, debere studiosius curare os, quam reliquum corpus; quia os est vestibulum mentis, et ostium sermonis, et exterius atrium cogitationum. Ego sane dicam secundum modulum mei ingenii, nihil minus convenire homini libero et honesto, quam sordes oris. Nam ea pars hominis est posita in*

rio dissertamus, in templo preces allegamus. J. Bos.—1 Ms. Pith. auctum. Id.—2 Vulc. in marg. Ed. Colv. malebat comma ante præcipuus poni, pro præcipue: quasi vero et aliunde sermo proficiscatur. Id.—3 E dentium muro. Flor. dentium muro. Elmenhorstius. Accedunt Pith. et D'Orv. non male. J. Bos.—4 D'Orv. nec aliquam: mox pro diceret Ed. Vulc. tert. disceret. Id.—5 Placet Lipsio suo jure. Colvius. Distinctione prava laborabat hic locus. At Viro doctissimo cave assentiaris, qui suo jure voluit scribi. Suo more, valet, grandiloque, μεγαληγρος, cui opponuntur mox illa, 'pro meo captu.' Casaub. Non placet Lipsii conjectura, suo jure. Infra heic, 'nisi forte Crassus non in cubiculum reversus perrexit, sed suo more recta ad focum.' Turpil. Philopat. 'Tuò more uti soles, videre ægre mihi id pati.' Pric. Lipsio nemo assensum præbuit. Ante Casanbon. comma positum erat post cumprimis. Pro fandi cura Ms. Pith. facti cā. J. Bos.—6 Rom. cetero corporis. Elmenhorstius. Rom. princeps Ed. cetero corporis. Pricæus. Sed nihil variant Mss. Noster Met. l. v. p. 362. 'ceterum corpus glabellum.' L. vi. p. 444. 'ut sola facie prominente, ceterum corpus puellæ,' &c. L. iv. p. 261. 'Ceterum Lamachum raptim reportamus:' ubi cf. Gru-ter. J. Bos.—7 Pith. nihilo minus. Id.—8 Al. facunda.—9 Edd. Rom. Vic.

## NOTÆ

<sup>1</sup> Poëta præcipuus] Homerus.

<sup>2</sup> E dentium muro] Cum aliis multis in locis, tum hoc versu, Τέρον ἐπὶ, ποῖον σε ἔρος φύγεν ἔρκος ἰδόντων; quem sic Latine vertas: 'Filia mea, quale verbum tibi exiit ex septo dentium?'

<sup>3</sup> Dares nunc aliquem, &c. diceret suo more, &c.] Id est, Si dares, &c. ille diceret: vel, Da aliquem, et dicet: aut, Si esset aliquis, &c. diceret.

<sup>4</sup> Animi vestibulum, et orationis ja-

nua, &c.] Figurata et emphatica verba grandiloqui hominis de ore loquentis. Divus Ambrosius Hexaëmer. vi. 9. 'Quid est igitur os hominis, nisi quoddam sermonis adytum, fons disputationis, aula verborum, promptuarium voluntatis?'

<sup>8</sup> Et cogitationum comitium] 'Comitium' hoc loco est, exterius atrium, ut ex Livio et Asconio docet Lang-læus Semeatr. vii. 19.



celsa, visu prompta, usu foecunda.<sup>8</sup> Nam quidem feris et pecudibus os humile, et deorsum ad pedes dejectum, vestigio et pabulo proximum, nunquam ferme nisi mortuis, aut ad morsum exasperatis, conspicitur: hominis vero nihil prius tacentis, nihil saepius loquentis, contemplere.<sup>9</sup> Velim igitur censor meus Æmilianus respondeat, [411] unquamne ipse soleat pedes lavare: vel, si id non negat, contendat majorem curam munditiarum pedibus, quam dentibus impertiendam. Plane quidem,<sup>1</sup> si quis, ita ut tu, Æmiliane, nunquam ferme os suum, nisi maledictis et calumniis, aperiat; censeo, ne ulla cura os percolat; neque ille exotico pulvere<sup>2</sup> dentes emaculet, quos justius<sup>3</sup> carbone de rogo<sup>4</sup> obtuerit;<sup>5</sup> neque saltem communi aqua perfluat. Quin, ei<sup>6</sup> nocens lingua, mendaciorum et amari-

*loco edito, patet aspectui, et habet plurimos usus. Bellæ enim et pecudes habent quidem os pronum, et demissum deorsum pedes versus, proximum vestigiis suis et pabulo, quod fere nunquam videtur, nisi cum mortuæ sunt, aut irritatæ ad morden- dum: at in homine nihil aspicias prius ore, dum tacet; nihil saepius, dum loquitur. Cupiam ergo ut Æmilianus, corrector meus, mihi respondeat, an ipse soleat aliquando lavare pedes: aut, si hoc fatetur, contendat pedes purgandos esse majori cura, quam dentes. Equidem, si quis nunquam fere aperiat os suum nisi ad convicia, et calumnias proferendas, ut tu facis, o Æmiliane; auctor sum ut ille nulla cura colat os suum, neque purget dentes pulvere peregrino, quos justius perfricuerit carbone sumpto ex busto: neque abluat eos saltem aqua vulgari, ne impediat, quomi-*

~~~~~

Ven. *contempletur*: passive. ut 'contemplarent' active apud Nostrum Flor. N. 7. ubi vide. Sed tum legendum foret *contemplatur*, ut paulo ante 'conspicitur.' Ms. D'Orv. *contemplant*, in reliquis *contempler*: recte. J. Bos. —1 Pith. *planum* q. D'Orv. *plane si quid*. Id.—2 J. de Rhoer in Fer. Daventr. p. 228. ait, sensum poscere *neque ullo exot. pulv.* atque ita jam antea conjece- rat Lat. Latin. Præcessit sane 'neque ulla cura.' Melius igitur hoc, quam quod Gulielmo in mentem venit n. *illo exot. p.* Nihil tamen mutavi contra Mss. et Edd. quia minime otiosum est *quod ille*. 'Ne ille dentes emaculet, &c. Ceterum (i. e. sed, vel, contra) qui sese sciat rationem prompturum, &c. ejus merito os... prælavitur.' Id.—3 Deest Ed. Vic. Mss. Pith. D'Orv. Id.—4 *Obtuerit*. Flor. 2. *obtuerit*. Elmenhorstius. Quod expressi contra Edd. O. auctoribus Oudend. ad Sueton. Aug. c. 40. et ad Nostri Met. l. vii. p. 570. ubi vide, et Heinsio in Advers. p. 556. cf. et ad Nostri Flor. N. 3. p. 12. b. Ms. D'Orv. *obiverit*. J. Bos.—5 *Perluat, quin ei*, &c. Interpretatur Floridus: 'abluat, ne impediat, quominus ei,' &c. quod significare posse *quod quin*, non credo. Hinc Scriv. fortasse reposuit *qui*, pro ut: de quo vid. Gro-

NOTE

⁸ *Exotico pulvere*] Facto nempe ex aromatatis aut lapidibus ex Arabia al-
latis, ad dentifricia.
⁹ *Carbone de rogo*] Utpote sordido, funesto, et mali ominis.

tudinum¹ præministra, semper in foetutinis⁶ et olentice-
tis⁷ suis jaceat. Nam quæ, malum,⁸ ratio est, linguam
mundam et lotam,⁹ vocem quam⁹ spurcam et tetram pos-
sidere? viperæ ritu, niveo denticulo, atrum venenum inspi-
rare?¹ Ceterum qui sese sciat rationem² prompturum
neque inutilem, neque injucundam, ejus merito os, ut bono
potui poculum, prælavitur.³ Et quid ego⁴ de homine
nato⁵ diutius? Bellua immanis crocodilus⁶ ille, qui in
Nilo gignitur, ea quoque, uti⁷ comperior, purgandos sibi
dentes innoxio hiatu præbet. Nam, quod est ore amplo,
sed elingui, et plerumque in aqua recluso, multæ hirudines⁸

*nis lingua, suppedilatrix mendaciorum et amarorum dictorum, jaceat semper in suis
satoribus, et spurcitiis. Nam aquumne est, quæso, ut quispiam habeat linguam
puram et purgata, contra vero vocem injucundam, et diram? ut insinuet nigrum
virus dente candido, more viperæ? Porro os merito abluitur ab eo, qui scit se pro-
laturum orationem, neque inutilem, neque inusitatem, quemadmodum lavatur calix ad
bonam liquorem recipiendum. Sed quare ego diutius loquor de homine, et qui se
talem natum esse scit? Ingens bestia, nempe ille Crocodilus, qui nascitur in Nilo
flumine, præbet quoque, ut accipio, suos dentes mundandos, aperiens os suum, nec
ludens purgantem. Nam, quia habet os vastum, sed absque lingua, et fere semper*

~~~~~

nov. ad Liv. 1. 43. Senzerling. in Prom. Crit. 1. 3. Sed nihil opus est muta-  
tione: modo post *perlat* plenius distinguatur. Quin valet hic, ut solet,  
immo vero, quia immo. Id.—6 Al. *faculinis*. al. *fatudinis*.—7 Ms. Pith. *lentui-  
cia*. J. Bos.—8 Ratio est... lotam. Ms. D'Orv. *ratione... lentam*. Id.—9 Al.  
contra.—1 Venet. *perinspire*. Colvius.—2 Forte verius, *orationem*. Id. Ma-  
lim *orationem*: sed alteram lectionem nonnihil confirmat similis locus de  
Dogm. Plat. 'Homini promptuarium rectæ rationis et suavissimæ orationis  
os datum est.' Casaub. Vid. Not. Var.—3 Al. *prælabitur*.—4 Ms. Pith. *quid  
ago*: quia ἄλλοι τιναῖς deest verbum, unde etiam pro statim sequente *nato*,  
Ms. D'Orv. *narro*: male. V. ibi Casaub. J. Bos.—5 Alias non male Gæs. in  
marg. conjecit *nato*. Id.—6 Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. per duplex *ll* scri-  
bunt. Ms. D'Orv. *cocodrilus*; forte pro, *corcodilus*: de qua scriptura docte  
disputat Gad. ad Phædr. 1. 25. Id.—7 D'Orv. Pith. ut. Id.—8 Ven. Rom.

#### NOTE

<sup>1</sup> *Ameritudinum*] Convictorum, et  
contumeliosorum verborum.

<sup>2</sup> *Olenticietis*] Repone *oleticetis*, lo-  
cis oieto, hoc est, humano stercore  
plenis.

<sup>3</sup> *Malum*] Adverbium indignantis,  
et acris loquens.

<sup>4</sup> *De homine nato*] Περί ἀνθρώπου γέν-  
τος vel γενέσεως. Apuleius ad ver-  
bum vertit 'de homine nato.' At Ci-  
cero pro eo dicere solet, 'qui se ho-

minem meminert; hæc enim est vis  
Græcæ locutionis.

<sup>5</sup> *Multæ hirudines*] Sic omnino le-  
gendum est, non *arundines*, aut *hirun-  
dines*. Ælianus de Animal. lib. III.  
cap. 11. 'Ὁ γοῦν κροκόδειλος ῥήχεται  
ἑμα καὶ κέχρηται. ἐμφάττουσιν οὖν αἱ  
βόλλαι εἰς αὐτὸν, καὶ λυπούσιν. διερ-  
εῖδὲς λατοῦ δέεται τοῦ τροχίου. πλήρης  
γὰρ αὐτῶν γενόμενος, ἐπὶ τὴν ὀχθὴν  
προελθὼν, κατὰ τῆς ἀπέναντος κέχρηται

dentibus [412] implectuntur: <sup>3</sup> eas illi, cum egressus in præripia fluminis <sup>2</sup> hiavit, una ex avibus fluvialibus,<sup>99</sup>—amica avis!—injecto rostro sine noxæ periculo exscalpit.<sup>2</sup> Mitto hæc. Venio ad ceteros versus, ut illi vocant, amatorios: quos tamen tam dure et rustice legere, ut odium mo-

*aqua immersum, multæ sanguisugæ adherescunt ejus dentibus. Cum autem exiit in marginem fluvii, et aperuit os, quædam ex volucribus fluminis, ipsius amica, extrahit eas, immittens rostrum suum absque periculo læsionis. Sed ista missa facio. Venio ad reliquos versus amatorios, quemadmodum illi appellant: quos tamen lege-*

*amplectuntur.* Colvinus. Non contemnenda est lectio Codd. Rom. et Ven. dentibus *amplectuntur*, quod passive accipiendum. Notum enim Veteres hæc talia promiscue extulisse, active et passive. *Mærs. Παθητικός. Brant. V. Pric. supra.* De verbis 'complecti,' 'amplecti,' &c. passive sumitis, adi Oudend. ad Met. l. x. p. 699. b. Eleganter tamen Ms. D'Orv. *multas... implectitur.* Ms. Pith. facit cum Edd. Rom. et Ven. Male. 'Hirudines implectuntur... quas trochilus exscalpit.' *J. Bos.—9* Vid. Not. Var.—1 Sic Mss. Florent. 2. Pith. Fulv. et Edd. ante Vulcan. sec. qui in marg. coniecerat *amica ejus*, quod primum comparet in Vulc. Ed. sec. et inde in Wow. Elm. Flor. Confirmatur sane hæc lectio a Ms. D'Orv. Multo tamen elegantior meo sensui est plerorumque Mss. et vetus lectio, ut, quasi per parenthesin, dicatur: *amica sans avis*, quæ hoc officium immanissimæ bellæ præstat. *J. Bos.—2* *Exscalpit.* Aid. *exscalpit.* De hac re vide Plin. H. N. Col. Minns recte vulgo, *exscalpit.* Aristoteles: *καθαίρει. Casaub. Aldus: exscalpit: καθαίρει Arist. Wouer. Alii, exculpit, sed exscalpit Aldus, καθαίρει Arist. ἑλκευ Philas. Sc. Gent. Exscalpit.* Ita Bapt. Pius in Annot. Poster. cap. 199. et Aldus, alii, *exculpit.* Elmeohestius. Edd. Vic. Junt. pr. Bas. Vulc. cum Mss. D'Orv. Pith. *exscalpit:* sed *exscalpit* Junt. post. cum ceteris, probante Salm. in marg. Adi omnino Oudend. ad Met. l. ix. p. 605. a. *J. Bos.—3*

## NOTE

ὁ τοῖνον τροχίλος, ἐμβαλὼν τὸ βέλος, ἐξάγει τὰς προσηµένους. καρτερῇ δὲ ἐπιχειροῦντος ὁ προκοδῆλος, καὶ ἀπρεμεῖ καὶ ὁ μὲν ἔχει δεῖπνον τὰς βδέλλας, ὁ δὲ δύνανται καὶ τὸ μὴδὲν ἀδικῆσαι τὸν τροχίλον, λογίζεται οἱ μισθόν. Hoc est: 'Crocodylus ergo natat, et simul hiat ore. Incidunt autem in illud hirudines, et eum molestia afficiunt. Id ille sentiens, trochilo ad medicinam dolori suo faciendam eget. Itaque, ubi hirudinibus confertus est, ad litus progressus, et Solis radios intuens hiat: tuncque trochilus, in illius fauces rostrum inferens, hirudines extrahit; quod facillime patitur Crocodylus sentiens auxilium; ita fit ut is birudines prandeat, ille adjuvetur:

proque præmio computet trochilo, quod nihil eum lædat.' Consimilia extant apud Philen, Græcum poetam, Carm. de Animalibus.

<sup>2</sup> *In præripia fluminis* Pricæns reponerat *prærupia*, vel potius *prærupia*: at ego nihil hic mutandum censeo: tametsi id verbi nusquam, nisi hoc in loco, reperitur. Andacissimus est talium formator noster Lucius. Per *prærupia* intelligo eas partes ripæ, quæ sunt ab ipso alveo fluvii paulo remotiores.

<sup>3</sup> *Una ex avibus fluvialibus* Ex loco Æliani supra laudato, et Aristotele, et Phile poeta, compertum est avem illam esse trochilum seu regulam.

verent. Sed quid ad magica maleficia, quod ego pueros Scribonii Læti, amici mei, carmine laudavi? An ideo Magnus, quia<sup>3</sup> poëta? Quis unquam fando audivit tam similem suspicionem? tam aptam<sup>4</sup> conjecturam? tam proximum argumentum?<sup>5</sup> Fecit versus Apuleius: si malos, crimen est; nec tamen id<sup>6</sup> philosophi, sed poëtæ: si bonos,<sup>6</sup> quid<sup>7</sup> accusas? At enim ludicros et amatorios fecit. Num ergo hæc sunt crimina mea, et nomine erratis,<sup>8</sup> qui me Magiæ detulistis? Fecere tamen et alii talia: et (si vos ignoratis) apud Græcos Teius quidam,<sup>9</sup> et Lacedæmonius,<sup>b</sup> [413] et Cius,<sup>1</sup> cum aliis innumeris; etiam mu-

*runt adeo dure ac barbare, ut excitarent odium. Sed quid attinet ad veneficia Magica, quod ego celebravi versibus pueros Scribonii Læti, amici mei? Idcirco ero Magnus, quia non poëta? Quis audivit unquam suspicionem adeo veri similem? conjecturam tam idoneam? probationem adeo urgentem? Apuleius composuit carmina: si composuit mala, crimen est, at illud non est crimen philosophi, sed poëtæ: sin autem fecit bona carmina, quare eum accusas? Sed (inquies) composuit iocularia et amatoria. An igitur hæc sunt mea crimina, et hallucinati estis in nomine, qui accusavistis me Magiæ? Alii tamen composuerunt ejusmodi versus: et, si vos necitis, quidam ex Teo, et quidam Lacedæmonius, et alius ex Ceo, et alii innumeri*

Deest Pith. in quo mox quis usquam. Id.—4 Al. apertam.—5 D'Orv. inverso ordine. Pith. tantum id. J. Bos.—6 Elegantior hæc est scriptura Cod. D'Orv. quam expressi. Vulgo sin bonos. Id.—7 D'Orv. quod. Id.—8 V. C. erratis. Fulvius: Non ergo hæc sunt crimina magica. Fortassis autem legi debet: et nonne erratis. Mox Fulvius: apud Græcos Teius quidem. Sciopp. in Symb. Scribe ex vet. Non ergo hæc sunt c. mea, et nomine erratis. Wowerina. Censeo rescribendum, et numne erratis. Meursius. Contra Mss. O. (excepto, ut videtur Fux.) et Edd. vet. nonne exhibent Edd. Pric. et Scriv. probantibus in marg. Salm. et Groslof. Veteram et scriptam lectionem unice veram puto; hoc sensu: Num accusandus eram, ut poëta lascivus, non ut magus, et num erratis nomine criminis, qui me Magiæ detulistis? At fecere tamen et alii versus lascivos, &c. Quare non opus est quoque cum Drakenb. in marg. pro et legere an. Pro num in D'Orv. est nam. Quemadmodum hic num ergo, sic infra 'Num igitur etiam Solonem.' et p. 459. 'Num ergo properterea.' J. Bos.—9 Vid. N. Var.—1 Ceus. Sic audacter emendavi, cum vulgari male putarem, ciosis. Simonidem intelligit. Ansonius 'Cel, Musa Simonidei.' Vide Suidam et Cic. de Orat. Cole. Cons lego, Brant. Rom. et

## NOTE

<sup>a</sup> Tam proximum argumentum] Tam promptum, tam obvium et manifestum? Hoc enim sonat τὸ 'proximum.'

<sup>b</sup> Teius quidam] Anacreon, ex Teo, urbe Ioniæ, oriundus.

<sup>b</sup> Et Lacedæmonius] Non satis aper-

tum quem intelligat hic Apuleius. Fortasse sit ille Dionysodotus, cuius Pæanas memorat Athenæus, lib. xv.

<sup>c</sup> Et Cius [Ceus] Simonides, aut ejus fratris filius Bacchylides, quiambo scripserunt etiam Ἐρωτικά, nec-

lier<sup>a</sup> Lesbia,<sup>d</sup> lascive illa quidem, tantaque gratia, ut nobis insolentiam linguæ suæ<sup>e</sup> dulcedine carminum commendet: apud nos<sup>f</sup> vero,<sup>f</sup> Ædituus,<sup>4</sup> et Portius, et Catulus,<sup>5</sup> isti quoque cum aliis innumeris. At philosophi non fuere. Num igitur etiam,<sup>6</sup> Solonem<sup>h</sup> fuisse serium virum<sup>7</sup> atque philosophum, negabis? cujus ille lascivissimus versus est:

Μηρῶν<sup>i</sup> ἰμείρων<sup>8</sup> καὶ γλυκεροῦ στόματος.

e Græcis fecerunt similia carmina; madier quoque Lesbia, quæ quidem scripsit molli-  
titer, et cum tanta venustate, ut reddat novitatem suæ dialecti nobis gratiam suavi-  
tate veruum suorum: apud nos autem Ædituus, et Portius, et Catulus, hi etiam  
cum sexcentis aliis scripserunt ejusmodi carmina. Sed non fuerunt philosophi. An ergo  
infriciaberis etiam Solonem fuisse virum gravem, et philosophum? cujus extat hic  
versus mollissimus: Femorum cupidus et dulcis oris. Et sane quid omnes mei ver-

\*\*\*\*\*

Flor. L. et civis: male. Vide Maxim. Tyr. Dissert. viii. Elmenh. Perpe-  
ram ante Colv. erat et civis: unde melius ille, ex emendatione Lipsii margi-  
nali, cum seqq. dedit et Cius. Quoniam tamen in Mss. O. et Edd. vett. est  
et civis, amplius emendandum putavi et Cius: ut solet rariores formas affec-  
tare noster Auctor. J. Bos.—3 Al. et m.—3 Male Edd. Junt. Ald. apud vos.  
L. de Mundo p. 728. Ed. Flor. 'Vesuvius noster.' Infra tamen p. 541.  
'Romanorum majoribus:' non, nostris. J. Bos.—4 Ed. Ven. Editum. Id.—5  
Al. Catulus.—6 Rursus incipit Ms. Lips. usque ad Habet crimen: atque in eo  
pro igitur est ergo: ut paulo ante 'Num ergo,' ubi v. In Ms. D'Orv. mox  
extat etiam. J. Bos.—7 Ms. Bemb. severum verum: f. severum virum. Er. Putea-  
nus. Mss. Florent. et Lips. serium verum et. Pith. sicc verum et. In D'Orv.  
a m. pr. deest virum atque. Videtur in his latere severum, ut conjecit Er.  
Put. et edidit Scriv. Fortasse utrumque scripsit Ap. serium et severum atque  
phil. Nam frequentius quidem serius de rebus, severus de hominibus dicitur:  
non tamen hoc est perpetuum. J. Bos.—8 Meirōn. Versus hic in nulla edit.

#### NOTÆ

non et Παρθενῶν, ut referunt Athe-  
næus et Plutarchus; nati ambo in  
urbe Iulide Cei insulæ, quæ una est  
ex Cycladibus, juxta Eubœam sita,  
dicta etiam Hydrassa a quibusdam,  
teste Plinio. Eadem urbs Iulis pa-  
tria fuit Erasistrati Medici, teste  
Strabone.

<sup>d</sup> Mulier Lesbia] Sappho ex Lesbo,  
maris Egæi insula, urbe Mitylena.  
Hodie ea urbs, totaque adeo insula,  
Metelin. Patria quoque fuit Alcæi  
Poëtæ.

<sup>e</sup> Insolentiam linguæ suæ] Scripsit  
enim Æolica dialecto: vel, ut Plutar-  
chus ait, Mixolydia.

<sup>f</sup> Apud nos vero] Apud Romanos.

Madaurenses enim Populi Romani co-  
lonia erant.

<sup>5</sup> Ædituus, et Portius, et Catulus] Sic  
lege, non Catullus. Horum meminit  
Gellius, lib. xix. cap. 9. 'Voce ad-  
modum quam suavi versus cecinit  
Valerii Æditui, veteris poëtæ; item  
Porcii Licinii, et Quinti Catuli, qui-  
bus mundius, venustius, limatius, pres-  
sius Græcæ Latinæve nihil quic-  
quam reperiri puto.' Et refert illos  
versus, qui soli nobis supersunt ex  
versibus trium illorum poëtarum.

<sup>h</sup> Solonem] Hic Atheniensium le-  
gislator fuit, patria Salaminus.

<sup>i</sup> Μηρῶν, &c.] Extat versiculus in  
Plutarchi Ἐπετυκῶ. Athenæus Deip-

et quid tam<sup>9</sup> petulans habent omnes versus mei, si cum isto uno contendantur? ut taceam scripta Diogenis Cynici, et Zenonis Stoicæ sectæ conditoris,<sup>1</sup> id genus plurima.<sup>1</sup>

Recitem denuo, ut sciant, me eorum non pigere :

Et Critias mea delicias<sup>2</sup> sit : salva, Charine,

Pars<sup>3</sup> in amore meo, vita, tibi remanet. [414]

Ne metuas : nam me ignis<sup>3</sup> et ignis<sup>4</sup> torreat, ut vult ;

Hasce duas flammæ, dum potior, patiar.<sup>5</sup>

Hoc modo sim<sup>6</sup> vobis, unus sibi quisque quod ipse est :

Hoc mihi vos eritis, quod duo sunt oculi.

*sus habent adeo lascivum, si comparentur vel cum hoc solo? ut silentio prætermittam quæ scripserunt Diogenes Cynicus et Zeno institutor sectæ Stoicorum. Libenter recitabo multos hujusmodi versus meos, ut cognoscant me non pavere eorum : Critias est etiam mea voluptas, et, o Charine, pulcher Sol, Similis vita tibi perdurat in meo amore. Ne timeas : nam ignis et ignis me adurat, ut voluerit : Ego feram has duas flammæ, dum fruor vobis. Modo sim vobis tanquam unusquisque est sibi ipsi ; Vos mihi id eritis, quod duo oculi mihi sunt.*

præterquam in Basil. 2. Canterus noster Variat. Lect. l. ii. c. 9. ex Plutarcho et Athenæo correctiorem integrioremque proponit. Vide ipsum. *Colo. Μῦθον ἡμεῶν* Theodorus Canterus Var. Lect. lib. ii. cap. 9. *Elmenhorstius.* Græca desunt Ms. D'Orv. et Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. et Ald. in qua legitur *Hic multa desiderantur.* Cunctas Edd. non inspexerat Colv. qui testatur, in sola Bas. sec. extare hunc versum : extat utique in Junt. post. sed male *μῦθον* et *ἡμεῶν*, &c. Recte Scal. cum seqq. *μῦθον ἡμεῶν.* Bourdelotii conjectura versum turbat, correpta prima in *μῦθον.* J. Bos.—9 Deest Lips. Cod. Id.—1 *Conditoris. Id genus plurima.* Quid si legamus, *conditoris, et id genus plurima. Recitem denuo.* Brantius. *Lego, pluria.* Casaubonus.—2 Vid. Not. Var.—3 *Ne me ignis.* Flor. *nam me ignis.* Elmenhorstius. Recte : nam perperam et contra Mss. *ne me* est in Edd. Ven. Rom. Vulc. sec. tert. Elm. Wow. cum Scalig. in Catal. J. Bosscha.—4 *Et ignis.* Ven. Rom. *ignis.* Ald. *ignis.* Colv. Vs. seq. Ed. Vic. *Nasce pro hasce.* J. Bosscha.—5 Flor. *dum patiar, potiar.* Elmenhorstius. Acidalii conjectura, supra ad vs. 1. firmatur Msto Lips. eamque expressit jam Scal. in Catal. Id. Ms. *patiam* pro *patiar.* *Potior* verbum amatorium est. V. Burmann. ad Anthol. Lat. tom. i. p. 273. J. Bosscha.—6 Ms. Pith. sum : male. Id.—7 Ita Mss.

## NOTÆ

nosoph. lib. xiv. Καὶ γὰρ ὁ νομοθέτης Zenonem Cittieum intellige, non Ἰλίου Ἐφη, Μῦθον, &c. Legit cl. Bourdelot. *Μῦθον* et *ἡμεῶν*, accipitque de oculis nectareis seu odoratis. *Pri-cæus.*

<sup>1</sup> Zenonis Stoicæ sectæ conditoris]

Zenonem Cittieum intellige, non Ἰλίου Ἐλεatem, de quo supra.

<sup>3</sup> Pars [Par] Pric. Pax : Scalig. ad Propert. Par in amore meo biga tibi remanet.

Recitem nunc et alios, quos illi, quasi intemperatissimos,<sup>7</sup>  
postremum legere: <sup>8</sup>

Florea sarta, meum mel,<sup>9</sup> et hæc tibi <sup>1</sup> carmina dono.

Carmina dono tibi, sarta tuo genio: <sup>2</sup><sup>1</sup>

Carmina, uti, Critia,<sup>3</sup> lux hæc optata <sup>4</sup> canatur,<sup>5</sup>

Quæ bis septeno vere tibi remeat: <sup>6</sup>

*Jam recitabo et alios, quos illi ultimos legerunt, tanquam petulantissimos: O mea dulcedo, do tibi servias ex floribus, et hos versus. Do tibi versus, Genio autem tuo servias. Do versus, o Critia, ad celebrandum hunc diem desideratissimum, Qui tibi redit nunc decimo quarto vere tuæ ætatis. Do autem*

~~~~~

cum Edd. Junt. Ald. Bas. Vulc. Casanb. Wow. Recte: ut 'temperata oratio' Cic. de Orat. II. In reliquis *intemperant.* ut infra p. 522. 'apud omnes intemperantissime gloriatur:' sed recte ibi de eo, qui temperari vel temperare se nequit: ut 'intemperans gloria' Cic. Tusc. Qu. II. 17. *Intemperatum* vero est, quod temperatum non est. cf. infra ad p. 445. *Id.*—8 Additur in vet. cod. *versus.* Colvius. E glossa. *J. Bosscha.*—9 Rom. edit. *munerum mel.* Unde forte corrigendum *merum mel.* Colvius. Vid. Not. Var.—1 In Ms. est *ter.* Colvius. Etiam Coll. Voss. In *Pith. tua.* *J. Bosscha.*—2 Ex eodem lib. scripsi: *facta tuo g.* Wowerius. *Facta tuo genio,* carmina nempe, ex Ms. Colvius [immo Wower. *J. Bosscha.*] sed alterum præfero cum Præcio. Die enim natali lares coronare sertis, et Genio sacra facere moris erat; ut notum. Vid. Censorin. de Die Nat. cap. 2. et quæ ibi annotavit Lindenbrog. et Marcellius ad Pers. Sat. II. init. ubi hoc ipso epigrammate id illustrat, &c. *Burmans.* Male Wow. ut rursus totus contextus evincit. v. supra. In Ms. D'Orv. deest hic versus a m. pr. De re vide Voss. de Theol. Gent. I. c. 11. *J. Bosscha.*—3 *Uti Critia.* Ms. Lips. *utricia.* D'Orv. *victricia.* Edd. Rom. Ven. *uti Critias.* Scal. in Catal. et Groslet. in marg. cum *Burmans* *uti Critia.* Bene in reliquis, *uti, Critia.* *Id.*—4 Rectius, nisi quid judicans fallor, *exoptata.* Brantius. Non placet: nam ipso natali Critiæ hæc scripsisse fingitur poëta. Ceterum nescio unde Burm. ediderit *aptata:* neque enim operarum vitium videtur, nam et notæ præfixum legitur. *J. Bosscha.*—5 *Aptata canatur.* In Petronii edit. Frelloniana Erhardi, et Wowerii Parisina *creatur:* in Patissoniana *conatur:* vitio forsân typothetæ. Legendum puto *colatur:* quo verbo de solennitate natalitia etiam utitur Martial. lib. VIII. Ep. 39. 'Sed natalitium diem colendum.' Et lib. X. Ep. 87. 'Natalem colimus, tacete lites:' sed recte in Apuleii codd. legitur *canatur,* et sic edidit Scaliger: quod operæ Patissonianæ corruerunt. *Burmans.* Nihil variant LL. *J. Bosscha.*—6 Ms. Lips. *redeat.* 'Remeare' verbum Nostro frequens.

NOTÆ

¹ *Tuo genio*] 'Genius,' inquit Censorinus, de Die Natali, cap. 3. 'est Deus, cuius in tutela, ut quisque natus est, vivit. Hic, sive quod, ut genamur, curat; sive quod una genitur nobiscum; sive etiam quod nos genitos suscipit ac tuetur: certe a genendo Genius appellatur.' Hic natali præerat, ideoque, ut ex Varrone re-

fert idem Censorinus, cap. 2. 'Die natali munus annale Genio solvebant, manus a cæde ac sanguine abstinentes; [priscis temporibus; Horatii enim ætate, ac posterioribus sæculis hostias eo die immolabant, ut recte observat Lindenbrogius;] ne die, qua ipsi lucem accepissent, aliis dederent.' Merito ergo, Natali Critiæ,

Serta⁷ autem, ut læto tibi tempore tempora vernalia,

Ætatis florem floribus ut decores.

Tu mihi da⁸ contra pro verno flore⁹ tuum ver,

Ut nostra exsuperes¹ munera muneribus.

Pro implexis² sertis, complexum corpore redde:

Proque rosis, oris savia³ purpurei. [415]

Quod si animam inspires,⁴ dona et jam carmina nostra,

Cedent⁵ victa tuo dulciloquo calamo.⁶

Habes crimen⁷ meum, Maxime, quasi⁸ improbi comissa-

servias, ut tempora tibi rideant hac amœna tempestate: Ut ornes floribus florem tuæ ætatis. Tu e contrario da mihi tuum florem pro flore veris, Ut vincas nostra dona tuis donis. Da mihi amplexum tui corporis pro floribus implicatis, Et oscula tui oris rubicundi pro rosis. Quod si infles fistulam, jam munera et versus nostri Cedent superati tua fistula suave canenti. Ecce crimen meum, o Maxime, confutum de floribus et carminibus, veluti lascivi comes-

v. Ind. Id.—7 Pith. *grata*, delete ut. Perperam. In Ms. Lips. deest totum hoc distichon. Id.—8 Flor. 2. *tu mihi das*. Elmenhorstius. Accedunt Lips. Pith. D'Orv. *Ver* nequitie vocabulum est. J. Bosscha.—9 In eod. *vero flore*. Colvius. *Vero flore* in Ms. esse testatur Colv. male: illustrant hunc locum notata Munckero ad Antonin. Liber. pag. 334. Burmann. Non vero sed *vere* ex Coll. Voss. quoque, et alia, est in Ms. Lips. J. Bosscha.—1 Malim *exaq̃ues*: gratiæ paritatem subinnotui circumjecta evincunt. *Pric*. Male *exciperes* alii, *exaq̃ues* Priceæus. Nihil muta. Omnia enim, quæ a Critia petit, multis partibus potiora sunt muneribus poetæ: neque sertum, rosæ, et similia suavia æquari, nisi ab inficeto poetâ possunt. Burmann.—2 *Plexis* Francius. Burmann.—3 *Suavia*. Edd. vet. et Vulc. Wow. Elm. cum Scalig. *savia*. Recte. v. Oudend. ad Met. p. 113. a. Ms. D'Orv. *sabia*. Bemh. *labia*. J. Bosscha.—4 Vid. Not. Var.—5 Ms. D'Orv. *cadent*: non male: si per verum liceret. J. Bosscha.—6 Gruter. ascripsit *alloquio*. Id.—7 Vulc. Grosiot. et V. D. ad marg. Ed. Ald. legi malunt *carmen*, inducti fortasse sequenti verbo *compositum*. Sed 'compositum crimen' dixit quoque Cic. Verr. III. 61. pro, ficto: ut apud Sallust. me legere memini, 'non sunt composita mea verba.' Adde, quod *componere* est verbum juris. Sic 'componere libellos' accusatorios Juven. Sat. vi. 245. et 'componere actiones' dicuntur Jcti, qui formulas actionum excogitant. Vid. Ernest. in Cl. Cic. v. 'componere.' Id.—8 Abest

NOTÆ

serta mittit Apuleius ejus Genio, quem florali cultu affectum passim legimus. Tibullus lib. II. Eleg. 2. de Natalitio sacro: 'Ipse suos adsit Genius visurus honores, Cui decorent sanctas florea serta comas.'

= Quod si animam inspires] Supple, fistulæ aut calamo. Sensus hujus distichi, obscuro satis, hic est, quan-

tum arbitror: Si nobis versibus respondeas, et carmina rependas carminibus, nostra munera et nostri versus superabuntur proculdubio suavitate tuorum carminum. Unde 'animam inspirare' fistulæ, aut calamo, hic *μεταφορικῶς* ponitur pro, carmina scribere, et 'calamus' pro vena, ac stylo poetico. Familiaris hæc meta-

toris,⁹ de sertis et canticis compositum. Hic illud etiam reprehendi animadvertisti, quod¹ cum aliis nominibus pueri vocentur, ego eos Charinum et Critiam appellitarim. Eadem igitur opera accusent C. Catullum,² quod³ Lesbiam⁴ pro Clodia nominarit: et Tigidam⁵ similiter, quod quæ⁵ Metella erat, Perillam scripserit: et Propertium, qui Cynthiam dicat,⁶ Hostiam⁷ dissimulet:⁸ et Tibullum, quod ei sit Plania⁹ in animo, Delia in versu: equidem⁹ C. Lucii

satoris. Vidiſti hoc etiam hic redargui, quod ego vocitaverim pueros illos Charinum et Critiam, cum appellentur aliis nominibus. Accusent ergo simul C. Catullum, quod vocaverit Lesbiam pro Clodia: pari modo et Tigidam, quia in scriptis suis vocavit Perillam, quæ erat Metella: et Propertium, qui pronuntiat Cynthiam, celat autem Hostiam: et Tibullum, quia habet Planiam in mente, dum versibus celebrat Deliam. Et certe damnarem libens C. Lucullum, quamvis sit Iambicus

~~~~~

hæc a scripto libro. Colv.—9 Ms. D'Orv. Edd. Elm. Flor. par e. cf. Oud. ad Met. lib. II. p. 150. b. J. Bosscha.—1 Pith. *quidam*. Id.—2 Mss. Florent. Pith. D'Orv. *Catulum*: male. Sic infra D'Orv. quoque *Tibulum*. Id.—3 Pith. *quas*. D'Orv. *qui*, quod eodem redit; sed variavit Auctor: *Catullum quod... Tigidam, quod... Propertium, qui... Tibullum, quod... Lucium, quod... Mantuanus, qui*. Id.—4 Pith. *Lesbia... nominaret*. Id.—5 Pith. *quisque*. Id.—6 Non est in Pith. *Id.*—7 Al. *Hostilium*.—8 Romanum magis videatur, *Planca*, vel, *Flavia*. Colvius. Magis ex consuetudine lingvæ Rom. nescio an et ex veritate, *Flavia* scripseris. *Casaub.* Cod. Fulvii: *Plantia*. Wowerius. Sed vulgarem scripturam secutus est Angelus Politianus in illo eruditissimo carmine, Nutricia, in quo hunc locum Apuleii ita elegantissimis numeris expressit: 'Sed quanquam in primis docto Verona Catullo Gaudet, vulnificos elegis qui miscet iambos, Et sub adoptivum redigit te, Clodia, nomen.' Et infra: 'ni blanda Propertius ora Solvat, et ambiguum faciat certamine palmam, Plania materiam teneri dat et Hostia cantus,' &c. Et multo post: 'Mitto et Cornifici lusns, Tigidæque Perillam, Et Cinnam obscurum, teque ore protervior Anser.' *Sc. Gent.* Rom. et Flor. *Plania*. Fulv. *Plantia*. Elmenhorstius. *Casaubonus* *Flavia* mavult, at nil mutes idcirco: *Plania* in lapidibus visitur, et in veteri epigrammate: 'Anfidius genitor, gennit me Plania mater.' *Pric.* Vulc. in marg. cum Colv. et Ayrmanno in vita Tibulli § 73. p. 103. *Planca*. Ms. Pith. *Platia*. Edd. Vulc. Elm. *Flavia*. Wow.

#### NOTÆ

phora in Bucolicis.

<sup>2</sup> C. Catullum] Notior est Catullus poëta, notior ejus Lesbia, quam ut de iis quicquam addam.

<sup>5</sup> Et Tigidam] Huic Auli prænomen tribuit Scipio Gentilis. At Crinitus Caium vocat. In scribendis Epigrammatis claruit, iis maxime temporibus, quibus Corn. Cinna, Valer. Catullus, et Cornificius floruerunt. Pervenerunt ad nos versus

ejus tantum septem aut octo. Reliqui interierunt. Nec quicquam de Perilla ejus, seu Metella habemus, nisi quod hic ait Lucius noster.

<sup>8</sup> Hostiam dissimulet] Quidam Propertii Interpres legit hoc loco *Hostiam*, fortasse melius.

<sup>9</sup> Plania] *Casaub.* *Flavia*. *Pricus* *Planiam* retinet auctoritate veteris lapidis.

lium,<sup>1</sup> quanquam sit Iambicus,<sup>2</sup> tamen improbarim, quod Gentilem<sup>3</sup> et Macedonem<sup>4</sup> pueros directis [416] nominibus carmine suo prostituerit. Quanto<sup>5</sup> modestius tandem Mantuanus poëta,<sup>6</sup> qui itidem, ut ego, puerum amici sui Pollionis Bucolico ludicro<sup>7</sup> laudans, et abstinens nominum, sese quidem Corydonem, puerum vero Alexin vocat? Sed Æmilianus, vir ultra Virgilianos upiliones et bubsequas<sup>8</sup> rusticanus,

poëta, quod diffamaverit Gentium et Macedonem pueros, nominando eos aperte suis nominibus. Denique quanto moderatius agit vates Mantuanus, qui, laudans Ecloga amatoriam puerum sui amici Pollionis, quemadmodum ego hic facio, et parcens nominibus veris, appellat se quidem Corydonem, puerum autem Alexin? Verum Æmilianus rusticior Virgilianis pastoribus et bubuleis, semper quidem agrestis et

Scriv. cum Vulp. in prol. ad Tibull. *Plautia*. Reliquæ cum Mss. Florent. 2. et D'Orv. *Plania*, quod verum Delia nomen tam hoc, quam aliis Veterum locis, vindicavit Broukhua. ad Tibull. i. 1. 57. J. Bosscha.—9 Mss. D'Orv. Pith. cum Edd. Scriv. Flor. et quidem: crebra variatione. Præstat h. l. equidem. Accusent illi Catullum, Tigidam, et reliquos, qui fictis nominibus utuntur: equidem Lucilium improbarem potius, qui contra fecit. Id.—1 C. *Lucillum*, Lipsius putat scribendum, C. *Lucilium*, eundemque alibi mentionem facere Macedonis, vel Acedonis pueri. Colb. Putem verius, C. *Lucillium*, *quanquam sit satiricus*: adhuc tamen animi pendeo. Casaub. Quid, si C. *Laereticum* rescribas? qui nominatur Plinio inter alios, qui amatoris iuserunt. Locum supra ascripsi. Sc. Gent. Flor. *Lucullum*: inepte. Elmenhorstius. Gyraldus de Poët. Dial. x. (locum hunc allegans) retinet *Lucullum*, de quo Cicero ad Atticum, et Fulgent. ad Chalcidicum. Pric. Poëtæ Iambici C. Lucilli usquam mentionem factam inveni. At vero haud dubie legendum est (cum Lips. et Edd. Vulc. Wow. Elm. Scriv.) C. *Lucilium*, cuius nomen ob proximè præcedens *Tibullum*, in nomen, satis notum, similis terminationis, corruptum fuerat. Inter *Lucilium* et *Lucullum* fluctuant quoque Mss. apud Cic. de Orat. ii. 70. Fuit autem Lucilius poëta Iambicus, i. e. Satiricus. Sensus est: Quanquam C. Lucilii in perstringendis hominibus libertas (cf. Cic. ad Div. xii. 16. Gell. xvii. 21. extr.) utpote poëtæ Satirici, excusari aliquo modo posse videatur, tamen improbarim, &c. Ms. Pith. *Lucullus*. id. Ms. improbari. Ed. Ven. improbarerim. J. Bosscha.—2 AL. *Gentium*.—3 Pith. *quantum*: in quo mox sese q̄ Coryd. J. Bosscha.—4 *Opiliones et bubse-*

## NOTÆ

<sup>1</sup> C. *Lucilium* [*Lucullum*], *quanquam sit Iambicus*] Casaub. legit *Lucilium*, *quanquam sit Satiricus*, Gentilis *Laereticum*, quem inter *Eporuciv* scriptores Plinius memorat. Gyraldus (locum hunc allegans) retinet *Lucullum*, de quo Cicero ad Atticum, et Fulgent. ad Chalcidicum.

<sup>2</sup> *Gentilem* [*Gentium*] et *Macedonem*] Nomina servilla, ab urbibus, gentibus, aut vendentibus tracta. Inscript.

Delph. et Var. Clas.

tid vetus a Pricæo relata :

HOSTILIAN. LL. BILL.

O. H. S. S.

GENTIUS CONLIBERT.

<sup>6</sup> *Mantuanus poëta*] Virgilias Maro.

<sup>7</sup> *Bucolico ludicro*] Ecloga ii. quæ incipit, 'Formosus pastor Corydon ardebat Alexin.' Hic Alexia, ut sentiunt Virgillii Interpretes, erat puer Asinii Pollionis, cuius verum nomen Alexander.

Apul,

4 P

agrestis quidem semper et barbarus, verum longe austerior, ut putat, Serranis et Curiis<sup>5</sup> et Fabriciis,<sup>7</sup> negat id genus versus<sup>6</sup> Platonico philosopho competere. Etiamne, Æmiliane, si Platonis ipsius exemplo doceo factos? cujus nulla carmina extant, nisi amoris elegia:<sup>7</sup> nam cetera omnia, credo quod<sup>8</sup> tam lepida non erant, igni denssit. Disce igitur versus Platonis philosophi in puerum Astera,<sup>9</sup> si tamen tantus natu potes literas discere:

Ἀστέρας εἰσαθρεῖς,<sup>12</sup> ἀστὴρ ἐμός· εἶθε γυνώμην

Οὐρανός, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σε βλέπω. [417]

barbarus, sed (ut existimat) longe severior Serranis, et Curiis, et Fabriciis, aut ejusmodi carmina non decere philosophum Platonium. An hoc contendes adhuc, o Æmiliane, si ostendo tibi ea esse composita ad exemplum Platonis ipsius? cujus nulli versus supersunt, nisi Elegiæ amatoris: cremavit enim igne reliquos, quia, ut puto, non erant tam venusti. Disce ergo carmina Platonis philosophi in puerum Stellam: si tamen potes discere literas, cum eis tam grandævus: Aspicias stellas, o mea stella; ntinam fiam cælum, Ut sic te intuear multis oculis. O Stella

quas. Flor. et Rom. *upiliones et bubsequas*. Vide de la Cerdam ad Eclog. Virg. *Elmenhorstius*. Pith. *apil. et bussequas*. D'Orv. *upil. et bussequas*. Florent. *upil. et bussequas*. Vide ad Met. lib. viii. p. 505. a. J. Boescha.—5 Pro Curiis Pith. *Crotis*. Id.—6 Non extat in D'Orv. uti nec mox *ipsius*. Id.—7 Al. *elegia*. Brantius conjicit *elegidia*.—8 Pith. *quo*. J. Boescha.—9 D'Orv. a m. pr. *Distera*. Pith. *Astam*. Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *Astra*. Ald. Junt. post. Bas. sec. *Astrea*. Id.—1 *Eladôpeu*. Ita Edd. Junt. post. et Ald. quemadmodum editum quoque a Cel. Boschio in Anth. Gr. lib. iii. Epigr. 28. In reliquis vero Edd. *eladôpeis*, ut est apud Diog. Laërt. quo ducit etiam versio Latina *Astra vides*, &c. si tamen ea est ab Apuleio profecta, vide seqq.

#### NOTE

<sup>5</sup> *Serranis et Curiis et Fabriciis*] Hi fuerunt frugalissimi moribusque severissimi inter Romanos. Attilius quidem Serranus, seu potius Seranus, senator fuit nobilissimus; cui cognomen illud Serani a serendo fuit impositum: quod, cum Dictator adversus Samnites dictus esset, a viatore ad se misso inventus sit in agro frumentum propria manu serens. Curius vero Dentatus ille est, quem Samnitum Legati, magnum auri pondus publice missum deferentes, offenderunt rapas in foro torrentem; cujus celebratur hoc responsum ad legatos illos: 'M. Curium malle impurare locupletibus, quam locupletem

fieri; et, qui acie vinci non potuit, eum pecunia corrumpi non posse.' Fabricius denique, non minus celebris ob frugalitatem aliasque virtutes, adversus Pyrrhum, Epirotarum Regem, et Samnites gravissima bella gessit: adversus quos, ut bello invictum, ita se præstitit muneribus incorruptum. Hujus filius, ob paupertatem ex publico dotatus, ad maritos ierunt portantes gloriam domesticam, pecuniam publicam, ut ait Livius. Ipse Pyrrhi medicum, domini sui mortem per venenum pollicentem, vinctum ad ipsum remisit.

<sup>12</sup> *Ἀστέρας εἰσαθρεῖς*] Hos omnes itemque alios nonnullos refert Laër-

[Astra vides,<sup>1</sup> utinam fiam, mi sidus,<sup>2</sup> Olympus,  
Ut multis sic te luminibus videam.]

Ἀστὴρ πρὶν μὲν ἑλαμπεῖς<sup>3</sup> ἐνὶ ζωοῖσιν ἑῷος,<sup>4</sup>  
Νῦν δὲ θανῶν λάμπεις ἑσπερος ἐν φθιμένοις.

[Lucifer ante meus rutilans mortalibus Aster,  
Hesperus a fato Manibus ecce nites.]

Item ejusdem<sup>4</sup> Platonis in Alexin Phædrumque pueros,  
conjuncto carmine :<sup>5</sup>

Νῦν ὅτε μὴδὲν<sup>6</sup> Ἀλεξις ὅσον μόνον εἶφ' ὅτι καλὸς,  
<sup>7</sup> Ὡπται, καὶ πάντα πᾶς τις ἐπιστρέφεται.  
Θυμὲ, τί μὴνύεις κυσὶν ὁστέον; εἴτ' ἀνήσεις<sup>8</sup>  
<sup>9</sup> Ἰσχυρότερον; οὐχ οὔτω Φαῖδρον ἀπαλέσαμεν;

mea, quæ prius cornescabas inter homines, ut Lucifer, Nunc lucēs post mortem inter mortuos, ut Vesper. Disce *insuper versus ejusdem Platonis in Alexin et Phædrum pueros in eodem carmine*: Cum hic nihil dixerit nisi hoc solum: Alexis formosus fuit, et omnes convertunt oculos in te: Anime mi, quare ostendis os canibus, et affligis Postea? nonne sic perdidimus Phædrum olim?

~~~~~

atque ita legerant etiam Grotius, et alius interpres apud Scip. Gent. quorum versiones vide infra, et citat Burm. ad Anthol. Lat. ad lib. III. Epigr. 240. ubi vide plura, quæ ad illustrandum hoc Epigramma faciunt. Ed. Scriv. corrupte εἰσασθρεῖς. In Mss. Pith. D'Orv. et Græca et Latina desunt, uti et in Ed. Junt. pr. si fides excerptis: nam ea Ed. ad manum non est. Id.—2 V. Not. Var.—3 Ed. Flor. ἑῷος. Diog. Laërt. ἑῷος. J. Bos.—4 Ms. D'Orv. equidem. Id.—5 In conjuncto carmine. Deest præpositio Edd. Vic. Ven. Elm. Scriv. Flor. melius; neque comparet in Mss. Florent. 2. et D'Orv. in quo pro conjuncto est comico. Comicum sane est τί μὴνύεις κυσὶν ὁστέον; Id.—6 V. Not.

NOTÆ

tius in Platonis Vita.

¹ *Utinam fiam, mi sidus, &c.*] Similiter Catullus ad Fabullum, sed in dissimili argumento: 'Unguentum dabo, quod meæ puellæ Donarunt Veneres Cupidinesque, Quod tu cum olfacies, Deos rogabis, Totum ut te faciant, Fabulle, nasum.'

² Ἀστὴρ πρὶν μὲν ἑλαμπεῖς] Ansonius noster sic interpretatus est: 'Stella prius Superis fulgebās Lucifer, at nunc Extinctus cassis lumine Vesper eris.'

³ Ἀνήσεις] Henricus Stephanus in

suo judicio de Laërtii Latina interpretatione per fratrem Ambrosium, ejusdemque recognitione per Benedictum Brognolum, legit ἀνέσθην: atque hos quatuor versus sic interpretatur melius, mea quidem sententia, et clarius, quam noster Lucius: 'Nunc, quoniam tantum hoc, Est visus pulcher Alexis, Dixi, convertit lumina quisque sua. Quid, mi anime, os canibus monstras? res ista dolorem Afferet. Ah Phædrum nonne ita perdidimus?'

[Dixerit hic tantum cum nil nisi pulcher Alexis

Extitit, et vertunt quilibet in te oculos.

Cur, anime,⁷ os canibus monstras,^b aficisque dolore^c

Postmodo? non Phædrum sic prius amisimus?^d

[418] Et,⁹ ne plures¹ commemorem, novissimum² versum ejus^e de Dione Syracusano³ si dixero, finem faciam:

Κεῖσαι⁴ δ' εὐρυχόρῳ ἐν πατρὶδι, τίμιος ἀστούς,

Ἦ μὲν ἐκμήνας θυμὸν ἔρωσι Δίων.⁵

Et, ne necesse habeam recitare plures, desinam, si recitavero ultimum ejus versum de Dione Syracusano: O Dion, qui vertis in furorem meum animum præ amore, Nunc jaces in ampla patria honoratus a tuis civibus. Verum egone

Var.—7 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *anima*. In Junt. post. et Mss. Florent. Pith. D'Orv. non comparent Latina: neque e Fulviano Cod. quicquam notatum video. *J. Bos.*—8 Edd. Vulc. sec. tert. Wow. Elm. Scriv. Bip. *Phædro... excidimus*. Id.—9 Exulat in Mss. Pith. D'Orv. Id.—1 *Pluris*. Bas. 1. *pluris*: quod forte non spernendum. *Colo.* In Bas. eod. erat *pluris*. Scribe *pleros*. Ne plerosque inquit, qui tales sunt, commemorem, ultimum tantum dicam de Dione. Restitui vocem genuinam ejectam injuria sciorum librariorum. *Meurs.* Isti antiquata captandi studio contra Mss. indulgendum non est. Vide alias de *τῷ plerus* Torrent. ad Sueton. Tiber. c. 75. Edd. Vic. Junt. pr. cum Bas. pr. *pluris*. Ed. Junt. post. *plurcis*. Ms. Pith. *pluris*. *J. Bos.*—2 *Novissimum*. Nemo est qui non videat emendandum: *notissimum*. Woverius. Recte Wover. Alii: *novissimum versum*. Elmenhorstius. H. e. partem novissimam versus, &c. quam heic Disticho expressam habes. Plato enim composuit Hexastichon, quod apud Laërtium extat, certissime iis in visum, qui h. l. *notissimum* legebat, locumque optime se habentem ægrotare fecerunt: belle cum literis ageretur, si extra talium medicinarum essent. Chirurghi sunt, qui continuum solvunt, ubi nullum ulcus subest. *Pric.* Ne Elm. quidem in textum admittere ausus est. Pro *ejus* Ms. D'Orv. ci. *J. Bos.*—3 Ms. Pith. *Syracosano*. Formæ sunt 'Syracensius,' 'Syracosius,' 'Syracusanus.' Id.—4 Græca desunt Mss. Pith. D'Orv. Edd. Ald. Junt. pr. In Junt. post. deest primus distichi versus, cum versione Latina, quæ in Ms. D'Orv. a m. pr. non comparet quoque. Edd. Vic. Bas. pr. *εὐρυχόρῳ*. Scriv. *εὐροχόρῳ*. Id.—5 Edd. Vic. Bas. pr. *Δίον*. male. Id.—6 Ms. Pith. *hæc etiam*;

NOTE

^b *Os canibus monstras*] 'Monstrare os canibus' proverbialiter dictum videtur pro eo, quod est, ostendere aliquid excitandæ cupiditatis causa, quam tamen explere nolis.

^c *Aficisque dolore*] Elmenhorstius repenit *angisque dolore*, sieque melius constat metri ratio et Latinitatis: nam quis unquam *aficis* dixit, pro, *aficis*?

^d *Amisimus*] Metricarum legum ac

syllabarum quantitatis valde neglegentem fuisse Apuleium oportet, qui vocem *amisimus* in fine pentametri posuerit. Gentilis metri causa legit: *non Phædrum sic prius perdidimus?* Elmenhorstius: *non Phædro sic prius excidimus?* Sed hæc Latina disticha non esse Apuleii facile crediderim.

^e *Novissimum versum ejus*] Ultimum e tribus distichis, quorum prima dno, a Laërtio relata, hæc sunt: *Ἀδάρυ*

[Civibus ingenti in patria¹ laudate jaces nunc,

Qui insanum me animi reddis amore, Dion.]

Sed sumne ego ineptus, qui hæc etiam in judicio? an vos potius calumniosi, qui etiam hæc in accusatione?⁶ quasi ullum⁷ specimen morum sit, versibus ludere. Catullum ita respondentem⁸ malevolis non legistis?

Nam castum esse⁹ decet pium poetam

Ipsum, versiculos nihil necesse est.

Divus Hadrianus,⁹ cum Voconii¹ amici sui poetæ tumulum² versibus veneraretur,³ ita scripsit:

Lascivus versu, mente pudicus eras.

stultus sum, qui commemoro etiam ista in judicio? an vos potius estis calumniatores, qui profertis etiam hæc in accusatione, quasi sit ullum argumentum vitæ, lascivire versibus? An non legistis Catullum sic respondentem invidis? Nam conveniens est ut probus poeta sit pudicus ipse, At non est necesse ut ejus versus sint casti. Imperator Hadrianus, cum ornaret versibus sepulcrum Voconii poetæ, amici sui, sic scripsit: Eras mollis in tuis versibus, at castus animo. Quod nunquam

~~~~~

ut paulo ante: et actione. cf. ad init. Apol. Id.—7 Ms. Pith. illum: quasi ἀρχαῖκός pro illud. Id.—8 Ms. Pith. N. esse c. docet p. p. in p. pium vers. Pro pium Edd. Vic. Junt. pr. Ald. pueri. Ms. D'Orv. versiculo. Id.—9 Al. Adrianus.—1 Ms. D'Orv. Voconii: quemadmodum antiquitus, et Augustei ævi scriptores formabant genitivos nominum in ius et ium: observante Bentleio ad Terent. And. II. 1. 19. J. Bos.—2 Ms. Pith. cumulum versibus morsibus vener. Id.—3 Flor. 2. muneraretur. Elmenhorstius. Malim muneraretur. Florid. 3. 'Remuneratio dicendi.' Pric. Comparet muneraretur jam in Ed. Junt. post. et e Florent. in Ed. Elm. atque hinc in Scriv. et Florid. 'Munerari' tumulum, est munus ei dare, quod haud scio an satis bene dicatur.

# NOTÆ

μὲν Ἐκάβη τε καὶ Ἰλίδεσσι γυναιξὶ Μοῖραι ἐπέκλωσαν δῆποτε γενομένους· Χολὸν δὲ, Δίον, βέβηκται καθὼν ἐπὶ τῶν ἔργων, Δαίμονες εὐπέλας ἐλπίδας ἐδέχσαν: 'Et lacrymas Hecubæ et Trojanis Fata puellis Decrevere recens ex genitrice satis: At tibi, post partos præclaro Marte triumphos, Spes reliqua est nullis, clare Dion, Superis.'

<sup>1</sup> Civibus ingenti in patria, &c.] Distichon istud ultimum sic vertit interpretæ Laërtii: 'Te patria ampla sovet, cumulat te civis honore; Quo mihi nunc mentem perdis amore, Dion?'

At nulla in Græco interrogatio. Melius ergo vertas: Qui mihi nunc mentem perdis amore, Dion.

<sup>8</sup> Catullum ita respondentem, &c.]

Epigrammate xvi. ad Aurelium.

<sup>9</sup> Divus Hadrianus] Ælius Hadrianus, qui Trajani successor fuit. Eum non poetis modo, sed doctis omnibus favisse auctor est Ælius Spartianus in ejus Vita. Porro Voconii, poetæ illius, de quo hic mentionem facit Apuleius, nihil ad nos pervenit. Meminit ejus Plinius Junior, lib. II. Epist. 12.

[419] Quod nunquam ita dixisset, si forent lepidiora<sup>4</sup> carmina argumentum impudicitiae habenda. Ipsius etiam Divi Hadriani multa id genus legere me memini.<sup>1</sup> Audesis<sup>5</sup> igitur, Æmiliane, dicere, male id fieri, quod Imperator et Censor, Divus Hadrianus<sup>6</sup> fecit,<sup>k</sup> et factum memoriae reliquit. Ceterum Maximum<sup>7</sup> quicquam putas culpaturum, quod sciat Platonis exemplo a me factum? Cujus versus, quos nunc percensui, tanto sanctiores sunt, quanto apertiores, tanto pudicius<sup>8</sup> compositi, quanto simplicius professi. Namque hæc et id genus<sup>9</sup> omnia dissimulare et occultare, peccantis; profiteri et promulgare, ludentis<sup>1</sup> est. Quippe

*sic dixisset, si venustiores versus existimandi essent argumentum impudicitiae. Recordor etiam me legisse multos ejusmodi versus ipsius Divi Hadriani. Ergo, Æmiliane, aude, si vis, dicere id esse malefactum, quod Divus Hadrianus Imperator et Censor fecit, et memoriae tradidit a se factum. Porro arbitrarisne Maximum damnaturum aliquid, quod sciat me fecisse exemplo Platonis? Cujus versus, quos modo recitavi, sunt tanto magis pudici, quanto planiores; tanto castius facti, quanto simplicior est eorum sensus. Nam delinquentis est dissimulare et celare hæc et omnia ejusmodi: ea vero profiteri palam, et divulgare, est ludentis. Natura enim dedit*

J. Bos.—4 Ms. Pith. *lepidicina*. An: *lepida et concinna*? quæ conjungit Auctor ad Herenn. iv. 23. '*lepida et concinna cito satietate afficiunt aurium sensum.*' Sed melius *lepidiora*. Id.—5 Rom. Ven. *audes is*. Unde fecimus, *Audesis*. Sic infra '*Audesis Tannoni Pudens.*' Comicum hoc, et millies in Plauto obvium. Colo. Ms. Pith. *audeshii*. D'Orv. *audes*, exnante in utroque, et Ed. Vic. igitur. *Audes* præbent etiam Edd. Junt. utr. Ald. Bas. Sed *Audesis* vere Plautinum, atque adeo Apuleianum est. J. Bos.—6 Vid. Not. Var.—7 Ms. Fulv. *maxime*. Pith. *maximus... depaturum*. J. Bos.—8 Al. *pudicitius*.—9 Namque et id gen. Flor. *namque hæc et id gen.* Elmenhorstus. Lege: *Namque id genus omnia, &c.* aut (ut cusi recentiores quædam) *Namque hæc, et id genus omnia*. Infra: '*Hæc, et id genus ea quam merito tunc dici potuerint,*' &c. *Pric.* Bene D'Orv. quoque *hæc et id gen. o*. Vid. Oudeud. ad Met. p. 771. b. Edd. Vic. Junt. Ald. Bas. Colv. Vulc. Cas. Wow. *Pric.* non agnoscunt *hæc*. Sed tum et ponendum fuisset post *omnia*; non recte tamen: nam statim sequitur '*profiteri et promulgare,*' non et *prof. et prom.* In Pith. et occultare deest. J. Bos.—1 *Profiteri... ludentis*. Pith. *profutentis*. D'Orv.

## NOTE

<sup>1</sup> *Ipsius etiam Divi Hadriani multa id genus legere me memini*] Spartianus in ejus Vita: '*In voluptatibus nimius: nam et de suis deliciis multa versibus composuit: amatoria carmina scripsit,*' &c.

<sup>k</sup> *Quod Imperator, et Divus, et Censor Hadrianus fecit*] Florentinus Codex habet: *quod Imperator et Censor*

*Divus Hadrianus fecit*. Utrovis modo legas, observa Censoris nomen post vocem '*Imperator*' positum; ut intelligas Imperatoria præstantiorem esse Censoriam dignitatem; quam Plutarchus in Catone Majore κορυφαίαν τιμὴν ἀπόδος, καὶ τρόπον τινὰ τῆς πολιτείας ἀπόδος ἐπέχειν, apicem omnis dignitatis, et quodammodo Rei-

natura vox innocentiae, silentium maleficio distributa.<sup>2</sup> Mitto enim dicere alta illa et divina Platonica, rarissimo cuique piorum gnara,<sup>3</sup> ceterum omnibus profanis incognita: geminam esse Venerem Deam,<sup>1</sup> proprio quamque amore et diversis amatoribus pollentes.<sup>4</sup> Earum alteram vulgariam, quæ sit prædita<sup>5</sup> populari amori, [420] non modo humanis animis, verum etiam pecuinis et ferinis ad libidinem imperitare, ut immodico<sup>6</sup> truciue percussorum animalium serva corpora<sup>7</sup> complexu vincientem: alteram vero cœlitem<sup>8</sup>

*vocem innocentiae, et silentium pravitati. Neque enim revelo arcana illa Platonica profunda et divina, quæ nota sunt exiguo numero piorum, ignota vero omnibus profanis: duplicem scilicet esse Deam Venerem, quarum utraque habet amorem sibi proprium, et diversos amatores. Alteram earum Vulgarem, quæ stimulata sit amore plebeio, impellere suo imperio ad voluptatem non tantum animos hominum, sed etiam pecorum et ferarum, et connectere amplexu immoderato et vesano mancipata corpora animalium libidine percutorum: alteram autem Cœlestem Venerem, quæ*

*laudantis. Id.—2 Lat. Latin. distribuitur. Pro Platonica Plith. Platonice. Id.—3 V. C. rarissime c. p. ignara. Sciopp. in Symbola. Alii, rarissime. Elmenhorstius. Ms. Pith. quoque rarissime ... ignara: male. 'Rarissimus quisque piorum' et 'omnes profani' sibi opponuntur, ut incognita et gnara, quod in sola Ed. Junt. post. mutatum in ignara. cf. Petron. loc. a Pric. cit. Alta illa Platonica, rarissimo cuique piorum gnara, sunt ἀρόγητα, qualia pleræque philosophorum sectæ, in primis Plato, habuere, et de quibus vide doctam Cel. Wytttenbachii notam ad Platon. Phæd. p. 137. seq. J. Bos.—4 Pollentis. Legerim, pollentem. Colvius. Ἰχθυα πρὸς τὸ σπυριανόμενον, 'geminam Venerem pollentes quamque.' Est autem Rom. cod. scriptura pollentis, pro pollentis, quæ de re multa Priscianus. Casaub. Ed. Flor. pollentes. Pric. Scriv. pollentis, reliquæ pollentis. Colvii emendatione, quam proposuit etiam Lat. Latin. non indigemus: nam 'geminam Venerem quamque pollentes' proba est constructio, ut quisque passim plurali jungitur. Adi Oudend. ad Met. p. 259. b. Pro quamque Edd. Vic. Ald. quamquam. J. Bos.—5 Al. perçita.—6 Mss. D'Orv. Pith. immodica. J. Bos.—7 Divinatio nostra, percutorum animalium fera corpora, vel, cernua corpora. Colvius. Scriptum erat ut in modico tr. nulla sententia. 'Percussorum' est οὐτοπωλήγων, ut, 'ingenti percussus amore: male, qui censent mutandum: sequitur statim: 'illecebris sectatores suos percellentem.' Casaub. οὐτοπωλήγων. Virgil. 'Perculsus amore.' Horat. 'amore percussus gravi.' Pric. Amm. Marc. xxiv. 3. 'Si qua fœmina, cuius arboris amore percussa sit, ignoretur.' Fortasse interpretationis causa aut pro varia lect. ascriptum fuit percit. et hinc illud percita paulo supra, non suo loco, intrusum est. Ms. Pith. percussorum. J. Bos. Vid. Not. Var.—8 Mss. D'Orv. cœlicam: quam vocem usurpat Stat. Silv. ii. 3. 14. 'Cœlica*

## NOTE

publicæ totius complementum appellat.

<sup>1</sup> Geminam esse Venerem Deam] Videndus Plutarchus in 'Ερωτικῶς, et Maximus Tyrius Dissertation. viii.

ix. x. et xi. Quidam addidere tertiam. Pausanias in Bœoticis tria Veneris simulacra apud Thebas fuisse ait, ab Harmonia posita et fabricata e rostris Cadmi navium; unum Ve-



Venerem, præditam optimati amori,<sup>9</sup> solis hominibus, et eorum<sup>1</sup> paucis curare,<sup>m</sup> nullis ad turpitudinem stimulis<sup>2</sup> vel illecebris sectatores suos percellentem. Quippe ejus amorem non amoenum et lascivum, sed contra incommum<sup>3</sup> et serium, pulchritudinem honestatis [virtutis] amatoribus suis conciliare:<sup>4</sup> et, si quando decora corpora commendet, a contumelia eorum procul abstertere. Neque enim quicquam aliud in corporum forma diligendum,<sup>5</sup> quam quod admoneat<sup>6</sup> divinos animos ejus pulchritudinis, quam prius<sup>a</sup>

*polleat amore nobilissimo, curare solos homines, et ex illis quidem paucos, et nullis instigationibus aut illecebris impellere suos sectatores ad obscenam libidinem. Amorem enim ejus non commum et mollem, sed contra inornatum et gravem, inspirare suis amatoribus amorem virtutis pulchritudine honestatis: et, si aliquando inspiraret amorem formosorum corporum, avertere procul ab eorum injuria. Nihil enim aliud amandum esse in pulchritudine corporum, quam quod commonefaciat mentes sublimiores pulchritudinis illius, quam antea viderunt veram et puram inter Deos.*

~~~~~

tecta.' Cæligenam Venerem vocat Varro de L. L. iv. 10. J. Bos.—9 *Prædita quæ sit opt. amore.* Flor. præditam. Elmenhorstius. Vidimus supra Acidellum jam emendasse præd. opt. amori. sed ejus notæ, quas nos primi in lucem protaximus, latuerunt Pricæum. Ceterum in Mss. Florent. Pith. et D'Orv. est præditum, quare, quoniam D'Orv. ignorat *quid sit*, lego: *præditam optimati amori.* Supra dixit Auctor 'quæ sit præd. pop. am.' quæ verba hic quoque substituta sunt. Sed stilum variare amat Ap. cum optimo quoque scriptore. J. Bosscha.—1 Copula deest Pith. Erum D'Orv. Id.—2 Ed. Bas. pr. *similis*: unde de vera lectione monuit Lat. Latin. Id. Probo quod in aliis est *Turpitudinem.* Sic in Eurysace Accins, 'squalidinem.' Pric. Quinam sint illi alii, me latet. J. Bos.—3 Vid. Not. Var.—4 D'Orv. *consil.* J. Bos.—5 *Form. dilig.* Inverse Pith. Id.—6 Flor. *commoneant.* Alii, *ammoncant.*

NOTÆ

neris οὐρανίας, sen cælestis, purum significantis et corporum cupiditate vacantem amorem: alterum πανδημου, popularis, ob Venerios congressus (hæc est vulgaris ejus loci): tertium Veneris ἀποτροφίας, aversatricis, quæ homines averteret ab effræni cupiditate et incestis stupris.

^a *Solis hominibus, et eorum paucis curare*] Sic verbum 'curare,' quod vulgo acensativum regit, dativo junctum reperias apud Veteres. Plaut. in Trinummio: 'Sed ego sum insipientior, qui rebus enrem publicis.'

^a *Quod admoncat divinos animos ejus pulchritudinis, quam prius, &c.*] Ex mente Platonis loquitur, qui existimabat immortales esse animos; et, antequam corpora ingrederentur, apud Deum existisse, et cognitionem rerum habuisse, quam in ipso corporum ingressu amitterent: unde, cum quidpiam non atque experientia discerent, illud eas non tam discere, quam recordari, et scientiam ipsam nihil aliud esse quam reminisceniam, affirmabat.

veram et sinceram inter Deos videre. Quapropter, ut semper,⁷ eleganter Afranius hoc scriptum reliquit:⁸⁰

Amabit⁹ sapiens,^p cupient ceteri.

[421] Tamen si verum velis,¹⁹ Æmiliane, vel si hæc intelligere^a unquam potes; non tam amat sapiens, quam recordatur.^r Da igitur veniam Platoni philosopho versuum ejus de amore, ne ego necesse habeam, contra sententiam Neoptolemi³ Enniani,^a pluribus philosophari: vel, si tu id non

Quamobrem Afranius reliquit hoc eleganter scriptum, ut semper solet: Sapiens diligit, reliqui concupiscent. Sed tamen, si vis audire verum, o Æmiliane, vel si potes unquam hæc mente concipere; sapiens recordatur potius, quam amat. Condone igitur Platoni philosopho ejus versus amatorios, ne ego cogar philosophari pluribus verbis, contra quam Neoptolemus Ennianus sentit: aut, si id non facis, ego

—7 Flor. et semper. Elmenhorstius. Addieit Pith. cum Edd. Junt. pr. Bas. pr. In D'Orv. deest ut. Ms. Fux. etsi. J. Bosscha.—8 Flor. relinquit: male. Elmenhorstius. D'Orv. relinquit. Pith. relinquitur. J. Bosscha.—9 Mes. Pith. D'Orv. amabis. Id.—1 Attamen si audire verum velis. Rescribe cum Florentino: tamen si verum velis, infra: 'plane quidem si verum velis multi mirantur Æmiliane.' Elmenhorstius. Ambobus Florent. Mss. astipulantur D'Orv. et Pith. Tamen est in Edd. quibusdam antiquis, Elm. Scriv. Flor. cf. supra p. 404. 'Etsi possunt... tamen.' Recte autem audire exulare jussit Elm. qui cum Scriv. uclinis circumscriptis: sed ejecerat jam Philom. Pisanus in Ed. Junt. post. Loco ab Elmenh. cit. qui est p. 555. Ed. Flor. adde p. 540. 'Immo, si verum velis, uxor ad prolem,' &c. p. 489. 'Immo enim, si audire verum velis, Æmiliane:' sed et ibi audire abest Mss. et Edd. Junt. post. Bas. quare et ibi, et hic deleatur. J. Bosscha.—2 Pith. hoc interlegere: et mox amas: tum paulo infra versuum ejusdem. Id.—3 Ms. D'Orv.

NOTÆ

* Afranius hoc scriptum reliquit] Loci Afranius, poeta Comicus, cujus aliquot fragmenta extant. Citatus autem hic ab Apuleio versus in ejus 'Homine' extat, ut patebit mox ex Nonio.

^p Amabit sapiens] Nonius cap. 5. 'Cupido et Amor idem significare videntur. At est diversitas. Cupido enim est inconsideratæ necessitatis; Amor judicii. Plant. Bacchidibus: 'Cupido te conficit, anne Amor?' Idem Curculione discrevit, et vim ejusdem diversitatis expressit, dicens: quod 'Cupidoque imperat, snadetque Amor.' Afranius, Homine: 'Amabit sapiens, cupient ceteri.'

Hæc sententia recte cum Stoicorum placitis congruit. Seneca Epist. xxxi. 'Solus sapiens scit amare; solus sapiens amicus est.'

^a Si [audire] verum velis] Id est, veram de hac re Platonis nostri sententiam, sive Socratis, quam in Phædone et in Philebo expressam videre licet.

^r Non tam amat sapiens, quam recordatur] Ejus pulchritudinis, quam prius veram et sinceram inter Deos viderat animus ejus, ut ait supra.

³ Contra sententiam Neoptolemi Enniani] Eam refert A. Gellius lib. v. cap. 15. 'Ennianum Neoptoleum,' inquit, 'probabamus, qui profecto ita ait: PHILOSOPHANDUM EST FAUCIS:

facis,⁴ ego me facile patiar in hujuscemodi⁵ versibus culpari cum Platone.⁶ Tibi autem, Maxime, habeo gratiam propensam, cum has quoque appendices defensionis meae,⁷ idcirco necessarias, quia accusationi rependuntur,⁸ tam attente audis: et ideo hoc etiam peto, quod mihi ante ipsa crimina⁹ superest, audias, ut adhuc fecisti, libenter et diligenter. Sequitur enim de Speculo longa illa et censoria⁷ oratio, de quo, pro rei atrocitate,² pæne diruptus est Pudens, clamitans: 'Habet speculum philosophus: possidet speculum philosophus.' Ut igitur habere concedam, ne aliquid objecisse⁷ te credas, si negaro;⁸ [422] non tamen⁹ ex eo accipi me necesse est exornari quoque ad speculum solere. Quid enim si choragium Thymelicum¹² posside-

facile feram me damnari cum Platone in hujusmodi carminibus. Habeo autem tibi maximam gratiam, o Maxime, quod audias tam attente etiam hæc adjuncta meae Apologia, quæ ideo necessaria sunt, quia preferuntur ad respondendum accusationi contra me factæ: proptereaquo oro te etiam ut audias id, quod mihi dicendum restat ante ipsam accusationem, volenti animo et attente, ut fecisti hactenus. Nam sequitur illa longa et ætæra oratio de Speculo, de quo cum Pudens clamaret secundum atrocitatem rei: Philosophus habet speculum, Philosophus possidet speculum, fere ruptus est. Quamvis ergo fatear me habere, ne, si id inficiatus ero, credas te aliquid mihi objectasse; non tamen necessario inde inferendum est me etiam solere comi ante speculum. Nam quid foret si haberem penes me sœnicum ornatum? an

~~~~~

Neoptolomi. Pith. Neoptolemi nam. Id.—4 Edd. Scriv. Blp. facies. Id.—5 Vulgo hujusmodi. Elmenhorstius. Mas. Florent. Pith. D'Orv. cum Edd. Elm. Scriv. Flor. hujuscemodi: utrumque passim frequentatur Nostro. J. Bos.—6 Ed. Vic. rependuntur. Id.—7 Al. certatoria. Vid. Not. Var.—8 Plene Ed. Vic. negavero. J. Bosscha.—9 Pith. enim. Id.—1 Al. Tim.—2 Pith. minime. Schot-

#### NOTÆ

NAM OMNINO, HAUD PLACET.<sup>7</sup> Sequenti etiam cap. sic habet: 'Ejusdemque illius Enniani Neoptolemi, de quo supra scripsimus, consilio utendum est: qui degustandum ex Philosophia censet, non in eam ingurgitandum.'

<sup>4</sup> Ego me facile patiar, &c. culpari cum Platone] Ita Cicero aiebat malle se cum Platone errare, quam cum aliis recte sentire. Tusc. Q. i. num. 39.

<sup>5</sup> Has quoque appendices defensionis meae] Refutationem objecti sibi cri-

minis de versibus amatoris; quod quidem crimen, ut non erat primarium ac præcipuum cuius accusaretur, sed Magia, ita ejus dilatio non erat nisi exigua pars defensionis, atque ejus appendix.

<sup>6</sup> Ante ipsa crimina] Antequam veniam ad ipsa crimina, hoc est, ad accusationem primariam.

<sup>7</sup> Pro rei atrocitate] Epouvante dictum.

<sup>8</sup> Ne aliquid objecisse, &c.] Id est, crimen alienius momenti.

<sup>9</sup> Choragium Thymelicum] Appara-

rem; num ex eo argumentarere etiam, uti me<sup>a</sup> consuesse Tragœdi symmate, histrionis<sup>3</sup> crocota, [vel ad Trieterica Orgia]<sup>a</sup> mimi<sup>4</sup> centunculo?<sup>5</sup> Non opinor. Nam et contra plurimis<sup>6</sup> rebus possessu careo, usu fruor.<sup>7</sup> Quod si neque habere utendi argumentum est, neque non utendi

*inde inferres etiam me solitum esse uti longa veste Tragœdi, crepitaculo Comædi veluti ad celebranda Orgia Triennalia, vel palliolo mimi? Non arbitror. Contra enim non habeo possessionem multarum rerum, quarum tamen habeo usum. Quod si ex eo, quod quis possideat aliquid, non probatur illum eo uti, neque ex eo, quod*

tus Nod. Cicer. iv. 10. citat isti me: haud dubie typotheta errore. J. Bos.—<sup>3</sup> Vid. Not. Var.—<sup>4</sup> D'Orv. omnani. Edd. Junt. pr. Ald. Mimm. J. Bosscha.—<sup>5</sup> Ed. Junt. post. centunculo. Bas. pr. centic. Ald. centumc. Id.—<sup>6</sup> D'Orv. pluribus. Id.—<sup>7</sup> Ms. Pith. et poss. e. et usu fr. Sed idem Ms. pro et contra præbet e contra, ut marg. allevit Salm. cf. Oudend. ad Met. lib. II. p. 91. b.

## NOTE

tum et suppellectilem scenicam, cujusmodi qui possidebat ac præbebat, Choragus dicebatur. Plant. Trinummo: 'Ipsa ornamenta a Chorago hæc sumisit suo periculo.' Thymelicum hic generatim accipe pro scenico. Specialiter tamen Thymelici dicuntur Cantores, Tibicinea, Citharœdi, Saltatores; sic dicti ἀπὸ τῆς θυμῆς, ea Orchestra parte, in qua apud Græcos cantiones saltationesque suas peragebant; cum, apud Romanos, eas in pulpito peragerent, ut refert Vitruvius, lib. v. cap. 8.

<sup>a</sup> *Tragœdi symmate, histrionis crotalo ut ad Trieterica Orgia, &c.*] Sic, mutata solum interpunctione et una litera, reponit Pricæmus, Bourdelotio auctore, et melius quidem, ut censeo, quam erat prius: *tragœdi symmate histrionis crotalove, ad Trieterica Orgia, mimi centunculo.* Hoc vult Apuleius: Si nempe symmata, cothurnos, personas tragicas, crotala, palliela mimorum, aliaque ejusmodi possiderem, quorum usus in theatris ad Tragœdias, Comœdiasve, aut mimos; an inde inferres me quoque artem exercere histrionicam, et uti symmatis, hoc est, vestibus a posteriori parte longissimis,

quales gestantur a Tragœdis; aut crotala quaterere, instar histrionis, ut sit in ludis Dionysiacis; aut denique amiciri palliolo ex multis pannis consuto, ut mimi in fabulis mimicis agendis solent? 'Orgia Trieterica sacra erant Bacchi, sic dicta, quod tertio quoque anno instaurarentur. Pro crotalo Salmasius hic legit *crocota*; quod genus vestis est crocei coloris, ut Plauti interpretes exponunt ad Aululariam. De crotalo mirum quam parum consentiant Scriptores. Scholiastes Aristophanis in Nubibus ait crotalum esse arundinem fissam, σχιζόμενον ἀλαμῶν, quæ manibus agitata streperet. Eustath. in XXI. lib. Iliad. crotala dicit esse vasa seu instrumenta quædam testacea, aut lignea, aut etiam ærea: Κρότάλα δὲτι σκεύη τινὰ ἐξ ὀστράκου τυγχόν, ἢ ξύλου, ἢ χαλκοῦ. Joannes Saraburiensis (aut potius ejus Scholiastes) crotala ait esse sphaeralas sonoras, quæ, quibusdam granis interpositis, pro quantitate sui et specie metalli, varios sonos edunt. Videtur his verbis describere globulos illos, quos vernacule dicimus *grolots*, nomine ad 'crotala' satis accedente.

non habere; et speculi non tam possessio culpatur, quam inspectio; illud etiam doceas<sup>a</sup> necesse est, quando et quibus præsentibus in speculum inspexerim; quoniam, ut res est,<sup>9</sup> majus [423] piaculum<sup>1</sup> decernis, speculum philosopho, quam Cereris mundum<sup>2</sup> profano videre.<sup>b</sup> Cedo nunc, etsi<sup>3</sup> inspexisse me fateor, quod tandem<sup>4</sup> crimen est imaginem suam nosse, eamque non uno loco conditam, sed, quoquo velis, parvo speculo promptam gestare? An tu ignoras, nihil esse aspectabilius<sup>5</sup> homini nato,<sup>c</sup> quam formam suam? Equidem scio, et filiorum cariores esse, qui similes videntur; et publicitus<sup>6</sup> simulacrum suum cuique, quod videat, pro meritis præmio<sup>7</sup> tribui. Aut quid<sup>8</sup> sibi statuæ et imagines variis artibus effigiatae volunt? nisi forte<sup>9</sup> quod<sup>1</sup> artificio elaboratum

*non habeat, cum non uti; et non tam damnatur possessio speculi, quam inspectio ejus; oportet ut ostendas etiam illud, quandenam inspexerim speculum, et coram quibus: quia, ut res nunc se habet, status gravius esse nefas philosopho videre speculum, quam profano intueri ornatum Cereris. Nunc, si concedam quoque me inspexisse, dic tandem quodnam crimen est cognoscere suam effigiem, et non habere eam aditam in uno loco, sed eam ferre, quocumque volueris, in parvo speculo, semper paratam? An nescis nihil esse dignius quod aspiciatur ab homine, qui se hominem esse scit, quam ipseus cultus? Scio equidem ex flitit illos esse cariores parentibus, qui videntur referre eos; et unicuique pro suis meritis loco mercedis erigi publice effigiem suam, quam aspiciat. Vel quid statuæ et imagines formatae variis artibus significant? nisi forte velis id, quod existimatur laudandum, cum est arte*

*Id.—6 Flor. 2. doceat. Elmenhorstius. Atque ita cum ipso Elmenh. edidit Scriv. non male per se: sed sequitur decernis, et post, 'An tu ignoras,' &c. quare nil muto. J. Bosscha.—9 Vid. Not. Var.—1 Flor. magis p. Elmenh. Addicunt Pith. et D'Orv. neque prorsus damnandum. Multas omnino in hoc adverbio est Noster. J. Bosscha.—2 Ed. Vic. Ceteris m. Ms. Pith. non profano sed prothyno: et pro Cedo nunc id. credo non. Id.—3 Ita Edd. ante Elmenh. qui tacite cum seqq. rescripsit si et, e vestigiis Ms. Florent. in quo, ut et in Pith. deest si. Sequor reliquos Mss. et Edd. vett. Id.—4 Quod tamen. Flor. quod tandem. Elmenhorstius. Cum D'Orv. et Edd. Vic. Junt. post. Elm. Scriv. Flor. Sed et Tamen, quod est in reliquis, corruptum ex eo, quod præcedit, etsi, defendi potest. J. Bosscha.—5 Pith. inaspect. Id.—6 Pith. publicito... quam videat. Id.—7 Flor. præmia. Elmenhorstius.—8 Pith. qui s. et. et in. v. tyrcibus eff. volat. Pro effigiata D'Orv. effige. J. Bosscha.—9 Vid. Not. Var.—1 Pith. quidem, et max laudabilis. J. Bosscha.—2 D'Orv. ablatum.*

## NOTÆ

<sup>a</sup> Quam Cereris mundum profano videre] Unde mundus ille seu supellex Cereris in ciatis opertis gestabatur. Noster Metam. l. vi. 'Per tacita sa-

era ciatarum:' ubi vide annotata.

<sup>c</sup> Homini nato] Plin. lib. iv. Nat. Hist. dixit 'hominem genitum.' Plautus: 'Qui suum repetunt, alienum

laudabile habetur, hoc natura oblatum<sup>a</sup> culpabile iudicandum est; cum sit in ea<sup>3</sup> vel magis miranda et facilitas,<sup>4</sup> et similitudo? Quippe in omnibus manu faciundis<sup>5</sup> imaginibus opera diutino<sup>6</sup> sumitur, neque tamen similitudo æque ut in<sup>7</sup> speculis comparet: deest enim et luto vigor, et saxo color, et picturæ rigor, et motus omnibus, qui præcipua fide similitudinem repræsentat.<sup>8</sup> Cum in eo visitur imago mire relata, ut similis, ita mobilis, et ad omnem nutum hominis sui<sup>9</sup> morigera; eadem<sup>1</sup> semper contemplan-

*fabricatum, existimandum esse vituperabile, quando exhibetur a natura; cum tamen facilitas saltem et conformitas sit magis admiranda in ea. Diu enim laboratur in omnibus imaginibus manu fabricandis, nec tamen tanta similitudo apparet in eis, quanta in speculis. Lutum enim caret vigore, lapis colore, pictura firmitate: et hæc omnia caret motu, qui fidelissime refert similitudinem. Quando effigies aspiciunt in eo mirabiliter repræsentata, non tantum similis, sed etiam mobilis, et obsequens omnibus nutibus hominis, quem refert: eadem est semper coætanea aspicientibus, ab*

Præci correctio necessaria non est. Immo melius h. l. omittitur a, ut respondeant sibi 'quod artificio elaboratum laudabile' et 'hoc natura oblatum culpabile.' Scimus talia affectare Apul. Cum præposit. dixit de Dogm. Plat. lib. I. p. 209. 'compositi a natura:' ubi Ms. Bemb. caret quoque a. Id.—3 Pric. legit ab ea. Id.—4 Felicitas. Venet. Ald. facilitas. Colvius. Postiores edidit. et felicitas. Nos Romanam hic quoque probavimus: sequentia eam lectionem confirmant. Casaub. Certe legendum ex Ald. Cod. Et facilitas et sim. Nam et facilius specula parari ait, utpote quæ etiam ab ipsa natura offerantur, et verius exprimere imaginem, quam statuas aliaque simulacra manu facta, in quibus et magna arte opus sit, et multum operæ insinatur. Nam sic statim sequitur: 'Quippe in omnibus manu faciendis imaginibus opera diutino sumitur, neque tamen similitudo æque ac in speculis comparet.' Acidal. Male et contra Mss. Edd. Bas. Colv. Vulc. pr. felicitas: de qua confusione vide quos citat Arntzen. ad Lat. Pacat. Paneg. cap. 21. § 2. J. Bos.—5 Ed. Bas. pr. operarum vitio facundis. Id.—6 Al. diutino.—7 Æque ac in. Rom. Ven. a. uti in. Colvius. Accedunt Mss. Pith. D'Orv. æque ut in. Bene. Infra p. 558. 'Quis enim, vel æque ut ego spernens,' &c. de Deo Soer. p. 700. Flor. 'Quippe non intelligit æque divites spectari solere, ut equos mercamur.' p. 702. 'ut, qui te volet nobilitare, æque laudet, ut Accius,' &c. Cic. pro domo c. 11. 'Cn. Pompeium æque ut unumquemque vestrum,' J. Bosscha.—8 Qui... repræsentat. Ms. D'Orv. quæ... repræsentant: quia mutavit ordinem Auctor, neque ut luto vigor, saxo color, &c. dixit quoque omnibus motus. Sed bene vulgo. Tum denique summa fide rei cujusdam similitudo repræsentatur, cum res, quemadmodum in speculo, ut similis, ita mobilis visitur: atqui hoc ars consequi nequit. Id.—9 Fulvius: domini sui. Scioppius in Symb. Scribendum arbitror: domini sui. Wowerius. Recte Fulvius, et alii: domini sui. Sc. Gentilis. Fulvius domini sui. Elmenhorstius. Non placet mihi conjectura Fulvii, quam arripuit sibi Wow. Hominis sui, i. e. hominis, cujus est imago, quam refert. Sic Flor. N. 7. 'Alexander ut ubique imaginum suus esset,' i. e. se plane referens. J. Bosscha.—1 Ms. Pith. eandem, cum

## NOTÆ

reddant nemini nato.' Noster su-  
pra: 'Quid ego de homine nato diu-  
tius?' ubi vide quæ diximus.  
<sup>4</sup> Hominis sui] Hoc est, hominis,

tibus æquæva est,<sup>2</sup> ab ineunte pueritia, ad obeuntem<sup>3</sup> se-  
nectam: tot ætatis vices induit, tam varias habitudines  
corporis participat, tot vultus<sup>4</sup> ejusdem lætantis vel dolen-  
tis imitatur. Enimvero quod luto fictum, [424] vel ære  
infusum, vel lapide incusum,<sup>5</sup> vel cera inustum,<sup>6</sup> vel pig-  
mento illitum, vel alio quopiam humano artificio assimula-  
tum est, non multa intercapedine<sup>7</sup> temporis dissimile reddi-  
tur: et, ritu cadaveris,<sup>8</sup> unum vultum et immobilem<sup>9</sup> pos-  
sidet. Tantum præstat artibus, ad imaginis similitudinem  
referendum,<sup>9</sup> lævitas illa speculi fabra,<sup>1</sup> et splendor opi-

*initio pueritiæ usque ad finem senectutis: sumit tot mutationes ætatis: recipit tam  
diversas conformationes corporis: effingit tot facies ejusdem hominis vel gaudentis  
vel merentis. At imagines, formatae ex terra, aut fusa ex ære, aut sculptæ ex  
lapide, aut impressæ cera, aut effictæ quavis alia arte humana, redduntur dissimiles  
breui intervallo temporis: et habent faciem semper eandem et immobilem, instar  
cadaveris: adeo illa artifex politura speculi et nitor astuosus superat artes in repræ-*

~~~~~

Ed. Vic. *Id.*—2 Flor. *æqua est*. Elmenhorstius. Accedunt Pith. D'Orr.
J. Bosscha.—3 Pith. *ibeuntem*: et paret pro *participat*. *Participat*, i. e. partici-
peps sit, assumit, recipit. cf. Ond. ad Met. i. p. 23. a. *Id.*—4 *Vultus equidem*.
Ita Flor. A vulgatis rō equidem abest. Elmenh. Elmenhorstius secutus est
Scriv. Sed si fides Lindenbrogii Excerptis in Mss. Florent. *equidem* non post
vultus, sed inter rō tam et varias habitudines inseritur: quod magis placet.
Abest tamen a reliquis LL. Mox pro luto Ms. Pith. luctu. J. Bosscha.—
5 *Lapide incisum*. Sic Ald. et Bas. 2. Rom. *incusum*. Bas. 1. *incusum*. Col-
vius. Rom. et Flor. 2. *lapide incusum*. Elmenhorstius. *Incisum lapide* vel est
incisum in lapide, vel *cadendo factum ex lapide*, ut 'incidere faces' Virg. Ecl. viii.
vs. 29. pro 'cædendo facere.' Si vere ita scripserit Auctor, posterius voluit,
ut responderet hæc periodi pars reliquis, *luto fictum*, &c. Sed standum potius
a Mss. in quibus *incusum*, legendumque *incusum*, cum Edd. Rom. Vic. Junt.
pr. Bas. pr. i. e. cudendo factum, cælamine cusum: quemadmodum et 'excu-
dere' et 'procudere,' de quovis opere, tam artis, quam ingenii dicitur. Nos-
ter Flor. N. 7. jungit 'ære duceret... coloribus delinearet... cælamine ex-
cuderet': ubi vide. *Incusum, incisum et incusum* confusa quoque in Mss. Virg.
Georg. i. vs. 275. 'lapidem incusum.' Immo ex Persio ii. 62. citatur quoque
'Si tibi erateras argenti, incensaque pingui Auro dona feram' plane ut h. l.
Apul. J. Bosscha.—6 Pith. c. *justum*. *Id.*—7 D'Orr. *intricapedine*. Pro *dissimile*
Pith. *dissimilia*. *Id.*—8 Gruter. Susp. Ined. xx. 12. *est r. c.* Meo sen-
sui vulgatum rectius. *Id.*—9 Exulat unum a Ms. Pith. Alio ordine hæc extant
in Edd. Elm. Scriv. Flor. ita: *unum et immob. cultum*. sed sine libris auctori-

NOTÆ

cujus est imago.

² *Tantum præstat artibus, ad imagi-
nis similitudinem referendam, &c.*] Sic
repono, Pricæum secutus: prius erat
turbato paululum ordine, *tantum præ-*

stat imaginis artibus ad similitudinem,
&c. 'Artes' sunt, ære infundere, la-
pide incidere, cera lustrare, luto fan-
gere; de quib. supra.

flex.¹ Aut igitur unius Agesilai² Lacedæmonii sententia³ nobis sequenda est, qui se neque pingi, neque fingi unquam, diffidens formæ suæ,⁴ passus est; aut si mos omnium ceterorum hominum retinendus videtur, in statuis et imaginibus non repudiandis, cur existimes⁵ imaginem suam cuique visendam potius in lapide, quam in argento?¹ magis in tabula, quam in speculo? An turpe arbitraris, formam suam spectaculo assiduo explorare? An non Socrates⁶ philosophus ultro etiam suasisse fertur discipulis suis, crebro ut semet in speculo contemplerentur? [425] uti qui eorum⁷ foret⁸ pulchritudine sibi complacitus, impendio

sentenda similitudine effigiei! Ergo aut debemus sequi sententiam solius Agesilai Lacedæmonii, qui, male sentiens de suo vultu, nunquam passus est se pingi, neque fingi; aut, si existimamus servandum esse morem omnium aliorum hominum in non rejiciendis statuis et imaginibus, quare putes unumquemque debere potius aspicere simulacrum suum in lapide, quam in argento? potius in tabella picta, quam in speculo? Putamus turpe esse explorare vultum suum assiduo spectando? Nonne Socrates philosophus dicitur etiam ipse consilium dedisse suis discipulis, ut seipsum sepe intuerentur in speculo? ut is ex eis, qui sibi ipsi placuisset ob pulchritudinem

bus. Id.—1 Vid. Not. Var.—2 Ms. D'Orv. Hagefali. J. Bosscha.—3 Statuis ... existimes. Ed. Vic. statutis. Ms. D'Orv. existimes. Id.—4 Ms. D'Orv. ac non S. Id.—5 Ubi qui eorum. Flor. ut qui eorum. Elmenhoratius. Lege uti qui. Acidalius. Mstis Florent. duobus accedunt Pith. et D'Orv. quemadmodum sexcenties ut ablit in ubi; quoniam scripserat Auctor uti (vid. Ind.): atque ita marginali allevit Lips. et leg. esse bene monuit Acid. quod editum est jam a Scip. Gent. Pric. Scriv. Flor. Immo jam a Casaub. quem tamen Wow. et Elm. non secuti sunt: etsi Elm. utique etiam Mstorum auctoritatem habebat.

NOTE

¹ *Lævitas illa speculi fabra, et splendor opifex*] Ideo lævitatem speculi fabram, et ejus splendorem opificem, vocat, quia lævitas illa et splendor imagines effigiant, quemadmodum fabri artificesque, pictorea puta vel sculptores, eas pingant aut sculptunt.

² *Agesilai Lacedæmonii sententia*] De eo Cicero Epistol. ad Famil. lib. v. Epist. 12. 'Nec minus enim est Spartiates Agesilans ille perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem suam passus est esse, quam qui in eo genere laborarunt. Unus enim Xenophontis libellus, in eo Rege laudando, facile omnes imagines

omnium statuasque superavit.'

⁴ *Diffidens formæ suæ*] Aliam causam affert Plutarchus in ejus Vita: nempe quod diceret res a se gestas instar omnium imaginum fore.

¹ *Quam in argento*] Hoc est, in argenteo speculo. Enimvero specula olim ex stanno et ære mistis confabantur, qualia erant Brundusina, de quibus Plinius, lib. xxxiii. cap. 2. postea ex argento facta sunt, non, ut nunc, ex vitro stanneis bracteis ab altera parte obducto.

⁶ *Crebro ut semet in speculo contemplerentur? uti [ubi] qui eorum foret, &c.*] Similiter apud Phædrum lib. iii.

procuraret, ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret; qui vero minus⁶ se commendabilem forma putaret, sedulo operam daret, ut virtutis laude turpitudinem tegetet. Adeo vir omnium sapientissimus¹ speculo etiam ad disciplinam morum utebatur. Demosthenem⁷ vero, primum dicendi artificem,⁸ quis est, qui non sciat, semper ante speculum, quasi ante magistrum,^m causas meditari? ita ille summus orator, cum a Platone philosopho facundiam hausisset, ab Ebulide dialectico argumentationes edidicisset,⁹ novissimam pronuntiandi congruentiam ab speculo petivit. Utrum igitur putas majorem curam decoris in as-

suam, studiose daret operam ne corrumpere pulchritudinem corporis pravis moribus; qui vero existimaret se esse parum formosum, diligenter curaret, ut operiret quam deformitatem virtutis pulchritudine. Ita sapientissimus omnium homo adhibebat etiam speculum ad mores instituendos. Qui vero ignorat Demosthenem, praestantissimum illum magistrum dicendi, semper meditari esse causas ante speculum, tanquam ante magistrum? Sic ille supremus orator, cum cumisset eloquentiam a philosopho Platone, et didicisset argumentationes ab Ebulide dialectico, sumit a speculo ultimam perfectionem declamationis. Utri ergo cenam majorem curam

J. Bosscha.—6 Ms. D'Orv. quid v. m. Mox Pith. et virt. laudem turp. tingeret. Et, loco τοῦ ut, non displicet. Id.—7 Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. Demosthenen. Id.—8 Ms. Pith. artificium. Paulo post D'Orv. secundam haus. Pith. facund. abusisset. Id.—9 Ed. Ald. didicisset. Id.—1 Ms. Pith. assensanda. Id.

NOTE

turpi filia formosum fratrem, quod speculum inspexisset, accusanti pater: 'Quotidie (inquit) speculo vos uti volo; Tu, formam ne corrumpas nequitiae malis; Tu, faciem ut istam moribus vincas bonis.'

¹ Vir omnium sapientissimus] Pythius ipse testimonio, cujus hoc responsum extat apud Laërtium in Socratis Vita: 'Ἀνδρῶν ἀπάντων Σωκράτης σοφώτατος: Omnium hominum Socrates est sapientissimus.

^m Semper ante speculum quasi ante magistrum, &c.] Plutarchus ait Phalerum ex ore ipsius Demosthenis tradidisse: ἔχει αὐτῷ μέγα κάτοπτρον οἴκῳ, καὶ πρὸς τοῦτο τὰς μελέτας, ἔξ ἑαυτοῦ λισσόμενον, περαινεν: 'Habere enim magnum speculum domi, et, stantem ante illud, solitum esse suae

exercitationes perficere.' Idem refert Quintilianus, lib. II. cap. 3. sed et vivorum magistrorum ope adjunctus est, Satyri histronis, et Andronici.

ⁿ Ab Ebulide dialectico argumentationes edidicisset] Ebulides ille Milesius fuit, de quo Laërtius in Vita Euclidis: Τῆς δὲ Εὐκλείδου διαδοχῆς ὄντι καὶ Εὐβουλίδης ὁ Μιλήσιος, ὃς καὶ πολλοὺς ἐν διαλεκτικῇ λόγους ἠρώτησε, &c. ἐφίκει γὰρ αὐτοῦ καὶ Δημοσθένης ἀκροάσασθαι, καὶ βελτιώτερος ἐν παύσειν: 'Porro ex Euclidis successione est et Ebulides Milesius, qui et plurimos in dialectica modos rationesque interrogandi tradidit, &c. Videtur Demosthenes hunc audivisse, et, cum βῶ (r) litteram pronuntiare vix posset, emendasse jugi exercitio.'

severanda¹ oratione suscipiendam rhetori [426] jurganti, an philosopho objurganti? ° apud judices sorte ductos² paulisper disceptanti, an apud omnes homines semper disserenti?³ de finibus agrorum litiganti, an⁴ de finibus bonorum et malorum docenti? Quid? quod nec ob hæc⁴ debet tantummodo philosophus speculum invisere. Nam sæpe oportet non modo similitudinem suam, verum etiam similitudinis ipsius rationem⁵ considerare:⁶ num, ut⁶ ait

decentia habendam esse in oratione confirmanda, oratori altercanti, an vero philosopho increpanti? tantisper disputanti coram iudicibus sorte lectis, an semper verba facienti coram omnibus hominibus? altercanti de limitibus agrorum, an præcepta danti de discrimine bonorum et malorum? Quid? quod philosophus debet intueri speculum non propter illa solum. Nam oportet sæpe contemplari non tantum suam imaginem, sed etiam modum ipsius imaginis in speculo imprimendæ: utrum scilicet

—2 Vulgo, a. j. forte d. Elmenhorstius. Non vulgo, sed Ed. Vulc. sec. J. Bosscha.—3 Sic in Veneta Ed. correctissime lectum: in reliquis, an apud omnes. h. s. disserentes de finibus agrorum litiganti? Colvius. *Disserentis* est in Junt. post. In Bas. sec. *disserenteis*. Ms. Pith. *disserenti semper*: non sine emphasi. Id. Cod. de fin. agrorum. J. Bosscha.—4 Ms. Pith. non ob hæc, cum Salm. in marg. sed nec valet ne quidem: vide Oudend. ad Met. III. p. 187. a. Ms. D'Orv. ob hoc, scil. similitudinem suam videre: sed et sanum est, ob hæc: scil. mores emendare, ut Socrates præcepit, et pronuntiandi congruentiam petere, cum Demosthene. Id.—5 Ita ex margine Bas. 2. correximus: ante, *similitudinem ips. rat.* Colvius. Recte jam editum erat in Ed. Junt. post. Ms. D'Orv. *ipsius similis*. r. Malam priorum Edd. lectionem præ se fert Ms. Pith. J. Bosscha.—6 Hoc poscere visus ipsius orationis ordo et contextus, non quod vulgatum est, *Dum ut*. P. Pithæus legit, *Cum, ut*. Colvius. Iterum

NOTÆ

* *Rhetori jurganti, an philosopho objurganti*] Adverte in illa homœoptosis et homœoteleusis affectatione proprietatem sermonis. Quam bene enim 'causidicus jurgans' dicitur, cujus tota ars in altercatione versatur, et contentione cum alio, tam bene dicitur 'philosophus objurgans,' cujus est aliena vitia corripere. Gellius lib. v. cap. 1. 'Cum philosophus hortatur, monet, suadet, objurgat.'

° *Apud judices sorte ductos paulisper disceptanti, an, &c.*] Pergit in oppositione rhetoris cum philosopho, Demosthenis cum seipso. Porro de iudicibus sorte ducendis sic Asconius in 2^a Orationem Cic. in Verrem:

Delph. et Var. Clas.

'Quam multi Judices in consilio cum Prætoris suo iudicaturi essent, qui quæsitur fuisset in causa publica, &c. necesse fuerat eos primum de Curia Senatoria conscribi, cum Senatus iudicaret: deinde in urnam sortito mitti, ut de pluribus necessarius numerus confici posset: tertio permitti accusatori et reo, ut ex illo numero rejiciant quot putaverint sibi aut inimicos, aut ex aliqua re incommodos fore, &c. Rejectione celebrata, subsortiebatur Prætor alios, quibus Iudicum legitimus ille numerus compleretur.'

° *Similitudinis ipsius rationem considerare*] Id est, quo pacto similis ima-

Apul.

4 Q

Epicurus, profectæ a nobis imagines, velut quædam exuvia,⁷ jugi fluore a corporibus manantes, cum læve aliquid et solidum offenderunt,⁷ illisæ⁸ reflectantur, et retro expressæ contra versum⁹ respondeant: an, uti¹ alii philosophi disputant, radii nostri, seu mediis oculis proliquati, et lumini [427] extrario² mixti atque inuniti,³ uti⁴ Plato arbitratur;⁴ seu tantum oculis profecti, sine ullo foris admi-

cet species profectæ a nobis, quasi quædam exuvia fluentes ex corporibus fluxu perpetuo, cum inciderunt in aliquod corpus politum et densum, impingant in illud, et reflectantur, eteductæ retrorsum videantur ex adverso, quemadmodum Epicurus ait: an vero, ut dissertant alii philosophi, radii nostri, sive permixti luci externæ, et ei conjuncti, postquam profufluxerunt ex mediis nostris oculis, ut Plato existimat: sive exeuntes solum ex oculis sine ullo auxilio extraneo, ut Archytas arbitratur: sive

genuinam lectionem præbet jam Ed. Junt. post. Ms. D'Orv. *nam*, deletio ut. J. Bosscha.—7 Ms. Pith. *offendunt*: quod favet Pithæo in seqq. legenti *illico*: sed male. Id.—8 Male vulgo *illi se*. Eruditissimo P. Pithæo placet, *illisæ*. Vide Laërt. lib. x. Lucret. lib. iv. *Colvius*. Recte Pithæus, *illico reflectantur*; sic Elmenhorstius. Male Pithæus ut Elmenh. *illico*: legend. ut vulg. *illisæ* vel *elisæ*. Pricæus. Bene correxit Colv. sen potius Lipa. in marg. Bas. pr. corruptam ante lectionem *illi se*. Ms. D'Orv. tamen *illicum*. J. Bosscha.—9 *Contra versis*. Vulgo *controversim*. Elmenhorstius. Lego *contraversam*; sic 'poneversum' Miles. lib. ii. et 'undiqueversum' infra hac Apologia. *Pric.* E 2. Florent. Elm. cum Scriv. dedit *contra versis*, i. e. respondeant iis, quæ contra posita sunt. Melius tamen in Mss. Fax. Pith. et D'Orv. est *contra versum*, ut, jam ante Pricæum, conjecerat Salm. ad Solin. p. 208. et edidit Florid. Nihilominus flocci non facienda Editionum ante Elmenh. lectio *controversim*: nam *controversus* pro *contra versus* constans fere est lectio apud Ammian. Marcell. ex. gr. lib. xiv. cap. 3. § 3. 'littora... quæ Isauriæ populis sunt controversa:' ubi vid. Wagner. *J. Bos.*—1 Pith. D'Orv. ut. Id.—2 Pro *extrario* D'Orv. *extratio*. Id.—3 Vid. Not. Var.—4 Pith. D'Orv. ut:

NOTÆ

go exprimitur in speculis.

¹ *Ut ait Epicurus, profectæ a nobis imagines, velut quædam exuvia, &c.*] Hanc Epicuri sententiam his versibus expressit Lucretius, lib. iv. 'Sunt igitur tennes formarum consimilesque Effigies,' &c. Et infra: 'Quapropter fit ut hinc nobis simulacra redundant: Et quamvis subito, quovis in tempore, quamque Rem contra speculum ponas, apparet imago: Perpetuo finire ut noscasse corpore summo Texturas rerum tennes, tennesque figuras,' &c. Texturas rerum tennes dicit Lucretius, quas Epi-

curus ἀρρόφολας, et Noster hic 'exuvias.'

² *Contra versum*] Vulgo est *controversim*, male. *Contraversum* explico, in contrariam partem. Sic lib. ii. Met. Asini 'poneversum' legitur: et hic infra, 'undiqueversum.'

³ *Mediis oculis proliquati, et lumini extrario mixti atque inuniti [ei uniti], uti Plato arbitratur*] In Timæo, sive libro de Universitate. Gellius, lib. v. Noct. Attic. cap. 16. illam Epicuri, et hanc Platonis de ratione videndi sententiam attingit, quem vide.

niculo,⁵ ut Archytas⁶ putat; ⁷ seu intentu aëris fracti,⁷ ut Stoici rentur; ⁸ cum alicui⁸ corpori incidere⁹ spisso et splendido et lævi, paribus angulis, quibus inciderant, resultent⁹ ad faciem suam¹ reduces,² atque ita quod extra tangunt ac visant,² id intra speculum imaginentur.² Viden-

fracti intensione aëris, ut putant Stoici; quando offenderant ad aliquod corpus densum nitens et politum, resiliant et revertantur ad facies suas per angulos æquales, quibus offenderant illud corpus: sicque repræsentent in speculo id quod contingunt et cernunt extra ipsum. Nonne videtur vobis oportere ut philosophi scrutentur

mox pro tantum Pith. in. J. Bosscha.—5 Flor. *Terminiculo*. Elmenhorstius.—6 Sic leg. non per i, ut in permultis est Edd. et hic et alibi. Gr. *Ἀρχύτας*. J. Bosscha.—7 Vid. Not. Var.—8 Ms. D'Orv. *aliter*. J. Bosscha.—9 Mss. Pith. D'Orv. *inciderunt*. Id.—1 Vulgo *ad facies suas*. Elmenhorstius. E Mss. Florent. primus sic restituit Elm. et eum secutus Scriv. Addicunt Mss. Pith. D'Orv. Bene. Radii resultant, reduces ad faciem quisque suam. Seneca Nat. Qu. 1. 15. 'Sunt specula, quæ faciem prospicientium obliquant.' J. Bos.—2 Sic Mss. et Edd. O. sed in meo exemplari Ed. Casaub. calamo emendatum *tangunt*: ut marg. allevit W. Gœs. Flor. tacite edidit *tangunt ac visant*. Non ausim mutare. Noster de Dogm. Plat. lib. 11. p. 239. 'quod nec mutæ sunt, nec reciprocari queant:' ubi vide. Pro quod Pith. *quæ et aditur pro id intra*. Id.

NOTE

⁵ *Sine ullo foris adminiculo*] Id est, sine concursu ullius profinentis ex corporibus luminis, atque aëris medii conversione, quam Plato constituit.

⁶ *Ut Archytas putat*] Tarentinus Pythagoricus philosophus. Sed non ipsi peculiaris est opinio, quam refert Apuleius. Est enim Pythagoræ et discipulorum ejus, ut testatur Plutarchus lib. iv. de Placitis Philosophorum, cap. 14. *περὶ κατόπτρων ὑποθέσεων*.

⁷ *Seu intentu aëris fracti, ut Stoici rentur*] Gellius loco supra laudato: 'Stoici causas esse videndi dicunt, radorum ex oculis in ea quæ videri queunt emissionem, aërisque simul intensionem.'

⁹ *Paribus angulis, quibus inciderant, resultent*] Per primum theorema libri Catoptricorum Euclidis: 'A speculis planis, convexis, et cavis, radii ad æquales angulos reflectuntur.'

² *Ad faciem suam [facies suas] reduces*] Revertentes ad vultus, ex quo-

rum oculis primo processerant speculum versus, juxta Platonis et Stoicorum sententiam, quæ quidem ut parum verisimilis merito à doctis hujus ævi exsibilatur; quemadmodum et effluvia seu exuvia illæ et texturæ rerum tenues Epicureorum; cum ad omnia omnino visionis colorumque ipsorum phænomena explicanda sufficiant varæ lucis à corporibus, in quæ impingit, reflexiones refractionesque ac modificationes (liceat uti Senecæ vocabulo), quibus in oculorum fundo pinguntur tenues quidem sed vivæ corporum, quæ cernimus, imagines, ut variis iisque clarissimis experimentis demonstratur. Consule Cartesium, in Dioptrica, et Tract. de Luce.

² *Imaginætur*] Repræsentent, exhibeant, expriment. 'Imaginari' vel 'imaginare' proprie est, imagines fingere. Gellius lib. xvi. cap. 18. 'Item ut speculum in loco certo positum nihil imaginet, aliorum translatus faciat imagines.'

turne vobis debere philosophi³ hæc omnia vestigare et inquirere, et cuncta specula vel uda vel suda^{4 b} soli videre? Quibus præter ista, quæ dixi, etiam illa ratiocinatio [428] necessaria est, cur in planis quidem speculis ferme pares⁵ obtutus et imagines videantur;⁶ in tumidis vero et globosis omnia defectiora; at contra in cavis auctiora:^d ubi, et cur⁶ læva cum dexteris permutentur:⁷ ^a quando se⁸ imago eodem speculo tum recondat penitus, tum foras exerat:^{9 f} cur cava specula, si exadversum Soli retineantur, apposi-

et inquirant hæc omnia, et ut ipsi soli aspiciant specula sive humida sive siccata? Qui præter illa, quæ dixi, debent etiam rationem querere, quare aspectus et simulaera videantur fere paria in speculis planis; omnia autem videantur tenuiora in speculis convexis et tumentibus: contra vero majora in concavis: quo in loco, et qua ratione, quæ sinistra sunt, stant dextera: quandoque imago recedat profundius, et quando prodeat foras in eodem speculo: quare specula concava incidunt adnotum fomitum,

—3 Florentin. videtur v. d. philosophia, Quibus præteris tu quæ dixisti. Male. Elmenh.—4 Posterius vel non agnoscit Pith. J. Bos.—5 D'Orv. forme pares pares: in quo et Pith. non est præpositio ante *rd tumidia*. male: et in Pith. actiora non auctiora. Id.—6 Ubi et cur. Pro his in D'Orv. legitur *visantur*. Id.—7 Negligenter in Ed. Flor. exedit cum, quod correctum in Ed. Bip. Ms. Pith. permittantur. D'Orv. permiscantur. Id.—8 D'Orv. quando si. Pith. tum recondat primitus, cum, &c. uterque male. Id.—9 Bas. 2. Alias, exeat. Colvius. Rom. f. exeat. Elmenhorstius. Editionibus Rom. et Bas. pr. addicit Ms. Pith. Sed solent 'exerere' et 'recondere' invicem opponi: ut videre

NOTE

^b *Cuncta specula vel uda vel suda*] Id est, tum illa, quæ sunt ope aquæ, quale erat illud Narcisso exitiale, et illud Corydonis Virgilliani: 'Nec sum adeo informis; nuper me in litore vidi, Cum placidum ventis staret mare:' tum quæ sunt ex ære argenteo politis et lævigatis: quæ quidem sicca sunt asservanda, si a rubigine præservare vells.

^c *Forme pares obtutus et imagines videantur*] In plano speculo imago mea talis a me videtur, qualis ab alio videretur, qui bis tantum a me distaret, quantum distat speculum.

^d *In tumidis vero et globosis omnia defectiora; at contra in cavis auctiora*] Horum effectuum ratio est lex illa Opticæ, quam supra retulit: quod

nempe radii paribus angulis, quibus inciderant, resultent: ut fusiis videre est apud Opticorum scriptores.

^e *Ubi, et cur læva cum dexteris permutantur*] Cum quis a speculo cavo ultra ejus centrum recessit, læva cum dexteris, superiora cum inferioribus permutantur, ob eandem æqualitatem angulorum incidentiæ et reflexionis.

^f *Quando se imago eodem speculo, tum recondat penitus, tum foras exerat*] Hoc etiam fit in speculis cavis, in quibus, si imaginem tuam contemplans digitum promoveas speculum versus, ipsa etiam imago digitum extra speculum promoveri videtur, et tuo jungere; si retrahas, ipsa quoque videtur eum retrahere intra speculum.

tum¹ fomitem accendunt : ² qui fiat, uti arcus³ in nubibus varie,⁴ duo Soles⁴ æmula similitudine visantur : ¹ alia præterea ejusdem modi⁵ plurima, quæ tractat volumine ingenti Archimedes Syracusanus,⁶ vir in omni quidem Geometria multum ante alios admirabili⁶ subtilitate; [429] sed haud sciam an propter hoc⁷ vel maxime memorandus, quod inspexerat speculum sæpe ac diligenter. Quem tu librum,⁸ Æmiliane, si nosse, ac non modo campo⁹ et glebis,¹ verum

si teneantur opposita soli : quomodo fiat ut diversi arcus appareant in nubibus, et duo soles aliquando videantur similes et æmuli : præterea plurima alia hujusmodi, de quibus amplo libro agit Archimedes Syracusanus, vir, cujus subtilitas in omni Geometria longe mirabilior fuit quam ceterorum; sed nescio an non celebrandus sit maxime propterea, quod consideraverat speculum sæpe et diligenter. Quem librum si tu cognosceres, o Æmiliane, et non tantum incubuisses arvo et glebis, sed etiam

est e Lexicis. J. Bosscha.—1 Al. oppositum.—2 Facile foret mutare in accendant : nec opus tamen. cf. ad Met. lib. II. p. 145. b. J. Bosscha.—3 Sic Mss. Florent. duo et D'Orv. In aliis et Edd. permultis argus. Mihi nihil interesse videtur; licet Heins. ad Ovid. Met. lib. XI. vs. 590. dicat Nonii distinctionem inter arcum, fornitem, et arquam, iridem, observatam esse ab Apuleio in Apol. argus in nubibus. cf. ad l. de Mundo p. 308. Id. Vid. Not. Var.—4 Mss. Florent. Pith. duos Soles. Quos duo Soles vocat Apul. 'geminatus Sol' dicitur Ciceroni, 'geminus Sol' Ammiano Marc. cf. Pric. J. Bosscha.—5 Ms. D'Orv. ejusdemmoda. Groslet. in marg. ejusdemodi. Id.—6 Flor. 2. admirabilis. Elmenhorstius.—7 Propter hæc. Flor. propter hoc. Elmenhorstius. Consentunt Mss. alii; quare ita edidi cum Elmenh. Pric. Scriv. Flor. J. Bosscha.—8 Ms. D'Orv. illum. Id.—9 Voculam ac, quæ exciderat, ex Rom. restitui-mus : et a prava distinctione male affectum locum sanavimus. Casaub. An non modo. Sic Ms. Pith. cum Edd. ante Colv. qui tacite cum Valc. Ed. pr. eiecit an. Sed melius Scal. et Casaub. cum seqq. ac. Ms. D'Orv. at, quod

NOTE

¹ *Appositum fomitem accendunt*] Hinc ustoria dicuntur illa specula. Mira narrantur de Archimedeis speculis, quorum ope clarissimus ille Mathematicus Marcelli Syracusanus obsidentis naves ex maxima quidem distantia incenderit. Sed illa vix fidem apud doctos inveniunt. Casaubonus hic legit : *oppositum*, non *appositum*, melius, mea quidem sententia.

² *Uti arcus in nubibus varie* [varis] Irides, quarum rationem omnem adeo clare et accurate persequutus est Cartesius, ut ejus explanationi quicquam addere sit facem admovere soli.

³ *Et duo soles æmula similitudine vi-*

santur] Aliquando tres quatuorve. Ejusmodi ab Aristotele *παφύαι* vocantur. Hæc phenomena explicantur physici, et egregie inter ceteros supra laudatus Cartesius in Meteoris.

⁴ *Quæ tractat volumine ingenti Archimedes Syracusanus*] Tzetzes inter alia Archimedis memorat *Κατὰ τὴν ὁπτικὴν ἑκδοκὴν*, Incensiones Speculorum : quem fortasse librum Apuleius hic innuit : sed periit ille, ut et plurimi alij.

⁵ *Ac non modo campo et glebis, &c.*] Agriculturæ : erat enim Æmilianus ille agricola rusticus.

etiam abaco et pulvisculo^m te dedisses; mihi istud crede, quanquam teterrimum os tuum minimum¹ a Thyesta tragicoⁿ demutet, tamen profecto² discendi cupidine, speculum inviseres, et aliquando, relicto aratro, mirarere tot in facie tua sulcos rugarum.^o At ego non mirer, si boni consulis me de isto distortissimo vultu tuo dicere, de moribus tuis multo truculentioribus reticere. Ea res est: ³ præter quod⁴ non sum jurgiosus,⁵ etiam libenter te, nuper usque,⁶

tabula et arenula, crede mihi, quamvis ista turpissima facies tua perperam dissimilis sit faciei Thyesta tragici, certe tamen inspiceres speculum desiderio discendi, et, dimittens aratrum, admirareris aliquando tot liras rugarum in tuo vultu exaratas. Sed an ego non admirabor, si non graveris quod ego loquar de tua ista facie contortissima, taceam vero de moribus tuis longe turpioribus? Hæc est ratio: præterquam quod non amo rixas, ultro etiam neciri, nisi a paucis diebus, an essem candē-

~~~~~

solet confundi cum ac. J. Bosscha.—1 Ms. D'Orv. minimam. Id.—2 Vulgo ubique tam prof. Colvius. Pro demutet Ms. D'Orv. denutet. Pro mirarere Pith. mirare vel mirere. J. Bosscha.—3 Fulvius: Ita res est. Scioppius in Symb. Aliter Mas. et Edd. J. Bosscha.—4 Præterquam. Flor. 2. præter quod non sum. Elmenhorstius. Delevi quam auctoritate Mss. Florent. Pith. D'Orv. quin immo Ed. Junt. post. J. Bosscha.—5 Scripserim, curiosus. Colvius. An

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Abaco et pulvisculo*] Geometria. Solebant Geometrae figuras in tabula pulvere conspersa exarare. Hinc tabula seu abacus et pulvis pro ipsa Geometria ponitur.

<sup>n</sup> *A Thyesta tragico*] Thyestes Atræi frater fuit; cujus cum uxorem constuprasset, ille vindictæ ergo filium ei suum epulandum apposuit. Quæ feralla cœna Thyestæ fabularum multarum argumentum fuit. At, nisi Æmilianum cum Thyeste comparet vomente post comesum filium (quod schema fœdissimum sane est), non video quorsum spectet comparatio: neque enim tetro fuisse vultu fertur Thyestes. Porro vomitus illius meminit Eustathius ad Illad. B. et O. atque Etymologus hic a Pricæo citatus: Ἑμεῖα, inquit, τόπος ἐστὶ Μυκητῶν, παρὰ τὸ ἐμῶ, &c. λέγεται δὲ, ἐπειδὴ ἐκεῖ ἔμεσεν ὁ Κέρβερος ἀνελθὼν ἐκ τοῦ Ἀΐδου, ἢ ἐπειδὴ ἐκεῖ ἔμεσεν ὁ Θούσης πατρὸς τὰ τέκνα αὐτοῦ: Ἑμεῖα

locus est Mycenis, sic dictus a verbo ἐμῶ (hoc est, vomo). Sic autem dicitur, ex quo Cerberus egressus ex Inferno ibi vomuit; vel ex quo Thyestes, comesis filiis, ibi vomuit. Sed allusio illa frigidior. Præterea, nota est Thyestes fabula: non item Thyestes Tragædus. Suspiciatur Pricæus legendum a *Thespi Tragico*, quem non solum fuisse Tragicum, sed et deformitatis captatorem præcipuum probat ex Suida. Certe de eo Horatius in Arte Poëtica hæc ait: 'Ignotum Tragicæ genus invenisse Camænae Dicitur, et plaustris vexisse poemata Thespis, Quæ canerent agerentque peruncti fœcibus ora.' Bourdelotio non displicerat a *Thyeste Tragica*. Thyas est Bacchans. Nihilominus locum, quomodo se habet, relinquo, nec quicquam moveo.

<sup>o</sup> *Sulcos rugarum*] Facete, post atrati mentionem.

albus an ater esses,<sup>7</sup> ignoravi;<sup>p</sup> [430] et adhuc,<sup>8</sup> hercule, non satis novi. Id adeo<sup>9</sup> factum, quod et tu rusticando obscurus es, et ego discendo<sup>1</sup> occupatus. Ita et tibi umbra ignobilitatis a probatore<sup>2</sup> obstitit:<sup>q</sup> et ego nunquam studui malefacta<sup>3</sup> cujusquam cognoscere, sed semper potius duxi<sup>4</sup> mea peccata tegere, quam aliena indāgare. Igitur hoc mihi adversum te usu venit, quod qui forte constitit in loco lumine collustrato, atque eum alter e tenebris prospectat.<sup>r</sup> Nam ad eundem modum tu quidem, quid ego in propatulo et celebri agam, facile e tenebris tuis arbitraris: cum ipse,<sup>6</sup> humilitate abditus et lucifuga,<sup>7</sup> non sis mihi mutuo conspi-

*du, an niger; ac certe parum adhuc scio. Hoc factum est propterea quod et tu ruri vivendo parum notus es, et ego occupatus sum studiis. Sic obscuritas tua ignobilitatis impedivit quominus observareris: et ego nunquam cupivi scire crimina cujusquam; sed semper existimavi satius esse occultare mea delicta, quam investigare aliena. Hoc ergo mihi accidit contra te, quod accidit ei, qui forte versatur in loco illustrato luce, dum alter cum prospicit ex loco obscuro. Eadem enim ratione tu quidem facile observas ex tua obscuritate quid faciam in aperto et frequenti loco: cum tu non possis riciissim a me videri, cum sis occultus propter tuam ignobilitatem,*

*curiosus?* Acidalina. Nihil equidem muto, 'hominem minime litigiosum' legas apud Cic. Verr. 4. *Brant.* Sensus est: Conticebo de moribus tuis, quia non rixandi sed mei defendendi causa verba facio, et præterea etiam, quod libenter nuper usque te ignoravi. Non solicitandum itaque jurgiosus. J. Boscha.—6 Ms. cod. nuper vique. Colvius.—7 Ms. D'Orv. albo an autem esse. Id.—8 Tacite sic edidit Elm. ex 2. Florent. cum Scriv. Flor. A reliquis abest *et*. Id.—9 In promptu foret, conjicere *id ideo*: sed male. Adi modo Oudend. ad Met. lib. vii. p. 571. a. Id.—1 Pith. *dicendo*, sed alterum modestius est: et supra se dicendi cupiditate frequenter speculum inspicere prædicat Auctor. Id.—2 Vid. Not. Var.—3 D'Orv. *malefactum*. J. Boscha.—4 D'Orv. p. dixi, citante etiam ita Lipsio Elect. lib. ii. c. 21. Id.—5 *Prospectur* corrupte legitur in Ed. Bas. pr. unde in marg. fecit Lips. *prospectatur*. Id.—6 Pith. *tempore*. Id.—7 *Humilitate abdita et lucifuga*. Scrib. *abditus*. Casaubonus. Mss. O. et Edd. ante Vulc. sec. vel tert. *abdita et lucifuga*: sed seqq. Casauboni correctionem amplexi sunt omnes: etsi Putschius, teste Jungermanno in Epp. Gudianis p. 363. eam non probabat, accipiebatque *τὸ lucifuga* adjective, ut apud Lucillum, alios. *Lucifuga* subst. est Met. lib. v.

## NOTÆ

<sup>p</sup> *Albus an ater esses, ignoravi]* Similiter Phædrus: 'Unde illa scivit, niger, an albus nasceret?'

<sup>q</sup> *A probatore obstitit]* Ita reponit Casaub. ex edit. Romana. Elmenheratius ex duobus Florent. codd. a *probatione obstitit*, quod in idem recidit, significatque, quod in interpre-

tatione expressimus. Sic dictum a *probatore obstare*, inquit Casaub. ut apud Græcos, *κρίττω* et *κρίττεσθαι* *ἀπὸ τινος*. Simile etiam est illud Ciceronis 'a Sole obesse.' 'Probator' hic explorator, observator: et 'probatio' exploratio.



cuus. Ego adeo, servosne an habeas ad agrum colendum, an ipse<sup>8</sup> mutuarias operas cum vicinis tuis cambies,<sup>9</sup> neque scio, neque laboro: at tu me scis eadem die tris<sup>9</sup> *Œæ*<sup>11</sup> manumisisse; idque mihi patronus tuus<sup>2</sup> inter cetera a te sibi<sup>3</sup> edita objecit: quanquam modico prius dixerat, me uno servo comite *Œam* venisse. Quod quidem<sup>4</sup> velim mihi respondeas, qui potuerim ex uno tris<sup>5</sup> manumittere, nisi ai et hoc<sup>6</sup> magicum est? [431] Tantamne esse mentiendi, cecitatem dicam an<sup>7</sup> consuetudinem? Venit Apuleius *Œam*<sup>8</sup> cum uno servo: dein, pauculis verbis intergarritis: <sup>9</sup> Apa-

et fugias lucem. Ego porro neque scio, neque scire cupio, an tu habeas servos ad colendum agrum tuum, an tu ipse permutas operas tuas cum tuis vicinis. At tu acis me libertatem dedisse tribus servis *Œæ* eodem die; et tuus advocatus hoc mihi objectavit inter alia, quæ tu ipsum docueras, licet dixisset paulo ante, me venisse *Œam* comitatum uno tantum servo. Quod quidem cupio ut mihi respondeas, quo pacto potuerim manumittere tres, ex uno, quem habebam, nisi hoc quoque factum est arte magica? Potestne fieri, ut tanta cecitas aut potius consuetudo mentiendi cuiquam sit? Apuleius venit *Œam* cum uno servo, inquit advocatus: deinde, ali-

~~~~~

p. 355. J. Bosscha.—8 Pith. *prime et mutuarias*. Id.—9 Ita hic quoque Mas. cum Edd. Vic. Junt. Bene, Virgiliano more. V. ad Met. lib. iii. p. 179. a. In reliquis *treis*. Id.—1 Ms. Lips. qui hic rursus incipit *Œæ*. D'Orv. infra *Eam*. Edd. Junt. Ald. Vulc. Wow. *Œæ*: ut et mox *Œæm*: ubi Bas. pr. *Œæm*. Vic. *Œæ*. *Œæm* urbem vocat Ptolemæus, quod tamen mendum esse suspicatur Casanb. ad Spartiani Sever. cap. 18. Melius sane *Œam* Plin. v. 4. et Pomp. Mela i. 7. 30. cf. Drakenb. ad Sil. It. iii. vs. 257. Id.—2 Ignorat Ms. Lips. Id.—3 Pith. a me. Lips. tibi. Male. cf. Scip. Gent. Pro objecit Pith. abiecit. Id.—4 Pith. quicquid. Male. Id.—5 Sic, ut et infra, iterum Mas. et Edd. eadem ac supra. Id.—6 Nisi et hoc. Flor. nisi a et hoc. Elmenhorstius. Accedunt Lips. Pith. et alius vet. cod. ni fallor, Fux. Recte: ut sæpe. Vide Oudend. ad Cæsar. i. de B. G. 31. ibique cit. N. Heina. ad Ovid. Her. Epist. iv. vs. 111. In Catal. Burm. lib. iii. ep. 242. 'Hunc ignem Veneris, nisi si Venus ipsa Nulla est, quæ possit vis alia opprimere.' J. Bosscha.—7 Ms. D'Orv. aut. Id.—8 D'Orv. Epul. *Eam*. Coll. Voss. *Oleam*. Pro servo Plith. mo, pro dein pauculis verbis D'Orv. dictum pauculum. Id.—9 Ms. liber interrogatis. Colvius. Non est nanci hæc lectio, præ illa *Mesti p. verbis interrogatis*. Dixit Apul. 'interrogare' pro 'interjicere,' qua forma

NOTE

⁸ An ipse mutuarias operas cum vicinis tuis cambies [cambias] Id est: An tu, cum servos non habeas, neque possis solus agrum tuum colere, cum vicinis æque pauperibus ita paciscaris, ut illi in eo opere te juvent, et tu vicissim eos juves in suo faci-endo. 'Cambire' vetus verbum est,

quod hic, commutare, significat; alias etiam, pugnare, iter inchoare, flectere: unde et 'campeo': utrumque a Græco *καμάρω*.

⁹ *Œæ*] Urbs est Africæ in ea regione, quam Augylas incolere att Plinius, lib. v. cap. 4. Inter Syrtis Majorem et Minorem.

leius Cæ una die tris manumisit. Ne illud quidem credibile fuisset,¹ cum tribus venisse, omnes liberasse: quod tamen si ita fecissem, cur potius tris servos inopiæ signum² putares,³ quam tris libertos opulentia? ⁴ Nescis profecto, nescis, Æmiliano,⁵ philosophum accusare, qui famulitii paucitatem opprobraris: quam ego gloriæ causa ementiri debuissem; quippe qui scirem, non modo philosophos, quorum me sectatorem fero,⁶ verum etiam Imperatores ⁷ populi Romani, paucitate servorum gloriatos." Itane tandem ne hæc quidem legere patroni tui? M. Antonium consularem solos⁸ octo servos domi habuisse?⁹ Carbonem vero illum,¹⁰ qui

quot verbis effutitis: Apuleius manumisit tres servos Cæ uno die. Ne hoc quidem fuisset verisimile, me venisse cum tribus servis, et eos manumisisse omnes: quod tamen si sic fecissem, quare crederes potius tres servos esse argumentum egestatis, quam tres manumissos esse argumentum divitiarum? Nescis sane, o Æmiliane, nescis, quomodo philosophus sit accusandus, siquidem objecisti mihi paucitatem servorum, quam ego debuissem fingere gloriæ causa; cum compertum haberem non solum philosophos, quorum profiteor me esse sectatorem, sed etiam Duces populi Romani laudi duxisse se habere paucos servos. An tui patroni ne hæc quidem legerrunt? M. Antonium virum consularem habuisse domi tantum octo servos? illum

~~~~~

mutatum 'subrogare' pro 'subjicere,' 'substituere.' Sic nimirum egerunt cum optimis quibuscque auctoribus pessimi illi scoli, librariorum dico, interpolantes pro libitu, quicquid non intellectum satis, vel auribus lotis asininis insolens. *Mærs.* Coll. Voss. Cod. Lips. quoque interrogatis, sed in alia ejusdem Cod. Collatione notatum id non video. Ut ut est, vulgata lectio non sollicitanda est. Flor. tacite edidit *interrogantis*: de qua variatione vid. ad Met. lib. III. p. 210. b. J. Bosscha.—1 D'Orv. *fuisset* ... *omnis*. In eod. deest mox *cur*. Id.—2 Idem *dignum*, et post, *liberos*. Colvius.—3 *Mss. Lips. nesci*, Plith. *Æmilianum*, D'Orv. mox caret *causa*. J. Bosscha.—4 D'Orv. *insectatorem* deletis *me* et *fero*. Id.—5 Coll. Voss. *in patres*: male. Ne post tandem exulat in D'Orv. Id.—6 Al. *solum*.—7 Inverse Ms. Lips. J. Bosscha.—8 Idem, ac

# NOTE

<sup>1</sup> Cur potius tres servos inopia signum putares? Nempe objecerat Apuleio Æmiliani patronus tanquam inopiæ et sordium argumentum, quod tres servos tantum adduxisset Cæam. Qui sane numerus servorum illis temporibus exiguus erat, cum nonnulli multa millia eorum haberent.

<sup>2</sup> Quam tres libertos opulentia? Quia trium servorum manumissio testari videtur plurimos alios superesse heredo, qui alias eos non manumisurus

fuisset.

<sup>3</sup> Imperatores populi Romani, paucitate servorum gloriatos? Quod Apuleius assignat modestis Imperatorum Romanorum, verius alii Veterum parsimoniam, qui Legatis et Imperatoribus non alium famulitii modum statuerunt.

<sup>4</sup> Carbonem vero illum? Cn. Carbonem intellige, qui temporibus Sullæ et Marii maxima fuit auctoritate, Marianasque partes secutus est.

rebus potitus est, uno minus? <sup>7</sup> [432] At enim <sup>8</sup> Manio Curio, <sup>9</sup> tot adoreis longe inclyto, <sup>1</sup> quippe qui ter triumphum una porta <sup>b</sup> egerit: <sup>2</sup> ei igitur <sup>3</sup> Manio Curio duos solos in castris calones <sup>4</sup> fuisse? Ita ille vir de Sabinis, deque Samnitibus, deque Pyrrho triumphator, pauciores servos habuit, quam triumphos. M. autem Cato <sup>c</sup> nihil opertus <sup>5</sup> ut alii de se prædicarent, ipse in oratione sua scriptum reliquit, <sup>6</sup> cum in Hispaniam <sup>7</sup> Consul proficisceretur, tris servos solos ex

vero Carbonem, penes quem summa rerum fuit, habuisse pauciores uno? Manium vero Curium, valde clarum tot victoriis, utpote qui triumphans ingressus est ter per unam eandemque portam: cum, inquam, Manium Curium habuisse tantum duos lictos in castris? Sic ille vir, qui triumphavit de Sabinis, et de Samnitibus, ac de Pyrrho, habuit plures triumphos, quam servos. M. autem Cato, non expectans ut alii id narrarent de se, ipse reliquit scriptum in sua quædam oratione, se duxisse tantum

enim. Colvius. Male: cf. de Deo Socr. p. huj. Ed. 130. J. Bosscha.—9 Flor. Marco Curio. Elmenhorstius. D'Orv. Mauro Curio. Bemb. Manilio C. ut et infra. Marcus Curius alibi in Mss. vocatur, ut apud Aur. Vict. de Vir. Ill. c. 33. ubi vid. Arntzen. et Bryan. ad Plutarch. in Cat. pag. 329. ubi vocatur Μάρκος Κορίπος, sed e nominis variatione fluxit, quod ibi initio periodi in 2. Codd. legitur Ἦν Μάρκον. cf. infra pag. 435. J. Bosscha.—1 Rom. Ven. indito. Bas. 1. induto. Colvius. Coll. Voss. quoque induto. J. Bosscha.—2 Excepta Junt. post. Edd. ante Colv. habebant egerit, qui e Cod. Lips. cum reliquis rescripsit egerit. Id.—3 Et hoc editum jam in Junt. post. in reliquis ante Colv. et igitur. Ms. Lips. et ergo. Id.—4 Ms. D'Orv. colonas: male. Pro ita Ed. Vic. at. et mox Sannibus. Pro Sabinis Ms. D'Orv. sabinis. Id.—5 Rom. Ven. Ald. optuit. Ms. opatus. Colvius. Codd. Rom. Ven. Ald. nihil opertuit. Facile est inde veram lectionem eruere: nihil operivit. Veteres 'operio' et 'operior' indifferenter protulerant, ut plurima alia ad illam faciem. Meurs. Ms. D'Orv. oportet. Nihil mutandum. J. Bos.—6 Cf. Scip. Gent. comm. Male sua exulat ab Edd. ante Elmenh. qui primus dedit e Ms. Florent. addicentibus ceteris. Pro oratione Ms. D'Orv. operatione. Pith. opone. Id.—7 Mss. Pith. Lips. D'Orv. Hispania. D'Orv. pro-

## NOTE

<sup>7</sup> Uno minus] Hoc est, septem.

<sup>8</sup> Man. Curio] Vide supra, quæ notavi ad hæc verba, 'Serranis et Cnriis et Fabriciis.'

<sup>9</sup> Tot adoreis longe inclyto] Adorea, ut Glossæ habent, est δόξα ἡ ἀπὸ τοῦ πολέμου, gloria bellica. Sic dicta ab adore, quod est far. Festus: 'Adorea, laus; quia gloriosum putabant, qui farris copia abundabat.' Ego 'adoreis' verti, victoriis; ad rem magis, quam ad ipsum verbum attendens.

<sup>b</sup> Una porta] Triumphali nempe, quæ una tantum erat. Cicero in Pisonem: 'Quasi ad rem pertineat, qua tu porta introieris, modo ne triumphali.'

<sup>c</sup> M. autem Cato] Cato Censorius, qui et Cato Major dictus est. Hunc enim legimus Consulem cum Valerio Flacco creatum citeriorem Hispaniam sortitum esse; Uticensem vero frustra Consulatum petisse, quod, virtuti suæ fidens, populo non nimium submisce supplicare voluerit.

urbe duxisse. Quoniam<sup>d</sup> ad villam publicam<sup>e</sup> venerat,<sup>g</sup> parum visum<sup>h</sup> qui<sup>i</sup> uteretur: jussisse<sup>a</sup> duos pueros in foro de mensa<sup>f</sup> emi: eos quinque in Hispaniam<sup>d</sup> duxisse. Hæc Pudens<sup>e</sup> si legisset, ut mea opinio est, aut omnino huic<sup>e</sup> maledicto [433] supersedisset, aut in tribus servis multitudinem comitum philosophi, quam paucitatem, re-

*tres servos ex Urbe, cum iret Consul in Hispaniam: postquam vero venisset in villam publicam, illos sibi visos fuisse pauciores ad suum usum: ideoque se jussisse comparari duos servos in foro de lapide: et duxisse illos quinque in Hispaniam. Si Pudens hæc legisset, aut abstinuisset penitus ab hac obtrectatione, (ut arbitror,) aut maluisset damnare in tribus illis servis nuntiam multitudinem comitum philoso-*

\*\*\*\*\*

*scisceret. Id.—8 Vid. Not. Var.—9 Ms. D'Orv. jussum. J. Bos.—1 Schottus l. c. quo. Est etiam qui legat quis. Sed qui utrumque valet et quo et quis; ut quicum pro quocum ponitur, et pro quibuscum, ut Plant. Capt. v. 4. 6. Id.—2 Vetus liber, videtur vidisse. Colvius. Coll. Voss. videretur jussisse. J. Bos.—3 Sic Florent. 2. vulgo de tribus emi. Eimenhorstius. Non vulgo, ut ait Elm. sed in sola Ed. Vulc. sec. est tribus. Vulc. allevit depenso. Perperam. V. ad Met. lib. viii. p. 578. a. Coll. Voss. in fœco demas. J. Bos.—4 Ms. D'Orv. Spaniam. cf. ad Flor. N. 15. p. 53. b. Statim pro hæc Ed. Vic. hic. Id.—5 Deest Lips. in quo supersedisset. Id.—6 D'Orv. item: male. Sexcenties*

#### NOTE

<sup>d</sup> Quoniam] Casanb. putabat corruptam esse vocem, et factam ex duabus quæm fgg.<sup>a</sup> At Pricæus retinendum censet τὸ quoniam, merito. Paulus Festo conjunctus: ‘Quoniam’ significat non solum id, quod ‘quia,’ sed etiam id, quod ‘postquam;’ hac de causa, quod Græcum ἐκείνῳ utriusque significationem obtinet.’

<sup>e</sup> Ad villam publicam venerat] Villa publica, Δημόσιον καταγωγίον. Straboni lib. v. Δημοσία ἐπαυλὶς posita fuit in Campo Martio. Usus ejus ad excipiendos Magistratus in Provinciis entes, Legatosque exterarum gentium peregre adventantes. Livius lib. xliii. ‘Macedones deducti in villam publicam extra Urbem, ibique iis locus et lautia præbita:’ et lib. xxx. ‘Quibus, vetitis in urbem ingredi, hospitium in villa publica, Senatus ad eadem Bellonæ datus est,’

&c.

<sup>f</sup> De mensa] Similiter Met. l. viii. ‘Collatitia stipe de mensa paratus:’ ad quem locum vide quæ annotavi. Addam solum Pollucis locum, quæ auctoritate Aristophanis evidenter probatur per ‘mensam’ intelligendam esse catástam, seu lapidem, in quo venales servi prostabant. Sic habet ille lib. vii. ‘Ἐφ’ ὃ δὲ βαλworres οἱ δοῦλοι πικράνονται, ταῦτα τράπεζαν Ἀριστοφάνης καλεῖ:’ Id autem, super quod ascendentes servi venduntur, Aristophanes mensam vocat.’ Male ergo Gentilis ‘de mensa’ hic exponit, pecunia mutuo sumpta, seu nominibus factis apud argentarios. Repugnat locus citatus nostri Apuleii Miles. viii. Si enim collatitia stipe paratus erat servus ille, quomodo pecunia ab argentario sumpta?

<sup>g</sup> Pudens] Tannonius Pudens, Æmiliani advocatus.

prehendere maluisset. Idem <sup>6</sup> mihi etiam paupertatem approbavit, acceptum philosopho crimen, et ultro profitendum. Enim <sup>7</sup> paupertas olim philosophiæ vernacula est, frugi, sobria, parvo potens,<sup>b</sup> æmula laudis,<sup>c</sup> adversum divitias possessa,<sup>d</sup> habitu secunda, cultu <sup>9</sup> simplex, consilio benesuada: neminem unquam superbia inflavit, neminem impotentia depravavit,<sup>e</sup> neminem tyrannide efferavit:<sup>f</sup> delicias<sup>g</sup>

*phi, quam paucitatem. Ipse etiam mihi objecit paupertatem, crimen sane gratum philosopho, et libenter prae se ferendum. Paupertas enim jamdudum est familiaris philosophia, proba, temperans, contenta modico, studiosa laudis, amplexa professionem contrarium opibus, qua tuto habetur, qua simplex est in suo ornatu, qua dat bonum consilium: nullum unquam tumescit superbia, neminem corrumpit libidine,*

\*\*\*\*\*

idem vim habet *vñ* item hic, item ille, et sim. Proprium hoc in primis est Corn. Nepoti. In eod. Cod. male statim *approbat*. Pro ultro Coll. Voss. iatro. Id.—7 Rursus hoc nostro Auctori restituendum fuit e Mss. Vulgo Enimvero. V. Ind. Id.—8 Placet Lipsio *æmula laudis, adversum divitias possessa, hab. sec.* Colvius. *Æmula laudis*, i. e. quæ divites laude æmulari atque ideo in laude vivere studet. Amm. Marc. xxiv. 'Fabricii familiari re pauperes... gloria locupletes.' Scriv. marg. Ed. suæ ascripsit *æmula Dis*, i. e. quæ Deos æmulatur, qui 'nulla re ad usum sui indigent,' ut ait Ap. infra p. 489. ubi v. sed hic in orationis serie minus convenit. Ms. Pith. et æm. l. J. Bos. Vid. Not. Var.—9 Ed. Vic. *cultus*. Pro *benesuada* Ms. D'Orv. *benesuada*. J. Bos.—1 Scriv. marg. allevit: Al. *potentia damnavit*: perperam: sed est lectio Codicis, quem possedit Barthius, (vide eum Advers. xv. 7.) complectentem varias sententias ex variis auctoribus excerptas, quas inter quoque hunc Nostri de paupertate locum. Sed ejus Codicis scriptor non ad verbum Apuleium descripsisse, sed ejus modo sensum expressisse videtur. Habet enim: 'Paupertas est thesaurus acceptus philosophia, est cibus sobrius, æmula adulationis. Neminem unquam superbia inflavit, neminem potentia damnavit, neminem ad tyrannidem effrænavit.' Id.—2 Ms. lib. *effeminavit*. Colvius. Item Coll. Voss. An *effrænavit*? quod est in Cod. Barth. et frequens in hac re verbum. Noster de Phil. Mor. p. 613. Ed. Flor. 'effrænatis cupiditatibus.' Arnob. lib. ii. p. 64. 'per omnia libidinem genera effrænatum spargere immensæ cupiditatis ardorem.' Sed bene se habet *efferavit*. cf. de Deo Socr. p. 670. Ed. Flor. et v. ad Met. lib. vi. p. 408. Scriv. ascripsit ad *tyrannidem* e Cod. Barth. ut apud Liv. xxxiii. 29.

#### NOTE

<sup>a</sup> *Parvo potens*] Contenta parvo, quasi quæ possit omnia sibi necessaria parvo consequi. Similiter Virg. Æn. vi. 'Parvoque potentem Fabricium.'

<sup>d</sup> *Adversum divitias possessa* [*divitiis professæ*] Sic Casaubonus, quem sequor. In vulgatis est *adversum divitias possessa*, non video quo sensu. Significat autem his verbis, *adversum*

*divitiis professæ*, paupertatem ferri in studia et professionem contrariam professioni studiisque divitiarum; puta paupertatem amplecti modestiam, frugalitatem, continentiam, ceterasque virtutes, cum contra opulentia in superbiam, luxum, libidines, atque omnia alia vitia propendat.

ventris et inguinum neque vult ulla, neque potest.<sup>4</sup> Quippe hæc et alia flagitia, divitiarum alumni solent.<sup>5</sup> Maxima quæque scelera si ex omni memoria hominum percenseas, nullum in illis pauperem reperiēs :<sup>6</sup> uti contra, haud<sup>7</sup> temere inter illustres viros, divites comparent ;<sup>1</sup> sed quemcumque<sup>2</sup> in aliqua laude miramur, eum paupertas ab incunabulis nutrita est. Paupertas, inquam, prisca [434] apud sæcula<sup>3</sup> omnium civitatum conditrix,<sup>1</sup> omnium artium reperitrix,<sup>m</sup>

*nulli inspiravit feram tyrannidem : neque cupit ulla voluptates gula, aut libidines, neque potest eas consequi. Nam, qui nutriuntur in opulentia, consequerentur perpetrare hæc scelera et similia. Si percurras maxima quæque crimina, quorum memoria extat inter homines, nullum pauperem invenies in illis : cum contra vix videas ullos divites inter claros viros : sed, quemcumque suspicimus florentem aliqua virtute, paupertas eum aluit a prima infantia. Paupertas, inquam, illa, quæ antiquis temporibus exstruxit omnes urbes, quæ invenit omnes artes, quæ caret omni delicto,*

~~~~~  
 'Efferavit ea cædes Thebanos Bæotosque omnes ad execrabile odium Romanorum.' Sed h. l. male : ut patet ex præcedentibus ablativis *superbia... impotentia*. Ms. D'Orv. *offeravit*. J. Bos.—3 Ed. Junt. *delicia*. Pro et *ing.* neque Ms. D'Orv. nec *ing.* nec. Id.—4 Vid. Not. Var.—5 Alumni sunt. Rom. Ven. Ald. Bas. 1. *alumni solent*. Colvius. Edd. recentes habent d. *alumni sunt* : legebam, *alumni sunt*, haud dubie melius. Sed veram lectionem in Rom. Cod. reperi postea. Casaub. Non recte faciunt, qui reprobant lectionem quatuor Codd. Rom. Ven. Ald. Bas. *alumni solent*. Est elliptica locutio, et elegans. *Meurs*. Ms. cod. et Ed. Basil. pro *sunt* habent *solent*. Et recte. Utitur ea voce Plantus aliquoties in eadem significatione. *Brant*. Non bene Edd. Colv. et Vulc. pr. *alumni sunt*. Est qui margini ascripserit *alumnos olent*. *Alumni solent* scil. facere, perpetrare, per ellipticam locutionem : ut præcessit 'neque vult ulla, neque potest' scil. consequi, vel sim. cf. Perizon. ad Sanct. Min. lib. iv. c. 5. n. 11. J. Bos.—6 Margarita poetica aliter hæc citat : *Nullum in illis ; in istis plurima repperies*. Colvius. In Ms. Pith. est quoque in *illis in istis paup*. Ne mutes tamen. Sed *scelera* intellige, sceleratos homines : quare bene sequitur *pauperem*, quod non tam ad verbum, quam ad intellectum refertur ; cuius syntaxeos exempla vid. apud Intpp. ad Liv. ix. 12. citt. a Ruhnck. ad Ter. And. iii. 5. 1. 'ubi illic est scelus, qui me perdidit.' J. Bos.—7 Vid. Not. Var.—8 Margar. Poët. *si quemcumque*. Colvius. Ms. D'Orv. s. *quem tum*. Ed. Vic. *quæcumque*. Ms. Pith. *incunabulis*. J. Bos.—9 Ms. D'Orv. *præsta ap. sæc*. Id.—1 Barth. Cod. *omn*.

NOTE

¹ Maxima quæque scelera si ex omni memoria hominum percenseas, nullum in illis pauperem reperiēs : uti contra, haud temere inter illustres viros, divites comparent] Summa laus hæc paupertatis. Sed causæ magis quam veritati inservit Apuleius : maxima enim scelera perpetrata aliquando invenias a pauperibus hominibus, et contra laudatissima facinora a divitibus. Verius

Terentianns Chremes in Heautontim. 'Ea, quæ in homine dicuntur bona, parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, divitias, perinde esse,' dicit, 'ut illius animus, qui ea possidet : qui uti scit, ei bona : qui non utitur recte, mala.'

¹ Omnium civitatum conditrix] Id quidem verum priscis illis temporibus, quibus homines propter egesta-

omnium peccatorum inops,¹ omnis gloriæ munifica,^o cunctis laudibus apud omnes nationes perfuncta. Eadem enim est² paupertas apud Græcos in Aristide justa,^p in Phocione benigna,^q in Epaminonda strenua,^r in Socrate sapiens, in Homero diserta. Eadem paupertas etiam populo Rom. imperium a primordio fundavit;³ proque eo⁴ in hodiernum Diis⁵ immortalibus simpulo^s et catino fictili sacrificat.^t

qua larga est omnis gloriæ, qua consecuta est omnes honores in nationibus cunctis. Nam eadem paupertas apud Græcos justa est in Aristide, in Phocione humana, magnanima in Epaminonda, sapiens in Socrate, facunda in Homero. Eadem paupertas fundamentum jecit Imperii populi Romani ab ipso initio: et sacrificat pro eo Diis immortalibus simpulo et catino fictili ad hanc usque diem. Quod si nunc

periturorum in. Id.—2 Mss. Lips. Pith. ead. est en. In Ed. Vic. deest est. Id.—3 Ms. D'Orv. fundavit. Id.—4 Ms. Pith. pro qua ego in hodiernis.—5 In altero Ms. est simpurio: vide Lips. Antiq. Lect. lib. iv. c. 3. Elmenh.—6

NOTE

tem in unum locum congregati sunt, quo necessitatibus humanis subvenirent: at postea civitates condere, opum et magnificentiæ argumentum simul, et ostentatio fuit.

¹ *Omnia artium reperitrix*] Plautus, in Stich. Act. i. Scen. 3. 'Eo, quia paupertas fecit, ridiculus forem; Nam illa omnes artes perdocet, ubi quem attigit.' Hinc etiam mater artium dicitur, et Artes Paupertatemque iisdem aris coluisse Gaditanos memorant Ælianus *Περὶ Πορῶν*, et Philostratus, de Vita Apollonii, lib. v. cap. 1.

² *Omnia peccatorum inops*] Quia pauciora possidet peccandi illectamenta.

³ *Omnis gloriæ munifica*] Sæpe vanæ gloriæ, in illis præsertim barba tennus et pallio philosophis.

⁴ *In Aristide justa*] Valer. Maximus, lib. v. cap. 3. 'Aristides etiam, quo totius Græciæ justitia censetur, continentis quoque eximium specimen, patria excedere jussus est,' &c. Vide Plutarch. et Corn. Nep. in ejus Vita.

⁵ *In Phocione benigna*] De Phocione idem Valer. Maximus, lib. iii. cap. 8. 'Placidi, et misericordes, et liberales, omni quæ suavitate temperati mores Phocionis, quos optime profecto consensus omnium bonitatis cognomine decorandos censuit.' Corn. Nepos similiter eum bonum appellatum fuisse ait in ejus Vita: idem Plutarchus.

⁶ *In Epaminonda strenua*] Egregium ejus fortitudinis exemplum refert Maximus lib. iii. cap. 2. quod vide apud illum.

⁷ *Proque eo*] Imperio Romano.

⁸ *Simpulo et catino fictili sacrificat*] Paulus Festo conjunctus: 'Simpulum vas parvum, non dissimile cyathum, quo vinum in sacrificiis libabatur, unde et mulieres rebus divinis deditæ simulatrices dicuntur.' Legitur apud alios auctores et simpulium eodem significatu. Juvenal. Satyr. vi. 'Et quis tunc hominem contemtor numinis? aut quis Simpulium ridere Numæ, nigrumque catinum, Et Vaticano fragiles de monte patellas Ausus erat?' Quin et 'sym-

[495] Quod si modo iudices de causa ista sederent C. Fabricius,⁶ Cn. Scipio, Manius⁷ Curius, quorum filiae⁸ ob paupertatem de publico dotibus donatae ad maritos ierunt, portantes gloriam domesticam, pecuniam publicam; si Publicola⁹ regum exactor, et Agrippa populi reconciliator,¹⁰ quorum funus ob tenues opes a populo Romano collatis sextantibus⁹ adornatum est; si Attilius Regulus, cuius agellus¹ ob similem penuriam publica pecunia cultus est;¹ si denique omnes illae veteres prosapiae Consulares et Censoriae et triumphales, brevi usura lucis ad iudicium

hujus causa iudices essent C. Fabricius, Cn. Scipio, Manius Curius, quorum filiae dotatae ex aulario publico, propter suam inopiam, iecerunt ad suos maritos, ferentes secum laudem patriam et pecuniam publicam; si Publicola, expulso Regum, et Agrippa, qui reconciliavit plebem patribus, quorum pompa funebri instructa est contributis sextantibus a populo Romano propter inopiam eorum; si Attilius Regulus, cuius ager ex cultus est publico sumtu, ob similem egestatem; postremo, si illa omnes antiquae familiae consulares, et censoriae, et triumphales, impetrato brevi usu

Prænomine caret Ms. Lips. J. Bos.—7 Ms. lib. Marcus. Colvins. Ms. D'Orv. Maurius. v. supra p. huj. Ed. 480. ubi adde, a Plutarcho in Pyrrho p. 467. vocari quoque *Maior*. Pro ierunt Ms. Lips. erunt. J. Bos.—8 D'Orv. reconciliator. Id.—9 Ms. D'Orv. Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. sextantibus. Id.—1 Attilius... agellus. Ms. Pith. Acilius... angli. Id.—2 Illa vet. pros...

NOTE

pinium' legas etiam, quod deduci aiunt a Græco *συμπίσιον*, quod com-potare est. 'Catinus' et 'catinum' vas est escarium satis amplum.

⁶ C. Fabricius, Cn. Scipio, Man. Curius, quorum filiae, &c.] Vide Valer. Maxim. lib. iv. cap. 4.

⁷ Publicola] Valerius Publicola, seu Poplicola, qui, ejecto Roma ob nimiam superbiam Tarquinio, Consulatus initium cum Junio Bruto auspiciatus est, anno ab Urbe condita 244. Hic, ut ait Valer. Maxim. 'patrimonio ne ad exequiarum quidem impensam sufficiente decessit: ideoque publica pecunia ductæ sunt.'

⁸ Agrippa populi reconciliator] Menenius Agrippa, qui, prima secessione plebis a Patribus facta, ob eos, qui æris alieni causa vineti a sœnena-

toribus tenebantur, Patrum ad plebem orator missus, ejus animos flexit, narrato Apologo partium humani corporis de ventre querentium, quod is solus cibos omnes deglutiret: ut refert Livius lib. ii. cap. 32. De hoc Agrippa Val. Max. 'Hic, nisi a populo collatis in capita sextantibus faneratus esset, ita pecuniæ inops decessit, ut sepulturæ honore caruisset.' Sextans assis sexta pars est.

⁹ Attilius Regulus, cuius agellus, &c. publica pecunia cultus est] Primo Punice bello, dum ille, prorogato sibi ob res bene gestas insequentem annum imperio, in Africa degeret. Rem omnem fusius vide apud eundem Valer. Maxim. lib. iv. cap. 4. citato.

istud remissæ, audirent; ² auderesne paupertatem philosopho exprobrare apud tot Consules pauperes? An tibi Claudius ³ Maximus idoneus auditor ⁴ videtur ad irridendam paupertatem, quod ipse uberem et prolixam rem familiarem sortitus est? Erras, Æmiliane, et longe hujus animi frustra es, ⁵ si eum ex fortunæ indulgentiâ, non ex philosophiæ censura ⁶ metiris: si virum tam austeræ sectæ, tamque diutinæ ⁷ militiæ, non putas amiciores ⁸ esse coërcitæ mediocritati, quam delicatæ opulentæ: [436] fortunam, velut tunicam, magis concinnam, ⁹ quam longam probare. Quippe etiam ea si non gestetur, et trahatur, nihilo minus quam ¹ lacinia præpendens ² impedit, et præcipitat. Et-

vita, remissæ ad hoc iudicium, audirent nos orantes; auderesne obiectare paupertatem philosopho coram tot Consulibus pauperibus? Num Claudius Maximus tibi videtur auditor dignus, coram quo derideas paupertatem, quia ipse habet bona copiosa et ampla? Falleris, Æmiliane: et multum aberras ab ejus mente, si de eo iudicis secundum indulgentiam fortunæ, non autem secundum severitatem Philosophiæ: si non putas virum tam severæ disciplinæ, et militiæ tam longæ, magis amare mediocritatem intra justos limites arctatam, quam abundantiam delicatam: malle Fortunam, sicut et vestem, potius congruentem, quam longiorem: nam ipsa etiam fortuna, si non feratur, sed trahatur, impedit et impellit in casum, perinde ac

audirent. Ms. Lips. illi. Coll. Voss. audiret. Pro auderesne Ms. Lips. audireme. Pith. audeme. Id.—3 Idem Antyclaudius. Colvius.—4 Excidit Ed. Floridl. Pro irridendam Ms. Pith. inritandam. J. Bos.—5 Ms. Lips. es frustra: ut et mox si ex fort. eum. Id.—6 Legerim (extrita syllaba) censu. Pricæus. Male: v. supra ad pag. 421. J. Bos.—7 Ms. Pith. auster s. tamquam d. Id.—8 Amicioiorem. Ms. lib. amitiorem. Sed nihil muto. Sic 'pudicitius,' supra hac ipsa Apol. Colvius. Symmachus l. iv. Epist. 7. 'Te vero famæ ejus amicioiorem.' Antiqua ~~exhibetur~~ supra Noster: 'Tanto pudicitius compositi.' Pric. Amicioiorem habent Mss. bene multi, et hic, et apud Sallust. Jug. c. 10. prorsus dampnante Cortio. Sic supra p. 419. vidimus pudicitius corrupte legi in multis Mss. Revocavi itaque lectionem Mss. Lips. et Pith. expressam jam in Ed. Junt. post. amicioiorem quomodo etiam apud Symmachum l. c. legitur in Ed. Jureth. J. Boscha.—9 D'Orr. fortuna...continam. Id.—1 Lego E. e. s. n. g. sed trah. n. m. quasi. Elmenhorstius. Melius Elmenh. sed trah. Trahi signate extulit. Varro Modio: 'Pallia trahentia.' Vide Casaub. ad Theophrast. ~~repl. hypox.~~ Pric. Salm. et alius V. D. in marg. et si ea. Causam idoneam non video, licet et, non etiam, sit in Ms. Lips. Idem VV. DD. cum Lipsio Elmenh. et Lat. Latinio sed trah. quomodo legendum censebat etiam Wyttenebachius V. Cel. Et hoc eodem redit: quare nil muto. In Pith. est gestatur et trahitur. J. Boscha.—2 Forsetan rectius

NOTE

² Amicioiorem [Amicioiorem] Pro, amicioiorem, antiqua eponthesi. Sic Symmachus, lib. iv. Ep. 7. 'Te vero famæ ejus amicioiorem.' Supra Nos-

ter: 'Tanto pudicitius compositi,' &c.

⁹ Fortunam, velut tunicam, magis concinnam, &c.] Expressit hanc sen-

enim in omnibus³ ad vitæ munia utendis, quicquid aptam moderationem supergreditur,⁴ oneri potius quam usui exuberat.⁵ Igitur et⁶ immodicæ divitiæ, velut ingentia et enormia gubernacula,^b facilius mergunt, quam regunt:⁷ quod habent⁸ irritam copiam, noxiam nimietatem. Quin ex ipsis opulentioribus eos potissimum video laudari, qui nullo strepitu, modico cultu, dissimulatis facultatibus agunt, et divitias magnas administrant sine ostentatione, sine⁹

vestis nimium demissa. In omnibus enim, quæ usui sunt ad officia vitæ, quicquid excedit idoneam mediocritatem, superfluum est, et gravat potius, quam juvat. Ergo et nimis opes, quemadmodum magna et immania gubernacula, summergeunt facilius, quam dirigunt: quia habent abundantiam inutilem et superfluitatem perniciosam. Quin etiam video inter locupletiores illos præcipue laudari, qui celant opes suas, et vivunt sine strepitu, vestiti mediocriter, et administrant ingentes divitias absque jac-

~~~~~

n. m. quasi lac. propendens. Colvius. Ms. D'Orv. cum Ed. Junt. post. nihil m. q. Illud quam non mutandum putavi, licet Lips. alleverit quoque quasi. Dein Edd. ante Junt. post. perpendens. An perpendere, pro, penitus pendere, humi pendere? ex vi præpositionis per. Ms. D'Orv. simpliciter pendens, et Scriv. in sna Ed. calamo expunxit præ. Male: licinia enim quæ pone pedes humi pendet, non impedit et præcipitat, sed quæ præpendit. Melius Colv. et Lat. Latin. propendens. Noater Flor. N. 15. 'crines remulsis antiis et promulsis capronis anteventuli et propenduli.' Sed utrumque æque bonum: quare standum a Mss. J. Bosscha.—3 Etenim omnibus. Scriptus Codex Et cum omnibus. Colvius. Scribendum etenim in omnibus. Casaubonus. Ad perspicuitatem sane requiri videtur in, quod facile absorberi potuit posteriore syllaba roū etenim: quare Casaubonum secuti sunt reliqui; licet in nullo Ms. compareat. J. Bosscha.—4 Supergraditur. Flor. supergreditur. Elmenhorstius. Accedunt D'Orv. Lips. Edd. Elm. Scriv. Flor. Bene. cf. ad Met. lib. x. p. 679. h. J. Bosscha.—5 Marg. poet. exhibetur. Gellius: 'Cui corpus in tam immodicum luxuriasset, exuberassetque.' Colvius. V. c. usui exhibetur. Sciopp. in Symbola. Fulviano Cod. addicit Pith. Ms. D'Orv. exuperat, i. e. exsuperat: non male: sed pag. præc. 'uberem rem familiarem:' et infra p. 430. J. Bosscha.—6 Vet. igitur etiam. Colvius.—7 Conjicit Pric. devergunt. Ms. D'Orv. quam regant. J. Bosscha.—8 Pro habent D'Orv. hunc, in quo mox deest ex. Pro eos Pith. ea. Id.—9 Ms. D'Orv. sive ost. sive. Ed. Vic. obstant.

## NOTE

tentiam Xenophontis: Αἱ μὲν ποδήρεις ποθήρες τὰ σώματα, αἱ δὲ δέπμας πορονοῦν τὰς ψυχὰς ἐποδίζονσι: Tales quidem vestes corporibus, immodicæ vero opes animis sunt impedimento. Horatius rem familiarem non tunicæ, sed calceo comparat, Sat. x. 'Cui non conveniet sua res, ut calceus olim, Si pede major erit, subvertet, si minor, uret.'

Delph. et Var. Clas.

Apul.

4 R

<sup>b</sup> Immodicæ divitiæ, velut ingentia gubernacula, &c.] Hoc est: Nimis opes potius mergunt et præcipitant suos possessores, quam eos ad bonam beatamque vitam perducunt; quemadmodum et gubernacula navium, si enormia et immodica sint, facilius eas naves demergunt, quam dirigunt.

superbia, specie mediocritatis pauperum similes. Quod si etiam ditibus<sup>1</sup> ad argumentum modestiæ quæritur imago quæpiam et color paupertatis, cur ejus pudeat tenuiores,<sup>2</sup> qui eam<sup>3</sup> non simulatam,<sup>4</sup> sed vere fungimur? Possum equidem<sup>5</sup> tibi et ipsius nominis controversiam facere: neminem nostrum pauperem esse, qui supervacanea nolit, possit necessaria,<sup>6</sup> quæ natura oppido pauca sunt. Namque is plurimum habebit, qui minimum desiderabit. [437] Habebit enim quantum volet, qui volet minimum.<sup>7</sup> Et idcirco divitiæ non melius in fundis et in fœnore,<sup>8</sup> quam in ipso hominis æstimantur animo: qui si est avaritia egenus,<sup>9</sup> et ad omne lucrum inexplebilis; nec montibus auri satiabitur, sed semper aliquid, ante parta ut<sup>1</sup> augeat,

*tatione, abque arrogantia, similes pauperibus specie mediocritatis. Quod si divites ipsi quærant quandam effigiem et speciem paupertatis ad testandam suam moderationem; quare nos pauperiores pudeat eam vere tolerare, non fite? Possum equidem disputare adversum te de ipso etiam nomine, et contendere nullum ex nobis esse pauperem, siquidem non cupit superflua, et habet necessaria, quæ valde pauca sunt secundum leges naturæ. Ille enim habebit plurimum, qui perperam cupiet. Nam, qui volet minimum, habebit quantum volet. Ideoque opes non melius expenduntur in agris et in fœnore, quam in ipsa mente hominis: qui, si est inops propter avaritiam, et insatiabilis cuiusvis quæstus, ne montibus quidem auri explebitur, sed mendicabit semper aliquid, quod addit iis, quæ acquisivit prius. Quæ quidem vera con-*

\*\*\*\*\*

Id.—1 Ms. Lips. *divitibus*: utrumque est apud Nostrum, sed ubivis variant Mss. Pro quod Pith. q. Ed. Vic. qua. Id.—2 Vulg. *tenuioris*. Colvius. Item Mss. Lips. Pith. i. e. *tenuioris* vel *tenuiores*. J. Bosscha.—3 Qui ea. Ita Mss. Pith. Lips. Salm. in marg. Edd. vet. item Pric. et Scriv. Bene. In reliquis est quod. *Tenuiores*, scil. nos, qui... *fungimur*. Mss. Pith. et Bemb. eam, ut edidit Scriv. Bene. Vid. ad Met. lib. iii. p. 196. a. Id.—4 *Non simulata*. Marg. poet. *simulate*. Colvius. Leg. *non simulato, sed vere*. Alias et vera, non vere scripsisset. Acidal. Non perpetuum hoc est, nam adjectiva et adverbia sic sæpe junguntur. V. Cort. ad Sallust. Jug. 5. 'Cujus in Africa magnum atque late imperium valuit.' Restituimus etiam Planti Capt. v. 2. 7. 'Recte et vera loquere.' Iterum et tertium 'Consulem se ipse fecit.' Quare hic quoque exquisitiorem Msti Pith. lectionem *simulatam* amplector. Mss. D'Orv. et Bemb. tamen *simulate*, ut edidit Scriv. Reliqui *simulata*. Scriptum fuerat de more q. eam non simulatam, &c. Ms. D'Orv. *fungitur*. J. Bosscha.—5 Ita Mss. Pith. Lips. D'Orv. cum Salm. in marg. quod expressum quoque in Ed. Junt. post. Bene. Vulgo *quidem*. Id.—6 Vid. Not. Var.—7 Edd. ante Junt. post. *perperam nolet*. Cuncta hæc habebit enim... *minimum* non extant in Ms. D'Orv. Effectum autem esse hæc locum ex Senecæ Epist. 108. 'Quod vult habet, qui velle, quod satis est, potest,' monet Lindembrog. ad Censorin. de Die Nat. cap. 1. ubi vide alia, in eandem sententiam.' J. Bosscha.—8 Inverse Mss. Pith. Lips. D'Orv. *in fœnore et in fundis*. Quo ordine hic editum est, dixit Horat. i. Sat. 2. vs. 25. 'Dives agris, dives possitis in fœnore mannis:' item Petron. c. 116. 'trecenties sestertium fundis, nominibusque depositum.' Id.—9 Pith. *genus*. Mox pro *aliquid* D'Orv. *aliud*. Id.—1 Sic Mss. et Edd. Elm. et seqq. Reli-

mendicabit. Quas quidem vera confessio est paupertatis. Omnis enim cupido acquirendi ex opinione inopiæ venit.<sup>c</sup> Nec refert,<sup>a</sup> quam magnum sit, quod tibi minus est. Non habuit tantam rem familiarem Philus,<sup>3d</sup> quantam Lælius: nec Lælius, quantam Scipio:<sup>e</sup> nec Scipio, quantam Crassus dives: at enim nec Crassus dives,<sup>f</sup> quantam volebat.<sup>4</sup> Ita cum omnis<sup>5</sup> superaret, a suamet avaritia superatus est: omnibusque potius dives visus est, quam sibi. At contra hi philosophi,<sup>6</sup> quos commemoravi,<sup>7e</sup>

*fessio est egestatis. Nam omne desiderium acquirendi proficiscitur ex opinione, quam quis habet suæ indigentia. Neque quicquam interest, quantum sit illud, quod tibi deest. Philus non habuit tantas opes, quantas habuit Lælius: neque Lælius, quantas habuit Scipio: nec Scipio, quantas habuit Crassus Dives: sed nec ipse Crassus Dives tantas habuit, quantas cupiebat. Sic, cum vinceret divitiis omnes, victus est a sua ipsius avaritia: et visus est dives omnibus potius, quam sibi ipsi. Sed*

quæ uti. Id.—2 Pith. referre. Id.—3 Tantam rem familia Philus. Lego, rem familiarem, cum Bas. Ed. Et si quis pro Philus, philosophus, facile illi assentio. Nam et hic ipse locus eam lectionem requirere videtur. Brant. Operarum vitio nempe in Ed. Colv. legitur familia. J. Bosscha.—4 Edd. Colv. Vulc. Wow. quantum. Ms. Pith. quantas. Id.—5 Sic Mss. et Ed. Junt. post. Id.—6 Salm. et alius V. D. ejiciendum putant rō philosophi: credo, quia nullos, præter Socratem, commemoravit philosophos, proprie sic dictos. Sed philosophos latiori sensu dixit illa prisca frugalitatis exempla, supra memorata: ut recte interpretatur Florid. Melius ejiceretur si eam Ms. D'Orv. Id.—7 Pith. incommemoravi. Lips. ignorat mox ultra. Pro fuerunt Pith. fuerint.

NOTÆ

<sup>c</sup> Cupido acquirendi ex opinione inopiæ venit] Claudianus: 'Semper inops, quicumque cupit.' Quapropter interroganti cuidam, quo pacto dives fieri posset, respondit Cleanthes: Εἰ τὴν ἐπιθυμίαν ἐπὶ τῶν πένης: Si cupiditatum inops fueris.

<sup>d</sup> Philus] De hoc Philo nihil usquam reperio. Apud Livium quidem lib. x. lego Publium Philonem quandam fuisse primum Prætozem ex plebe factum: sed non vocatur Philus.

<sup>e</sup> Nec Lælius, quantam Scipio] Africanum intellige: hic enim erat Lælii amicissimus: 'Par veræ amicitia clarissimum Scipio et Lælius,' inquit Valer. Maxim. lib. viii. cap. 8. Cicero: 'Nec me divitiæ movent, quibus omnes Africanos et Lælios

multi venaliti mercatores superarunt.'

<sup>f</sup> Crassus dives] Is est M. Crassus, qui, a Parthis superatus, interfectus est apud Carras. Romanorum omnium ditissimus fuit: unde ei Locupletis nomen inditum: negabatque divitem quempiam habendum, qui anno redditu exercitum alere non posset. 'Sed,' ut ait Valer. Maxim. 'eidem postea inopia turpem decoretis superationem injunxit: siquidem bona ejus a creditoribus, quia solidum præstare non poterat, venierunt. Ita quoque amara sugillatione non caruit: quia, cum egens ambularet, Dives ab occurrentibus salutabatur.'

<sup>g</sup> Hi philosophi, quos commemoravi] Nullos præter Socratem commemo-

non ultra volentes quam poterant, [438] sed congruentibus desideriiis et facultatibus, jure meritoque dites et beati fuerunt. Pauper enim fis appetendi egestate,<sup>3</sup> dives non egendi satietate: quippini, inopia desiderio, opulentia<sup>9</sup> fastidio cernuntur. Igitur, Æmiliane, si pauperem me haberi<sup>1</sup> vis,<sup>2</sup> prius avarum esse doceas<sup>1</sup> necesse est. Quod si nihil in animo deest,<sup>2</sup> de rebus extrariis<sup>3</sup> quantum desit non laboro: quarum neque laus in copia, neque culpa in penuria consistit. Sed finge, hæc aliter esse;<sup>4</sup> ac me ideo pauperem, quia mihi fortuna divitias invidit; easque, ut ferme evenit, aut tutor imminuit,<sup>5</sup> aut inimicus eripuit, aut

*contra illi philosophi, de quibus locutus sum, jure et merito fuerunt locupletes, et fortunati, non cupientes plura quam poterant, sed habentes desideria opibus suis convenientia. Nam fis pauper inopia desiderandi, locuples autem satietate non indigendi: quia nempe paupertas dispicitur ex appetitu, et abundantia ex satietate. Ergo, Æmiliane, si vis probare me esse inopem, oportet ut ante ostendas me esse avarum. Quod si nihil deficit in mente, non curo quantum deficiat ex rebus externis: quarum neque abundantia conciliat gloriam, neque carentia parit vituperium. Sed pone hæc alio modo se habere, et me idcirco inopem esse, quia Fortuna mihi negavit opes; et (quemadmodum solet accidere) vel tutor meus illas minuit, vel adversarius*

\*\*\*\*\*

Id.—8 Edd. O. et ipsius Elmenb. *fs*: sed Mss. Florent. *sic*, Pith. *sies appetendi*. Pro non egendi D'Orv. vero egendi. Id.—9 Quippe qui inopia, desiderio, op. Scribi debuit, quippe quia inopia desiderio, opulentia fastidio cernuntur. Casaubonus. L. quippe vel quippini? Cernuntur valet cernuntur, seu æstimantur. ut lib. de Deo Socr. 'Fac intelligas non modo loci disclusionem, verum etiam naturæ dignitate, quæ et ipse neque uno, neque gemino modo, sed pluribus cernitur.' Etiam *quod* qui poteris retinere, quod comice abundat. Acidal. Sine sensu olim vulgabatur quippe qui inopia, desiderio, opulentia, fastidio cernuntur. Locum, quod ad sensum, præclare emendavit Casaub. quem reliqui secuti sunt. Recte quoque Vulc. in marg. quippe quod, &c. Sed unice vera est Acidalii conjectura quippini, quæ particula sæpius in nostro Auctore corrupta, plus semel ab Ondend. ei restituta est, quod et nos h. l. sine hæsitatione fecimus. Adi Ind. Not. J. Bosscha.—1 Habere. Sic vulgo. Sed melius Ms. Lips. et Salm. in marg. haberi, scil. ab aliis, ut patet e seq. 'doceas.' Id.—2 Pith. desit: et mox quam pro quantum. Id.—3 Extraneis. Flor. 2. extrariis. Vide Indicem. Elmenhorstius. Accedunt Mss. Lips. D'Orv. cum Ed. Junt. post. v. Ind. J. Bosscha.—4 Sic Ms. cod. et Ven. Ald. male, aliter se. Colv. Pith. hoc. D'Orv. non habet esse. Statim pro invidit Pith. invido. J. Bos.—5 Ita Mss. et Edd. exceptis Vic. et Casaub. ni fallor, e Rom. Ed. in quibus

#### NOTE

ravit philosophos, quod sciam, nisi intelligamus Curium, Fabricium, Scipionem, atque alia illa priscæ frugalitatis exempla.

<sup>1</sup> Si pauperem me haberi [habere] vis]  
Si vis probare et evincere me esse

pauperem, ut fatear et concedam me esse pauperem.

<sup>1</sup> Prius avarum esse doceas, &c.] Cum is solam pauper sit, qui plura cupiat quam habet, id est, solus avarus.

pater non reliquit : hocce homini opprobrari,<sup>6k</sup> quod nulli ex animalibus vitio datur, non aquilæ, non tauro, non leoni? Equus si virtutibus suis polleat, ut si æquabilis vector,<sup>1</sup> et cursor pernix; nemo ei penuriam pabuli exprobrat:<sup>7</sup> tu mihi vitio dabis, non facti vel dicti alicujus pravitatem, sed quod vivo<sup>8</sup> gracili Lare, quod pauciores habeo,<sup>9m</sup> parcius pasco, levius vestio, minus obsono? <sup>1</sup> Atqui<sup>2</sup> ego contra,<sup>3</sup> quantulacumque tibi hæc videntur, multa etiam, et nimia<sup>4</sup> arbitror, et cupio ad pauciora me<sup>5</sup> coërcere: tanto beatior futurus, quanto collectior. Namque<sup>6</sup>

*aliquid mihi abstulit, vel pater meus nullas reliquit: an hoc exprobrandum est homini, quod nulli animalium probro vertitur: neque aquilæ, neque tauro, neque leoni: nempe paupertas? Si equus habeat dotes sibi convenientes, ita ut molliter vehat, et currat velociter; nemo ei vitio dat inopiam cibatus: tu vero mihi exprobrabis, non quod aliquid male fecerim, aut dixerim, sed quod vitam in tenui domuncula, quod habeam pauciores famulos, quod eos alam frugalius, quod dem eis vestes leviores, et emam minus obsoniorum? Ego vero contra existimo hæc plurima esse et nimia, licet tibi videantur pauca, et opto me restringere ad pauciora: futurus eo felicior, quo me coërcero magis intra angustiores possessiones. Bona enim valetudo*

minuit. Infra p. 442. 'crebris liberalitatibus modice imminutum.' De Philos. Mor. p. 615. 'quæ vel imminui possunt, vel frandibus interire.' Id.—6 *Hocce opprobrii pauperiem. V. c. exprobrari. Scioppius in Symbola. Ejice vocem pauperiem, quæ ab interprete. Possis et Hocce? homini opprobrii paup. &c. Horat. 'Magnum pauperies opprobrium jubet Quidvis et facere et pati.' Acidal. Alii exprobrari. Elmenhorstius. Excepto Fulv. Cod. consentiunt libri in opprobrii, sed D'Orv. opprobrii. Pith. opprobriare. Infra tamen 'nemo ei pabulum exprobrat.' Pauperiem uncis inclusit Scriv. sed prorsus otiosum est, et ferri nequit; quare e textu ejeci: nam si cum Acidalio hocce? absolute dixisset Auctor, scribendum foret non quod nulli... datur, sed quæ. J. Bosscha.—7 Vet. exprobravit. Scribe tu, exprobrabit. Colvius. Elegantius mihi videtur præsens, quo melius sentiat vis sequentis futuri dabis: licet ex Vet. Cod. fortasse Fux. a viro docto quoque notatum videam exprobrabit. J. Bosscha.—8 D'Orv. vino. Id.—9 Vid. Not. Var.—1 Aldus, Obsonor. Elmenhorstius.—2 Ms. D'Orv. Ed. Vic. atque. J. Bos.—3 Ego contra. Absunt hæc ab exemplari scripto. Colvius.—4 Lib. vet. etiam minima. J. Bosscha.—5 Sic Mss. tres. Vulgo me ad pauc. Id.—6 Pith. nam.*

## NOTÆ

<sup>k</sup> [Pauperiem] Videtur hæc vox a manu Glossatoris in textum irrepisse.

<sup>1</sup> Ut si [sic] æquabilis vector] Ut passu non inæquali et succussante, sed æquali et uniformi gradiens, moliter vehat sessorem suum.

<sup>m</sup> Quod pauciores habeo] Supple, domesticos, famulos; nec quicquam interpolandum. Quæ sequuntur mire quadrant cum hoc intellectu: nec probo quæ hic Pricæus habet, nimis intelligendo nihil intelligens.

animi, ita ut corporis, sanitas expedita, [489] imbecillitas<sup>7</sup> laciniosa est: <sup>a</sup> certumque <sup>8</sup> signum est infirmitatis, pluribus indigere. Prorsus<sup>9</sup> ad vivendum, velut ad natandum, is melior, qui onere liberior. Sunt enim similiter etiam in ista vitæ humanæ tempestate <sup>1</sup> levi sustentatui, <sup>2</sup> gravia demersui. Equidem didici, ea re præcedere <sup>3</sup> maxime Deos ho-

*mentis, quemadmodum et corporis, nullis impeditis oneratur; infirmitas vero impedita est quasi laxiore toga: et opus habere multis rebus est certum indicium debilitatis. Is omnino aptior est ad vivendum, ut et ad natandum, qui magis expeditus est ab onere. Nam simili modo, in hac vitæ humanæ procella, levia conducunt etiam ad sustentandum, gravia vero ad sommergendum. Sane didici Deos superare*

~~~~~

Id.—7 Ed. Scriv. *imbellitas*: vox, quod sciam, nova. Id.—8 Ms. Lips. *certum* quod: unde G. Voss. in marg. fecit *cert. quoque*. Id.—9 V. D. in marg. *porro sicut*. Non placet: nam amat sic Noaster *prorsus*, initio periodi. Flor. N. 3. 'Prorsus igitur ante Hyagnim nihil aliud plerique calebant.' N. 8. 'Prorsus enim non eo inficias:' ibid. extr. 'Prorsus omnes virtutes tuas ita effingit.' cf. p. N. 15. de Deo Socr. p. 691. 'Prorsus illius testimonio ferri sententiam.' Infra p. 550. 'Prorsus ut vir bonus dicendi peritus.' p. 551. 'Prorsus in qua... si Avitum audias.' Pro *vivendum* Pith. *venandum*. Id.—1 In ista vita humana tempestates. Vet. edit. *vitæ humanæ temp.* Forte etiam bene legas: *In ista vitæ humanæ tempestate levia sust. grav. dem.* Colvius. *In ista vitæ hum. tempestate.* Quia propius aberat hæc lectio a Romana, ideo eam probavi: nam alioquin sic potius legerim, *etiam in ista vitæ humana, ut in tempestate.* Casanbonus. *In ista vita, ut in tempestate* coniecit Fulvius. Idem mox: *Proinde gratum habui, cum ad contumeliam diceretis.* Sciopp. in Symb. *In ista vitæ hum. tempestate.* Sic bene emendatum a Lipsio in marg. et Colvius, atque editum a Casaub. Gent. Pric. Flor. *Vitæ* extat in Mss. Lips. Pith. *humana* in Edd. O. ante Colv. *humane* in Mss. Lips. Pith. D'Orv. *tempestate* auctoritatem habet Codicis D'Orvill. Colv. edidit cum Vulc. Elm. Scriv. *in ista vita humana tempestates: levia, &c.* atque ita cum Edd. vet. (nisi quod in his *humana*) videtur esse in Mss. Florent. Casauboni conjecturam expressit Wow. deleto *et humanæ*. Salm. et alius V. D. in marg. *sunt enim in ista vita similiter ut in tempestate*: quod nimis abit a vetere et scripta lectione. J. Bos.—2 Ms. *sustenta*. Ald. *sustentam*. Colvius. In Ms. erat *sustenta*. In Ald. cod. *sustentam*. Indicium habeo ad veram lectionem, quæ est: *levia sustentata, gravia d.* Apuleio *sustenta* verbum est, sicut 'contenta' Arnobio, 'Remissa' Cypriano, 'Deducta' Ciceroni, 'Condita' Censorino. Vide Critici nostri Arnobiani lib. rv. cap. 10. Meurs. Errat Colv. et ex eo Meurs. aientes in Ald. Ed. esse *sustentam*. Corrupte enim in ea legitur *sustentavi*. De Lips. Cod. suspecta mihi quoque est Colvii fides: nam ejus Codicis Coll. Voss. et alia ejusdem Msti præbent *sustentui*, ut et Ms. Pith. Non male: sed in vulgata lectione nil mutandum; nedum ut, Meursium secutus, novum verbum Auctori obtrudas. Non assimile est quod Salm. in nostro Auctore de Dogm. Plat. p. 255. b. hnj. Ed. legi volebat *conjunctam*, pro *conjunctionem*: sed ibi ex Mss. J. Bosacha.—3 V. D. in marg. *præcellere*: sine causa: licet *præcedere*

NOTÆ

^a *Imbecillitas laciniosa est*] Habet pliora sint, suis sinuosis rugis impedita impedita. Metaphora a mento sunt. palliis ducta: quæ, si præsertim am-

minibus,^o quod nulla re ad usum⁴ sui indigeant. Igitur ex nobis, cui quam minimis opus sit, eum esse Deo similio-rem. Proinde gratum habui cum ad contumeliam diceretis,⁵ rem familiarem mihi peram et baculum^p fuisse. Quod uti-
nam tantus animi⁶ forem, ut præter eam supellectilem nihil quicquam requirerem, sed eundem ornatum digne gestarem, quem Crates⁷ ultro divitiis abjectis appetivit!¹ Crates, inquam, si quid credis, Æmiliane, vir domi inter Thebanos procures dives et nobilis, amore hujus habitus, quem mihi objectas,⁹ rem familiarem largam et uberem populo dona-
vit: [440] multis servis a sese remotis, solitatem⁹ delegit:

*homines hoc præcipue, quod nulla re opus habeant ad suum usum. Proindeque illum ex nobis esse magis similem Deo, qui eget paucissimis. Igitur objiceretis mihi probri loco ornatum mihi acceptum; me nempe habuisse pro bonis omnibus sac-
cum et baculum: quod utinam essem tam forti animo, ut nihil proreus expeterem præter illam supellectilem, sed digne ferrem eundem habitum, quem Crates exoptat-
is opibus sponte amandatis! Crates, inquam, (si tamen fidem habes aliquam mihi, o Æmiliane,) qui vir erat ex optimatibus Thebanis, in sua urbe locuples, et clarus
genere, largitus est plebi bona ampla et copiosa, studio hujus ornatus, quem mihi
exprobras. Voluit esse solus, amandatis a se plurimis famulis: elegit unicum sci-*

hoc sensu apud Nostrum alibi non occurrit; sed bis *præcellere*. Flor. N. 23. et de Dogm. Plat. II. p. 623. Ed. Flor. verum utroque loco, ut et apud alios plerumque, sine casu addito. *Id.*—4 D'Orv. *verum*. Post *ut indigeant* in Ms. Lips. rursus est lacuna usque ad verba Charon nomen est p. 443. Ed. Flor. *Id.*—5 Vid. Not. Var.—6 Ms. D'Orv. *tantum animi*. J. Bosscha.—7 Vet. *Crates*. Colvius. Flor. 2. *Socrates*: male. *Elmenhorstius*. Lips. Cod. ea, quæ hic sequuntur, habet post illa *strepitu viget* p. 446. In eo, ut et Pith. D'Orv. cum Florent. *Socrates*, hic et in seqq. J. Bosscha.—8 Pith. *objectus*. Statim pro *uberem* Edd. ante Colv. corrupte *urbem*. *Id.*—9 Al. *solitarem*.—

NOTE

* Equidem didici, ea re præcedere maxime Deos hominibus, &c.] Hoc in Stoicorum aut Cynicorum potius schola didicerat. Laërtius in Menedemo: *Διότι τὸ ἐπὶ τῶν θεῶν μὲν τὸν εἶναι μὴ ἐνδὲς δεινόν· τὸν δὲ θεῶν ὁμοίον, τὸ δὲ ἀνθρώπων ἁπλοῦς*. Diogenes dicebat Deorum quidem proprium esse, nulla re indigere: eorum vero, qui Diis essent similes, indigere quam paucis-
simis.

^p Peram et baculum] Cynicorum gestamin, totamque adeo supellectilem. Auson. Epigram. LIII. de Dio-

gene: 'Pera, polenta, triben, bacu-
lus, scyphus, arcta supellex. Ista
fuit Cynici, sed putat hanc nimiam,'
&c.

¹ Quem Crates ultro divitiis abjectis appetivit] De eo plura Noster in Floridis, quem vide infra.

² Rem familiarem largam et uberem populo donavit] Laërtius in ejus Vita refert, ex Demetrio Magnesio, illum deposuisse pecuniam apud trapezi-
tam, ea conditione, ut, si quidem filii idiotæ essent, eam illi redderet: sin autem philosophi, plebi distribueret:

arbores plurimas et frugiferas¹ præ² uno baculo sprevit:
villas ornatissimas una perula mutavit: quam³ postea,
comperta utilitate,⁴ etiam carmine laudavit, flexis ad hoc
Homericis⁵ versibus, quibus ille Cretam insulam⁶ nobilitat.
Principium dicam,⁷ ne me hæc ad defensionem putes
confinxisse:

Πήρη τις πόλις ἐστὶ⁶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι τύφῳ

Καλὴ καὶ πείρα.

Jam cetera^u tam mirifica: quæ si tu legisses, magis mihi
peram, quam nuptias Pudentillæ invidisses. Peram et
baculum tu philosophis exprobrare⁷ igitur et equitibus

pionem, contentis multis arboribus, iisque fructiferis: commutavit pulcherrimas villas pro una manticula: cujus deinde cum cognovisset utilitatem, carmine quoque celebravit ejus laudes, detortis ad hoc carminibus Homeri, quibus ille laudat insulam Cretam. Recitabo initium eorum; ne credas me excogitasse hæc ad meam defensionem: Mantica quædam urbs est sita in medio nigro fumo sea fastu, Pulchra et pinguis, &c. Reliqua autem adeo mira sunt. ut, si legisses ea, invidisses mihi potius manticam quam conjugium Pudentillæ. Tu vitio dares philosophis manticam

1 Al. fructiferas.—2 Ms. D'Orv. pro. J. Bosscha.—3 Prave Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. quem. Id.—4 Ms. Pith. comperato humilitate. Pro etiam Ms. Lips. uno. Id.—5 D'Orv. ab hoc Om. Edd. ante Junt. post. ad hæc: contra Mss. Id.—6 Versus hi in Rom. Venetaque Ed. Latine leguntur: *Coruleo in medio quædam urbs est pervia ponto, Pulchra et opima. Colvius. Vid. Not. Var.*—7 Tu philosophis exprobras Fulvius. Sciopp. in Symb. Alii, exprobrari. Elmenhorstius. Forte in Ed. Vulc. sec. est exprobrari: in reliquis certe exprobrare, vel, exprobrares. Elegantem vim infinitivi non perspexisse videtur

NOTE

nihilo quippe egere philosophos.

¹ Homericis versibus, quibus Cretam insulam, &c.] Hi sunt: Κρήτη τις γὰρ ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ, Καλὴ καὶ πείρα, περίφρων, &c. Quos imperitis aliquis huc in textum perperam inseruerat: cum Cratetis, non Homeri veranum initium referre voluisse Apuleium pateat.

² Principium dicam] Ecce tibi omnes illos versus Cratetis de pera, quales in ejus Vith refert Laërtius: Πήρη τις πόλις ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι τύφῳ, Καλὴ καὶ πείρα, περίφρων, οὐδὲν ἔχουσα, Ἐς ἣν οὔτε τις εἰσπλεῖ ἀνὴρ μῦθος παρσίτος, Οὔτε λῆχνος πόρῃς ἐπαγαλλόμενος

πυγῆσιν, Ἄλλὰ θέμον καὶ σπέρβα φέροι, καὶ οὔκα, καὶ ἔργους, Ἐξ ὧν οὐ πολυμοῦσι πρὸς ἀλλήλους περὶ τούτων, Οὐχ ὅπλα κέκτηνται περὶ κέρματος, οὐ περὶ δόξης. Quos versus sic Latine reddidit Laërtii Interpres: 'Est quædam medio constructa urbs Mantica fastu, Pulchra quidem et pinguis, circumfusa, rebus egea, Quam nullus parasitus adit, stolidusve penetrat, Deditus aut quisquam damnois ganeo ecortis: Allia sed, panes, ficus, profertque lupinos, Nec pro gloriola capiunt aut sordibus arma.'

^u Jam cetera] Reliqui versus, quos supra retuli.

phaleras, et peditibus clypeos,^v [441] et signiferis vexilla, et denique^s triumphantis quadrigas albas et togam palmatam.^z Non sunt quidem ista Platonice sectæ gestamina, sed Cynice insignia familiæ.⁹ Verumtamen hoc¹ Diogeni et Antistheni^y pera et baculus, quod regibus diadema, quod imperatoribus paludamentum,^z quod pontificibus galerum,^a quod lituus^{a b} auguribus. Diogenes quidem Cyni-

et baculum? *Esprobrares igitur etiam phaleras equitibus, et clypeos peditibus, et signa vexilliferis, ac postremo equos candidos et togam palmis pictam triumphum agentibus. Ista quidem non sunt ornamenta philosophorum Platonice, sed sunt ornatus sectæ Cynicorum. Attamen hæc mantica et hic baculus fuerunt Diogeni et Antistheni idipsum, quod diadema est Regibus, quod paludamentum Imperatoribus, quod galerus Pontificibus, quod lituus est Auguribus. Sane Diogenes Cyni-*

Fulvius, Ed. Vic. *philosophus*. J. Bosscha.—8 Mss. Lips. Pith. *te denique*. Id.—9 Inverse Ms. D'Orv. *Id.*—1 Ita Mss. et Edd. Casaub. Wow. et seqq. Edd. vett. *ser. hæc*. Pro et baculus Ms. Pith. *cum baculis*. Id.—2 Vulgo *lituum*. Elmenhorstius. Edd. nempe Vic. Colv. Cas. Vale. Wow. Pric. cum Mss. excepto uno Florent. nec male. v. Colv. not. præced. Plutarcho quoque *lituum* dicitur non *lituum* in Rom. p. 67. Ed. Bryan. τὸ καλοῦμενον λίτuum . . . τοῦτο κ. τ. λ. id in Camil. p. 321. καλεῖται λίτuum. Quia tamen in optima Ed. Junt. post. et aliis vett. multis extat *lituus*, auctoritate Msi Florent.

NOTE

^v *Et equitibus phaleras, et peditibus clypeos, &c.*] Sicut enim illa sunt propria eorum gestamina et insignia, ita pera et baculus philosophorum insigne est, Cynicorum scilicet: e quorum tamen numero non erat Apuleius, sed Platonice. Verum, ut causæ serviat, quod erat Cynicæ familiæ peculiare, omnibus indiscriminatim philosophis tribuit.

^z *Triumphantis quadrigas albas et togam palmatam*] Hic erat ornatus triumphantium. Livius etiam meminit tunica palmata, lib. x. 'Eis viris, quos vos sellis curulibus, toga prætexta, tunica palmata, et toga picta, et corona triumphali, laurea quoque honoraritis.' Palmatam dietam fuisse a pictura genere, quod palmas imitabatur, ostendit inter cetera numisma Augusti, cujus figuram expressit ad hunc locum Prææus.

^y *Et Antistheni*] Huius fuit discipulus Diogenes, ab eoque peræ et baculi usum didicit.

^z *Paludamentum*] Erat insigne pallium Imperatorum. Nonius ait 'paludamentum' etiam dici chlamyda.

^a *Galerum*] 'Galerus' etiam dicitur; estque pileus rotundus, sic dictus, ut ait Varro, a galeæ similitudine. Erat prope peculiaris sacerdotibus. Solus flamen Dialis album habebat galerum, si Gellio credimus.

^b *Lituus*] 'Lituus' baculus erat extrema parte incurvus, quo Augures utebantur, dum avium volatum contemplerentur. Est præterea 'lituus' Festo 'baccius genus incurvum, gracilem edens sonum, quo in bello utebantur.' Horat. Ode 1. 'Multos castra juvant, et lituo tubæ Permistus sonitus,' &c.

cus, cum Alexandro Magno³ de veritate regni certabundus,⁵ baculo vice sceptri⁴ gloriabatur. Ipse denique Hercules invictus, (quoniam hæc tibi, ut quædam mendicabula, animi sordent,)⁵ ipse, inquam, Hercules lustrator orbis, purgator ferarum,⁶ gentium domitor; is tamen⁷ Deus cum terras peragraret, paulo prius quam in cælum ob virtutes ascitus est, neque una pelle⁸ vestitior fuit,^d neque uno baculo comitator. Quod si hæc exempla nihili putas, ac me non ad causam agendam, verum ad censum disserendum vocasti;⁹ [442] ne quid tu rerum mearum nescias, si tamen nescis, profiteor¹ mihi ac fratri meo relictum a patre HS. vicies,^e paulo secus:^a idque³ a me longa peregrinatione, et diutinis studiis, et crebris liberalitatibus modice imminutum. Nam et amicorum plerisque opem tuli, et magistris plurimis gratiam retuli, quorundam etiam filias

cus, contendens cum Alexandro Magno uter verius esset rex, ostentabat baculum suum loco sceptri. Denique Hercules ipse invictus (si quidem nimis fastidis istos veluti quosdam mendicos), ipse, inquam, Hercules, qui peragravit totam terram, et purgavit eam monstria, qui subegit nationes: is, licet Deus esset, dum lustraret orbem, paulo ante quam adoptatus est in cælum propter sua egregia facinora, non habuit aliam vestem quam pellem, neque ullum alium comitem quam clavam. Quod si spernis hæc exempla, et me citasti non ad dicendam causam, sed ad enumerandos redditus meos, nec tu ignores quicquam ex meis negotiis (si tamen hoc ignores), declaro palam patrem meum reliquisse mihi et meo fratri vices sentertium, aut paulo minus: hocque aliquantum attenuatum esse a me longis itineribus, et studiis diuturnis, et largitionibus frequentibus. Adjuvi enim maximam partem meorum amicorum, et remuneravi permultos magistros; dedi etiam dotem filiabus quorundam: nam

~~~~~

enm Elm. Scriv. Flor. ita edidi. J. Bosscha.—3 D'Orv. Al. mane. Id.—4 Sic Mas. D'Orv. Pith. Edd. Junt. post. Cas. Gent. Pric. In Bas. pr. *vita sceptri*. In reliquis *sceptri vice*. Id.—5 Vid. Not. Var.—6 Al. *pugnator f.*—7 V. D. in marg. Ed. Junt. post. *is tandem*: non male. 'Hercules invictus... Hercules gentium domitor... Hercules tandem Deus.' Sed malim vulgatum tamen, i. e. licet Deus esset, tamen, &c. J. Bosscha.—8 Ms. Pith. *pellis*. Id.—9 Vid. Not. Var.—1 Corrupte Pith. *fibrum*, et mox, *fratre*. J. Bos.—2 Ed. Junt. post. HS. XX. *quod est vices*. Edd. Junt. pr. Ald. Bas. *viginti*. Id.—3 Ed. Vic. Ven. *id quod*. Id.—4 Al. *contenta*.—5 Quæ nullum

#### NOTÆ

<sup>a</sup> De veritate regni certabundus] Id est, dum contenderet se verius esse regem, quam Alexandrum.

<sup>d</sup> Neque una pelle vestitior fuit] Pel- lis illa spoliū erat Nememi leonīs, ab ipso Hercule interfecti.

<sup>e</sup> HS. vicies] Quinquaginta millia scutorum coronatorum, quorum unumquodque triginta quinque solidos continet, juxta Budæi supputationem in De Aus.

dote auxi: neque enim dabilassem equidem vel univēsum patrimonium impendere, ut acquirerem mihi, quod majus est, contentum<sup>4</sup> patrimonii.<sup>5</sup> Tu vero, Æmiliane, et id genus homines, uti tu es, inculti et agrestes, tanti revera estis, quantum habetis: ut arbor infœcunda et infelix, quæ nullum fructum<sup>6</sup> ex sese<sup>6</sup> gignit, tanti<sup>7</sup> est in pretio, quanti lignum ejus<sup>8</sup> in trunco. Attamen<sup>9</sup> parce postea, Æmiliane, paupertatem cuipiam objectare, qui nuper usque agellum Zarathensem,<sup>1</sup> quem tibi unicum pater tuus reliquerat, solus uno asello, ad tempestivum imbrem,<sup>h</sup> tri-duo exarabas. Neque enim diu est,<sup>2</sup> cum te crebræ mor-

sane non fuissem veritus insumere vel omnes meas opes, ad comparandum mihi contentum opum, qui præstantior est ipsis opibus. Tu autem, Æmiliane, et homines tui similes, horridi et rustici, tantum reipsa valetis, quantum possidetis honorum: quemadmodum arbor sterilis et infelix, quæ nullum fructum profert, tanti æstimatur, quantum valet lignum, quod est in ejus caudice. Sed tamen desine deinceps exprobrare cuiquam egestatem, o Æmiliane, qui usque nuper arabas solus unico asino, spatio trium dierum, sub impendentes pluvias, parvum agrum Zarathensem, quem tuus pater reliquerat tibi solum. Nam non ita pridem est, ex quo frequentia

\*\*\*\*\*

fructum, &c. Quæ arbor infelix? quæ nullum fructum ex sese gignit. Quin manifeste vides hæc a manu glossographi. Transtulit autem ex Festo, qui scribit, Catoni arbores infelices, quæ fructum non ferunt. Wower. Dele hæc cum Wowerio. Elmenhorstius. Uncis includere Elm. et Scriv. sed agnoscunt Mss. et Edd. O. Quod si pari modo in antiquos auctores, Nostrum in primis, (vid. Pric. ad Apol.) temeraria falce grassari, et omnia, quæ nostro sensui abundant, rescindere vellemus; næ, illa larga messis fuerit. Immo rē infelix, quid aliud est, quam infœcunda? Alterutrum igitur expunge, si lubet: sed Auctorem integrum non reliqueris. J. Bosscha.—6 Scriv. et Flor. ex se: contra Mss. Veram lectionem hic revocavit Ed. Bip. Id.—7 Ms. Pith. tandem. Groslet. tanto: sed respondet seq. quanti. Id.—8 Ex nno Ms. notatur est. Id.—9 D'Orv. ac tamen. Id.—1 Ed. Vic. Zathar. Vir doctus margini Ed. Pric. ascripsit f. Sabratensem. Memoratur sane a Ptolemæo Sabrata, inter Numidiæ urbes, ibique hanc orationem esse habitam infra monēbimus: sed Zuratham, seu Zaratham, inter Mauritaniz Cæsariensis oppida recenset idem Ptolemæus. Librorum omnium, et hic et infra, consensus conjecturæ locum, dat nullum. Id.—2 Rom. divem. Bas. 1. Venet. Ald. diritem. Colvius. Neque nunc diu est Fulvius. Mox v. c. Charon numen est. Et

#### NOTE

<sup>4</sup> Contentum patrimonii] Sic legendum, auctore Lipsio, sed præfigenda virgula. Mss. et editiones plerumque habent *contemtu*, perperam. Hæc corruptio fluxerit ex omissione tituli super u, positi hoc modo *contemtu*.

<sup>5</sup> Agellum Zarathensem] Ζαράθθα

Ptolemæo urbs est Mauritaniz Cæsariensis.

<sup>h</sup> Ad tempestivum imbrem] Hoc est, dum adhuc impenderent imbres, post in sulcos casuri. Virgil. in Georg.

<sup>1</sup> Incumbere atris dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.

tes propinquorum immeritis hæreditatibus<sup>1</sup> falserunt : unde tibi potius, quam ob istam teterrimam faciem, Charon nomen est.<sup>2</sup> [443] De patria mea<sup>4</sup> vero, quod eam sitam Numidiæ et Getuliæ in ipso confinio,<sup>1</sup> meis scriptis ostendisti,<sup>5</sup> quibus memet<sup>6</sup> professus sum, cum Lolliano Avito<sup>7</sup> C. V.<sup>7</sup> præsentē publice dissererem, Seminumidam et Semigetulum;<sup>8</sup> non video,<sup>9</sup> quid mihi sit in ea re puden-

*funera tuorum consanguineorum sustentaverunt te hæreditatibus, quibus eras indignus : ex qua re appellatus es Charon potius, quam ex tuo vultu fœdissimo. Quantum autem ad meam patriam, quoniam demonstrasti eam positam esse in ipso confinio Numidiæ et Getuliæ, ex meis scriptis, quibus ego declaravi me esse Seminumidam, et Semigetulum, cum publice verba facerem coram Lolliano Avito, viro clarissimo, non dispicio quid sit in ea re, cujus debeat me pudere : sicut neque pudere debuit Cy-*

non longe Fulvius : *qua ratione vitam vivere instituerit. Et mox : quippe illis terra alumna.* Scioppius in Symbola. Edd. Vic. Junt. pr. divem. J. Boescha.—3 Flor. et Fulvii lib. Ca. *numen est : male.* Elmenh. Mss. D'Orv. et Pith. quoque cum Edd. Junt. pr. Bas. pr. *numen*, ut solent hæ voces confundi. v. Ind. Ceterum locum a prava distinctione vindicavit Casaub. sed corripit rursus Scriv. revocanda interrogationis nota. J. Bos. Vid. Not. Var.—4 Periodum longiusculam et subobscuram, et nonnihil etiam corruptam, ita lege, ita distingue : *De patria mea vero, quod eam sitam Numidiæ et Getuliæ in ipso confinio meis scriptis ostendisti, quibus memet professus sum, cum Lolliano Avito C. V. præsentē publice dissererem, Seminumidam et Semigetulum : non video q. omnia plana et aperta : Casaub.* Hanc periodum excudi jussimus ad emendationem Casanbonianam, nam in prioribus libris confusior erat. *Pric.* Incipit hic tertio Ms. Lips. Bene locum rursus distinctione sanavit, et emendavit Casaub. J. Boescha.—5 Flor. 3. *ostendi, scis quibus.* Elmenhorstius. Casanbono, emendanti *ostendisti*, reliqui sunt obsecuti : cum antea legeretur *ostendi scis*, ut habent Mss. nisi quod Florent. ex Coll. Lindenbr. *ostendisti scis*, Pith. *ostendis scis.* Sane nisi Æmilianus in accusatione Apuleio patriam exprobrasset, nulla causa erat, cur id h. l. tangeret Auctor. Pro *meis* Pith. in i. In *memet* syllabica adjectione caret Ms. Lips. J. Boescha.—6 Addit Ed. Casaub. *verbis* contra Mss. et Edd. ceteras. *Id.*—7 C. V. desunt Ed. Junt. post. In Ed. Vic. Cl. In reliquis ante Colv. ut et Mss. cum, vel, cū. *Id.*—8 Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. cum Ms. D'Orv. *semigetulam.* *Id.*—9 Coll. Voss.

## NOTE

<sup>1</sup> *Immeritis hæreditatibus*] Quas tu non mereris, quibus indignus es. 'Immeritis' hic passivo significatu intelligendum.

<sup>2</sup> *Unde tibi potius, quam ob istam teterrimam faciem, Charon nomen est*] Id est, ex quibus mortibus potius, quam ex tuo teterrimo vultu, inditum tibi nomen est Charontis; quod scilicet tu, quasi alter Charon, propinquos illos tuos Acheronta prætervereris.

<sup>1</sup> *Numidiæ et Getuliæ in ipso confinio*

*ntis*] Madaura, Apuleii nostri patriæ, Plinio Africæ proprie oppidum erat.

<sup>7</sup> *Lolliano Avito*] Hunc legimus, apud Capitolinum in Pertinacæ, fuisse virum Consularem. Citatur ab Ulpiano, l. iii. Parag. 2. ff. de Decur. Diveram fratrum rescriptum ad Lollium Avitum, Bithyniæ præsidem. Consul. fuit sub Antonino Pio. Constat etiam fuisse Africæ Proconsulem.

dum,<sup>a</sup> haud minus,<sup>1</sup> quam Cyro majori,<sup>o</sup> quod genere mixto fuit, Semimedus ac Semipersa.<sup>p</sup> Non enim ubi prognatus, sed uti moratus<sup>2</sup> quisque sit, spectandum: nec qua 'regione, sed qua ratione vitam vivere inierit,<sup>3</sup> considerandum est. Olitori et cauponi merito est concessum,<sup>4</sup> olus et vinum ex nobilitate soli commendare: vinum Thasium,<sup>q</sup> olus Phliasium.<sup>5</sup> Quippe illa terræ alumna<sup>6</sup> multam ad

*rum Majorem, quod fuit origine mixta, Semimedus et Semipersa. Nam non est considerandum quo in loco aliquis natus sit, sed quibus sit moribus; neque inspiciendum in qua provincia caperit vitam degere, sed quo modo caperit. Jure permittitur hortulano et cauponi laudare olera et vinum ex claritate regionis: puta vinum Thasium, olus Phliasium. Quia nempe terra fertilis, et cælum imbriferum,*

*non video enim. Pith. non vidi ideo. Ed. Junt. post. num ideo. Idem.—1 Mss. Pith. Lips. aut minus. Id.—2 Ubi prognatus, sed ut moratus. Ms. lib. prognatur, sed ubi moratus. Colvins. Utroque loco ut habent Ms. Pith. et Edd. Rom. Vic. contra Ms. D'Orv. bis ubi. Legendum cum Wower. Elmenhorst. Scriver. Flor. ubi . . . uti. De sententia v. Toll. ad Auson. Cæs. 21. J. Bosscha.—3 Woverius et Fulvius: vitam v. instituerit. Elmenhorstius. Non Wower. sed Fulv. legit instituerit. v. Sclopp. supra. Wow. inierit, ut vulgo. J. Bosscha.—4 Ms. D'Orv. lege conc. male: non lege, sed usu et hominum consuetudine, talia conceduntur. Id.—5 Pith. Thars. . . Phlias. Id.—6 Male in prioribus edd. terra. 'Alumna terræ τὰ ἐκ γῆς φύματα.' Casaub. Fulv. Cod. illis. Woverius. Fulvius quippe illis terra al.*

## NOTÆ

<sup>a</sup> Non video, quid mihi sit in ea re pudendum] Obiciebat igitur Emilianus tanquam pudendum, ex soli ambiguitate avorum etiam ambiguitatem inferens. Sic Plautus in Persa: 'At hercle te hominem et sycophantam et subdolum! Qui huc advenisti nos captatum, Migdilybs, Bisulci-lingua, quasi proserpens bestia.'

<sup>o</sup> Cyro majori] Hic fuit Astyagis, Medorum Regis, ex filia nepos. Dicitur autem Major, ut distinguatur a Cyro, Artaxerxis Mnemonis fratre, qui Cyrus Minor et Cyrus Junior est appellatus.

<sup>p</sup> Quod genere mixto fuit, Semimedus ac Semipersa] Patre enim ortus est Cambyse Persa, matre vero Mandane Meda. Hinc etiam 'mulus' dictus est ab oraculo, quod refert Herodotus, in Cyropædia: 'Ἄλλ' ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδουσι γένηται: 'At cum jam

mulus Medis rex imperitabit.'

<sup>q</sup> Vinum Thasium] Ex Thaso, Maris Ægæi insula, Thraciæ adjacente, contra Nessi fluminis ostia, quæ generoso vino et præstanti marmore clara fuit.

<sup>r</sup> Olus Phliasium] A Phlinthe urbe, inter Sicyonium Argivumque agrum sita, omnis generis herbis et fructibus abundante: unde et nomen sortita creditur ἀπὸ τοῦ φλέω, quod est, fructibus abundare.

<sup>s</sup> Illa terra alumna, &c.] Hanc lectionem si sequare, voces 'illa' et 'alumna' refer ad vinum et olus, ac passive intellige τὸ ἐκ γῆς φύματα; 'ut sit sensus, nempe, et regio fecunda, et cœlum pluvium, &c. non mediocriter contulerit ad hoc, ut res illæ (vinum scilicet et olus), quæ aluntur a terra, habeant gratiorem saporem.

[444] meliorem saporem juverit,<sup>7</sup> et regio fecunda, et cœlum pluvium, et ventus clemens,<sup>8</sup> et Sol apricus, et solum succidum. Enimvero animo hominis extrinsecus in hospitium corporis<sup>9</sup> immigranti, quid ex istis<sup>1</sup> addi vel minui ad virtutem vel malitiam potest? Quando non<sup>2</sup> in omnibus gentibus varia ingenia provenere? quanquam videantur quædam stultitia vel solertia insigniores. Apud socordissimos<sup>3</sup> Scythas, Anacharsis sapiens<sup>4</sup> natus est: apud Athenienses catos, Melitides<sup>4</sup> fatuus.<sup>5</sup> Neque<sup>5</sup> hoc eo dixi, quo me patriæ meæ poeniteret, etsi adhuc Syphacis<sup>6</sup>

et ventus lenis, et Sol clarus, et gleba pinguis plurimum contulerint ad saporem acceptiorem harum rerum, quas tellus nutrit. Verum quid ista possunt adficere aut detrudere ad probitatem vel improbitatem menti hominis, dum transit forinsecus in diversorum corporis? An unquam aliter evenit, nisi ut diversa ingenia orirentur in cunctis nationibus? quamvis quædam videntur magis celebres aliis stoliditate aut industria hominum. Anacharsis sapiens natus est inter Scythas stupidissimos; Melitides vero stultus, inter Athenienses callidos. Neque tamen dixi hoc ideo, quod poeniteret me meæ patriæ, etiamsi nostra urbs esset adhuc Syphacis: quo tamen

~~~~~

Elmenhorstius. Vid. Not. Var.—7 Ms. lib. vicerit. Forte, ierit. Ad Florida notavi. Colb. Coll. Voss. invertis. Ed. Vulc. tert. operarum, credo, errore, invertit. J. Bosscha.—8 Ed. Vic. demens. Pro sol Ms. Pith. solus. Id.—9 Ven. Rom. hospitali corpore. Colvius, Casaubonus. Edd. Rom. Vic. Ven. accedit Ms. Pith. An leg. hospitale corporis? ducta metaphora a tricliniis et cubiculis, quibus advenientes hospites recipiebant, quæ hospitalia dicebantur, teste Vitruvio vi. 10. Eadem Græci *ferobexia* et *feroxexia* dicebant. V. Brisson. de V. S. v. 'Hospitium.' 'Hospitale cubiculum' vocat Liv. i. 58. in historia Lucretiæ. Quoniam tamen eadem *hospitia* dicebantur, quemadmodum inter cubicula in domo Trimalcionis *hospitium* recenset Petron. c. 77. nihil muto. Forte *hospitale* interpretamenti causa ascriptum fuerat. Ms. D'Orv. *hospitiis*. J. Bosscha.—1 Ed. Casaub. est istis: typothetæ errore. Id.—2 Ms. Pith. quando ut. Mox pro quædam Ms. D'Orv. quædam, Florent. quidam: quia sequitur insigniores: male. vid. inttpp. ad Liv. ix. 12. Id.—3 Ms. D'Orv. record. ut aliquoties variatur. Id.—4 Ut Gr. *Μελιτιδης*: non *Miletides*, ut vulgo. Casaub. Varie hoc nomen scribunt Edd. vel *Meletides* ut Junt. post. Ald. Bas. sec. Cas. Vulc. sec. tert. Pric. Elm. Scriv. Flor. vel *Miletides* ut Vulc. pr. Colv. Gent. vel *Melitides*, ut recte Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. Wow. cum Ms. Lips. In Pith. *Maletidens*. J. Bosscha.—5 Mss.

NOTE

¹ Apud socordissimos Scythas, Anacharsis sapiens, &c.] Phædrus: 'Si Phryx Æsopus potuit, Anacharsis Scythia Æternam famam condere ingenio suo; Ego, quem Pierio mater enixa est iugo,' &c. Anacharsis Gauri filius, Cadmius vero Scytharum Regis frater fuit. Exprobranti ipsi At-

tico (ut refert Lærtius, in ejus Vita) quod Scythia esset, 'At mihi,' ait, 'dedecori est patriæ, sed patriæ tu.'

² Apud Athenienses catos, Melitides fatuus] De eo proverbium, 'Meletide stultior.'

³ Syphacis] Numidæ Regis, qui, cum, contra promissam Romanis a-

oppidum⁶ essemus: quo tamen victo, ad Masinissam regem⁷ munere populi concessimus,⁸ ac deinceps, veteranorum militum novo conditu,⁹ splendidissima colonia sumus.¹ In qua colonia patrem habui² loco principe¹ duumviralem,⁴ cunctis honoribus perfunctum: [445] cujus ego locum⁵ in illa republica,³ exinde ut participare curiam^b coepi, nequaquam degener, pari spero³ honore et existima-

superato, venimus in ditionem Regis Masinissa, dono populi Romani; et postea facti sumus clarissima colonia militum veteranorum, nova divisione agrorum: in qua colonia habui patrem, ortum primario loco, qui fuit Duumvir, et gessit omnes Magistratus. Cujus vicem ego impleo in illa Republica, ex quo admissus sum in Curiam, cum simili honore et fama, ut spero, nullatenus degenerans ab eò. Quare

Florent. D'Orv. nec. Ed. Vic. nec. hæc. Id.—6 Alii oppidani. Elmenhorstius. Jan. Gruterus in marg. Ed. Colv. conjecit oppidani: sed male. Mox: 'splendidissima colonia sumus.' J. Bosscha.—7 Ms. D'Orv. regere. Id.—8 Vid. Not. Var.—9 Al. n. conditi.—1 Al. loco principis.—2 Sic Mas. O. Vulgo in ea rep. Mox D'Orv. ipsum pro exinde. J. Bosscha.—3 Neq. degeneri, pari spero. Sic V. C. Sciopp. in Symb. Pith. degeneri patri. D'Orv. sper pro spero.

NOTE

dem, Hannibalis partes secutus esset, a Masinissa victus captusque est, et ad Scipionem vivus perductus, ac deinde ductus in triumphum, post carere clausus vitam finivit inedia, regno ejus a Scipione Masinissæ dato.

^a *Veteranorum militum novo conditu, splendidissima colonia sumus*] 'Conditus' est assignatio sen divisio agrorum; inde conditores dicti, quorum id munus in Coloniæ deductionibus. Splendidissimam Coloniæ proprie dixit; hoc enim vulgo honoris vocabulum Coloniis attributum legitur. Cic. Philippica v. 'Mutinam, firmissimam et splendidissimam populi Romani Coloniæ,' &c.

¹ *Patrem habui*] Thesaurum nomine.

² *Duumviralem*] Qui fuit Duumvir: hic dignitatis gradus in municipiis coloniisque supremus fuit, et apex ceterorum, ut videre est apud Ulpian. l. i. ff. De albo scribendo, et Pauciroli. de Magistrat. Municipal.

^a *Cujus ego locum, &c.*] Per locum illum ne Duumviratum intelligas, qui Magistratus fuit annuus et electivus, sed famam dignitatemque propriam ejus patris. Apuleius enim ad iudicis honorem nunquam evectum ex D. Augustino discimus Epist. v. 'Apuleius enim,' inquit, 'qui nobis Afris Afer est notior, non dico ad regnum, sed nec ad aliquam quidem judicariam potestatem cum omnibus suis magicis artibus potuit pervenire, honesto patriæ suæ loco natus, et liberaliter educatus, magnaque præditus eloquentia,' &c.

^b *Participare curiam*] Id est, in Decurionum ordinem ascisci: absque quo non potuisset eveni ad Duumviratum, ut patet ex Paulo l. vii. Paragr. 2. ff. de Decurionibus. Decurionum munus, officia varia, et onera, ac vicissim privilegia vide in Notis Gothofredi ad Titulum codicis de Decurionibus et filiis eorum, et qui Decuriones, &c.

tione,⁴ tueor. Cur ergo⁵ illa protuli? ut mihi tu, Æmiliane, minus posthac succenseas: potiusque ut veniam impertias, si per negligentiam forte⁶ non elegi illud tuum Atticum Zarath,⁷ ut in eo nascerer. Nonne vos puditum est, hæc crimina, tali viro audiente, tam asseveranter⁸ objectare? frivola et inter se repugnantia simul promere? et utraque tamen reprehendere? Utcumque contraria accusastis;⁹ peram et baculum, ob auctoritatem:^{1d} carmina et² speculum, ob hilaritatem: unum

igitur hæc dixi? ut tu, Æmiliane, minus irascaris in me deinceps, sed ignoscas potius, si forte per negligentiam meam non elegi tuum illud Zarath Atticum, ad nascendum in eo. An non puduit vos objicere tam audacter has accusationes coram tali iudice? proferre res fuitiles et contrarias sibi invicem? et tamen redarguere eas omnes? Nonne culpatis in me res contrarias? manicam nempe et baculum propter severitatem: versus vero et speculum, propter lætitiā: unum famulum, quasi hoc

J. Bosscha.—4 Ven. Bas. 1. et 2. *extimatione*. Colvins. Cum Junt pr. J. Bosscha.—5 Ed. Vic. *cur ego*. Pro *succenseas* Ms. Pith. *succensas*. Id.—6 Non extat in Ms. Lips. In D'Orv. statim *eligi*. Id.—7 Ms. lib. Zarathæ. Ven. Zarathæ. Colvins. Vid. Not. Var.—8 Al. *asseverate*.—9 *At non contraria accus. Lego, an non*. Colvins. *An non Fulvius*. Mox V. C. *ob austeritatem*. Infra proxime Fulvius legit, *quod ingenti tumultu*. Sciopp. in Symb. Scio veram emendationem, quam suggessit V. C. *An non c. accusatis? peram et baculum ob austeritatem*. Wowerius. Mss. plerique et Edd. ante Casaub. *At non*. Reliquæ *an non*. sed Ms. Pith. *utcumque*. Verissime, et ex stylo Apuleii. i. e. quicquid sit, certe contraria accensastis. cf. Oudend. ad Met. lib. vii. p. 499. b. et vide eundem ad lib. iv. p. 254. b. J. Bos. *Accusatis*. Flor. *accusastis*. Elmenhorstius. Duobus Florent. accedunt Pith. et D'Orv. et videtur esse in nonnulla Ed. nam citat ita Calepin. v. 'Parcens:' quare id amplector. Supra 'puditum est:' infra: 'quin ostenditis, quod insimulavistis.' J. Bos. —1 V. C. *ob austeritatem*, rectissime. Scip. Gent. F. *austeritatem*. Brantius. Fulvii lib. *ob austeritatem*. male. Nam auctoritatem pro severitate hoc loco ponit: ut et Spartianus p. 136. *Elmenh.* Tam late patet notio vocis *auctoritas* (v. Ern. in Cl. Cic.) ut contra reliquos libros eam damnandam non pntem. J. Bos.—2 Mss. Pith. D'Orv. et *carm.* et, male. Id.—3 Ms. *de partu*. Ald. *parci*.

NOTE

^c *Illud tuum Atticum Zarath*] *Elpovkōs*. Erat enim Africanum, non Atticum: in hoc est barbaries hujus vocis, quam ridet, quod desinat in aspirationem contra Linguæ Græcæ analogiam; alioqui non est cur hoc vocabulum cujusquam aures offendant magis, quam *Zōpēs* et *Zapās*, quæ sunt nomina locorum in Græciæ penetralibus. Apud Ptolemæum scribitur hoc nomen *Zōpōra*: forsan

Apuleius scripserit *Zarath*: in quo, præter aspirationem, alius etiam est barbarismus, ob geminatam consonantem in fine.

^d *Ob auctoritatem*] Id est, severitatem, cui mox opponit hilaritatem. Hoc sensu et apud Spartianum legitur. Fulvii liber habet *austeritatem*, quod non improbant Wower. et Gentilis, et ego libens præfero.

servum, ut deparci :³ tris⁴ libertos, ut profusi : præterea eloquentiam Græcam, patriam barbaram. Quin igitur⁵ tandem expergiscimini, ac vos cogitatis⁶ apud Claudium Maximum dicere, apud virum severum, et totius provinciæ⁷ negotiis occupatum ? * [446] Quin, inquam, vana hæc convicia aufertis ?⁸ quin ostenditis, quod insimulavistis, scelera immania,⁹ et inconcessa¹ maleficia, et arteis² nefandas ? Cur vestra oratio rebus flaccet, strepitu viget ?³ Aggredior enim jam ad ipsum crimen Magiæ, quod⁴ ingen-

sit hominis avari ; et tres manumissoos, quasi sit prodigi? insuper sacundiam Græcam et patriam barbaram? Quin ergo, evigilatis tandem, et recordamini vos causam agere ante Claudium Maximum, ante virum gravem, et occupatum negotiis universæ provinciæ? Quin, inquam, remotetis ista inania maleficia? quidni probatis id, cuius me accusavistis, nempe enormia crimina, et maleficia illicita, et sceleratas artes? Quare vester sermo valet tantum clamore, sed languescit destitutus rebus? Nam venio jam ad crimen Magiæ, quod, incensum a vobis cum magno stre-

Suetonius Nerone: 'Sordidos ac deparcos esse, quibus impensarum ratio constaret.' *Colo. Flor. ut parci. Elmenh. Ms. Pith. et dep. et cum Lips. ac D'Orr. deparcia. Ed. Junt. post. autem parci. De intensiva particula de negotiis monuit Oudend. ad Apul. v. Ind. Locus Sueton. est in Ner. c. 30. J. Bos. —4 Sic rursus Mss. ut supra. Id.—5 Mss. Lips. quin ergo. Id.—6 Contra Mss. ante Colv. editum at vos. Pejus ad oram Ed. Junt. post. non nemo scripsit an vos cog. Id.—7 Ms. totius servicie provincie. Colvius. In Ms. erat servicie provincie. Latet sine dubio mendum. Divinabam corrigendum : et totius denique provincie. Qui bene animum advertet, videbit quam minime a literarum ductu discessisse. Meurs. Florid. 2. Provincialium negotiis. At videtur hoc loco Apologiæ excidisse quid : ex fide Menræi enim in Mss. legitur seveticie provincie, &c. Hunc locum Barthius etiam tentavit Advers. lib. vii. c. 9. Pric. Ipsi Lipsi collatio senicicie, alia ejusdem cod. sevicia. Mihi mera videtur oscitantia librarii, qui rd provincie, per errorem, bis invenerat scriptum. J. Bosscha.—8 Ms. Pith. vana hæc et conv. affertis. Id.—9 Quin ostenditis quid ins. sc. immunia. Exigua mutatione opus, ut sententia constet : quin ostenditis quod ins. scel. immania : quin, inquit, frivolis omissis, ad scelera graviora devenitis? et quæ intenditis crimina capitalia probatis? 'Ostendere,' 'demonstrare,' 'explere,' 'implere,' Jurisprudentibus idem esse quod probare, alibi doceo ; quinimo et ipse Apul. infra dixit : 'quæ si omnia palam, ac dilucide ostendero.' Iterum hac eadem oratione : 'expleas, quod es pollicitus.' Arnobius : 'Aperite, monstrate, liquor iste eur detur : id est, superfundatur altaribus. Stewech. Quin ostenditis absunt a vet. lib. Paulo post pro quod, vulgo est, quid. Colvius. Bene correxere Stew. Colv. et seqq. assentientibus Mss. J. Bosscha. Vid. Not. Var.—1 Excerpta Pithœi : Inconcessum semen, illicitas nuptias. J. Bosscha.—2 Ms. D'Orr. artis ... flaccet. Id.—3 Sequuntur jam in Cod. Lips. ea, quæ supra dicta sunt de Cratete. Mox pro enim jam Pith. enim nam. Id.—4 Mirum etiam in Rom.*

NOTÆ

* Et totius provinciæ negotiis occupat accusationes ejusmodi frivolas et
tum] Apud quem proinde qui profe- inanes, in publica commoda peccet.
Delph. et Var. Clas. Apul. 4 8

ti tumultu, ad invidiam mei, accensum, frustrata expectatione omnium, per nescio quas aniles fabulas deflagravit. Ecquandone⁵ vidisti, Maxime, flammam stipula exortam, claro crepitu, largo fulgore, cito incremento; sed enim materia levi, caduco incendio, nullis reliquiis? En tibi illa accusatio,⁶ jurgiis inita, verbis aucta, argumentis defecta, nullis post sententiam tuam reliquiis calumniæ permansura:⁷ quæ quidem omnis Æmiliano fuit in isto uno destinata, me Magum esse: et ideo mihi libet quærere ab eruditissimis ei advocatis,⁸ quid sit Magus. Nam si (quod ego⁹ apud plurimos lego) Persarum lingua Magus est, qui nostra sacerdos:⁵ quod tandem est crimen, sacerdotem

pitu ad excitandum in me odium, resedit narratione nescio quarum fabularum anilium, decepta expectatione omnium. O Maxime, vidistine aliquando flammam enatam ex stipula, cum arguta crepitatione, amplo lumine, et augmento veloci; sed fluxu incendio, et absque reliquiis, quia concepta fuerat in materia tenui? Habes in ea veram imaginem hujus accusationis; quæ inchoata est rixis, aucta verbis, destituta probationibus, nullas habitura est reliquias calumnia, postquam tuioris sententiam: quam quidem accusationem Æmilianus eo direxit omnem, ut diceret me esse Magum. Atque idcirco animus est mihi interrogare doctissimos ejus patronos, quid sit Magus? Si enim (ut lego in multis auctoribus) Magus lingua Persica idem est, qui nostra sacerdos; quodnam, quæso, scelus est, esse sacerdotem? et recte

~~~~~

legi quæ: quod est ineptum. Casaub. Ante Casanbon. vulgo legebatur quæ, contra sensum et Mss. e quibus Pith. qui. J. Bosscha.—5 Mss. Pith. D'Orv. et quandone. cf. de hac voce Cel. Rahnken. ad Vell. Pat. II. 14. Pro stipula Pith. stipulam. Id.—6 *Hem tibi illa acc.* Contra Grammaticorum præcepta, et aliorum scriptorum usum. Scribi enim deberet *Hem tibi illam accusationem.* An vera igitur lectio Cod. D'Orv. *En tibi i. a.?* sic censeo. En, habes tali flammæ similem accusationem illam. Ms. Pith. *etenim t. i. a.* Id.—7 *Nullis post s. t. r. c. permansuris.* Ita malim. Sciopp. in *Symb.* Wowerius edidit *permansuris*, quod malebat etiam Crus. Probab. Crit. p. 54. Male: respondere debet casus *reus* 'inita,' 'aucta,' 'defecta.' 'Accusatio illa nullis reliquiis calumniæ permansura est,' i. e. accusatio illa tota evanescescit, ita ut ne reliquiæ quidem calumniæ sint superfuturæ, postquam tu, Maxime Claudi, sententiam dixeris. Sic paulo ante: 'flammam nullis reliquiis.' J. Bosscha.—8 *Ejus advocatis.* Ita v. c. et infra: 'incredibili quadam vi cantaminum polleat.' Sciopp. in *Symb.* Ex vet. ejus. Wowerius. Edd. ante Casanb. item Vulc. Wow. ci. Bene: modo Mss. addicerent: et, nisi contrarium notare neglexerit Lindenbr. extat revera in Florent. Itaque revocavi. Sic Cic. de Off. I. 10. 'te cuipliam advocatum esse venturum:' et alibi sæpius. J. Bos.—9 Pith. *quid ego:* sic statim pro quod id. Ms. rursus *quid.* Id.—1 Ms. Pith.

#### NOTÆ

<sup>5</sup> *Ab eruditissimis ei advocatis]* Per ironiam dicta hæc intellige.

<sup>8</sup> *Persarum lingua Magus est, qui*

*nostra sacerdos]* Lucianus, *ἐν Μακροβίαις*, in Longævis: *Οἱ καλούμενοι Μάγαι, γένος τοῦτο μαρτυρεῖ, καὶ θεοὶ ἐνα-*

esse? et rite nosse,<sup>1</sup> atque scire, atque callere leges caerimoniarum, fas sacrorum, jus religionum? si quidem *Magia* id est, quod Plato interpretatur θεῶν θεραπείαν,<sup>2</sup> cum commemorat, quibusnam disciplinis puerum regno adolescentem<sup>3</sup> Persæ imbuant.<sup>4</sup> [447] Verba ipsa divini viri<sup>4</sup> memini, quæ tu mecum, Maxime, recognosce:<sup>5</sup> Δίς ἐν τὰ δὲ γινόμενα ἐτῶν<sup>6</sup> τὸν παῖδα παραλαμβάνουσιν, οὓς ἐκείνοι βασιλεῖς παιδαγωγὸς ὀνομάζουσιν. εἰς δὲ ἐξυλαγμένοι Περσῶν οἱ ἀριστοὶ δόξαντες ἐν

cognoscere, et intelligere, ac tenere ritus caerimoniarum, jus sacrorum, fas religionum? Si quidem *Magia* est id, quod Plato exponit ministerium Deorum, cum narrat quibus doctrinis Persæ instruant juvenem filium Regis. Recordor ipsorum verborum viri illius divini, quæ tu, o Maxime, agnosce mecum, sic habentia: Bis septem autem annis elapsis, assumunt puerum il, quos vocant pædagogos regios. Sunt autem illi quatuor selecti optimi ex Persis, probati per æta-

ritū noscere: male. Ceterum singula singulis respondent, 'nosse leges caerimoniarum, scire fas sacrorum, callere jus religionum': hinc patet male Lat. Latinum tentasse ritus nosse. Pro callere Ms. D'Orv. colere. Id.—2 Hæc male absunt a Romano cod. vid. Plato in Alcibiade fol. 121. in Charmide fol. 193. *Elmenh.* Desunt Mss. Pith. D'Orv. Primus addidit editor Junt. post. J. Boscha.—3 Puerum regium adolescentem. Sic vulgo editur: sed unico verum est quod extat in Mss. Florent. et Pith. quod marg. allevit Salm. forte e Cod. Fux. et edidit jam optimo judicio Scriv. p. regno adolescentem, i. e. in spem regni. Non quisvis regis puer ita educatur, sed, teste Platone, δὲ παῖς δὲ πρεσβύτατος, οὐκ ἢ ἀρχῇ. J. Boscha.—4 Ms. Pith. cum Salm. ἱπταῖς. Non muto. Memini, ait Auctor, non tantum sensum verborum Platonis, sed ipsa verba: τὰ ὅτι memini desunt a m. pr. in Ms. D'Orv. Id.—Recognosce dicentia. Illud dicentia an dicemus esse τοῦ ποιητοῦ, an potius subditivum? Suspiciari licet fuisse prins proxime sequentia verba Græca Latinis characteribus scripta *dis epta* pro *dis epta*. Inde manasse hanc vocem sono affinem. *Casaub.* Mecum recognosce. Sic Flor. in Aldo est m. r. dicentia: male. *Elmenhorstius.* Crusinus Probab. Crit. p. 54. reponi vult *dicentia*. Equidem aut antiquæ lectioni acquiescendum, aut penitus ejiciendum verbum arbitror, quod facio cum Wower. et seqq. auctoritate Mss. Florent. Pro Græcis in Mss. D'Orv. Pith. hæc leguntur, *de re nomen* (Pith. um.) et *autonite data*. Græca absunt omnia Edd. Junt. pr. Ald. et usque ad *ἐν δὲ μὴν μαγείαν* quoque Edd. Vic. Bas. pr. cum in Vic. desint quoque *δίδωκε δὲ καὶ τὰ βασιλικά*. male: sequitur enim: 'inter prima regalia docetur.' J. Boscha.—

# NOTÆ

κείμενον παρὰ τε Πέρσιαι, καὶ Πάρθοις, καὶ Βακτριόις: 'Qui dicuntur Magi, genus est hominum fatidicum et Deorum cultui intentum, apud Persas, et Parthos, et Bactrianos.'

<sup>1</sup> Quod Plato interpretatur θεῶν θεραπείαν In Alcibiade cap. 1.

<sup>2</sup> Puerum regno [regium] adolescen-

tem Persæ imbuant] Clemens Alexandrin. v. *Χρημάτων* ab Egyptiis hunc morem Persas traxisse ait. Scriber. hic legit *regno*, pro *regium*.

<sup>3</sup> Δίς ἐν τὰ δὲ γινόμενα ἐτῶν, &c.] Verba sunt Platonis in Alcibiadis cap. 1. supra designato.

ἡλικία τέτταρες ὅ, τε σοφώτατος καὶ ὁ δικαιοτάτος, καὶ ὁ σωφρονέστατος, καὶ ὁ ἀνδρείοτατος. ὦν ὁ μὲν μαγείαν τε διδάσκει τὴν Ζωροάστρου, τοῦ Ὁρομάζου. ἔστι δὲ τοῦτο θεῶν θεραπεία. διδάσκει δὲ καὶ τὰ βασιλικά. Auditisne,<sup>6</sup> Magiam, qui eam temere accusatis, artem esse Diis immortalibus acceptam, colendi eos ac venerandi pergnaram,<sup>7</sup> piam scilicet, et diviniscientem,<sup>8</sup> jam inde a Zoroastre et Oromaze,<sup>9</sup> auctoribus suis, nobilem, coelium antistitam ?<sup>1</sup> quippe inter<sup>2</sup> prima regalia docetur : nec ulli temere inter Persas concessum est Magum esse, haud magis quam regnare. Idem<sup>3</sup> Plato in alia sermocinatione de Zalmoxi<sup>4</sup> quodam,<sup>m</sup> Thraci<sup>5</sup> generis, sed ejusdem artis

tem, hic sapientissimus, alter iustissimus, tertius prudentissimus, quartus vero fortissimus : quorum hic [primus] quidem docet Magiam Zoroastri et Oromazi : hic autem est cultus Deorum. Docet vero etiam regias artes, &c. Vos, qui immerito accusatis Magiam, audistis eam esse artem gratam Diis immortalibus, quæ optime scit rationem adorandi et reverendi eos, utpote religiosam, et gnara rerum divinarum, quæ inclyta est a temporibus usque Zoroastri et Oromazi suorum inventorum, quæ est sacerdos Deorum ? quia scilicet traditur inter prima præcepta, quibus Reges instituuntur : neque permittitur facile ulli Persarum esse Magum, ac non magis quam esse Regem. Idem Plato sic scripsit in alio Dialogo, de quodam Zalmoxi originis Thraciæ, sed qui erat peritus ejusdem artis : Dixit

\*\*\*\*\*

6 Venet. audistisne. Colvins.—7 Ms. Pith. pergnara. D'Orv. omittit scilicet, otiosam quidem vocem, sed quam sæpissime interserit Noster. V. Ind. J. Bosscha.—8 Sic una dictione putavimus scribi debere, ut Divinipotens, et sim. Colv. Ms. Pith. diviniscientem. J. Bosscha.—9 Oromazo. Flor. 2. Oromaze. Elmenhorstius. Ms. Pith. Oromaze. Ed. Vic. Oromaze. Edd. Junt. Ald. Cas. Gent. Pric. Oromaze : bene, et ex Mss. non Oromazo. Gr. Ὁρομάζης. Videtur autem Apul. in loco Platonis legisse Ζωροάστρου καὶ Ὁρομάζου. nam ut nunc apud Platonem est, Zoroaster Oromazæ (Oromansii vertit Ficinus) filius perhibetur. J. Bosscha.—1 Al. antistitem.—2 Rom. Ven. quippe quæ inter. Colvins. Flor. quippe qui : unde non male Colvins quippini fecit. Elmenhorstius. Nihil tale habet Colv. sed ut reliquæ Edd. Q. quippe inter. Scriv. quippe quæ inter. Non male tamen quippini, quæ vox creberrime corrupta apud Nostrum ; si plures Mss. addicerent : sed reliqui simpliciter quippe inter. J. Bosscha.—3 Ms. D'Orv. item. Id.—4 Zalmoxi. Mss. Pith. Zalmoxi, D'Orv. Zalmopi : nt et infra. Scribendum enim, non, nt vulgo, et hactenus editum, Zalmoxi, sed Zalmoxi, ut apud Herod. iv. 94. Ζαλμοξίς. ubi vid. Wessel. et Schweigh. in Var. Lect. et in primis Richter. ad Fabricii

#### NOTÆ

<sup>1</sup> A Zoroastre et Oromaze [Oromazo, &c.] Zoroastres primus Bactrianorum Rex fuit, idemque Magiæ primus inventor, auctore Plinio, lib. iii. cap. 1. Vixit Nini temporibus, cum quo et bellum gessit, quadringentis ante bellum Trojanum annis. De Oroma-

zo nihil apud Antiores reperio. Fuerit forsitan aliquis ex Zoroastri posteris. Florentinus codex hic habet Oromaze, quod nomen idem esse videtur ac Oromasdes, qui supremus apud Persas Deus est.

<sup>m</sup> De Zalmoxi quodam] Hic, Py-

viro,<sup>6</sup> ita scriptum reliquit: *Θεραπεύεσθαι*<sup>7</sup> δὲ τὴν ψυχὴν,<sup>8</sup> ἔφη, ὦ μακάριε, ἐπαυαῖς τισι. τὰς δ' ἐπαυὰς τοὺς λόγους εἶναι τοὺς καλοὺς. [448] Quod si ita est, cur mihi nosse non liceat<sup>9</sup> vel Zalmoxi<sup>9</sup> bona verba, vel Zoroastri<sup>1</sup> sacerdotia? ° Sin vero,<sup>2</sup> more vulgari, eum isti proprie Magum existimant,<sup>3</sup> qui communione loquendi cum Diis immortalibus ad omnia, quæ velit, incredibili<sup>4</sup> quadam vi cantaminum polleat;

autem, o beate, ipsam quoque animam deliniri quibusdam incantationibus: incantationes autem esse sanctas voces. Quod si sic se habet, quare non sit mihi fas scire aut sanctas voces Zamolxis, aut cultum Deorum Zoroastri? Sin autem isti putant, secundum opinionem vulgi, eum esse proprie Magum, qui ex communicatione et colloquio Deorum immortalium comparaverit quandam virtutem incantationum, qua possit facere omnia, quæ velit, quantumvis incredibilia; valde miror

~~~~~

Bibl. Gr. lib. II. c. 14. § 9. Id.—5 Al. Thracii.—6 Vulc. in marg. perito: male. J. Bosscha.—7 Lacunam implevimus appositis Platonis verbis ex Charmide. Casaub. Græca non comparent in Edd. ante Casaub. nec in Ms. D'Orv. E Florent. nihil notatum video. Sed Pith. *ταρειαίνειν τοὺς λόγους*, &c. unde patet, bene vidisse Casaub. quem locum ob oculos habuerit Auctor. Fortasse tamen simpliciter postrema verbainserenda sunt: τὰς δ' ἐπαυὰς τοὺς λόγους εἶναι τοὺς καλοὺς. Alia ex Platonis Charmide inæri volebat Schottus Obs. v. 15. τοιοῦτον τοῖνυν ἐστὶν καὶ τὸ ταύτης τῆς ἐπαυῆς: ἑμαθὼν δ' αὐτὴν ἐγὼ ἐπὶ στρατίᾳ παρὰ τινοὺς τῶν Θρακῶν τῶν Ζαμόλξιδος Ιατρῶν, οἱ λέγονται καὶ ἀπαθαντιστεῖν. J. Bosscha.—8 D'Orv. *liceat*. Id.—9 In terminatione i consentiunt Mss. et Edd. O. præter Elmenh. qui tacite cum Florido exhibuit Zalmoxis: male. Terminationem i in ejusmodi genitivis 3^o decl. amat Noster. v. ad Met. lib. I. p. 46. Sic ib. lib. II. p. 155. ex Mss. et Edd. vet. a Cel. Ruhnkenio editum Adoni, pro Adonis vel Adonidis. Id.—1 Flor. Zoroastri. Vide Eusebium præpar. Evang. lib. I. cap. 7. Elmenhorstius. Iterum Elm. cum Florido, accedente hic Scriverio, edidit Zoroastri e Mss. Florent. ut ait: nam e Lindenbro. Excerptis contrarium colligas, et est quoque Zoroastri in Mss. Pith. et D'Orv. et Edd. reliquis. J. Bosscha.—2 Ms. D'Orv. si vero. Id.—3 Sic bene Mss. et Edd. pleræque. Sed Vic. *estim*. Junt. pr. Bas. pr. Ald. *æstimant*: ut semper verba illa confunduntur. Adi Oudend. ad Cæsar. de B. Civ. III. 102. coll. de B. Gall. II. 17. Id.—4 Incredibilia. Melius scripseris ad omnia quæ velit, incredibili quadam vi

NOTE

thagoræ discipulus ac servus, ad Ægyptios una cum eo penetravit, deinde eorum ritus in suam patriam deduxit, et a suis post mortem Deus habitus est, ut narrat Herodot. lib. IV.

⁸ *Θεραπεύεσθαι δὲ τὴν ψυχὴν*, &c.] Eadem fuit Pythagoræ disciplina. Malchus in Vita ejus: τὰς ψυχὰς νοσοῦντας παρεμβεῖτο, τοὺς μὲν ἐπαυαῖς, καὶ μαγείας, τοὺς δὲ Μουσικῇ: Ægros

animo consolabatur, alios quidem carminibus et magicis rebus, alios vero Musica.⁹

° *Vel Zalmoxi bona verba, vel Zoroastri sacerdotia*] Id est, incantationes, seu carmina, quæ Zamolxis profitebatur esse bona verba: ant Magiam, quam Θεῶν *θεραπεύειν*, cultum Deorum, et, ut supra, cælitum antistitam ex traditione Zoroastri Persæ nominabant.

no miror, cur accusare non timuerint,⁵ quem posse tantum
faciuntur. Neque enim tam occulta et divina potentia
latere potest, itidem ut cetera. Sicarium qui in iudicium
vocat, comitatus venit: qui venenarium accusat, scrupulo-
sius cibatur: qui furem arguit, sua custodit. Enimvero qui
Magum, qualem⁶ isti dicunt, in discrimen capitis deducit,
quibus comitibus, quibus scrupulis, quibus custodibus per-
niciem cæcam⁷ et inevitabilem⁸ prohibeat? nullis scilicet:⁸
et ideo id genus crimen non est ejus accusare, qui credit.
Verum hæc⁹ ferme communi quodam errore imperitorum
philosophis objectantur: ut partim eorum, qui corporum¹
causas meras et simplices rimantur, irreligiosos putent, eo-
que aiant Deos abnuere; ut Anaxagoram,⁴ et Leucippum,
et Democritum, et Epicurum,⁵ ceterosque rerum naturæ pa-

quare non veriti sint accusare hominem, quem constentur habere tantam potestatem. Nam potestas tam abscondita et divina non potest præcaveri eodem modo ac reliqua. Ille, qui citat homicidam in jus, venit stipatus: qui defert veneficium, sumit cibum cautius: qui accusat furem, custodit sua bona. At, qui vocat in periculum vitam talem Magum, qualem isti dicunt, quibus stipatoribus, quibus cautionibus, quibus custodibus impedire possit exitum occultum et certum? nullis sane. Atque idcirco non est illius, qui persuasum habet ejusmodi crimen, illud deferre. Sed hæc solent objici philosophis quodam communi errore ignarorum: ita ut existiment illos ex eis, qui investigant puras et simplices causas rerum naturalium, esse impios, dicantque eos ideo negare esse Deos; quales sunt Anaxagoras, et Leucippus, et Democritus, et Epicurus, et reliqui defensores causarum naturalium; illos vero, qui scrutantur

canē. p. Casanbonus. Lege incredibili. Acidalius. Flor. et Rom. incredi-
bilia: male. Elmenhorstius. Casanbonum secuti sunt reliqui. Mas. Pith.
et D'Orv. retinent tamen incredibilia, et pro quadam Pith. quidem. J. Bos.
—5 Ms. D'Orv. timuerunt: et infra venarium. Id.—6 Male Stew. qualem
me. Supra: 'sin vero... enim Magi existimant... qui... polleat.' Id.—7 In
uno cod. videtur esse perniciam. In D'Orv. pernic. citam, sed vide Pric.
Id.—8 Nullis scilicet. Glossema putat Groslet. in marg. male: ut patet
e seq. 'et ideo,' &c. Id.—9 Pith. v. hoc. D'Orv. mox oblectantur. Id.—
1 Fulvius pro, corporum, malebat, rerum, aut Deorum. Scioppius in Symb.

NOTE

⁵ Perniciem cæcam et inevitabilem] Qualis esset, quæ ab ejusmodi omni-
potenti Magia immineret,

⁴ Anaxagoram] Qui (ut refert Laër-
tius in ejus Vita) impietatis accusa-
tus est a Cleone quodam, quod Solem
diceret candentem esse laminam, ac
penitus ignitam; defensus autem a
Pericle discipulo, quinque talentis

muletatus est, et exilio damnatus.

⁵ Et Leucippum, et Democritum, et
Epicurum] Qui hanc rerum universi-
tatem ex vacuo atomisque constitam
alebant, quæ fortuito motu inter se
modo coalescentes, modo dissidentes,
absque mentis ullius providentiæve
disponentis necessitate, generationes
omnes corruptionesque efficient.

tronos; [449] partim autem, qui providentiam mundi curiosius vestigant, et impensius Deos celebrant, eos vero vulgo Magos nominent: ² quasi facere etiam sciant, quæ soiant fieri: ³ ut olim fuere Epimenides, et Orpheus, et Pythagoras, ⁴ et Osthanes. ⁵ Ac dein ⁶ similiter suspectata, ⁷ Empedocli Catharmæ, ⁸ Socrati Dæmonion, ⁹ Platonis ¹⁰

diligentius providentiam mundi, et vehementius prædicant Deos, vulgo appellant Magos: perinde ac si norint etiam facere ea, quæ noverunt fieri: quales fuerunt quondam Epimenides, et Orpheus, et Pythagoras, et Osthanes. Et postea similiter hæc fuerunt suspecta, Expiationes Empedoclis, Dæmonium Socratis, et Bonum

Vid. Not. Var.—3 Pith. nō mōtur. Pro etiam D'Orv. et. Pro quæ Pith. qui. J. Bos.—3 Al. *Astanes, Osthanes, et Hostanes.*—4 Sic Pith. cum Edd. tantum non omnibus; nam Vic. dat dehinc, Flor. deinde, ut ascriptum est margini Ed. Casaub. quasi e Cod. D'Orv. J. Bos.—5 Ita Mss. Pith. D'Orv. Edd. Rom. Vic. Cas. Wow. Gent. Pric. cum Salm. in marg. At Scriv. *suspectatus est.* In reliquis *suspecta*: sed *suspectatus* habemus quoque Met. l. iv. p. 310. Infra p. 452. 'utrum ad suspectandam Magiam valet,' p. 547. 'non minus suspectans novam domum, quam ipsa jam ob unum divortium suspectanda.' v. Oud. ad Met. l. x. p. 693. a. Cort. ad Sall. Jug. c. 70. *Suspectata* h. l. valet, suspecta vulgo haberi solent. Supra, 'hæc ferme communi quodam errore imperitorum philosophis objectantur.' Male Edd. Jant. Bas. Ald. Colv. *suspecta est.* Id. Vid. Not. Var.—6 Scriv. et Flor. Græcis literis

NOTE

¹ *Quæ sciunt fieri*] Singularem Deorum providentiam, cujus sunt investigatores.

² *Epimenides*] Cujus memorantur imprimis somnus quinquaginta septem annorum in spelunca, seu antro Idæo, summa divinationis peritia, et Athenarum peste laborantium expiatio.

³ *Et Pythagoras*] Plin. lib. xxx. c. 1. 'Certe Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato ad hanc [Magiam] discendam navigare, exiliis verius, quam peregrinationibus susceptis. Hanc revera prædicare; hanc in arcanis habere.'

⁴ *Et Osthanes*] Duos Osthanes agnoscit Plin. loco modo citato: 'Primus,' inquit, 'extat (ut equidem invenio) commentatus de ea [Magia] Osthanes, Xerxem Regem Persarum bello, quod is Græciæ intulit, comitatus: ac velut semina artis portentosa sparsisse, obiter infecto quacum-

que commeaverat mundo.' Et inferior, eod. cap. 'Non levem et Alexandri Magni temporibus auctoritatem addidit professioni secundus Osthanes, comitatu ejus exornatus, planeque, quod nemo dubitet, orbem terrarum peragravit.'

⁵ *Suspectata* [*suspecta*] Supple, fuerunt; id est, in suspicionem venerunt, Magiæ scilicet, apud ignaros et vulgus, ea, quæ recentet; *καθαρμοί* nimirum Empedoclis, &c.

⁶ *Empedocli Catharmæ* [*Empedoclis καθαρμοί*] Expiationes, seu purificationes. Sic restituit Casaubonus, cum ante ineptissime scriptum esset *est Eccli Catharino*. Casauboni emendationem firmat codex Florentinus, ab Elmenboratio laudatus. Laërtius porro refert Empedoclem quinque millia versuum scripsisse de Natura et de Expiationibus, seu *Καθαρμοίς*.

⁷ *Socrati Dæmonion*] Vide infra li-

ἀγαθόν.^a Gratulor igitur mihi, cum et ego tot ac tantis⁷ viris annumeror. Ceterum, quæ⁸ ab illis^b ad ostendendum crimen⁹ objecta sunt, vana et inepta et simplicia,¹ vereor, ne ideo tantum crimina putes, quod objecta² sunt. Cur, inquit, piscium quædam genera quæsisisti? Quasi id cognitionis gratia philosopho facere non liceat, quod luxurioso³ gulæ causa liceret? [450] Cur mulier libera tibi nupsit post annos quatuordecim⁴ viduitatis?^c Quasi non magis mirandum sit, quod tot annis non nupserit. Cur prius, quam tibi nuberet, scripsit, nescio quid, in epistola,^d quod sibi

Platonis. Lator ergo, cum video me accenseri tot et tantis viris. Porro metuo, ne tu existimes res inanes et stolidas atque etiam fatuas, quas illi protulerunt adversus me ad probandum illud crimen, idcirco solum esse crimina, quia prolatae fuerunt adversum me. Quare, ait, perquisivisti quædam genera piscium? Quasi nefas sit philosopho id facere discendi causa, quod fas esset voluptuosos facere ad explendam ingluviem suam. Quare femina ingenua nupsit tibi post tredecim annos viduitatis? Quasi non mirandum sit potius, quod remanserit vidua per tot annos. Quare scripsit in epistola nescio quam cogitationem suam, antequam nuberet tibi? Quasi

Δαίμονιον. Sed quoniam in Ms. D'Orv. et Edd. vetustissimis, duo illa vocabula *Catharmæ*, et *Dæmonion*, ntut corrupta, extant tamen, deest vero τὸ ἀγαθόν, nt solent Græca deesse; hinc recte colligere mihi videor, ultimam hanc vocem solum Græce scriptam fuisse. Legendus itaque totus locus sic: *Ac dein similiter suspectata Empedocli Catharmæ, Socrati Dæmonion, Platonis τὸ ἀγαθόν.* J. Bos.—7 *Tot et tantis.* Singularis est lectio Cod. Pith. *tot accusatis:* sed ex alio vet. cod. notatum *tot ac tantis.* Bene: atque ex ea lectione Pithæani corrupta videtur. *Id.*—8 Ms. D'Orv. et Florent. *Ceterum ea quæ:* ut edidere Elm. Scriv. Flor. sed *ea* abest Pith. et Edd. vett. item Cas. Vulc. Wow. nec opus est. *Id.*—9 Causam facile intelligis cur τὸ (*crimen*) glossema censeam. *Stewech.*—1 Forte: *similia.* Sicut mox: 'jam et illa similia.' Sciopp. in *Symb.* Scioppius mallet et *similia.* Sed *simplicia* hoc loco est, fatua, εὐθὺς. *Scip. Gent.* Caret copula Ms. D'Orv. ut et mox τῶ *ideo.* J. Bos.—2 Pith. *objectata:* male. *Id.*—3 D'Orv. *luxurio.* *Id.*—4 *Post annos tredecim.* Infra duobus locis ait *quatuordecim:* et ita hic censeo legendum. *Cusanb.* Recte. *I'ric.* Non distincte satis videre possum, an XIII. ex Pith. cod. notatum sit, an pro var. tantum lect. ex conj. Casauboni. Quot est, non dubitavi id rescribere propter evidentiam. Facile omitti potuit una lineola in ejusmodi scriptura per numeros: quare malui librario errorem ascribere, quam ipsi Auctori, qui bis infra *quatuordecim* dixit, pag. 513.

NOTÆ

brum de Deo Socratis.

^a *Platonis τὸ ἀγαθόν*] Quia Plato multa de Diis disserere solitus erat non in vulgus nota, ideo visus est imperitis novos Deos comminisci, quos sub novorum verborum involucrio celebraret. Notum porro quid sit in Academia τὸ ἀγαθόν.

^b *Ab illis*] Apuleii adversariis, Æmiliano ejusque advocatis.

^c *Post annos quatuordecim* [*tredecim*] *viduitatis*] Recte Casaubonus observat sequentia poscere hic *quatuordecim*, non *tredecim*; infra enim duobus locis ait 'quatuordecim.'

^d *Scripsit, nescio quid, in epistola*] Il-

videbatur? ⁵ Quasi quisquam debeat causas alienæ sententiæ reddere. At enim ⁶ major natu non est juvenem aspernata. Igitur hoc ipsum argumentum est, nihil opus a Magia fuisse, ut nubere vellet mulier viro, vidua cœlibi,⁷ major minori.⁸ Jam et illa similia: Habet quiddam ⁹ Apuleius domi, quod secreto ¹ colit. Quasi non ² id potius crimen sit, quod colas non habere. Cecidit præsentē Apuleio puer. Quid enim si juvenis, quid si etiam senex assistente me corruisset? vel morbo corporis impeditus,³ vel lubrico soli prolapsus? Hiscine ⁴ argumentis Magiam probatis? casu pueruli,⁵ et matrimonio mulieris, et obsonio piscium? Possem equidem, bono periculo, vel his dictis contentus

ullus obstringatur ad proferendas rationes consilii alieni. Sed illa non respuit juvenem, quamvis esset grandior ætate. Ergo hoc ipsum probat Magiam nullatenus fuisse necessariam, ut ipsa, quæ erat famina, vellet nubere viro; quæ erat vidua, vellet nubere cœlibi; quæ erat grandior natu, vellet nubere minori. Hæc etiam similia sunt: Apuleius habet aliquid domi, quod adorat clanculum, quasi hoc non sit potius crimen, nihil habere quod adores. Puer lapsus est coram Apuleio. At quid foret, si adolescens, aut etiam senex cecidisset me præsentē, aut correptus ægritudine corporis, aut lapsus propter solum lubricum? An ostenditis crimen Magiæ his probationibus? Lapsus pueri, et nuptiis mulieris, et emtione piscium? Certe possem secure finire meam orationem, contentus iis tantum quæ dixi. Sed, quia mul-

et 535. Ed. Flor. J. Bos.—5 Sic Lipsius scribendum censuit. Vulgo erat, quod si vid. Unde ego etiam, quod sic vid. vel, quia sic vid. Colvins. Visum esse dicitur, cujus ratio non apparet. Servius in Virg. iii. Æn. Brant. Optime Philom. Pisanus in Ed. Junt. post. addicentibus Mss. rescripsit quod sibi videbatur. Opponuntur rō 'sibi' sequentia 'causas alienæ sententiæ reddere.' Quare male Lat. Latin. quod non videb. et Colv. quod vel quia sic vid. J. Bos.—6 Ms. D'Orv. ac enim. Postea rō vellet non est in Pith. Id.—7 Corrupte Ed. Junt. post. celebri. Id.—8 Major juniore. Ita Edd. O. Sed Ms. D'Orv. major minori: recte. E Glossa est rō juniore. Adi Oudend. ad Sueton. Calig. I. et ad Nostri Metam. lib. iv. p. 300. a. Id.—9 Ms. D'Orv. habet quidequæ. Ed. Vic. habet quidem. Id.—1 Ita Rom. Alii sancte. Casaubonus. Ita v. c. Sciopp. in Symb. Sic Geminianus Ethnicus domi coluit centum simulacra, ut notat Vicentius in Speculo Hist. lib. xii. c. 41. Elmenh. Si Scioppio fides, secreto extare in Fnlv. Cod. id præferam (vid. infra pag. 494. Ed. Flor.), atque ita exhibent Cas. cum seqq. præter Vule. Edd. sec. tert. in quibus sancte, quod extat in Mss. Florent. Pith. et Edd. vet. excepta Rom. In Ms. D'Orv. ste. Sane, si secreto legas, desideres forte, in seqq. illis, quod colas non habere, de secreto cultu verbum additum fuisse. J. Bos.—2 Pith. q. sind. Id.—3 Lege impetitus, i. e. morbi cujusdam paroxysmo correptus. Acidal.—4 Ms. D'Orv. hisme, et statim comprobatis. J. Bos.—5 Casu puerili. Ita Mss. et editi. Salp. margini allevit pueruli.

NOTÆ

Iud quid fuerit, infra videbitur.

perorare. Quoniam tamen ⁶ mihi pro accusationis longitudine largiter aquæ superest, ⁷ cedo, si videtur, singula consideremus.⁸ Atque ego omnia objecta, seu vera, seu falsa sint, non negabo: sed perinde, atque si facta sint, fatebor; [451] ut omnis ista multitudo, quæ plurima undique ad audiendum convenit, aperte intelligat, nihil in philosophos non modo vere dici,⁹ sed ne falso quidem posse confingi, quod non ex innocentiae fiducia, quamvis liceat negare, tamen habeant⁹ potius defendere.⁸ Primum igitur argumenta eorum convincam,¹ ac refutabo, nihil ea ad Magiam pertinere: deinde, etsi maxime Magus forem, tamen ostendam,

tum temporis mihi restat pro longitudine accusationis; age sis, dispiciamus singula. Et ego quidem nihil negabo eorum quæ protulisti adversum me, sive illa sint vera, sive falsa: sed confitebor ea quasi gesta fuerint; ut tota hæc turba, quæ tanto numero confluit ex omnibus locis audiendi causa, cognoscat manifeste, nihil posse non modo vere dici, sed ne excogitari quidem falso adversus philosophos, quod, quamvis possint negare, non existiment tamen satius esse tueri propter confidentiam, quam eis dat sua innocentia. Convincam ergo primum, et refellam probationes eorum, ostendendo eas nullatenus spectare ad Magiam: postea demonstrabo, quamvis casum.

~~~~~

Verissime: pueruli . . . mulieris . . . piscium. Sic solet Apuleius. *Id.*—6 Non est in Mss. Pith. et D'Orv. qui caret quoque mox pro. *Id.*—7 Al. *largitur atque superest.* Vid. Not. Var.—8 Ms. Bemb. *singula largiter consid. e va. præced.* Mox pro *falso* sint D'Orv. *f. sunt.* Deinceps pro *falso* Pith. *falso.* J. Bos.—9 Al. *areant.*—1 Mss. Pith. *eo,* D'Orv: *commutat.* Alii distinguunt (;) post *refutabo.* Notanda locutio: *refutabo ea pertinere:* ut *repl. ap.* pag. 645. 'hoc refutabimus aliter dici.' Statim pro *deinde* Pith.

#### NOTE

<sup>6</sup> *Largiter aquæ superest*] In clepsydra, qua mos erat orandi spatium definire. Vide quæ de clepsydra diximus sub initium lib. Metam. III. pag. 73. Dixit autem 'pro longitudine accusationis;' quia in causis capitalibus spatium concedebatur reo, ad diluendas accusationes, sesquialterum illius, quod accusatori concessum fuerat: ut docent Pith. in Epistolis, et Asconius ad Verrinam 3<sup>m</sup>. unde ex longitudine orationis accusatorum suorum prospiciebat plurimum aquæ et temporis sibi superesse.

<sup>9</sup> *Nihil in philosophos non modo vere*

*dici, &c.*] Fastu et arrogantia, Philosophis Ethnicis familiari.

<sup>8</sup> *Tamen habeant potius defendere*] Superba temeritas. Vera innocentia objecta sibi falso crimina cum accusatoribus suis damnat: atque in id unum nervos omnes intendit, ut ea probet a se esse aliena. Attamen non Magiam defendere hic aggreditur Apuleius, sed ostendere parat, ea omnia, quæ vulgo tanquam ad Magiam spectantia infamantur, nihil ad eam pertinere, si res æqua et docta lance perpendatur.

neque causam ullam, neque occasionem<sup>2</sup> fuisse, ut me in aliquo maleficio experirentur. Ibi etiam de falso invidia,<sup>3</sup> deque epistolis<sup>4</sup> mulieris perperam lectis, et nequius interpretatis, deque matrimonio meo ac Pudentillæ disputabo: idque a me susceptum officii gratia, quam lucri causa,<sup>5</sup> docebo. Quod quidem matrimonium nostrum Æmiliano huic immane quanto angori<sup>6</sup> quantæque invidiæ fuit.<sup>6</sup> Inde omnis hujusce<sup>7</sup> accusationis obeundæ ira et rabies, et denique insania exorta est. Quæ si omnia palam et dilucide ostendero; tunc denique te, Claudii Maxime, et omnes, qui adsunt, contestabor, puerum illum Sicinium<sup>8</sup> Pudentem, privignum meum, cujus obtentu et voluntate a patruo ejus accusor, nuperrime curæ meæ ereptam,<sup>9</sup> [452] postquam frater ejus Pontianus et natu major<sup>1</sup> et moribus melior diem

in primis *Magus*, nullam tamen fuisse causam, aut occasionem, cur deprehenderent me in aliquo maleficio. Disseram quoque ibi de falsa eorum invidia, et de literis mulieris illius, quas male legerunt, et pejus explicaverunt, et de connubio meo et Pudentillæ, et ostendam illud initum fuisse a me potius ad præstandum ei officium, quam propter quantum. Quod quidem nostrum connubium, incredibile est quantum cruciatum animi, et quantam invidiam attulerit huic Æmiliano. Omnis furor et rabies ac denique vesania suscipiendæ hujus delationis illius nata est. Quæ omnia si demonstravero aperte et clare, tunc denique testem te appellabo, Claudii Maxime, et universos astantes, adolescentem illum, Sicinium Pudentem, meum privignum, cujus nomine et consensu patruus ejus me accusat, nuperrime subtractum fuisse meæ curæ, post mortem fratris ejus Pontiani, qui erat ipso major ætate et probior vita, et exasperatum adeo impie adversus me et ma-

~~~~~

demum. J. Bosscha.—2 Ms. D'Orv. *actionem*. Id.—3 Vid. Not. Var.—4 Ed. Vic. inepte *epulis*. Pro *perperam* Ms. Pith. *perpea*. J. Bosscha.—5 Restitue. ex v. antiquam phrasin: *immane quantum*. Wowerius. *Πλεονον δ'ορ*. Vulgo *immane quanto*: male. Elmenh. Neque hic quicquam in textu mutavit Elmenh. Bene. Amm. Marc. xxv. 8. 'Immane quo quantoque ardore... festinabat.' Ms. Pith. *humans*. D'Orv. *humano quanta augeri quanta*. J. Bos.—6 Primum comparet hoc in Ed. Junt. post. *Antea erit*. Id.—7 Ms. Pith. *hujuscæ*: et mox *rabiles*: rā et dilucide ignorat D'Orv. Id.—8 Ms. Pith. *Siccin*. D'Orv. *Sinn*. Id.—9 Ms. Pith. *eruptum*... *Potentianus*. Id.—1 Ita Junt. post. cum seqq. et Mss. In Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. de-

NOTE

¹ De falso invidia] Casaubonus: 'An scripsit Auctor, de falsa invidia? an potius, Græcorum imitatione, falso invidia nove dixit, ut illi dicere possent *ψευδὴ φέροντες*?'

² Officii gratia, quam lucri causa]

Hellenismus satis usitatus bonis scriptoribus. Deest particula, potius, aut magia. Plautus, *Menæchmis*: 'Quin vidua vivam, quam tuos mores perferam;' id est, vidua potius vivam, quam, &c.

suum obiit: atque ita in me ac matrem suam nefarie effratum, non mea culpa, desertis liberalibus studiis, ac repudiata omni disciplina, scelestis accusationis hujus rudimentis, patruo Æmiliano potius, quam fratri Pontiano, similem futurum. Nunc, ut institui, proficiscar ad omnia Æmiliani hujusce deliramenta, orsus ab eo, quod ad suspicionem Magiæ quasi validissimum in principio dici^k animadvertisti, nonnulla me piscium genera per quosdam piscatores pretio quæsisse. Utrum igitur horum ad suspectandam Magiam valet? quodne piscatores mihi piscem quæsierunt? scilicet ergo phrygionibus aut fabris^l negotium istud dandum fuisse:² atque ita opera cujusque artis permutanda, si vellem calumniis vestris vitare; ³ ut faber mihi piscem everreret,⁴ ut piscator^m mutuo lignum dedolaret? An ex eo intellex-

trem suam, non culpa mea, missa fecisse studia honesta, et rejecisse omnem institutionem, et fore potius similem patruo suo Æmiliano, quam fratri Pontiano, ut conjicere est ex nefariis principiis hujus accusationis. Nunc pergam, ut carpi, ad omnia deliria hujus Æmiliani, incipiens ab hoc, quod observasti dici initio, veluti efficacissimum ad injiciendam suspicionem Magiæ: scilicet me conquisivisse pecunia quædam genera piscium, opera piscatorum. Quodnam ergo horum potest injicere suspicionem Magiæ? An quod piscatores investigaverunt mihi piscem? Nempe igitur cura ista committenda fuisset phrygionibus aut fabris, sique opera singularum artium fuissent commutanda, si voluissem effugere vestras calumnias; adeo ut faber mihi extraheret pisces, piscator autem vice versa mihi deasciaret lig-

~~~~~

est et. Infra pro omni disc. Pith. omnis d. Id.—2 Elegantius hoc, quam quod in marg. Groslot. fuisset. Id.—3 Hanc lectionem, quam in Mss. Pith. et D'Orv. extare comperi, librariis non tribuendam, sed ut genuinam Auctori restituendam putavi. Editum antea *calumnias vestras*. Imitatus est Auctor in hac locutione, ut in aliis multis, Plautum. V. Gronov. Lect. Plaut. ad Curcul. II. 3. 19. p. 86. atque hæc causa fuit, cur in Flor. N. 21. illa 'hisce moramentis omnibus qui volunt devitari,' mutanda mihi non viderentur, licet Oudend. cum aliis Latina non esse pronuntiaret. Id.—4 Tò everreret adjecti ex Memb. Florentinis. Elmenh. *Ut f. m. piscem, piscator*. Manca lectio, quam feliciter ita e Florent. Elmenh. supplevit, ut *f. m. piscem everreret, pisc. &c. Pric.* Bene: et secuti sunt seqq. licet Pric. in textu rursus omiserit.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> Quasi validissimum in principio dici] Ex præscripto Rhetorum, qui validissima argumenta in principio et in fine orationis, leviora vero in medio collocanda esse præcipiunt: eo quod principium finisque orationis animis auditorum altius insideant.

<sup>l</sup> Scilicet ergo phrygionibus aut fa-

bris, &c.] Nugatur otiose Apuleius, dum iis refellendis immoratur, quæ objicere nemini sano in mentem venerit.

<sup>m</sup> Ut faber mihi piscem everreret, piscator, &c.] 'Everrere' proprie hic dicitur: unde 'everriculam' rete illud piscatorium, quod a Græcis σαρφη.

istis, maleficio quæri pisciculos,<sup>5</sup> quod pretio quærebantur? Credo, si convivio<sup>6</sup> vellem, gratis quæsissem. Quin igitur etiam<sup>7</sup> ex aliis plerisque me arguitis? Nam sæpenumero et vinum, et olus, et pomum, et panem pretio mutavi. Eo pacto cupidinariis<sup>8</sup> omnibus famem decernis. Quis enim<sup>9</sup> ab illis obsonare audebit?<sup>1</sup> siquidem statuitur, omnia edulia, quæ depenso parantur, non cœnæ, sed Magiæ, desiderari.<sup>2</sup> [453] Quod si nihil remanet suspicionis, neque in piscatoribus mercede invitatis ad quod solent,<sup>3</sup> ad piscem capiundum; quos tamen nullos ad testimonium produxere;<sup>4</sup> quippe qui nulli fuerunt; neque in ipso pretio rei venalis, cujus tamen quantitatem nullam taxavere,<sup>5</sup> ne, si mediocre pretium dixissent, contemneretur; si plurimum, non crederetur; si in his, ut dico, nulla suspicio est, respondeat

num? An vero cognovistis pisces investigari ad opus Magicum faciendum, quia emebantur mercede? Emissam absque pecunia, puto, si voluisses habere ad convivium celebrandum. Quidni ergo me accusatis quoque ex plerisque aliis rebus? Comparavi enim sapissime pecunia vinum, et herbas, et fructus, et panem. Hoc modo indicis esuriem universis cupidinariis. Nam quis audebit emere obsonia ab eis, si decernitur omnes cibos, qui emuntur numerata pecunia, non quæri ad carnem instruendam, sed ad Mugiam exorcendam? Quod si nulla suspicio superest, neque in piscatoribus permotis pretio ad id quod consueverunt facere, nempe ad capiendum piscem, (quorum tamen nullos adduxerunt in testimonium, qui nulli recera fuerunt,) neque in ipso pretio rei vendita, cujus tamen pretii nullatenus designaverunt magnitudinem, ne, si pronuntiassent pretium modicum, illud sperneretur, si vero dixissent magnum, fides non haberetur; si nulla suspicio est in his, ut dico, Æmi-

~~~~~  
 Margini alleverat jam Salm. et consentiunt in eo vel evertet Mss. reliqui. De confusione τὸν verrere et vertere vid. VV. DD. ad Sil. It. xiv. vs. 262. J. Bos.—5 Ed. Ald. prisc. Scriv. pisculos. Id.—6 Pith. sed convivio. Id.—7 Ms. D'Orv. Jam ig. sed centies sic apud Nostrum quin: τὸ etiam negliger omisit Floridus. Id.—8 Vulg. cupidinariis.—9 Quis enim. Absunt Pith. In D'Orv. quod. Ed. Vic. caret quoque enim. J. Bos.—1 Pith. abson. D'Orv. audebitur. Pith. mox edilia. Id.—2 Fulvius: destinari. Sciopp. in Symb. Alii destinari: recte. Elmenhorstius. Valeat Fulviana lectio destinari. Infra 'Desiderata ad res venereas marina obscena.' Pric. Scriv. destinari. J. Bos.—3 Correxerim, id quod solet. Colvius. V. Fulvii atque solent. Scribe: mercede incitatis, quod solent, ad piscem cap. Wowerins. Ad piscem capiendum a manu procul dubio glossographi. Brant. Tò id Wower. non male expungendum censet. Pric. Ad quod solent constans est editionum ante Elmenh. lectio; qui tacite e conj. Wowerii ejecit ad, cum Scriver. pro quo Pric. et Flor. dedere id. Veterem lectionem tenent Mss. e quibus Fulv. et Pith. habent atque solent: τὰ ad piscem capiendum uncis inclusit Scriv. atque ea a Glossatore esse profecta censebat, cum Brantio, Putschius, teste Jongermaano Ep. 31. inter Gudian. p. 363. quod et mihi maxime aridet. Non temere tamen talia ejicienda. J. Bos.—4 D'Orv. produxit: scil. Æmilianus; ut statim: 'respondeat mihi Æmilianus:' sed supra: 'intellexistis... arguitis,' &c. Id.—5 Ed. Ald. Mss. Pith. D'Orv. nullum. Pith. trax. Id.—6 Hoc

ἡλικία τέτταρες⁶ ὃ, τε σοφώτατος καὶ ὁ δικαιοτάτος, καὶ ὁ σωφρονίστατος, καὶ ὁ ἀνδρειότατος. ὦν ὁ μὲν μαγείαν τε διδάσκει τὴν Ζωροάστρου, τοῦ Ὡρομάζου. ἔστι δὲ τοῦτο θεῶν θεραπεία. διδάσκει δὲ καὶ τὰ βασιλικά. Auditisne,⁶ Magiam, qui eam temere accusatis, artem esse Diis immortalibus acceptam, colendi eos ac venerandi pergnaram,⁷ piam scilicet, et diviniscientem,⁸ jam inde a Zoroastre et Oromaze,⁹ anctoribus suis, nobilem, coelium antistitam? ¹ quippe inter ² prima regalia docetur: nec ulli temere inter Persas concessum est Magum esse, haud magis quam regnare. Idem ³ Plato in alia sermocinatione de Zalmoxi ⁴ quodam,^m Thraci ⁵ generis, sed ejusdem artis

tem, hic sapientissimus, alter justissimus, tertius prudentissimus, quartus vero fortissimus: quorum hic [primus] quidem docet Magiam Zoroastri et Oromazi: hic autem est cultus Deorum. Docet vero etiam regias artes, &c. Vos, qui immerito accusatis Magiam, auditisne eam esse artem gratam Diis immortalibus, quæ optime scit rationem adorandi et reverendi eos, utpote religiosa, et gnara rerum divinarum, quæ inclyta est a temporibus usque Zoroastri et Oromazi suorum inventorum, quæ est sacerdos Deorum? quia scilicet traditur inter prima præcepta, quibus Reges instituuntur: neque permittitur facile ulli Persarum esse Magum, ac non magis quam esse Regem. Idem Plato sic scripsit in alio Dialogo, de quodam Zalmoxi originis Thraciæ, sed qui erat peritus ejusdem artis: Dixit

~~~~~

6 Venet. auditisne. Colvins.—7 Ms. Pith. pergnara. D'Orv. omittit scilicet, otiosam quidem vocem, sed quam sæpissime interserit Noster. V. Ind. J. Bosscha.—8 Sic una dictione putavimus scribi debere, ut Divinipotens, et sim. Colo. Ms. Pith. divinis scientem. J. Bosscha.—9 Oromazo. Flor. 2. Oromaze. Elmenhorstius. Ms. Pith. Oramace. Ed. Vic. Oromace. Edd. Junt. Ald. Cas. Gent. Pric. Oromaze: bene, et ex Mss. non Oromazo. Gr. Ὡρομάζης. Videtur autem Apul. in loco Platonis legisse Ζωροάστρου καὶ Ὡρομάζου. nam ut nunc apud Platonem est, Zoroaster Oromaze (Oromansii vertit Ficinus) filius perhibetur. J. Bosscha.—1 Al. antistitem.—2 Rom. Ven. quippe quæ inter. Colvins. Flor. quippe qui: unde non male Colvins quippini fecit. Elmenhorstius. Nihil tale habet Colv. sed ut reliquæ Edd. O. quippe inter. Scriv. quippe quæ inter. Non male tamen quippini, quæ vox creberrime corrupta apud Nostrum; si plures Mss. addicerent: sed reliqui simpliciter quippe inter. J. Bosscha.—3 Ms. D'Orv. item. Id.—4 Zalmoxi. Mss. Pith. Zalmoxi, D'Orv. Zalmopi: ut et infra. Scribendum enim, non, ut vulgo, et hactenus editum, Zalmoxi, sed Zalmoxi, ut apud Herod. iv. 94. Ζάμοξις. ubi vid. Wessel. et Schweighl. in Var. Lect. et in primis Richter. ad Fabricii

#### NOTE

<sup>1</sup> A Zoroastre et Oromaze [Oromazo, &c.] Zoroastres primus Bactrianorum Rex fuit, idemque Magiæ primus inventor, anctore Plinio, lib. iii. cap. 1. Vixit Nini temporibus, cum quo et bellum gessit, quadringentis ante bellum Trojanum annis. De Oroma-

zo nihil apud Auctores reperio. Fuerit forsitan aliquis ex Zoroastri posteris. Florentinus codex hic habet Oromaze, quod nomen idem esse videtur ac Oromasdes, qui supremus apud Persas Deus est.

<sup>m</sup> De Zalmoxi quodam] Hic, Py-

viro,<sup>6</sup> ita scriptum reliquit: Θεραπεύεσθαι<sup>7</sup> δὲ τὴν ψυχὴν,<sup>8</sup> ἔφη, ὃ μακάριε, ἐκπαῖς τισι. τὰς δ' ἐκπαῖς τοὺς λόγους εἶναι τοὺς καλοῦς. [448] Quod si ita est, cur mihi nosse non liceat<sup>9</sup> vel Zalmoxi<sup>9</sup> bona verba, vel Zoroastri<sup>1</sup> sacerdotia? ° Sin vero,<sup>2</sup> more vulgari, eum isti proprie Magum existimant,<sup>3</sup> qui communionem loquendi cum Diis immortalibus ad omnia, quæ velit, incredibili<sup>4</sup> quadam vi cantaminum polleat;

autem, o beate, ipsam quoque animam deliniri quibusdam incantationibus: incantationes autem esse sanctas voces. Quod si sic se habet, quare non sit mihi fas scire aut sanctas voces Zamolxis, aut cultum Deorum Zoroastri? Sin autem isti putant, secundum opinionem vulgi, eum esse proprie Magum, qui ex communicatione et colloquio Deorum immortalium comparaverit quandam virtutem incantationum, qua possit facere omnia, quæ velit, quantumvis incredibilia; valde miror

~~~~~

Bibl. Gr. lib. II. c. 14. § 9. Id.—5 Al. Thracii.—6 Vulc. in marg. perito: male. J. Bosscha.—7 Lacunam implevimus appositis Platonis verbis ex Charmide. Casaub. Græca non comparent in Edd. ante Casaub. nec in Ms. D'Orv. E Florent. nihil notatum video. Sed Pith. ταρεπεύειναι τοὺς λόγους, &c. unde patet, bene vidisse Casaub. quem locum ob oculos habuerit Auctor. Fortasse tamen simpliciter postrema verbainserenda sunt: τὰς δ' ἐκπαῖς τοὺς λόγους εἶναι τοὺς καλοῦς. Alia ex Platonis Charmide inseri volebat Schottus Obs. v. 15. τοιοῦτον τοῖνυν ἐστὶν καὶ τὸ ταύτης τῆς ἐκπαῖς: ἡμᾶς δ' αὐτὴν ἐγὼ ἐπὶ στρατιᾷς παρὰ τινοὺς τῶν Θρακῶν τῶν Ζαμόλξιδος πατρῶν, οἱ λέγονται καὶ ἀπαθανάτιζεν. J. Bosscha.—8 D'Orv. liceas. Id.—9 In terminatione i consentiunt Mss. et Edd. O. præter Elmenb. qui tacite cum Florido exhibuit Zamolxis: male. Terminationem i in ejusmodi genitivis 3^æ decl. amat Noster. v. ad Met. lib. I. p. 46. Sic ib. lib. II. p. 155. ex Mss. et Edd. vet. a Cel. Ruhnkensio editum Adoni, pro Adonis vel Adonidis. Id.—1 Flor. Zoroastri. Vide Eusebium præpar. Evang. lib. I. cap. 7. Elmenhorstius. Iterum Elm. cum Florido, accedente hic Scriverio, edidit Zoroastri e Mss. Florent. ut ait: nam e Lindenbr. Excerptis contrarium colligas, et est quoque Zoroastri in Mss. Pith. et D'Orv. et Edd. reliquis. J. Bosscha.—2 Ms. D'Orv. si vero. Id.—3 Sic bene Mss. et Edd. plerumque. Sed Vic. estim. Junt. pr. Bas. pr. Ald. æstimant: ut semper verba illa confunduntur. Adi Oudend. ad Cæsar. de B. Civ. III. 102. coll. de B. Gall. II. 17. Id.—4 Incredibilia. Melius scripseris ad omnia quæ velit, incredibili quadam vi

NOTE

thagoræ discipulus ac servus, ad Ægyptios una cum eo penetravit, deinde eorum ritus in suam patriam deduxit, et a suis post mortem Deus habitus est, ut narrat Herodot. lib. IV.

⁸ Θεραπεύεσθαι δὲ τὴν ψυχὴν, &c.] Eadem fuit Pythagoræ disciplina. Malchus in Vita ejus: Τὰς ψυχὰς νοσοῦντας παρεμυθεῖτο, τοὺς μὲν ἐκπαῖς, καὶ μαγείας, τοὺς δὲ Μουσικῇ: Ægros

animo consolabatur, alios quidem carminibus et magicis rebus, alios vero Musica.

° Vel Zalmoxi bona verba, vel Zoroastri sacerdotia] Id est, incantationes, seu carmina, quæ Zamolxis profitebatur esse bona verba: ant Magiam, quam Θεῶν θεραπεύειν, cultum Deorum, et, ut supra, cœlitum antistitam ex traditione Zoroastri Persæ nominabant.

oppido miror, cur accusare non timuerint,⁵ quem posse tantum fatentur. Neque enim tam occulta et divina potentia caveri potest, itidem ut cetera. Sicarium qui in iudicium vocat, comitatus venit: qui venenarium accusat, scrupulosius cibatur: qui furem arguit, sua custodit. Enimvero qui Magum, qualem⁶ isti dicunt, in discrimen capitis deducit, quibus comitibus, quibus scrupulis, quibus custodibus perniciem cæcam⁷ et inevitabilem⁸ prohibeat? nullis scilicet:⁹ et ideo id genus crimen non est ejus accusare, qui credit. Verum hæc⁹ ferme communi quodam errore imperitorum philosophis objectantur: ut partim eorum, qui corporum¹ causas meras et simplices rimantur, irreligiosos putent, eo-que aiant Deos abnuere; ut Anaxagoram,¹ et Leucippum, et Democritum, et Epicurum,¹ ceterosque rerum naturæ pa-

quare non veriti sint accusare hominem, quem constentur habere tantam potestatem. Nam potestas tam abscondita et divina non potest præcaveri eodem modo ac reliqua. Ille, qui citat homicidam in jus, venit stipatus: qui desert veneficam, sumit cibum cautius: qui accusat furem, custodit sua bona. At, qui vocat in periculum vitam talem Magum, qualem isti dicunt, quibus stipatoribus, quibus cautionibus, quibus custodibus impedire possit exitium occultum et certum? nullis sane. Atque idcirco non est illius, qui persuasum habet ejusmodi crimen, illud deferre. Sed hæc solent obijci philosophis quodam communi errore ignarorum: ita ut existiment illos ex eis, qui investigant puras et simplices causas rerum naturalium, esse impios, dicantque eos ideo negare esse Deos; quales sunt Anaxagoras, et Leucippus, et Democritus, et Epicurus, et reliqui defensores causarum naturalium; illos vero, qui scrutantur

cant. p. Casanbonus. Lege incredibili. Acidalius. Flor. et Rom. incredibilia: male. Elmenhorstius. Casanbonum secuti sunt reliqui. Mss. Pith. et D'Orv. retinent tamen incredibilia, et pro quadam Pith. quidam. J. Bos. —5 Ms. D'Orv. timuerunt: et infra venarium. Id.—6 Male Stew. qualem me. Supra: 'sin vero... eum Magi existimant... qui... polleat.' Id.—7 In uno cod. videtur esse perniciam. In D'Orv. pernic. citam, sed vide Pric. Id.—8 Nullis scilicet. Glossema putat Groslet. in marg. male: ut patet e seq. 'et ideo,' &c. Id.—9 Pith. v. hoc. D'Orv. mox oblectantur. Id.—1 Fulvius pro, corporum, malebat, rerum, aut Deorum. Scioppius in Symb.

NOTE

⁵ Perniciem cæcam et inevitabilem] Qualis esset, quæ ab ejusmodi omnipotenti Magia immineret,

⁶ Anaxagoram] Qui (ut refert Laërtius in ejus Vita) impietatis accusatus est a Cleone quodam, quod Solem diceret candentem esse laminam, ac penitus ignitam; defensum autem a Pericle discipulo, quinque talentis

multatus est, et exilio damnatus.

⁷ Et Leucippum, et Democritum, et Epicurum] Qui hanc rerum universitatem ex vacuo atomisque conflata aiebant, quæ fortuito motu inter se modo coalescentes, modo disidentes, absque mentis ullius providentiæ disponentis necessitate, generationes omnes corruptionsque efficerent.

tronos; [449] partim autem, qui providentiam mundi curiosius vestigant, et impensius Deos celebrant, eos vero vulgo Magos nominent: ² quasi facere etiam sciant, quæ soiant fieri: ³ ut olim fuere Epimenides, ⁴ et Orpheus, et Pythagoras, ⁵ et Osthanes. ⁶ Ac dein ⁴ similiter suspectata, ⁵ Empedocli Catharmœ, ⁷ Socrati Dæmonion, ⁶ Platonis τὸ

diligentius providentiam mundi, et vehementius prædicant Deos, vulgo appellant Magos: perinde ac si norint etiam facere ea, quæ noverunt fieri: quales fuerunt quondam Epimenides, et Orpheus, et Pythagoras, et Osthanes. Et postea similiter hæc fuerunt suspecta, Expiationes Empedoclis, Dæmonium Socratis, et Bonum

~~~~~

Vid. Not. Var.—2 Pith. nō mōtur. Pro etiam D'Orv. et. Pro quæ Pith. qui. J. Bos.—3 Al. *Astanes*, *Osthanes*, et *Hostanes*.—4 Sic Pith. cum Edd. tantum non omnibus; nam Vic. dat *dehinc*, Flor. *deinde*, ut ascriptum est margini Ed. Casaub. quasi e Cod. D'Orv. J. Bos.—5 Ita Mss. Pith. D'Orv. Edd. Rom. Vic. Cas. Wow. Gent. Pric. cum Salm. in marg. At Scriv. *suspectatus est*. In reliquis *suspecta*: sed *suspectatus* habemus quoque Met. l. iv. p. 310. Infra p. 452. 'utrum ad suspectandam Magiam valet.' p. 547. 'non minus suspectans novam domum, quam ipsa jam ob unum divortium suspectanda.' v. Oud. ad Met. l. x. p. 693. a. Cort. ad Sall. Jug. c. 70. *Suspectata* h. l. valet, suspecta vulgo haberi solent. Supra, 'hæc ferme communi quodam errore imperitorum philosophis objectantur.' Male Edd. Junt. Bas. Ald. Colv. *suspecta est*. Id. Vid. Not. Var.—6 Scriv. et Flor. Græcis literis

#### NOTE

<sup>1</sup> *Quæ sciant fieri*] Singulari Deorum providentia, cujus sunt investigatores.

<sup>2</sup> *Epimenides*] Cujus memorantur inprimis somnus quinquaginta septem annorum in spelunca, seu antro Idæo, summa divinationis peritia, et Athenarum peste laborantium expiatio.

<sup>3</sup> *Et Pythagoras*] Plin. lib. xxx. c. 1. 'Certe Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato ad hanc [Magiam] descendam navigare, exiliis verius, quam peregrinationibus susceptis. Hanc reversi prædicare; hanc in arcanis habuere.'

<sup>4</sup> *Et Osthanes*] Duos Osthanes agnoscit Plin. loco modo citato: 'Primus,' inquit, 'extat (ut equidem invenio) commentatus de ea [Magia] Osthanes, Xerxem Regem Persarum bello, quod is Græciæ intulit, comitatus: ac velut semina artis portentose sparsisse, obiter infecto quacum-

que commeaverat mundo.' Et inferius, eod. cap. 'Non levem et Alexandri Magni temporibus auctoritatem addidit professioni secundus Osthanes, comitatu ejus exornatus, planeque, quod nemo dubitet, orbem terrarum peragravit.'

<sup>5</sup> *Suspectata* [*suspecta*] Supple, fuerunt; id est, in suspicionem venerunt, Magiæ scilicet, apud ignaros et vulgus, ea, quæ recenset; *καθαρμοί* nimirum Empedoclis, &c.

<sup>7</sup> *Empedocli Catharmæ* [*Empedoclis καθαρμοί*] Expiationes, seu purificationes. Sic restituit Casaubonus, cum ante ineptissime scriptum esset *est Eccli Catharino*. Casauboni emendationem firmat codex Florentinus, ab Elmenboratio laudatus. Lærtius porro refert Empedoclem quinque millia versuum scripsisse de Natura et de Expiationibus, seu *Καθαρμοίς*.

<sup>6</sup> *Socrati Dæmonion*] Vide infra li-

oppido miror, cur accusare non timuerint,<sup>5</sup> quem posse tantum fatentur. Neque enim tam occulta et divina potentia caveri potest, itidem ut cetera. Sicarium qui in iudicium vocat, comitatus venit: qui venenarium accusat, scrupulosius cibatur: qui furem arguit, sua custodit. Enimvero qui Magum, qualem<sup>6</sup> isti dicunt, in discrimen capitis deducit, quibus comitibus, quibus scrupulis, quibus custodibus perniciem cæcam<sup>7</sup> et inevitabilem<sup>8</sup> prohibeat? nullis scilicet:<sup>9</sup> et ideo id genus crimen non est ejus accusare, qui credit. Verum hæc<sup>9</sup> ferme communi quodam errore imperitorum philosophis objectantur: ut partim eorum, qui corporum<sup>1</sup> causas meras et simplices rimantur, irreligiosos putent, eo-que aiant Deos abnuere; ut Anaxagoram,<sup>1</sup> et Leucippum, et Democritum, et Epicurum,<sup>1</sup> ceterosque rerum naturæ pa-

*quare non veriti sint accusare hominem, quem constiterit habere tantam potestatem. Nam potestas tam abscondita et divina non potest præcaveri eodem modo ac reliqua. Ille, qui citat homicidam in jus, venit stipatus: qui desert veneficium, sumit cibum cautius: qui accusat furem, custodit sua bona. At, qui vocat in periculum vitam talem Magum, qualem isti dicunt, quibus stipulatoribus, quibus cautionibus, quibus custodibus impedire possit exitium occultum et certum? nullis sane. Atque idcirco non est illius, qui persuasum habet ejusmodi crimen, illud deferre. Sed hæc solent obijci philosophis quodam communi errore ignavorum: ita ut existiment illos ex eis, qui investigant puras et simplices causas rerum naturalium, esse impios, dicantque eos ideo negare esse Deos; quales sunt Anaxagoras, et Leucippus, et Democritus, et Epicurus, et reliqui defensores causarum naturalium; illos vero, qui scrutantur*

*cent. p. Casaubonus. Lege incredibili. Acidalius. Flor. et Rom. incredibilia: male. Elmenhorstius. Casaubonum secuti sunt reliqui. Mas. Pith. et D'Orv. retinent tamen incredibilia, et pro quadam Pith. quidam. J. Bos. —5 Ms. D'Orv. timuerunt: et infra venarium. Id.—6 Male Stew. qualem me. Supra: 'sin vero... eum Magi existimant... qui... polleat.' Id.—7 In uno cod. videtur esse perniciam. In D'Orv. pernic. citam, sed vide Pric. Id.—8 Nullis scilicet. Glossema putat Grosiot. in marg. male: ut patet e seq. 'et ideo,' &c. Id.—9 Pith. v. hoc. D'Orv. mox oblectantur. Id.—1 Fulvius pro, corporum, malebat, rerum, aut Deorum. Scioppius in Symb.*

#### NOTÆ

<sup>5</sup> *Perniciem cæcam et inevitabilem*] Qualis esset, quæ ab ejusmodi omnipotenti Magia immineret,

<sup>1</sup> *Anaxagoram*] Qui (ut refert Laërtius in ejus Vita) impietatis accusatus est a Cleone quodam, quod Solem diceret candentem esse laminam, ac penitus ignitam; defensus autem a Pericle discipulo, quinquè talentis

multatus est, et exilio damnatus.

<sup>1</sup> *Et Leucippum, et Democritum, et Epicurum*] Qui hanc rerum universitatem ex vacuo atomisque conflata aiebant, quæ fortuito motu inter se modo coalescentes, modo disidentes, absque mentis ullius providentiæ disponentis necessitate, generationes omnes corruptionesque efficerent.

tronos; [449] partim autem, qui providentiam mundi curiosius vestigant, et impensius Deos celebrant, eos vero vulgo Magos nominent:<sup>2</sup> quasi facere etiam sciant, quæ sciant fieri: \* ut olim fuere Epimenides,<sup>4</sup> et Orpheus, et Pythagoras,<sup>5</sup> et Osthanes.<sup>7</sup> Ac dein \* similiter suspectata,<sup>3</sup> Empedocli Catharmæ,<sup>7</sup> Socrati Dæmonion,<sup>6</sup> Platonis &

*diligentius providentiam mundi, et vehementius prædicant Deos, vulgo appellant Magos: perinde ac si norint etiam facere ea, quæ noverunt fieri: quales fuerunt quondam Epimenides, et Orpheus, et Pythagoras, et Osthanes. Et postea similiter hæc fuerunt suspecta, Expiationes Empedoclis, Dæmonium Socratis, et Bonum*

Vid. Not. Var.—3 Pith. nō mōtur. Pro etiam D'Orv. et. Pro quæ Pith. qui. J. Bos.—3 Al. *Astanes, Osthanes, et Hostanes*.—4 Sic Pith. cum Edd. tantum non omnibus; nam Vic. dat *dehinc*, Flor. *deinde*, ut ascriptum est margini Ed. Casaub. quasi e Cod. D'Orv. J. Bos.—5 Ita Mss. Pith. D'Orv. Edd. Rom. Vic. Cas. Wow. Gent. Pric. cum Salm. in marg. At Scriv. *suspectatus est*. In reliquis *suspecta*: sed *suspectatus* habemus quoque Met. l. iv. p. 310. Infra p. 452. 'utrum ad suspectandam Magiam valet,' p. 547. 'non minus suspectans novam domum, quam ipsa jam ob unum divortium suspectanda.' v. Ond. ad Met. l. x. p. 693. a. Cort. ad Sall. Jug. c. 70. *Suspectata* b. l. valet, suspecta vulgo haberi solent. Supra, 'hæc ferme communi quodam errore imperitorum philosophis objectantur.' Male Edd. Junt. Bas. Ald. Colv. *suspecta est*. Id. Vid. Not. Var.—6 Scriv. et Flor. Græcis literis

NOTE

\* *Quæ sciant fieri*] Singulari Deorum providentia, cujus sunt investigatores.

\* *Epimenides*] Cujus memorantur imprimis somnus quinquaginta septem annorum in spelunca, seu antro Idæo, summa divinationis peritia, et Athenarum peste laborantium expiatio.

\* *Et Pythagoras*] Plin. lib. xxx. c. 1. 'Certe Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato ad hanc [Magiam] discendam navigare, exiliis verius, quam peregrinationibus susceptis. Hanc revera prædicare; hanc in arcanis habere.'

\* *Et Osthanes*] Duos Osthanes agnoscit Plin. loco modo citato: 'Primus,' inquit, 'extat (ut equidem invenio) commentatus de ea [Magia] Osthanes, Xerxem Regem Persarum bello, quod is Græcis intulit, comitatus: ac velut semina artis portentosa sparsisse, obiter infecto quacum-

que commeaverat mundo.' Et inferior, eod. cap. 'Non levem et Alexandri Magni temporibus auctoritatem addidit professioni secundus Osthanes, comitatu ejus exornatus, planeque, quod nemo dubitet, orbem terrarum peragravit.'

\* *Suspectata* [*suspecta*] Supple, fuerunt; id est, in suspicionem venerunt, Magiæ scilicet, apud ignaros et vulgus, ea, quæ recenset; *καθαρμοί* nimirum Empedoclia, &c.

\* *Empedocli Catharmæ* [*Empedoclis καθαρμοί*] Expiationes, seu purificationes. Sic restituit Casaubonus, cum ante ineptissime scriptum esset *est Eccli Catharino*. Casauboni emendationem firmat codex Florentinus, ab Elmenborstio laudatus. Lærtius porro refert Empedoclem quinque millia versuum scripsisse de Natura et de Expiationibus, seu *Καθαρμοίς*.

\* *Socrati Dæmonion*] Vide infra li-

ἀγὰθόν.<sup>a</sup> Gratulor igitur mihi, cum et ego tot ac tantis<sup>7</sup> viris annumeror. Ceterum, quæ<sup>8</sup> ab illis<sup>b</sup> ad ostendendum crimen<sup>9</sup> objecta sunt, vana et inepta et simplicia,<sup>1</sup> vereor, ne ideo tantum crimina putes, quod objecta<sup>2</sup> sunt. Cur, inquit, piscium quædam genera quæsisisti? Quasi id cognitionis gratia philosopho facere non liceat, quod luxurioso<sup>3</sup> gulæ causa liceret? [450] Cur mulier libera tibi nupsit post annos quatuordecim<sup>4</sup> viduitatis?<sup>c</sup> Quasi non magis mirandum sit, quod tot annis non nupserit. Cur prius, quam tibi nuberet, scripsit, nescio quid, in epistola,<sup>d</sup> quod sibi

*Platonis. Lætor ergo, cum video me accenseri tot et tantis viris. Porro metuo, ne tu existimes res inanes et stolidas atque etiam fatuas, quas illi protulerunt adversus me ad probandum illud crimen, idcirco solum esse crimina, quia prolata fuerunt adversum me. Quare, ait, perquisicisti quædam genera piscium? Quasi nefas sit philosopho id facere discendi causa, quod fas esset voluptuoso facere ad explendam ingluviem suam. Quare fœmina ingenua nupsit tibi post tredecim annos viduitatis? Quasi non mirandum sit potius, quod remanserit vidua per tot annos. Quare scripsit in epistola nescio quam cogitationem suam, antequam nuberet tibi? Quasi*

\*\*\*\*\*

*Δαυδύον.* Sed quoniam in Ms. D'Orv. et Edd. vetustissimis, duo illa vocabula *Catharmæ*, et *Dæmonion*, utut corrupta, extant tamen, deest vero ῥὸ ἀγὰθόν, ut solent Græca deesse; hinc recte colligere mihi video, ultimam hanc vocem solum Græce scriptam fuisse. Legendus itaque totus locus sic: *Ac dein similiter suspectata Empedocli Catharmæ, Socrati Dæmonion, Platonis ῥὸ ἀγὰθόν.* J. Bos.—7 *Tot et tantis.* Singularis est lectio Cod. Pith. *tot accusatis*: sed ex alio vet. cod. notatum *tot ac tantis.* Bene: atque ex ea lectione Pithæani corrupta videtur. *Id.*—8 Ms. D'Orv. et Florent. Ceterum ea quæ: ut edidere Elm. Scriv. Flor. sed ea abest Pith. et Edd. vett. item Cas. Vulc. Wow. nec opus est. *Id.*—9 Causam facile intelligis cur ῥὸ (*crimen*) glossema censeam. *Stewech.*—1 Forte: *similia.* Sicut mox: 'jam et illa similia.' *Sciopp. in Symb.* Scioppius mallet *et similia.* Sed *simplicia* hoc loco est, fatua, εἰρήνη. *Scip. Gent.* caret copula Ms. D'Orv. ut et mox ῥῶ ideo. J. Bos.—2 Pith. *objectata*: male. *Id.*—3 D'Orv. *luxurio.* *Id.*—4 *Post annos tredecim.* Infra duobus locis ait *quatuordecim*: et ita hic censeo legendum. *Casaub.* Recte. *I'ric.* Non distincte satis videre possum, an *xiiii.* ex Pith. cod. notatum sit, an pro var. tantum lect. ex conj. *Casauboni.* Utut est, non dubitavi id rescribere propter evidentiam. Facile omitti potuit una lineola in ejusmodi scriptura per numeros: quare malui librario errorem ascribere, quam ipsi Auctori, qui bis infra *quatuordecim* dixit, pag. 513.

#### NOTÆ

brum de Deo Socratis.

<sup>a</sup> *Platonis ῥὸ ἀγὰθόν* Quia Plato multa de Diis disserere solitus erat non in vulgus nota, ideo visus est imperitis novos Deos comminisci, quos sub novorum verborum involuero celebraret. Notum porro quid sit in Academia ῥὸ ἀγὰθόν.

<sup>b</sup> *Ab illis* Apuleii adversariis, Æmiliano ejusque advocatis.

<sup>c</sup> *Post annos quatuordecim* [*tredecim*] *viduitatis* Recte *Casaubonus* observat sequentia poscere hic *quatuordecim*, non *tredecim*; infra enim duobus locis ait 'quatuordecim.'

<sup>d</sup> *Scripsit, nescio quid, in epistola* Il-

videbatur? <sup>5</sup> Quasi quisquam debeat causas alienæ sententiæ reddere. At enim <sup>6</sup> major natu non est juvenem aspernata. Igitur hoc ipsum argumentum est, nihil opus a Magia fuisse, ut nubere vellet mulier viro, vidua cœlibi, <sup>7</sup> major minori. <sup>8</sup> Jam et illa similia: Habet quiddam <sup>9</sup> Apuleius domi, quod secreto <sup>1</sup> colit. Quasi non <sup>2</sup> id potius crimen sit, quod colas non habere. Cecidit præsentē Apuleio puer. Quid enim si juvenis, quid si etiam senex assistente me corruisset? vel morbo corporis impeditus, <sup>3</sup> vel lubrico soli prolapsus? Hiscine <sup>4</sup> argumentis Magiam probatis? casu pueruli, <sup>5</sup> et matrimonio mulieris, et obsonio piscium? Possem equidem, bono periculo, vel his dictis contentus

*utlus obstringatur ad proferendas rationes consilii alieni. Sed illa non respuit juvenem, quamvis esset grandior ætate. Ergo hoc ipsum probat Magiam nullatenus fuisse necessariam, ut ipsa, quæ erat fœmina, vellet nubere viro; quæ erat vidua, vellet nubere cœlibi; quæ erat grandior natu, vellet nubere minori. Hac etiam similia sunt: Apuleius habet aliquid domi, quod adorat clanculum, quasi hoc non sit potius crimen, nihil habere quod adores. Puer lapsus est coram Apuleio. At quid foret, si adolescens, aut etiam senex cecidisset me præsentē, aut correptus ægritudine corporis, aut lapsus propter solum lubricum? An ostenditis crimen Magiæ his probationibus? Lapsu pueri, et nuptiis mulieris, et emtione piscium? Certe possem secure finire meam orationem, contentus iis tantum quæ dixi. Sed, quia mul-*

et 535. Ed. Flor. J. Bos.—<sup>5</sup> Sic Lipsius scribendum censuit. Vulgo erat, *quod si vid.* Unde ego etiam, *quod sic vid.* vel, *quia sic vid.* Colvius. Vianum esse dicitur, cujus ratio non apparet. Servius in Virg. iii. Æn. Brant. Optime Philom. Pisanus in Ed. Junt. post. addicentibus Mss. rescripsit *quod sibi videbatur.* Opponuntur t̃q̃ 'sibi' sequentia 'causas alienæ sententiæ reddere.' Quare male Lat. Latin. *quod non videb.* et Colv. *quod vel quia sic vid.* J. Bos.—<sup>6</sup> Ms. D'Orv. *ac enim.* Postea *rd vellet* non est in Pith. Id.—<sup>7</sup> Corrupte Ed. Junt. post. *celebri.* Id.—<sup>8</sup> *Major juniore.* Ita Edd. O. Sed Ms. D'Orv. *major minori:* recte. E Glossa est *rd juniore.* Adi Oudend. ad Sueton. Calig. 1. et ad Nostri Metam. lib. iv. p. 300. a. Id.—<sup>9</sup> Ms. D'Orv. *habet quidequæ.* Ed. Vic. *habet quidem.* Id.—<sup>1</sup> Ita Rom. Alii *sanctæ.* Casaubonus. Ita v. c. Sciopp. in *Symb.* Sic Geminianus Ethnicus domi coluit centum simulacra, ut notat Vicentius in Speculo Hist. lib. xii. c. 41. *Elmenh.* Si Scioppio fides, *secreto* extare in Fulv. Cod. id præferam (vid. infra pag. 494. Ed. Flor.), atque ita exhibent Cas. cum seqq. præter Vulc. Edd. sec. tert. in quibus *sanctæ*, quod extat in Mss. Florent. Pith. et Edd. vet. excepta Rom. In Ms. D'Orv. *sta.* Sane, si *secreto* legas, desideres forte, in seqq. illis, *quod colas non habere*, de secreto cultu verbum additum fuisse. J. Bos.—<sup>2</sup> Pith. *q̃ sind.* Id.—<sup>3</sup> *Lege impetitus*, i. e. morbi cujusdam paroxysmo correptus. Acidal.—<sup>4</sup> Ms. D'Orv. *hiscine*, et statim *comprobat.* J. Bos.—<sup>5</sup> *Casu puerili.* Ita Mss. et editi. Salpn. margini allevit *pueruli.*

## NOTÆ

lud quid fuerit, infra videbitur.

perorare. Quoniam tamen <sup>6</sup> mihi pro accusationis longitudine largiter aquæ superest, <sup>7</sup> cedo, si videtur, singula consideremus. <sup>8</sup> Atque ego omnia objecta, seu vera, seu falsa sint, non negabo: sed perinde, atque si facta sint, fatebor; [451] ut omnis ista multitudo, quæ plurima undique ad audiendum convenit, aperte intelligat, nihil in philosophos non modo vere dici, <sup>9</sup> sed ne falso quidem posse confingi, quod non ex innocentiae fiducia, quamvis liceat negare, tamen habeant <sup>9</sup> potius defendere. <sup>8</sup> Primum igitur argumenta eorum convincam, <sup>1</sup> ac refutabo, nihil ea ad Magiam pertinere: deinde, etsi maxime Magus forem, tamen ostendam,

*tum temporis mihi restat pro longitudine accusationis; age sis, dispiciamus singula. Et ego quidem nihil negabo eorum quæ protulisti adversum me, sive illa sint vera, sive falsa: sed confitebor ea quasi gesta fuerint; ut tota hæc turba, quæ tanto numero confluit ex omnibus locis audiendi causa, cognoscat manifesto, nihil posse non modo vere dici, sed ne excogitari quidem falso adversus philosophos, quod, quamvis possint negare, non existiment tamen satius esse tueri propter confidentiam, quam eis dat sua innocentia. Convincam ergo primum, et refellam probationes eorum, ostendendo eas nullatenus spectare ad Magiam: postea demonstrabo, quamvis eorum.*

~~~~~

Verissime: pueruli . . . mulieris . . . piaculum. Sic solet Apuleius. *Id.*—6 Non est in Mss. Pith. et D'Orv. qui caret quoque mox pro. *Id.*—7 Al. *largitur atque superest.* Vid. Not. Var.—8 Ms. Bemb. *singula largiter consid. e va. præced.* Mox pro *falsa* sint D'Orv. *f. sunt.* Deinceps pro *falso* Pith. *falsæ.* J. Bos.—9 Al. *creant.*—1 Mss. Pith. *eo,* D'Orv: *commutat.* Alii distinguunt (;) post *refutabo.* Notanda locutio: *refutabo ea pertinere:* ut *æp.* pag. 645. 'hoc refutabimus aliter dici.' Statim pro *deinde* Pith.

NOTE

⁶ *Largiter aqua superest*] In clepsydra, qua mos erat orandi spatium definire. Vide quæ de clepsydra diximus sub initium lib. Metam. III. pag. 73. Dixit autem 'pro longitudine accusationis;' quia in causis capitalibus spatium concedebatur reo, ad diluendas accusationes, sesquialterum illius, quod accusatori concessum fuerat: ut docent Plin. in Epistolis, et Asconius ad Verrinam 3^m. unde ex longitudine orationis accusatorum suorum prospiciebat plurimum aquæ et temporis sibi superesse.

⁷ *Nihil in philosophos non modo vere*

dici, &c.] Fastu et arrogantia, Philosophis Ethnicis familiari.

⁸ *Tamen habeant potius defendere*] Superba temeritas. Vera innocentia objecta sibi falso crimina cum accusatoribus suis damnat: atque in id unum nervos omnes intendit, ut ea probet a se esse aliena. Attamen non Magiam defendere hic aggreditur Apuleius, sed ostendere parat, ea omnia, quæ vulgo tanquam ad Magiam spectantia infamantur, nihil ad eam pertinere, si res æqua et docta lance perpendatur.

neque causam ullam, neque occasionem⁴ fuisse, ut me in aliquo maleficio experirentur. Ibi etiam de falso invidia,⁵ deque epistolis⁴ mulieris perperam lectis, et nequius interpretatis, deque matrimonio meo ac Pudentillæ disputabo: idque a me susceptum officii gratia, quam lucri causa,¹ docebo. Quod quidem matrimonium nostrum Æmiliano huic immane quanto angori⁵ quantæque invidiæ fuit.⁶ Inde omnis hujusce⁷ accusationis obeundæ ira et rabies, et denique insania exorta est. Quæ si omnia palam et dilucide ostendero; tunc denique te, Claudi Maxime, et omnes, qui adsunt, contestabor, puerum illum Sicinium⁸ Pudentem, privignum meum, cujus obtentu et voluntate a patruo ejus accusor, nuperrime curæ meæ ereptum,⁹ [452] postquam frater ejus Pontianus et natu major¹ et moribus melior diem

in primis Magus, nullam tamen fuisse causam, aut occasionem, cur deprehenderent me in aliquo maleficio. Disseram quoque ibi de falsa eorum invidia, et de literis mulieris illius, quas male legerunt, et pejus explicaverunt, et de connubio meo et Pudentillæ, et ostendam illud initum fuisse a me potius ad præstandum ei officium, quam propter quantum. Quod quidem nostrum connubium, incredibile est quantum cruciatum animi, et quantam invidiam attulerit huic Æmiliano. Omnis furor et rabies ac denique vesania suscipiendæ hujus delationis illius nata est. Quæ omnia si demonstravero aperte et clare, tunc denique testem te appellabo, Claudi Maxime, et universos astantes, adolescentem illum, Sicinium Pudentem, meum privignum, cujus nomine et consensu patruus ejus me accusat, nuperrime subtrahunt fuisse meæ curæ, post mortem fratris ejus Pontiani, qui erat ipso major ætate et probior vita, et exasperatum adeo impie adversus me et ma-

~~~~~

*demum. J. Bosscha.—2 Ms. D'Orv. actionem. Id.—3 Vid. Not. Var.—4 Ed. Vic. inepte epulis. Pro perperam Ms. Pith. perpea. J. Bosscha.—5 Restitue ex v. antiquam phrasin: immane quantum. Wowerius. Παισιον βροχ. Vulgo immane quanto: male. Elmenh. Neque hic quicquam in textu mutavit Elmenh. Bene. Amm. Marc. xxv. 8. 'Immane quo quantoque ardore...festinabat.' Ms. Pith. humane. D'Orv. humano quanta augeri quantia. J. Bos.—6 Primum comparet hoc in Ed. Junt. post. Antea erit. Id.—7 Ms. Pith. hujusce: et mox rabiles: rā et dilucide ignorat D'Orv. Id.—8 Ms. Pith. Siccina. D'Orv. Sina. Id.—9 Ms. Pith. ereptum...Potentianus. Id.—1 Ita Junt. post. cum seqq. et Mss. In Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. de-*

#### NOTE

<sup>1</sup> De falso invidia] Casaubonus: 'An scripsit Auctor, de falsa invidia? an potius, Græcorum imitatione, falsam invidiam nove dixit, ut illi dicere possent ψευδέφρονες?'

<sup>1</sup> Officii gratia, quam lucri causa]

Hellenismus satis usitatus bonis scriptoribus. Deest particula, potius, aut magia. Plautus, Menæchmis: 'Quin vidua vivam, quam tuos mores perferam;' id est, vidua potius vivam, quam, &c.



suum obiit: atque ita in me ac matrem suam nefarie effratum, non mea culpa, desertis liberalibus studiis, ac repudiata omni disciplina, scelestis accusationis hujus rudimentis, patruo Æmiliano potius, quam fratri Pontiano, similem futurum. Nunc, ut institui, proficiscar ad omnia Æmiliani hujusce deliramenta, orsus ab eo, quod ad suspicionem Magiæ quasi validissimum in principio dici<sup>k</sup> animadvertisti, nonnulla me piscium genera per quosdam piscatores pretio quæsisse. Utrum igitur horum ad suspectandam Magiam valet? quodne piscatores mihi piscem quæsierunt? scilicet ergo phrygionibus aut fabris<sup>l</sup> negotium istud dandum fuisse:<sup>2</sup> atque ita opera cujusque artis permutanda, si vellem calumniis vestris vitare;<sup>3</sup> ut faber mihi piscem everreret,<sup>4</sup> ut piscator<sup>m</sup> mutuo lignum dedolaret? An ex eo intellex-

*trem suam, non culpa mea, missa fecisse studia honesta, et rejecisse omnem institutionem, et fore potius similem patruo suo Æmiliano, quam fratri Pontiano, ut conjicere est ex nefariis principiis hujus accusationis. Nunc pergam, ut capi, ad omnia deliria hujus Æmiliani, incipiens ab hoc, quod observasti dici initio, veluti efflaccissimum ad injiciendam suspicionem Magiæ: scilicet me conquisivisse pecunia quædam genera piscium, opera piscatorum. Quodnum ergo horum potest injicere suspicionem Magiæ? An quod piscatores investigaverunt mihi piscem? Nempe igitur cura ista committenda fuisset phrygionibus aut fabris, sique opera singularum artium fuissent commutanda, si voluissem effugere vestras calumnias; adeo ut faber mihi extraheret pisces, piscator autem rice versa mihi deasciaret lig-*

~~~~~

est et. Infra pro omni disc. Pith. omnis d. Id.—2 Elegantius hoc, quam quod in marg. Groslot. fuisset. Id.—3 Hanc lectionem, quam in Mss. Pith. et D'Orv. extare comperi, librariis non tribuendam, sed ut genuinam Auctori restituendam putavi. Editum antea calumnias vestras. Imitatus est Auctor in hac locutione, ut in aliis multis, Plantum. V. Gronov. Lect. Plaut. ad Curcul. II. 3. 19. p. 86. atque hæc causa fuit, cur in Flor. N. 21. illa 'hisce moramentis omnibus qui volunt devitari,' mutanda mihi non viderentur, licet Oudend. cum aliis Latina non esse pronuntiaret. Id.—4 Tò everreret adjecti ex Memb. Florentinis. Elmenh. Ut f. m. piscem, piscator. Manca lectio, quam feliciter ita e Florent. Elmenh. supplavit, ut f. m. piscem everreret, pisc. &c. Pric. Bene: et secuti sunt seqq. licet Pric. in textu rursus omiserit.

NOTÆ

^k Quasi validissimum in principio dici] Ex præscripto Rhetorum, qui validissima argumenta in principio et in fine orationis, leviora vero in medio collocanda esse præcipiunt: eo quod principium finisque orationis animis auditorum altius insideant.

^l Scilicet ergo phrygionibus aut fa-

bris, &c.] Nugatur otiose Apuleius, dum iis refellendis immoratur, quæ objicere nemini sano in mentem venerit.

^m Ut faber mihi piscem everreret, piscator, &c.] 'Everrere' proprie hic dicitur: unde 'everricalam' rete illud piscatorium, quod a Græcis σαρφηρι.

istis, maleficio quæri pisciculos,⁵ quod pretio quærebantur? Credo, si convivio⁶ vellem, gratis quæsissem. Quin igitur etiam⁷ ex aliis plerisque me arguitis? Nam sæpenumero et vinum, et olus, et pomum, et panem pretio mutavi. Eo pacto cupedinariis⁸ omnibus famem decernis. Quis enim⁹ ab illis obsonare audebit? siquidem statuitur, omnia edulia, quæ depenso parantur, non cœnæ, sed Magiæ, desiderari.* [453] Quod si nihil remanet suspicionis, neque in piscatoribus mercede invitatis ad quod solent,³ ad piscem capiendum; quos tamen nullos ad testimonium produxere;⁴ quippe qui nulli fuerunt; neque in ipso pretio rei venalis, cujus tamen quantitatem nullam taxavere,⁵ ne, si mediocre pretium dixissent, contemneretur; si plurimum, non crederetur; si in his, ut dico, nulla suspicio est, respondeat

num? An vero cognovistis piaces investigari ad opus Magicum faciendum, quia emebantur mercede? Emissem absque pecunia, puto, si voluissem habere ad convivium celebrandum. Quidni ergo me accusatis quoque ex plerisque aliis rebus? Comparavi enim sæpissime pecunia vinum, et herbas, et fructus, et panem. Hoc modo indicis esuriam universis cupedinariis. Nam quis audebit emere obsonia ab eis, si decernitur omnes cibos, qui emuntur numerata pecunia, non quæri ad carum instruendam, sed ad Mugiam exorcendam? Quod si nulla suspicio superest, neque in piscatoribus permotis pretio ad id quod consueverunt facere, nempe ad capiendum piscem, (quorum tamen nullos adduxerunt in testimonium, qui nulli recera fuerunt), neque in ipso pretio rei vendita, cujus tamen pretii nullatenus designaverunt magnitudinem, ne, si pronuntiassent pretium modicum, illud sperneretur, si vero dixissent magnum, fides non haberetur; si nulla suspicio est in his, ut dico, Æmi-

Margini alleverat jam Salm. et consentiunt in eo vel everteret Mss. reliqui. De confusione τὰν verrere et vertere vid. VV. DD. ad Sil. It. xiv. vs. 262. J. Bos.—5 Ed. Ald. prisc. Scriv. pisculos. Id.—6 Pith. sed convivio. Id.—7 Ms. D'Orv. Jam ig. sed centies sic apud Nostrum quin: τὰ etiam negligenter omisit Floridns. Id.—8 Vulg. cupedinariis.—9 Quis enim. Absunt Pith. In D'Orv. quod. Ed. Vic. caret quoque enim. J. Bos.—1 Pith. abson. D'Orv. audebitur. Pith. mox edilia. Id.—2 Fulvius: destinari. Sciopp. in Symb. Alii destinari: recte. Elmenhorstius. Valeat Fulviana lectio destinari. Infra 'Desiderata ad res venereas marina obscœna.' Pric. Scriv. destinari. J. Bos.—3 Correxerim, id quod solet. Colvius. V. Fulvii atque solent. Scribe: mercede irritata, quod solent, ad piscem cap. Wowerins. Ad piscem capiendum a manu procul dubio glossographi. Brant. Td id Wower. non male expungendum censet. Pric. Ad quod solent constans est editionum ante Elmenh. lectio; qui tacite e conj. Wowerii ejecit ad, cum Scriver. pro quo Pric. et Flor. dedere id. Veterem lectionem tenent Mss. e quibus Fulv. et Pith. habent atque solent: τὰ ad piscem capiendum uncis inclusit Scriv. atque ea a Glossatore esse profecta censebat, cum Brantio, Putschins, teste Jongermanno Ep. 31. inter Gudian. p. 363. quod et mihi maxime aridet. Non temere tamen talia ejicienda. J. Bos.—4 D'Orv. produxit: scil. Æmilianus; ut statim: 'respondeat mihi Æmilianus:' sed supra: 'intellexistis... arguitis,' &c. Id.—5 Ed. Ald. Mss. Pith. D'Orv. nullum. Pith. trax. Id.—6 Hoc

mihi *Æmilianus*, quo proximo signo ad accusationem *Magis* sit inductus. *Pisces*, inquit, quæris. Nolo negare. Sed oro te, qui pisces quærit, *Magus* est? Equidem non magis arbitror, quam si lepores quæreret,⁶ vel apros, vel altilia. An soli pisces habent aliquid occultum aliis,⁷ sed *Magis* cognitum? Hoc si scis quid sit, *Magus* es profecto: sin nescis, confitearis necesse est, id te accusare, quod nescis. Tam rudis⁹ vos esse omnium literarum, omnium denique vulgi fabularum, ut ne fingere quidem possitis ista verisimiliter? Quid enim competit ad amoris ardorem accendendum piscis brutus et frigidus, aut omnino res pelago quæsit?^a Nisi forte hoc vos ad mendacium induxit,² quod *Venus* dicitur pelago exorta.^o Audi sis, *Tannoni Pudens*,³ quam multa nescieris,

lianus dicat mihi, quò iudicio manifesto impulsus sit ad accusationem Magis. Quæris pisces, inquit; nolo negare. Verum dic, quæso, an ille est Magus, qui quærit pisces? Non puto sane me potius esse Magum, quam si investigarem lepores, aut apros, aut volatilia. Soline pisces habent aliquid absconditum aliis, et notum Magis? Si nosti quid illud sit, certe tu es Magus; si vero ignoras, oportet ut fatearis te accusare id, quod ignoras. Vosne esse adeo ignaros omnium disciplinarum, denique omnium fabularum popularium, ut ne queatis quidem ista comminisci probabiliter? Nam quid piscis stupidus et frigidus, vel ulla prorsus res petita ex mari, confert ad excitandam flammam amoris? Nisi id forsitan vos impulserit ad mentendum, quod Venus fertur nata fuisse e mari. Ausculta, si vis, Tannoni Pudens, quam

dedi ex Ms. D'Orv. Vulgo: quærerem. Pro lepores Mss. Pith. D'Orv. Ed. Vic. leporem. Id.—7 Edd. Junt. pr. Ald. Bas. pr. alis. Id.—8 *Sen magis*. Edit. omnes, præter usam Bas. 2. sed *magis*. Colvius. Immo Mss. quoque (Pith. æt, de more, at Fulv. et) cum Casaub. Pric. Flor. et Salm. in marg. neque causam video cur id mutarint aut in *sen* Colv. e Bas. sec. Vale. Elm. et Scriv. ant in et Wow. J. Bos.—9 Sic Mss. pro *rudes*, ut editum. Id.—1 Pith. *flagrare*; et paulo infra *brutusque et frig.* ut aliquoties apud Ap. Id.—2 *Induxerit*. Mss. Pith. D'Orv. induxit. Bene: atque editum ita in Ed. Junt. post. Sic solet Ap. Vide supra ad pag. 423. Ed. Flor. cf. Cic. de Fato, c. 16. sed cum conjunct. idem de Sen. c. 10. 'nisi forte adolescentes pueritiam... debeant requirere.' Id.—3 Ita cum Pithæo correximus. Vulgo: *tam non impulsus*. Colvius. Flor. *annon impulsus*. male. Elmenh. Ms. D'Orv. *audi acis*

NOTÆ

^a Quid enim competit ad a. a. a. *piscis brutus et frigidus, aut omnino res p. 4.]* Attamen Hesychius ex *Æsopo* quodam refert *Asteriten* lapidem, qui in *Pane* cetaceo pisce invenitur, ad *philtrum* valere. Simile tradit *Aristoteles* de *Echeneide* pisce, in lib. II.

de *Animal.* cap. 14. item *Ælianus*, de *Mustela marina*, *Variar. Histor. lib. xv. cap. 18.*

^o Quod *Venus* dicitur pelago exorta] *Metam. II.* 'Mari edita, fluctibus educata.'

qui de piscibus argumentum Magiæ recepisti. [454] At si Virgilium legisses, profecto scisses, alia quæri ad hanc rem solere. Ille enim, quantum scio, enumerat vittas molles,^p et verbenas pinguis, et thura mascula,^q et licia discolora: præterea laurum fragilem, limum^r durabilem, ceram liquabilem: nec minus, quæ jam in opere serio scripsit,^{6r}

Falcibus et messæ⁷ ad Lunam quærantur ænīs⁸

Pubentes herbæ, nigri cum lacte veneni;

Quæritur et nascentis equi de fronte revolsus,⁹

Et matri præreptus amor.^{*}

At tu, piscium insimulator, longe diversa instrumenta Magis attribuis: ¹ non frontibus teneris detergenda, ² sed dorsis

multa ignoraveris, siquidem sumisti probationem Magiæ ex piscibus. Verum, si legisses Virgilium, cognovisses sane alia solere conquiri ad eam rem. Nam ille, quantum memini, recenset molles tannias, et verbenas unctuosas, et thura mascula, et illa variorum colorum: insuper laurum fragilem, lutum quod durescit, ceram quæ liquescit: similiter, et quæ scripsit in opere gravi: Quærantur etiam herbæ adhuc teneræ resectæ ad Lunæ lumen Falcibus æneis, cum succo veneni atri. Quæritur quoque amor extractus ex fronte pulli nascentis, Et subductus matri. Sed tu, accusator piscium, assignas Magis instrumenta valde discrepantia, non revellenda ex teneris frontibus pullorum, sed resecunda ex tergis asperis piscium:

Tannoni Pudens. Pith. tamudi imudens. Edd. Colv. Cas. Tantonni Pud. Pro nescieris Ed. Vic. nesciens. J. Bos.—4 Al. mobiles.—5 D'Orv. lignum. Pith. limum. Virg. Ecl. viii. vs. 80. 'Limus ut hic durescit, et hæc ut cera liquescit.' J. Bos.—6 Sic Mss. et Edd. præter Vic. Cas. Pric. in op. scr. serio. Id.—7 Sic Pric. Scriv. Flor. cum Virgilio lib. iv. Æn. vs. 513. Reliquæ Edd. (etiam Bip.) et messe cum Mss. et Cod. Franc. apud Virgil. sed damnat eam lectionem vel ipse Apul. statim 'falcibus metenda.' Id.—8 Ita Mss. Apul. et Virgil. plerique. Edd. alienis. Pro pubentes Ms. D'Orv. pudentra. Id.—9 Ms. D'Orv. revolsus. vs. seq. id. præreptus cum uno Cod. Virg. sed v. Heynium in Var. Lect. Ed. Vic. mater. Id.—1 Ms. D'Orv. ut tribuis. Id.—2 Al. dete-

NOTÆ

^p Enumerat vittas molles [molles, &c.] In Ecloga illa, cui nomen Pharmaceutria, versus ejus sunt: 'Effer aquam, et molli cinge hæc altaria vitæ, Verbenasque adole pingues, et mascula thura,' &c.

^q Et thura mascula] Duplicis generis thurs est, mas et fœmina. Thure tantum masculo utebantur in sacris.

^r Quæ jam in opere serio scripsit]

Lib. iv. Æneidos, ex quo desumpti sunt versus hi, ab Apuleio relati.

^{*} Nascentis equi de fronte revolsus, Et matri præreptus amor] Hippomanes, de quo Plin. lib. viii. cap. 42. 'Et sane equis amoris innasci veneficium, hippomanes appellatum, in fronte, caricæ magnitudine, colore nigro: quod statim edito partu devorat fœta, aut partum ad ubera non admittit.'

squalentibus excidenda:³ nec fundo revellenda,⁴ sed profundo extrahenda: nec falcibus metenda, sed hamis inuncanda.⁵ [455] Postremo, in maleficio⁶ ille venenum nominat,⁷ tu pulmentum:⁸ ille herbas et surculos, tu squamas et ossa: ille pratum decerpit, tu fluctum scrutaris.⁹ Memorassem tibi etiam Theocriti paria,⁷ et alia Homeri, et Orphei plurima, et ex comœdiis et tragœdiis Græcis et ex historiis multa repetissem; ni⁸ te dudum animadvertissem Græcam Pudentillæ epistolam legere ne-

neque extrahenda ex humo, sed educenda ex mari: nec secunda falcibus, sed figenda hamis. Denique, ille venenum vocat in magico incantamine, tu vero minuat: ille nominat herbas et ramulos, tu squamas et ossa: ille spoliât pratum, tu perscrutariis undam. Recitasset etiam tibi similia ex Theocrito, et alia ex Homero, et permulta ex Orpheo; resumissem quoque plurima ex comœdiis et tragœdiis Græcis, atque etiam ex historiis, nisi jam pridem observavissem te non potuisse legere epistolam

~~~~~

*genda.*—3 *Excidenda.* Malim, *excidenda.* Colvius. Rom. et Flor. *excidenda.* Elmenhorstius. Sequor lectionem Colvii *excidenda.* Florid. 2. 'Lingua excidenda est.' Miles. v. 'Ferro caput excideres meum.' Pric. Edd. pleræque *excind.* Aliæ *excind.* Mss. Florent. Pith. D'Orv. *excidenda.* De hac variatione v. Oudend. ad Met. lib. v. p. 364. b. J. Bos.—4 Ms. D'Orv. *fundo revellenda*, et mox *falcibus.* Edd. Vic. Ven. *revellenda.* Id.—5 Vid. Not. Var.—6 Præpositionem ignorat Pith. in quo *ptum* pro *pratum.* J. Bos.—7 Pith. *Theocriti patriam:* in eod. *ex comœd.* sine copula. Id.—8 Ita Edd. vet. Colv. Vulc.

#### NOTÆ

<sup>3</sup> *Sed dorsis squalentibus excidenda* [*excidenda*] Proprie vocat piscium dorsa 'squalentia': nam, ut ait Gellius, lib. II. cap. 6. 'Squalere dictum est, a squamarum crebritate asperitateque, quæ in serpentium piscinumque coriis visuntur, &c. Accius in Pelopidis ita scribit: 'Ejus serpentis squamæ squalido auro et purpura prætextæ.' Quicquid igitur nimis inculcatum obsitumque aliqua re erat, ut incuteret visentibus facie nova horrorem, id squalere dicebatur, &c. Sic in corporibus incultis squamosisque alta congeries sordium squalor appellatur, cujus significationis multo assiduoque usu totum id verbum ita contaminatum est, ut jam squalor de re alia nulla, quam de solis inquinamenti dici cœperit.'

<sup>4</sup> *Nec fundo revellenda*] Ut radices, quæ ex terra evelluntur.

<sup>5</sup> *In maleficio ille venenum nominat*] Hoc versu Pharmaceutriæ: 'Has herbas atque hæc Ponto mihi lecta venena Ipse dedit Mæris,' &c.

<sup>6</sup> *Tu pulmentum*] Id est, pisces ex quibus pulmenta fiunt. Horat. Sat. I. 'Laudas, insane, trilibrem Mullum, in singula quem minnas pulmenta necesse est.'

<sup>7</sup> *Tu fluctum scrutaris*] Melius forsân *fretum* (quod est Colvio visum): melius enim respondet voci 'pratum,' cui opponitur, et magis proprie dicas *scrutari fretum*, quam *fluctum.*

<sup>8</sup> *Theocriti paria*] Ex ejus *ἑρμῆς*, quam pæne ad verbum Maro transtulit.

quivisse. Igitur unum etiam poëtam Latinum attingam ;  
versus ipsos,<sup>a</sup> quos agnoscent, qui Lævium<sup>9</sup> legere :<sup>b</sup>

Philtra omnia undique eruunt.<sup>c</sup>

Antipathes illud quæritur. [456]

Trochilisci, unguës,<sup>d</sup> tæniæ,<sup>e</sup>

*Græcam Pudentillæ. Ergo delibabo adhuc aliquid ex uno poëta Latino. Ecce ipsa ejus carmina, quæ illi recognoscent qui legerunt Lævium : Investiga illud antipathes : Nam expromunt undique omnia amatoria. Parvi trochi, motacillæ,*

Elm. Wow. Scriv. cum Mss. Florent. et D'Orv. In reliquis nisi. Id.—9 Al.

NOTE

<sup>a</sup> *En versus ipsos*] Particulam *En* supplevi, auctore Pricæo.

<sup>b</sup> *Qui Lævium [Lævium] legere*] Ignoratur quis sit ille Lævius poëta, de quo alibi nulla mentio. Scaliger putat scribendum esse *Lævium*, cujus Festus hoc refert in 'Redivia : 'Scabra in legendo vediviosaque offendens.' Cui eo facilius assentior, quod *ἐρωταγύνα* scripsisse lego apud Gellium, lib. II. cap. 24. ubi de Lege Licinia : 'Hujus legis,' inquit, 'Lævius poëta meminit in Erotopæguis, &c. 'Lex Licinia introducitur, Lux liquida hædo redditur.' Qui versus etiam persimiles sunt iis, quos hic refert Apuleius, Iambicus nempe dimetri. Unde et hos ex eadem *ἐρωταγύνα* serie desumptos libens crediderim.

<sup>c</sup> *Philtra omnia undique eruunt*] Mirum quam varia super his versibus senserint innumeri pæne critici. Quæ mihi verisimillima videtur sententia, atque a doctioribus stabilita, eam præferam. Versus illos sic ordino et scribo :

*Antipathes illud quærito.*

*Philtra omnia undique eruunt.*

*Trochisci, iynges, tæniæ,*

*Alterplices, bicolores,*

*Radiculæ, herba, surculi, hin-*

*nentium dulcedines.*

Sabmasius Notis ad Solinum emendat

*Delph. et Var. Clas.*

*Apul.*

et reponit primum versum, ut fecimus. Et sane, si aliter legas, quo modo, aut quo sensu Antipathes philtris annumerabis ? siquidem illud odium et aversionem creat, hæc amorem conciliant. Hoc antipathes Pricæus intelligit *μᾶλυ*, alexipharmacum illud longe decantatissimum, quo Mercurius Ulyssæm munit adversus Circe. Verum ego potius intellexerim de Antipathe lapide, cujus meminit Plin. lib. XXXVII. cap. 10. his verbis : 'Antipathes nigra non translucet. Experimentum ejus, si coquatur in lacte : facit enim hoc myrrhæ simile immissa. Eamque contra effascinationes auxiliari Magi volunt.' Hæc de Antipathe Plin. nec refert quod apud Apuleium neutro genere, apud Plinium vero fœmineo efferatur. Nihil enim obstat, quominus et *τὸ ἀντιπαθὲς*, et hæc antipathes, gemma dicatur. Sensus igitur est : 'Quære tibi lapidem illum Antipathem, qui contra effascinationes auxiliatur ; nam scrutantur et eruunt undique omnia philtra (veneficæ quæpiam mulieres), quibus te fascinent,' &c.

<sup>d</sup> *Trochilisci, unguës [Trochisci, iynges]* *τροχίσκος*, rota, orbis ; et *τροχίσκος*, rotula, seu orbiculus est. Iynges vero, *ἰνγες*, aves sunt, motacillæ dictæ, quibus Scholiastes Theocriti et alii scribunt vim inesse amatorii phil-

4 T

Radiculæ, herbæ, surculi,<sup>1</sup>  
 Sauri, illices<sup>2</sup> bicodulæ,  
 Hinnientium<sup>3</sup> dulcedines.<sup>4</sup>

Hæc et alia quæsisse me potius, quam pisces, longe verisimilius confinxisses, (his etenim fortasse per famam pervulgatam fides fuisset,) si tibi ulla eruditio affuisset. Enimvero piscis ad quam rem faciat [457] captus, nisi ad epulas coctus? ceterum ad Magiam nihil quicquam videtur mihi adjutare.<sup>4</sup> Dicam unde id conjectem.<sup>5</sup> Pythagoram

licia Duplicia, duplicis coloris, Parvæ stirpes, herbæ, ramuli, Amores equarum conquiruntur. *Commentus fuisses multo probabilius me investigasse hæc, et alia ejusmodi potius, quam pisces (nam creditum fuisset forsan illis rebus propter famam quæ inolevit de ipsis), si habuisses aliquam cognitionem literarum. Nam piscis captus ad quid conducit, nisi ad epulas, cum coctus est? porro nihil conducit ad Magiam. Dicam unde hoc conjiciam, licet nihil videatur conferre ad causam*

~~~~~

Lælium.—1 Flor. *surculis*. Elmenhorstius. D'Orv. *succuli*. Eadem confusio infra. Male: nam *succus* in Mss. per nomen c scribitur. J. Bos.—2 Vid. Not. Var.—3 Al. *Hinnientum*.—4 Vid. Not. Var.—5 Flor. *Zoroastri*. Elmenh.

NOTÆ

tri, atque ideo omnia in amorem impellentia *λυγγας* dici. Trochos autem seu orbiculos signatissime iungibus adjunxit: nam et simul positos reperias in usu magico, ut probat ex Pindari Scholiaste Casaubonus: et ex Tzetzæ Præxus.

* *Tæniæ*] Adde post hoc vocabulum versiculum, *Alterplices bicolores*. Tæniæ illæ sunt licia, de quibus in Virgiliana Pharmaceutria: 'Terna tibi hæc primam triplici diversa colore Licia circumdo.' Hic non terna, sed duplicia licia, et duplici tantum colore diversa memorat Lævius: hoc enim sunt *tæniæ Alterplices bicolores*. Festus 'alterplicem' duplicem exponit: et *bicolores*, minus frequens vocabulum, pro frequentiori, *bicolores*, ponit. Varias hujus versiculi mutationes et interpolationes omitto brevitatæ causa. Potest etiam ferri vulgata lectio, paucioribus immutatis, nempe *Auræc illices bitortilæ*; ita ut

intelligatur tæniæ illas esse ex auro, et bis tortas, et præterea vim habere illiciendorum ad amorem animorum.

* *Hinnientium dulcedines*] Hippomanes, quod in versibus Virgilianis superius ab Apuleio relatis dicitur: 'Nascentis equi de fronte revulsus, Et matri præreptus amor.' Post hos versiculos alium fuisse intellige, in quo esset verbum 'quærantur,' aut 'colliguntur,' aut aliud simile, quod ad explendum sensum desideratur.

* *Quicquam videtur mihi ad*. [*quamquam videatur nihil adjutare*] *Dicam unde id conjectem*] Potest ferri hæc lectio, ita ut hæc verba, *Quamquam videatur nihil adjutare*, parenthesi aut duabus virgulis inclusa intelligantur. Sensum expressi in interpretatione. Acidalius tamen loco *roû Quamquam* reponit, paucis immutatis literis, *Quam quæ*: quæ mutatio sensum efficit satis planum; scilicet, 'Quam (Magiam) quare piscis videatur nul-

plerique Zoroastri⁵ sectatorem,^h similiterque Magiæ peritum arbitrati, eum memoria⁶ prodiderunt, cum animadvertisset proxime⁷ Metapontum,ⁱ in littore Italiæ suæ, quam subcivam^k Græciam^l fecerat, a quibusdam piscatoribus everriculum⁸ trahi, fortunam jactus ejus emisse:^m et pretio dato, jussisse illico piscesⁿ eos, qui capti tenebantur, solvi retibus, et reddi profundo. Quos scilicet eum de manibus amissurum non fuisse,⁹ si quid^l in his utile ad Magiam comperisset. Sed enim vir egregie doctus, et veterum

meam. Plerique putaverunt Pythagoram secutum fuisse doctrinam Zoroastriæ, et fuisse quoque gnarum Magicæ artis; et scriptum reliquerunt, eum, cum vidisset quosdam pisces trahentes sagenam prope Metapontum in ora Italiæ, quam sibi reddiderat alteram Græciam, emisse sortem illius jactus: et, persoluto pretio, imperasse statim ut illi pisces, qui tenebantur capti, laxarentur ex retibus, et remitterentur in mare: quos nempe non verisimile est eum dimissurum fuisse ex suis manibus, si cognovisset aliquid esse in illis conducibile ad Magicam artem. Verum vir

Quod admisit Florid. cum Elmenh. contra reliquos Mss. et Edd. e quibus Vic. Zoroastre. v. supra. J. Bos.—6 Venetiis eusnm, tamen memoria. Colvius. Flor. tamen memoria. Elmenh. Pith. D'Orv. quoque tamen. Frequentis hujus constructionis 'Pythagoram...enm,' &c. vide exempla apud Ondend. ad Flor. N. 7. p. 23. a. Dein memoria exhibent Edd. Junt. Ald. Bas. Colv. Vnlc. Elm. Scriv. Bip. quod sequor, auctoritate Mss. Florent. et sic citat locum Ondend. ad Cæs. de B. G. v. 12. 'memoria proditum dicunt:' ubi vide. J. Bos.—7 D'Orv. maxime. Id.—8 Ms. D'Orv. reticulum: e glossa. Id.—9 Scribam, Quos scire licet eum de manibus missurum non fuisse. Casaubonus. Vulgo quos scire licet. Elmenhorstius.—1 Ms. D'Orv. si quidem, deletis rois

NOTE

latenus adjuvare, dicam unde ego conjicio.

^h Zoroastri sectatorem] Sensu, quo exposui; neque enim ejus auditor esse potuit, utpote multis sæculis ipso junior.

ⁱ Proxime Metapontum] Oppidum est Italiæ in Sinu Tarentino, a Pylis conditum, qui illuc, Nestore duce, a Troja navigaverunt. Merandrius Ptolemæo.

^k Quam subcivam, &c.] Quia, ut refert Laërtius in ejus Vita, ex Ægypto rediens, cum Samum patriam suam a Polycrate tyranno occupatam offendisset, Crotonem Italiæ urbem petiit, leges Italici dedit, ibique ut plurimum philosophatus est:

unde et Italica dicta est ejus philosophia, cum Thaletis Ionica diceretur, ut habet idem Laërtius in Proœmio.

^l Græciam] 'Græcia exotica' Plauto in Menæchmis. Italiæ illa pars dicta vulgo est 'Magna Græcia;' complectitur Calabriam, et illas pæne omnes regiones, quas regnum Neapolitanum hodie dicimus.

^m Fortunam jactus ejus emisse] Hoc est: Quoscumque pisces illo retis jactu cepissent.

ⁿ Jussisse illico pisces, &c.] Pietate in illos pisces, quos ex *περὶ πύχθους* suæ doctrina humanis nostrorumque similibus animis informatos credebatur. Historiam hanc fusius narrat Plutarchus, Sympos. lib. viiii. Quæst. 8.

æmulator, meminerat, Homerum poëtam multiscium, vel potius cunctarum rerum apprime peritum, [458] vim omnem medicaminum non maris, sed terræ, scripsisse,^a cum de quadam saga ad hunc modum memoravit:°

Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχει φάρμακα μητιόεντα,
'Εσθλὰ, τὰ οἱ Πολύδαμνα πῶρον Θῶνος παρὰκοιτῆς,
Αἰγυπτίῃ τῇ πλείστα φέριε ζειδωρὸς ἄρουρα
Φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

Itemque³ alibi carminum similiter: P

'Ὡς ἄρα φωνήσας, πῶρε φάρμακον Ἀργειφόντης
'Εκ γαίης ἐρύσας.

Cum tamen nunquam apud eum marino aliquo et pisculento⁴ medicavit nec Protheus faciem,⁹ nec Ulixes scro-

summæ doctrinæ, et imitator priscorum, recordabatur Homerum poëtam, qui egregie callebat multas res, vel potius omnes, attribuisse totam virtutem pharmacorum non pelago, sed telluri: quando scripsit de quadam renefica hoc modo: Filia Jovis habebat talia pharmaca præsentia Bona, quæ ipsi præbuit Polydamna, uxor Thonis Ægyptia, cui alma tellus fert plurima Pharmaca, multa quidem bona mixta, multa vero perniciosa. Item in alio loco suorum poematum similiter: Ut vero eum vocavit interfector Argi [Mercurius], præbuit ei pharmacum, Quod traxerat e terra. Cum tamen nunquam reperias in ejus scriptis, neque Protheum infecisse eum vultum aliquo medicamine marino aut pisculento, neque Ulyssem

~~~~~

non fuisse. Id. Omerus. J. Bos.—2 *Terræ ascripsisse*. Male in vulgatis scripsisse. Casaubonus. Terra ascripsisse Fulvius. Sciopp. in *Symb.* Et heic infeliciter idem eximius vir legit *ascripsisse*. Auctori nostro nil solennius quam simplicia pro compositis ponere, et e converso: supra: 'Magiæ argumentum de piscibus recepisti.' Pric. Mss. et Edd. ante Casaub. itemque Gent. (nam Pricæus Casauboni emendationem retinuit cum seqq.) constanter habent non mari sed terræ scripsisse. Groslot. margini ascripsit n. maris sed t. scripsisse: levissima mutatione. Atque hoc unice verum puto, postquam Clar. Lennepius mihi indicavit Horatii locum l. 1. Epl. 9. vs. ult. 'Scribe tui gregis hunc.' J. Bos.—3 Ms. D'Orv. item. Id.—4 Pith. aliquot et pisculento. D'Orv. piscel. Floridus tacite edidit pisciculento, quasi a pisciculus: nam typhothetm id imputandum non videtur. Pisculentus est quoque apud Plant. Rud. iv.

#### NOTÆ

° Cum de quadam saga ad hunc modum memoravit] Lacunam sequentem Casaub. explevit versibus desumptis ex 'Odyss. Δ. vers. 227.

P Itemque alibi carminum similiter] Explet hanc lacunam idem Casaubonus versibus ex 'Odyss. K. vs. 302. sumtis. Tum hos, tum illos excudendos curavi, et in interpretatione ex-

posui. Lacunas has aliis versibus supplet Fulvius. Primam daobus sumtis ex 'Λυδ. Δ. quorum initium, Πρεσβυτάτην δὲ θυγάτηρ εἶχε, &c. Secundam vero decem petitis ex 'Odyss. Δ. Αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶκον βάλε φάρμακον, ἔνθεν ἔκρινον, &c. Reliquos vide apud Homerum.

9 Nec Protheus faciem] Per 'faci-

bem,<sup>r</sup> nec Æolus follem,<sup>s</sup> nec Helena crateram,<sup>t</sup> nec Circe poculum,<sup>u</sup> nec Venus cingulum.<sup>w</sup> [459] At vos soli reperti estis ex omni memoria, qui vim herbarum, et radicum, et sureulorum, et lapillorum, quasi quadam collatione naturæ, de summis montibus in mare transferatis, et penitus piscium ventribus<sup>7</sup> insuatis. Igitur ut solebat ad

*fossam, neque Æolum utrem, neque Helenam calicem, neque Circen potionem, neque Venerem suum balneum. Sed vos soli inventi estis ex omni ævo, qui transportetis, veluti quadam collatione naturæ, virtutem herbarum, et stirpium, et ramusculorum, et lapillorum, ex cacumine montium in mare, et insualis eam in intimis ventribus piscium. Quemadmodum ergo Mercurius translator animarum, et Venus*

2. 2. 'Qui salsis locis incolit piscinentis.' versus est Bacchiæus. Ex Catonis Originibus bis eam vocem citat Nonius cap. 2. n. 634. *Idem.* —5 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *folles*, cum Ms. Pith. In D'Orv. A. *Solem nec Bellona crateram.* Id.—6 D'Orv. *cragulum*, et mox *succulorum*, male; item *somnis* pro *summis*. Id.—7 *Lego, penitis pisc.* v. Colvius. Rom. et Florent. *penitus* p. v. Elmenhorstius. Scio Apuleium scripsisse *penitis*: et ita legam vel solitariis. Miles. v. 'Penitis præcordiis.' II. 'Penita mente conditum.' In de Deo Socr. 'Penitissimis mentibus.' Miles. VI. 'De summi fontis penita scaturigine.' Pric. Pith. ut *penitus*. *Penitis* conjecerant jam Lips. et Groslot. cum Stewechio ad Met. lib. v. p. 334. b. et, contra Mæstos etiam, assensum præbuere Editores, inde a Colviq. præter Casaubon. et Gentil. neque in textum admisit Pric. quamvis apprime probat. Revocavi ego veterem lectionem. Passim adjectivum *penitus* inculcare conantur Viri Docti, monente Oudend. ad Met. lib. II. p. 48. ubi vide et ad lib. VIII. p. 527. b. Apud Plant. quoque Cistell. I. 1. 65. restituendum ex Charisio *In latebras abscondas pectoris penitissime*: ubi vulgo *pectore penitissimo*. J. Bos.—

## NOTÆ

om' non tantum vultum hic intellige, sed totius corporis speciem et formam. Prothei varias formas vide 'Odüss. A. vers. 455. et seqq. et apud Virgilium, Georgic. lib. IV.

<sup>r</sup> *Nec Ulixes scrobem*] Quam 'Odüss. K. ex præscripto Circes fodit, cubitalem quaquaversam, in qua sacrificium faceret Plutoni, antequam ad Inferos descenderet Tiresiam consulturus.

<sup>s</sup> *Nec Æolus follem*] In quo inclusos ventos omnes, præter Zephyrum, Ulyssi tradidit; eodem libro 'Odüss. K. vers. 19.

<sup>t</sup> *Nec Helena crateram*] In qua vinum pharmaco temperabat, cujus ea vis, ut omnium malorum oblivionem induceret, et, qui ex eo bibisset, lacrymas toto illo die non posset pro-

fundere, ne si ei quidem mortui fuissent pater et mater. Vide 'Odüss. A. vers. 219. et seqq.

<sup>u</sup> *Nec Circe poculum*] Quo Ulyssis socios in sues mutavit: 'Odüss. K. vers. 230.

<sup>w</sup> *Nec Venus cingulum*] *Κεῖνδρ ἱδω-  
ρα*, cujus miras virtutes Homerus refert 'Iliad. X. vs. 223. et seqq. Apul. Met. II. 'balneum' vocat. 'Licet illa,' inquit, 'cælo dejecta, mari edita, fluctibus educata, licet, inquam, Venus ipsa fuerit, licet omni Gratiarum choro stipata, et toto Cupidinum populo comitata, et balteo suo cincta, cinnama fragrans, et balsama rorans, calva processerit; placere non poterit nec Vulcano suo.' Ad quem locum vide quæ diximus.

Magorum caerimonias advocari Mercurius carminum vector,<sup>2</sup> et illex animi Venus, et<sup>3</sup> Luna noctium conscia,<sup>9</sup> et manium potens Trivia;<sup>7</sup> vobis auctoribus, posthac Neptunus cum Salacia, et Portuno, et omni choro Nereidum,<sup>12</sup> ab aestibus fretorum ad aestus amorum transferentur.<sup>2</sup> Dixi, cur non arbitrer, quicquam negotii esse Magis et piscibus. Nunc, si videtur,<sup>3</sup> credamus Æmiliano, solere pisces etiam ad Magicas potestates adjuvare. Num ergo propterea, quicumque quærit piscem, Magus est?<sup>4</sup> [460] Eo qui-

*conciliatrix animorum, et Luna testis eorum, quæ noctu geruntur, et Hecate domina umbrarum, solebant invocari ad caerimonias magicas; sic, si vobis credatur, Neptunus cum Salacia, et Portunus cum toto cætu Nereidum transportabuntur ab agitationibus marium ad agitationes amorum. Exposui quare non putem esse ullam rem Magis cum piscibus. Jam, si vultis, credamus Æmiliano, pisces solere etiam conferre ad virtutes magicas. An igitur, quisquis investigat piscem, ideo ipse Ma-*

\*\*\*\*\*

8 D'Orv. *ille*. In Pith. deest *et*. Id.—9 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *noxium*: quod, pro *noxiorum*, propugnat Scipio Gent. lib. 1. Parerg. c. 33. damnante Cupero in Harpocr. p. 111. Immo vide ipsum Gentilem ad h. l. Pro *trivia* D'Orv. *crivia*. Id.—1 Vid. Not. Var.—2 Ascriptum video *transferantur*. J. Bosscha.—3 Pith. *videre*. Pro *adjuvare* Ms. D'Orv. *adjutare*: ut supra p. 467. Sed hic additur *solere*. Pro ergo Ed. Vic. *ego*. Id.—4 *Quicumque piscem querit et ipse mag. e.* Dele *et piscem* ex Florentinis. *Elmenhorstius*. Non extat *piscem* in Mss. Florent. Pith. D'Orv. et uncis inclusit Scriv. sed non comparat jam in Ed. Junt. post. Et sane facile e præcedentibus intelligitur *pisces*. Quia tamen seqq. in sing. num. dixit Auctor 'myoparonem... vectem... gladium', videtur et hic repetiisse vocem sing. num. quia dixerat *pisces*. Accedit quod in Ms. Pith. deest *et*; (in quo cod. propter seq. *queris* *et* que excidit post *quicumque*;) quo inducor, ut quod Salm. margini allevit,

#### NOTÆ

<sup>2</sup> *Mercurius carminum vector*] Reponunt alii *animarum vector*: alii *Manium vector*: alii *animarum evocator*. Certe enim Lærtius in Pythagora animarum quæstorem esse ait, τὸν δὲ Ἐμφὴν ταμὴν εἶναι τῶν ψυχῶν, atque ideo ductorem dici et terrenum. Fortasse tamen nihil hic mutandum. Mercurius, carminum vector, intelligi potest, quasi qui carmina et incantationes Necromanticorum ad mortuorum Umbras deferat, quæ illis evocantur. Ipse enim 'Superum est commeator et Inferorum,' ut ait Noster, lib. Met. II. ubi vide Notas.

<sup>3</sup> *Et illex animi Venus, et Luna n. c.*

*et m. p. Trivia*] Unum idemque Nomen his nominibus intellige, Lunam nempe, quæ est 'Deorum Dearumque facies uniformis,' ut ait Noster, Metam. II. ubi vide annotata.

<sup>12</sup> *Neptunus cum Salacia, et Portuno, et omni choro Nereidum*] Dii marini hi sunt. Metam. IV. 'Ad sunt Nerei filie chorum canentes, et Portunus cæculis barbis hispidus, et gravis piscoso sinu Salacia,' &c. Vide quæ observavimus ad eum locum. Gloss. "Salacia: Ἀμφιπληγ." Hæc est Neptuni uxor, nec aliud est quam mare.

dem pacto, et qui myoparonem<sup>5</sup> quæsierit, pirata<sup>6</sup> erit: et qui vectem, perfossor:<sup>7</sup> et qui gladium, sicarius. Nihil in rebus omnibus tam innoxium dices, quin id possit<sup>8</sup> aliquid aliqua<sup>9</sup> obesse: nec tam lætum, quod non possit<sup>1</sup> ad tristitudinem<sup>2</sup> intelligi.<sup>c</sup> Nec tamen idcirco omnia<sup>2</sup> ad nequiores<sup>3</sup> suspicionem trahuntur: ut si thus,<sup>4</sup> et casiam, et myrrham, ceterosque id genus odores funeri tantum emtos arbitreris; cum et medicamento parentur, et sacrificio.<sup>5</sup> Ceterum eodem piscium argumento, etiam Menelai socios putabis Magos fuisse, quos ait poëta præcipuus flexis hamulis apud Pharum<sup>6</sup> insulam famem propul-

*gus est? Hoc quidem modo et ille, qui quæsierit myoparones, erit pirata: et, qui quæsierit vectem, erit perfossor parietum: et, qui quæsierit ensem, erit homicida. Nihil nominabis ex universis rebus adeo innocuum, quod non possit aliquo pacto nocere, neque tam hilare, quod non possit accipi in tristem partem. Neque tamen propterea cuncta detorquentur in deteriorem partem, velut si existimes thus, et casiam, et myrrham, aliaque ejusmodi aromata, comparata esse dentataz ad funus, cum tamen emanant etiam ad medicamen, et ad sacrificium faciendum. Porro credes quoque, eadem probatione piscium comites Menelai fuisse Magos, siquidem primarius vates dicit eos arcuisse famem hamulis incur-*

nescio utrum ex Cod. Fux. an e conjectura, quicumque quarit piscem, magus est, verissimum credam. Otiosa enim sunt rā et ipse, in quæ rō Piscem corruptum fuit. J. Bosscha.—5 Sic Ms. D'Orv. ut seqq. 'vectem... gladium.' Vulgo: myoparones. Id.—6 Pith. et pir. Id.—7 Mss. Pith. professor. D'Orv. cum Ed. Ald. professor. Id.—8 Roman. edit. quod non possit. Pric. Ita esse in Rom. Edit. putavit quoque V. D. in Obs. Misc. vol. II. p. 190. aiens id non mutandum esse: sed perperam; nam mox demum pro quin in Rom. Ed. non tantum, sed et in Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. legitur quod non: ut ibi legendum esse videbimus: sed hic quin id servant Mss. et Edd. J. Bos.—9 Vid. Not. Var.—1 Quin possit. Rom. quod non possit. Elmenh. Habent, ut diximus, etiam Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. quod non; quod elegantem efficit styli variationem. Ms. Pith. addicit quod. In D'Orv. est qui. J. Bos.—2 Inverse D'Orv. Id.—3 Conjicit Brant. sequiorem.—4 Et si thus. Forte melius ut, si thus. Colvins. Perperam in vulg. etsi thus. Casaubonus. Ut si thus v. c. Et mox: flexis humilis apud Scyrum insulam. Et proxime: qui impendio a piscatoribus mercantur. Et infra non longe: ut merito statuto pretio quærentur. Sciopp. in Symbola. Vulgo et si th. male. Elmenh. Recte Mss. D'Orv. Pith. et Edd. Cas. et seqq. præter Vulc. sec. tert. J. Bosscha.—5 Ms. Pith. ut et sacr. Id.—6 Vic. Junt. pr. Bas. pr. farum. Id.—7 Vid. Not. Var.—8 Mer-

NOTE

<sup>a</sup> Myoparonem [myoparones] Navi-  
gis sunt piratica, sic dicta ex Scali-  
geri sententia, quod murium oblonga  
corpora referrent, *μῦρνες*.

<sup>b</sup> Qui vectem, perfossor] Festus:  
'Vecticularia vita dicitur eorum, qui

vectibus parietes alienos perfodiunt,  
furandi gratia.'

<sup>c</sup> Ad tristitudinem intelligi] P. Syrus:  
'Ad tristem partem streuua est suspi-  
cio.' Quos ait p. p. fl. h. apud Pharum  
insulam f. propulsaue] Homerus *Ὀδυσσ.*

sasse: <sup>7</sup> etiam mergos, et delphinos, et scyllas <sup>d</sup> tu eodem <sup>e</sup> referes; etiam gulones omnes, qui impendio a piscatoribus mercantur; etiam <sup>9</sup> ipsos piscatores, qui omnium generum <sup>f</sup> pisces arte anquirunt. <sup>a</sup> Cur ergo et tu <sup>3</sup> quæris? Nolo equidem, nec necessarium habeo tibi dicere: sed per te, si potes, ad hoc <sup>4</sup> quæsisse me argue, ut si helleborum, vel cicutam, vel succum <sup>5</sup> papaveris emissem. Item alia ejusdemmodi, <sup>6</sup> quorum moderatus usus salutaris, sed commixtio vel quantitas noxia est; quis æquo animo pateretur, si me <sup>7</sup> per hoc <sup>8</sup> veneficii arcesseres, quod ex illis potest homo occidi? [461] Videamus tamen, quæ fuerint <sup>9</sup> pis-

*vis in insula Pharo. Tu referes etiam ad eandem Magiam mergos et delphinos et scyllas: universos etiam helluones, qui emunt magno pretio pisces a piscatoribus: ipsos quoque piscatores, qui quærent arte sua pisces cujusvis generis. Quare igitur, inquis, tu etiam quæris? Nolo quidem tibi dicere cur quæverim, neque mihi opus est: sed ostende tu ipse, si potes, me quæsisse ejusdem rei gratia. Sicut, si comparassem helleborum, aut cicutam, aut opium, aut alia similia, quorum usus moderatus est utilis ad valetudinem, sed mixtura aut multitudo nocet; quis patienter ferret, si accusares me veneficii, propterea quod homo potest necari illis? Dispicia-*

~~~~~

gos... scyllas... eodem. D'Orv. margos... scyllam... eadem. Vulc. in marg. squillas: et aiunt vulgo distingui Scyllam, plantam marinam, et squillam piscem. Sed Mss. et Edd. hic scyllas. Vide de his piscibus Lambin. ad Horat. Sat. II. 4. 58. J. Bosscha.—9 D'Orv. et: male. Id.—1 Pith. omni genere. Ed. Vic. quoque genere. Id.—2 Al. acquirunt.—3 Deest et Mss. Pith. D'Orv. In Pith. quoque mox excidit nec ob sequens necess. J. Bosscha.—4 Ed. Vic. ad hæc. Id.—5 Succum. Sic semper Mss. Id.—6 Vulc. Edd. sec. tert. et Wow. ita alia. Grosloot. margini allevit ejusdemodi, ut Met. lib. x. p. 702. et habebant Edd. inde a Bas. sec. ad nostram, in de Dogm. Plat. lib. II. p. 246. ubi nunc e Mss. legitur ejusmodi. Sed bonum quoque ejusdemmodi. Noster Flor. N. 9. 'hæc et alia ejusdemmodi.' De Dogm. Plat. lib. II. p. 211. est quoque in Ms. Harlem. et Edd. ante Vulcan. ejusdemmodi. Id.—7 Ms. D'Orv. sic me. Id.—8 Mss. Pith. D'Orv. per hæc. An per hæc? scil. 'helleborum,' vel 'cicutam,' vel 'succum papaveris.' Minime. Per hoc dictum pro, propterea, idcirco: ut apud Plin. VIII. Ep. 10. et Nostrium sæpe. Vide plura exempla apud Pric. ad Met. lib. III. Id.—9 Mss. D'Orv. Pith.

NOTÆ

A. vs. 355. et seqq. Habebat prima editio *famem propulsatos esse*: recte etiam. 'Propulso' et 'propulsor' idem. Antiqui enim verba quamplurima ancipiti terminatione eadem significatione protulerunt. Quorum verborum longam seriem vide ap.

Priscian. lib. VIII.

^d Scyllas] Quæ et squillæ dicuntur, pisces sunt ex testaceorum genere. In hoc a cancris differunt, quod caudam non habent. Horat. lib. II. Sat. 8. 'Affertur squillas inter muræna natantes.'

cium genera, tam necessaria ad habendum, tamque rara ad reperiendum, ut merito statuto præmio¹ quærentur. Tria omnino nominaverunt:² unum falsi, duo mentiti. Falsi, quod leporem marinum³ fuisse dixerunt, qui alius omnino piscis fuit, quem mihi Themison⁴ servus⁵ noster, medicinæ non ignarus, ut ex ipso audisti, ultro attulit ad inspiciendum: nam quidem leporem nondum etiam invenit.⁶ Sed profiteor, me quærere et cetera, non piscatoribus modo, verum etiam amicis meis⁷ negotio dato, quicumque minus cogniti⁸ generis piscis inciderit, ut ejus mihi aut formam

mus tamen, quamvis fuerint genera piscium, quæ tam necessarium erat me habere, quæque adeo erant rara inventu, ut jure investigarentur proposita mercede. Nominaverunt tantum tria: et decepti sunt in uno, finxerant autem duo alia. Decepti, quia dixerunt piscem fuisse leporem marinum, qui erat prorsus alius, quem Themison, meus servus, non imperitus medicæ artis, attulit mihi sponte, quemadmodum accepisti ab eo, ut illum considerarem: necdum enim reperit leporem. Sed palam fateor me eum quærere, et alia genera, et commisisse eam curam non solum piscatoribus, sed etiam meis amicis, ut, quicumque piscis speciei minus notæ venerit in eo-

fuerunt. Id.—1 Ms. Fulv. pretio: ex interpretatione. v. ad Met. lib. ix. p. 630. a. Id.—2 Vulgo, nominaverant: perperam. Casaub. Cum Casaub. et Salmas. in marg. faciunt Wow. Scip. Gent. Pric. Flor. Reliqui et Mss. nominaverant. J. Bosscha.—3 Vulgati codices omnes, *Themis conservus*, quod jamdudum Electis suis [i. 18.] emendavit lectissimus Lipsius hic, et post, loco altero, ex eadem hac Apologia. Sed recte etiam infra: 'Themison servus, a quo mulier ad inspiciendum perducta est.' Aptè servo medico nomen inditum principis medici: nam is Themison, ut a quo etiam sectæ in medicina nomen. Seneca Epist. 95. 'Itaque alia est Hippocratis secta, alia Asclepiadis, alia Themisonis.' Meminit et Athenæus Deipnosophist. lib. vii. Colv. Flor. *Themicon noster*. Ald. et Rom. *Tenus conservus noster*, male. Elmenh. Nobilissimi medici nomen servo, seu medico domestico, inditum fuit. Vide Dempster. ad Rosin. p. 166. Mss. et Edd. ante Colv. *Themis conservus*. Statim pro inspiciendum Ms. Pith. ipisciundum. J. Bosscha.—4 Groalot. allevit inveni. Ms. D'Orv. non invenitur sine *et* etiam. Id.—5 Ejecit hanc vocem Elm. cum seqq. contra Mss. et Edd. reliquas. Id.—6 Ed. Scriv. cognitu, ope-

NOTÆ

¹ *Leporem marinum*] Plin. lib. xxxii. cap. 1. 'Non sunt minus mira, quæ de lepore marino traduntur. Venenum est aliis in potu, aut in cibo datum, aliis etiam visus. Siquidem, gravidæ si omnino aspexerint fœminæ ex eo genere duntaxat, statim nausea et redandatione stomachi vitium fatentur, ac deinde abortum faciunt.

Remedio est mas, ob id induratus sale, ut in brachialibus habeant.'

² *Themison*] Hoc nomen familiare fuit olim medicam artem profitentibus. Themisonis medici meminit Cornel. Celsus, lib. i. alterius etiam hoc nomine Juvenalis, Sat. x. 'Quot Themison ægros autumnus occiderit unq.'

commemorent, aut ipsum vivum, si id nequiverint, vel mortuum ostendant.⁷ Quamobrem id faciam, mox docebo. Mentiti autem sunt callidissimi⁸ accusatores mei, ut sibi videntur,⁹ cum me, ad finem calumniæ,⁹ confinxerunt duas res marinas impudicis vocabulis quæsisse: quas Tanninius ille, cum utriusque sexus genitalia intelligi vellet, sed eloqui propter infantiam caudidicus summus nequiret, multum ac diu hæsitato,¹ tandem virile marinum nescio qua circumlocutione male ac sordide nominavit. Sed enim feminal² nullo pacto reperiens munditer dicere, ad mea scripta confugit: et, quia e quodam³ meo libro legit: 'Interfeminium⁴ tegat, et femoris objectu, et palmæ velamento;' hic etiam pro sua gravitate vitio mihi vortebat, quod me nec sordidiora dicere honeste pigeret. At ego illi contra justius exprobraverim, quod qui eloquentiæ pa-

rum manus, vel mihi describant ejus figuram, vel mihi monstrent cum vivum: si vero id non potuerint, mortuum. Modo aperiam quare id faciam. * * * *

~~~~~

rarum vitio. *Id.*—7 *Aut ipsum vivum, si id nequiverint, vel mortuum ostendant.* Sic Mss. et Edd. ante Vulc. sec. in qua, ex Vulcanii conjectura, vel transpositum est ante *si id*, quod secutus est Wow. cum Elm. et Scriv. utroque loco vel, dederint. Gent. Pric. Flor. Mstorum lectionem servarunt: bene. Sed perperam omnes inde a Colvio distinguunt plenius (: ) post *vivum*, quasi ad illa *si id nequiverint* intelligendum esset *vivum ostendere*, ut interpretatur Floridus. Sensus est: ut describant mihi ejus formam, aut, si id non satis accurate possint, ipsum ostendant piscem, vivum vel mortuum. *Id.*—8 *Malim callidissimos.* Casaubonus. At cur mutemus vulgatam lectionem? inest his verbis 'ut sibi videntur,' *elapvela*, cujus infra simillima illa: 'præacute vobis repperisse videbamini.' Pric. Casauboni conjecturam expressere seqq. etiam Ed. Bip. præter Gent. Pric. Flor. Sequimur nos Mss. J. Bosscha.—9 *Ad fidem c.* Sic Falvius. Sciopp. in *Symb. Male. Ad finem calumniæ*, i. e. ut modum calumniæ implerent. Ovid. Her. Ep. i. vs. 96. 'Ultimus accendit in tua damna pudor.' J. Bos.—1 *Al. hæsitans.*—2 Pith. *feminam*. J. Bos.—3 *Quia et e quodam.* Scrib. *confugit.* Itaque e quodam m. Casaubonus. Flor. *quia et quodam m.* Elmenhorstius. *Quia expunxere* Wow. Elm. Scriv. Flor. neque agnoscunt Mss. Florent. Pith. D'Orv. in quibus pro *quia et e simpliciter* et legitur. Est tamen *quia* in Edd. vet. item Colv. Vulc. Cas. Gent. Pric. Lego: *et quia e quodam*, &c. J. Bosscha.—4 Pith. et Ed. Ald. *interfeminium*. Junt. post.

#### NOTE

- <sup>1</sup> *Feminal*] Hac voce usus est in Notas supra.  
Asino, lib. ii. 'Glabellum feminal rosea palmula:' ad quem locum vide mina collocata.

trociniū vulgo profiteatur, etiam honesta dictu sordide blatteret,<sup>5</sup> ac sæpe in rebus nequaquam difficilibus fringul-  
tiat,<sup>6</sup> vel omnino obmutescat. Cedo enim, si ego de Ve-  
neris statua nihil dixissem,<sup>1</sup> neque interfeminium<sup>6</sup> nomi-  
nassem; quibus tandem verbis accusasses crimen illud,  
tam stultitiæ, quam linguæ tuæ congruens? An quicquam  
stultius, quam ex nominum propinquitate vim similem  
rerum conjectari?<sup>7</sup> Et fortasse an peracutè reperisse<sup>8</sup>  
vobis videbamini. At quæsisse<sup>9</sup> me fingeretis ad illece-  
bras Magicas duo hæc marina, Veretillam,<sup>1m</sup> et Virginal:<sup>2</sup>  
disce enim nomina rerum Latina, quæ propterea varie  
nominavi, ut denuo instructus<sup>3</sup> accuses. Memento tamen,  
tam ridiculum<sup>3</sup> argumentum fore, desiderata ad res Vene-  
reas<sup>4</sup> marina obscœna,<sup>o</sup> quam si dicas, marinum pectinem  
comendo<sup>5</sup> capillo quæsitum, vel aucupandis volantibus<sup>6</sup>

*interfeminium.* Pro hic Ed. Vic. hæc. Id.—5 Ms. Pith. *lateret.* D'Orv. *blat-  
teret.* Id.—6 Pith. *interfeminam.* Statim pro *congruens* D'Orv. *gruens.* Id.—  
7 Pith. *veri similem r. conjectam.* D'Orv. *conjecturi.* Ed. Junt. post. quoque  
*conjectam.* Id.—8 Ed. Altenb. *repetisse*, unde et in Ed. Bip. irrepsit. Ope-  
rarum vitio, nec ne, dubito. Accipi sane possit repetisse a me dictum (in-  
terfeminium scil.) Id.—9 Ms. D'Orv. *an q.* E Fux. Cod. notavit Salm. *ut q.*  
Sic jungenda hæc essent præcedentibus. Sed bene se habet *At quæsisse me  
fingeretis*, l. e. at quæsisse non tantum me fingere debebatis, sed me quæ-  
sisse ad illecebras magicas. Id.—1 Pith. *veretilla.* Id.—2 Lipsius *instructus.*  
Colvius. Lipsii conjecturam expressere seqq. præter Casaub. et Gent. Ve-  
terem lectionem a Mstis comprobata restitui. J. Bosscha.—3 Pith. *redic.*  
deleto tam. Id.—4 Mss. Pith. D'Orv. *Venerias*: ut et 2. Mss. et Edd. vet.  
quædam Met. lib. II. p. 101. a. Id.—5 Sic Ven. Rom. Aliæ *comando.* Colvius.  
—6 Pith. *volatibus.* An *volatilibus*? cf. ad Met. lib. VIII. p. 552. a. Sed *vol-  
antes* substantive est apud Virgil. *Æn.* VI. vs. 239. et 728. ac Lucret. II. vs.

## NOTE

<sup>5</sup> *Fringuliat*] Inferius in eadem Apologia, 'Vix singulas syllabas fringul-  
tientem'; ad quem locum vide Notas.

<sup>1</sup> *De Veneris statua nihil dixissem*] In libro illo, ex quo supra citavit:  
'Interfeminium tegat,' &c.

<sup>2</sup> *Veretillam*] Glossæ et Onomas-  
tica vetus, 'Veretrum, *Alboior.*' Glos-  
sæ Arabico-Lat. 'Veretrum, portum  
orianum.' Legerim tantisper *porcum*

*marinum.* V. in voce *Ἀλαστρούπος* Ety-  
mologum. Isid. Origin. lib. XI. cap.  
1. *Pricæus.*

<sup>2</sup> *Virginal*] Idem in Glossis: 'Vir-  
ginal, membra virginis in quo habi-  
tat': fors, *Virginal*; *membrana, vir-  
ginitas in qua habitat.* Omnino altera  
lectio nihil expedit. Id.

<sup>3</sup> *Marina obscœna*] Veretillam et  
virginal pisces, de quibus supra.



piscem accipitrem,<sup>7</sup> aut venandis apris piscem apriculum, aut eliciendis mortuis marina calvaria.<sup>p</sup> Respondeo igitur ad hunc vestrum locum,<sup>8</sup> non minus insulse quam absurde<sup>9</sup> commentum, me hasce nugas marinas et quisquillas<sup>1</sup> littorales<sup>q</sup> neque pretio, neque gratis quæsisse. Illud etiam præterea respondeo, nescisse vos, quid a me quæsitum fingeretis. [462] Hæc enim frivola, quæ nominastis, pleræque<sup>2</sup> in littoribus omnibus congestim et acervatim jacent, et sine ullius opera, quamlibet leviter motis flucticulis, ultro foras<sup>3</sup> evolvuntur. Quin<sup>4</sup> ergo dicitis, me eadem opera pretio impenso per plurimos piscatores quæsisse de littore conchulam striatam,<sup>r</sup> testam hebetem,<sup>s</sup> calculum

*Respondeo ergo ad hoc argumentum vestrum, excogitatum non minus insipide quam inepte, me neque quasivisse pecunia neque gratis hæc nugamenta marina et hæc purgamenta riparum. Insuper respondeo etiam hoc, eos ignoravisse quid comminiceremini fuisse a me quæsitum. Nam pleræque illa vana, quæ nominavistis, jacent aggregata, et accumulata in omnibus oris, et ejiciuntur, absque labore cujusquam, ex mari quovis motu levissimo undularum. Quidni igitur dicitis simul me comparasse maximo pretio per piscatores permultos, ex ora maris, conchulam sulcatam, testam inanem, lapillum rotundum? præterea forcipes cancrorum, caliculos echinorum,*

~~~~~

1082. J. Bosscha.—7 Pith. D'Orv. ancip. Mox D'Orv. priculum pro apric. Id.—8 Ms. Bemb. focum. Id.—9 Pith. insulani quam absurdum: in quo statim exulat me. Id.—1 Bene quisquillas extat in Ms. D'Orv. et Ed. Junt. post. cum seqq. quemadmodum emendarunt Lat. Latin. et Lips. in marg. pro eo, quod est in Junt. pr. Bas. pr. Ald. quiscyllas. Ms. Pith. cum quibusdam Edd. vett. quiscillas. De quiscyllis cf. Beroald. ad Met. lib. 1. p. Append. Apul. 76. a. Groelot. allevit et quiscyllas, vel, atque siquillas, quod quid sit nescio. Id.—2 D'Orv. plerique, et statim illius pro ullius. Id.—3 Est qui scribat ultra oras. Colvius. Alii: ultra oras. Elmenhorstius. Quidam foras, alii oras. Pricæus. Quinam sint illi alii, quos aiunt legere ultra oras, vel, foras, ignoro: certe male; licet Ms. Pith. habeat quoque ultra. Non ultra oras, sed in oras evolvuntur quisquillæ illæ, quas foras evolvere eleganter fluctus dicuntur: ultro quoque vim habet. J. Bosscha.—4 D'Orv. quid. Mox Pith. D'Orv. plurimis. D'Orv. piscatoris. Id.—5 Vid. Not. Var.—6 Al. terentem.—7 Mss. Pith.

NOTÆ

^p *Eliciendis mortuis marina calvaria]* Scilicet propter *humuulav* terrenæ, quæ in maleficio frequens. Metamorph. III. Noster, officinam feralem deformans: 'Hic nares et digiti, illic carnosæ clavi pendentiam: alibi trucidatorum servatus cruor, et extorta dentibus ferarum trunca calvaria.' Pricæus.

^q *Hasce nugas marinas et quisquillas littorales]* Ita conchyllia varia appellat, quæ vulgo in littore inveniuntur. Sic Metam. 1. de piscibus: 'At has quisquillas quanti parasti?' Et continuo: 'A quo istorum nugamenta hæc comparasti?'

^r *Conchulam striatam]* Quales sunt muricum et aliorum conchylliorum

teretem?⁶ præterea cancerorum furcas,¹ echinorum⁷ caliculos,⁸ loliginum⁹ ligulas?¹⁰ postremo assulas,² festucas, resticulas, et ostrea Pergami vermiculata?¹¹ denique muscum, et algam, et cetera¹ maris ejectamenta, quæ ubique littorum ventis expelluntur, salo exspuuntur,⁴ tempestate reciprocantur, tranquillo deseruntur? Neque enim minus istis, quæ commemoravi,³ accommodari possunt similiter ex vocabulo suspiciones. Posse dicitis ad res Venereas

*lingulas loliginum? novissime assulas, festucas, funiculos, et conchas ostreorum variegatas? postremo muscum, et algam, et cetera purgamenta pelagi, quæ ejiciuntur a ventis in omnes oras, quæ respuuntur a mari, jactantur tempestate, et relinquuntur in littore per tranquillitatem maris? * * * Certe tu vir es nimis patiens, et*

~~~~~

D'Orv. echinum: nt sæpe apud Nostrum contrahuntur genitivi plurales: sed hic non placet. *J. Bosscha.*—8 Ms. Pith. *calideos.* Id.—9 Ms. Pith. *lolig.* ut alibi sæpe scribitur. Ms. D'Orv. *ligullas.* 'Loliginum ligulas' intellige circos, quibus conspicuum est id animalium genus. Id.—1 Ms. Pith. *masculumque algamque cet.* D'Orv. *algara* deleto τῶ postremo et. Id.—2 Ms. D'Orv. *expiuntur:* et statim deferuntur. Id.—3 Male Florid. in sua Ed. secutus est cor-

#### NOTÆ

conchæ, quarum mira varietas a Plinio describitur, lib. ix. cap. 33.

<sup>1</sup> *Testam hebetem*] Sic Rob. Titius reposuit. Sed, quid sibi velit, non ita perspicuum. Cod. Florent. habet *habentem*, ex quo Pricæus format *alitentem*: quod sane ego malim. Ejusmodi albicantes concharum testas quis non vidit?

<sup>2</sup> *Cancerorum furcas*] Plinius denticulatos forcipes vocat, lib. ix. cap. 31. 'Cancris bina brachia denticulatis forcipibus.'

<sup>3</sup> *Echinorum caliculos*] Hoc est, testas echinorum, quæ calicem optime referunt.

<sup>4</sup> *Loliginum ligulas*] 'Ligula' sæpe pro lingula, estque diminutivum a 'lingua.' Nonnunquam nomen est a 'ligando' formatum, significatque corrigiam, aut aliud ligamentum. Plin. lib. ix. cap. 51. de loliginibus hæc habet: 'Sepiæ et loligines linguæ [coenat], componentes inter se

brachia, et in contrarium nantes: ore et pariunt.' Intellige ergo hic linguas loliginum, aut, quod puto verius, ossa eorum quædam linguæ oblongæ aut scalpelli forma, cum alia quoque habeant instar calamorum; unde Italis dicitur loligo *pece calamajo*, quia, veluti theca calamaria, scalpellum habet et calamum.

<sup>5</sup> *Assulas*] Schidias, seu fragmenta lapidum plana, aut etiam fragmenta asserum et tabularum ex naufragiis, qualia multa in littus ejiciuntur, quemadmodum et festucæ et funium frusta,

<sup>6</sup> *Ostrea Pergami vermiculata*] Locum hunc corruptum Brantius restituit: *ostreorum terga vermiculata*: quod expone, distincta et variata maculis vermiculos repræsentantibus: vel, cariosa, et veluti a vermibus perforata, ut Pricæus, qui tamen mallet *lavigata*.

sumta de mari spuria et fascina,<sup>1</sup> propter nominum similitudinem: qui minus<sup>4</sup> possit ex eodem littore calculus ad vesicam, testa ad testamentum, cancer ad ulcera,<sup>2</sup> alga ad quercerum?<sup>5</sup> [463] Næ tu,<sup>6</sup> Claudi Maxime, nimis patiens vir es, et oppido proxima humanitate,<sup>7</sup> qui hasce eorum argumentationes<sup>8</sup> diu hercle<sup>9</sup> perpessus sis. Equidem<sup>1</sup> cum hæc ab illis quasi gravia et invincibilia<sup>2</sup> dicebantur, illorum stultitiam ridebam, tuam patientiam mirabar. Ceterum, quamobrem plurimos jam pisces cognoverim,<sup>3</sup> quorundam adhuc nescius esse nolim, discat Æmi-

*humanitatis valde proclivis, o Claudi Maxime, qui toleraveris diu profecto hæc eorum ratiocinia. Certe, dum illi hæc commemorarent tanquam res magni momenti, et quibus responderi non posset, videbam stoliditatem eorum, admirabar vero tuam patientiam. Ceterum Æmilianus discat, cur jam examinaverim quosdam pisces, et*

~~~~~

ruptam Scriverianæ lectionem commemoravit. Bene correxit Bip. Id.—4 Ms. D'Orv. *que m. et cum Pith. calculos.* Id.—5 V. D. in marg. Ed. Junt. post. *alga ad ulcera, cancer ad querc.* Id. Vid. Not. Var.—6 Edd. Vett. Vulc. Wow. Altenb. Bip. *ne tu.* J. Bosscha.—7 Vid. Not. Var.—8 Legebam, *argumentationes:* at abstinco. Infra 'ad aliam speciem argumenti.' *Pric.*—9 Sic Mss. et Edd. pleræque. Al. *hercule.* J. Bosscha.—1 Ms. Pith. *perpessus pise Quidem.* D'Orv. *perpessi estis Quidem.* Id.—2 Non est ut legat quispiam *invincibilia.* Florid. 4. 'Ratio conclusa acriter et invincibiliter.' *Pric.* Idem Mss. *vincibilia.* J. Bosscha.—3 *Nominaverim.* Alii, *cognoverim.* Elmenhorstius. In Florent.

NOTÆ

¹ *Spuria et fascina*] Virginalia et veretillæ, de quibus supra. 'Spuria' Græciæ Subsicivæ vox. Plutarch. Quæst. Roman. *Τὸς Ζαβίλους φασὶ τὸ τῆς γυναικὸς αἰδοῖον ὀνομάζειν σπέριον.* De Etymo recte Casaub. *σπέρμα μύρια.* *Pricæus.* 'Fascina' sunt veretra seu mentulæ.

² *Cancer ad ulcera*] 'Ο καρκίνος πρὸς τὰ καρκινώματα. Casaubonus.

³ *Alga ad quercerum* [*querquerum*] 'Querquerum' Gentili algor est, vel stridor frigidus, qui ut plurimum febricitantibus oboritur, cum dentes collidunt; ita etiam accepisse videtur Minutius in Octavio, et nescio qui alii apud Festum. At, si 'querquerum' ex se frigidum, ad quid 'alga'? Ut intendatur frigus? nugæ.

'Algam' facete Apuleius ut remedium caloris posuit: 'querquerum' itaque censeamus oportet febrem calidam et siccam. Vide vocem eam apud Guicciard. Ling. Harmon. Etymolog. *Pricæus.* At mehercle Gentili potius assentior quam Pricæo. Non enim hic remedia morbis a contrario querit Apuleius, adversarios suos irridens, sed a similitudine nominum. Calculus ad vesicæ calculus: cancer ad cancerum ulcus: alga, ad algorem febris querqueræ, seu querceræ.

⁴ *Proxima humanitate*] Sincera lectio, nullatenus sollicitanda. *Proxi-mum* est, obvium, evidens, proclive. Ab eadem mente 'præsens auxilium,' et 'præsentem Deum' dicimus.

lianus, quoniam⁴ usque adeo rebus meis curat. Quamquam est jam præcipiti ævo,⁵ et occidua senectute, tamen, si videtur,⁶ suscipiat doctrinam, seram plane, et postumam:⁷ legat veterum philosophorum monumenta, tandem ut intelligat, non me primum hæc requisisse, sed jampridem majores meos, Aristotelem dico, et Theophrastum, et Eudemum,⁸ et Lyconem,⁹ ceterosque Platonis minores: qui⁹ plurimos libros de genitu animalium, deque victu,¹ deque particulis, deque omni differentia reliquerunt. Bene, quod apud te, Maxime, causa agitur, qui pro tua eruditione legisti profecto Aristotelis *περὶ ζῴων γενέσεως, περὶ ζῴων ἀνατομῆς, περὶ ζῴων ἰστροφίας*, multijuga volumina; præterea problemata innumera ejusdem: tum ex eadem secta² ceterorum,

noluerim adhuc ignorare quosdam, siquidem adeo curiosus est eorum, quæ ad me spectant: quamvis est jam ætate declivi, et senecta vergente ad occasum, incipiat tamen studia omnino tarda et posthuma. Legat scripta relicta ab antiquis philosophis, ut demum sciat non me primum, sed majores meos, Aristotelem nempe, et Theophrastum, et Eudemum, et Lyconem, reliquosque Platonis temporibus inferiores jamdudum hæc fuisse scrutatos: qui reliquerunt permultos libros de generatione, alimentis, et partibus piscium, et de omnibus eorum differentia. Gaudeo, quod agimus coram te, o Maxime, qui, utpote valde doctus, legisti proculdubio multos numero libros Aristotelis de generatione animalium, de dissectione animalium, de historia animalium: insuper infinita problemata ejusdem: præterea, libros aliorum

nempe est nominaverim. J. Bosscha.—4 Ms. D'Orv. qui: bene: si plures addicerent. Id.—5 Rom. non agnoscit τὸ ἀγο. Elmenhorstius. Abest ab edit. Rom. illud ἀγο, Cicero in Epist. 'O meam calamitosam et præcipitem senectutem.' Mattius ad eundem 'Ætate præcipitata.' Ubi frustra doct. Columna pessum acta. Pricæus. Non expungendum ἀγο. Agnoscunt vocem Mss. et Edd. ceteræ, præter Ed. Vic. Est in Ms. D'Orv. præcipitiva. J. Bosscha.—6 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. et si vid. Pro suscipiat Mss. Florent. et D'Orv. accipiat. Id.—7 Vid. Not. Var.—8 Mss. Pith. Eudemum. D'Orv. Tendemum. J. Bosscha.—9 Mss. Pith. Plat. minoris q. D'Orv. Plat. numeros que. Id.—1 Deque victu. Desunt Edd. Junt. pr. Ald. Bas. pr. Pro reliquerunt Ms. Pith. delinquerunt. Pro bene Ms. D'Orv. bone, in quo legistis. Id.—2 Præterea ... tum ... secta. D'Orv. propterea ... cum. Pith. recta. Id.—

NOTÆ

⁴ Et postumam [posthumam] 'Posthumus' est filius mortuo jam et humato patre natus. Hinc non minus eleganter, quam facete posthumam vocat doctrinam, quam susciperet Æmilianus ætate adeo provecta, nte jam ipsi post mortem advenisse videretur.

⁵ Et Eudemum] De hoc nulla apud Laërtium mentio. Meminit quidem Plutarchus, in Vita Philopœmenis, Endemi oratoris Megalopolitani, qui præceptor fuit Philopœmenis.

⁹ Lyconem] Peripat. De eo Laërt. lib. v.

in quibus id genus varia tractantur. Quæ tanta³ cura conquisita, si honestum et gloriosum fuit illis⁴ scribere, cur [464] turpe sit nobis experiri? præsertim cum ordinatus et cohibilius⁵ eadem Græce et Latine annitar⁶ conscribere, et in omnibus aut omissa anquirere,⁷ aut defecta supplere? Permittite, si opera est, quædam legi de Magicis meis;⁸ ut sciat me Æmilianus plura, quam⁹ putat, quærere et sedulo explorare. Prome tu librum^h ex Græcis meis, quos forte hic amici habuere,ⁱ sedulique naturalium quæstionum: atque eum maxime,^j in quo plura de piscium genere tractata sunt. Interea dum hic quærit, ego exemplum rei competens dixerō. Sophocles poëta Euripidi^k æmulus^l et superstes,¹ vixit enim ad extremam

eiusdem sectæ, in quibus diversa ejusmodi explicantur. Quæ si laudabile fuit eis investigare tanta cura, et scribere, quare vituperabile sit nobis explorare; præcipue, cum coner scribere de iisdem Græce et Latine, majori ordine et brevitate, et in omnibus vel perquirere quæ prætermissa sunt, vel sufficere quæ desunt? Si vobis vacat, sinite legi quædam ex meis Magicis scriptis; ut Æmilianus discat me scrutari et diligenter experiri plura, quam arbitratur. Tu profer unum ex meis libris Græcis, quos amici mei habuerunt hic forte fortuna, sed certe Quæstionum Naturalium: et præsertim illum, in quo disserui multa de genere piscium. Interim, dum hic quærit locum libri, ego narrabo exemplum conveniens huic rei. Sophocles poëta, qui decurrit idem stadium ac Euripides, quique supervixit ipsi, nam vixit usque ad ulti-

3 Pith. quum. D'Orv. qui t. deleto mox cur; non male: qui pro quomodo. Id.—4 D'Orv. illis fuit. Id.—5 Male Edd. Altenb. Florid. Bip. cohibilius contra Mss. et Edd. V. ad Flor. N. 23. extr. cohibiliter. Id.—6 Mss. Pith D'Orv. admittitur. Id.—7 Bene restituit Colv. cum seqq. pro acquirere. Id.—8 D'Orv. plura quem. Id.—9 At quintum maxime. Flor. atque eum maxime. Elmenh. Nec spernenda Codicis Florent. lectio: atque eum maxime. Pric. Quia nempe in Edd. Junt. pr. Ald. Bas. pr. simpliciter atque maxime legerat Lipsius, hinc conjecit at quintum max. quod receptum a Scal. Wow. Elm. Scriv. Pric. Sed atque eum m. est in Mss. et Edd. reliquis. Wow. insuper mutavit at in ac. J.

NOTÆ

³ De magicis meis] Ant εἰρωνεύς loquitur, aut legendum *Physicis*.

^h Prome tu librum] Scribæ aut alii cuiuspiam ministro hoc ait, penes quem deposita erant instrumenta litis ab utraque parte.

ⁱ Quos forte hic amici habuere] Ostendit non a se allatos, sed sumtos ab

amicis, quos in ea urbe habebat, et in quorum manus illi venerant. Frustra ergo est Pricæus, qui hic reponit et quos forte.

^k Euripidi æmulus] Non Euripidi solum, sed et Æschylo, Chærylo, Aristæ, et aliis.

senectam :^m cum igitur accusaretur a filio suomet demen-
tiæ,ⁿ quasi jam per ætatem desiperet,^o protulisse dicitur
Coloneum^a suam, peregregram tragœdiarum,^p quam forte
tum in eo tempore conscribebat, eam³ iudicibus legisse,
nec quicquam amplius pro defensione sua [465] addidisse,
nisi ut audaciter dementiæ condemnarent, si carmina senis^q
displicerent.⁵ Ibi ego comperior, omnes⁶ iudices tanto
poëtæ assurrexisse,^r miris⁷ laudibus eum tulisse, ob argu-
menti^s solertiam, et cothurnum facundiae;⁹ nec ita mul-

*num senium : is ergo, cum accusaretur insanix a suo proprio filio, perinde ac si jam
deiraret ob senectutem, fertur promissæ suam Coloneum, præstantissimam traga-
diarum suarum, quam forte fortuna componebat tunc temporis, et legisse eam ius
iudicibus, neque aliud prorsus ultra adiecisse pro sua defensione, nisi uti se confi-
denter damnarent insanix, si versus sui senis non placuissent. Ego accipio omnes
iudices tunc assurrexisse tanto vati, et prosecutos fuisse eum laudibus insolitis, ob
subtilitatem argumenti, et gravitatem elocutionis : et parum abfuisse, quin damna-*

Bosscha.—1 D'Orv. Euripidis. Id.—2 D'Orv. et Ed. Vic. Colonam eum.
D'Orv. Pith. cum Edd. Junt. pr. Ald. Bas. pr. peregregram. Id.—3 Edd.
Colv. et seqq. eamque, contra Mss. et Edd. vet. Id.—4 Audacter. Ms. Pith.
audaciter : bene. V. ad Met. lib. III. p. 207. a. Id.—5 Groslozio in mentem ve-
nit desiperet. Cic. de Sen. 7. 'num illud carmen desipientis videretur.' Id.
—6 Ms. Fulv. comperio : ut Flor. N. 15. sed Edd. comperior : quo ducunt
etiam Mss. Pith. comperio roanis, D'Orv. comperio roanos. Id.—7 D'Orv. et
miris. Id.—8 Pith. argumentum, omisa statim copula. Id.—9 Vid. Not. Var.

NOTE

¹ *Et superstes*] Annon sex, si cre-
datur Suidæ. Alii multi eodem anno
mortuum narrant.

^m *Vixit enim ad extremam senectam*]
Ad annum prope centesimum. Tes-
tes Lucianus in Macrobiis, Valerius
Maximus, et alii.

^a *Accusaretur a filio suomet demen-
tiæ*] Ex lege Atheniensium, qua lice-
bat filiis patres ob legitimam causam
wapaolas, dementiæ, postulare : quod
tamen cunctanter perque ambages
faciendum erat, ad effugiendam tam
odiosæ accusationis invidiam. Vid.
Plat. de Legib. lib. II.

^o *Quasi jam per ætatem desiperet*]
Sic Græcus, qui Sophoclis Vitam
scripsit, dicit eum accusatum fuisse
ὡς ὅνδ' ἤγους wapaφωούρα. Cicero,
in Catone Majore, ubi historiam hanc
Delph. et Var. Clas. Apul.

totam refert, ait hoc factum, quia
propter studium rem familiarem neg-
ligere videbatur. Sed et hoc vitium
dementiæ nomine accusabatur.

^p *Coloneum suam, peregregram traga-
diarum*] Valer. Maxim. lib. VIII. cap.
7. 'Prope enim centesimum annum
attigit [Sophocles], sub ipsam trans-
itum ad mortem Œdipode Coloneo
scripto; qua sola fabula omnium
ejusdem studii poëtarum præripere
gloriam potuit.'

^q *Carmina senis*] Versus a se in sua
senectute facti.

^r *Assurrexisse*] Honoris causa, et
in plansum. Phædrus : 'In planus
conurrectum est.'

^s *Et cothurnum facundia*] Malim,
ut quidam, cothurni facundiam, hoc est,
eloquentiam tragœdiæ illius. Scrip-

tum omnes abfuisse,¹ quin accusatorem potius dementiæ condemnarent. Invenisti tu librum? beasti. Cedo enim² experiamur, an et mihi³ possint in iudicio literæ meæ prodessse. Legō pauca in principio,⁴ dein⁵ quædam de piscibus. At tu,⁶ interea dum legit, aquam sustine.⁷ (*Deest locus ex Apuleii Libris Physicis.*) Audisti, Maxime, quorum pleraque scilicet legeras apud antiquos philosophorum,⁸ et memento, de solis piscibus hæc volumina a me conscripta: qui eorum⁹ coitu progignantur, qui ex limo coalescant; quoties et quid anni cujusque eorum generis foeminæ subent, mares suriant;¹⁰ quibus membris et causis⁹

rent potius insanis ipsum accusatorem. Tunc jam reperisti librum? Pergratum mihi fecisti. Da ergo, videamus utrum mea eruditio possit etiam mihi esse utilis in hac causa. Lege pauca de initio, postea aliqua de piscibus. Tu vero cohibe aquam interim dum legit. Locus ex Græco Libro Apuleii Naturalium Quæstionum. Audisti, o Maxime, quæ scripsi, quorum nempe legeras maximam partem apud priscos philosophos: et adverte hos libros compositos esse a me de piscibus tantum: et me examinare in iis quinam ex piscibus generentur congressu; quinam conflentur ex cæno; quoties in anno, et quo tempore mares et foemellæ uniuscujusque speciei eorum rapiantur in Venerem; quibus partibus et rationibus natura posu-

—1 Ven. n. ita in tumultu. Colvius. Ms. D'Orv. *ûfuisse*. Lat. Latīn. pro *omnis* malebat *omnino*. Male. Ut dicitur 'non multum abful, quin condemnarem,' sic bene quoque dictum: 'non multum omnes abfuisse, quin condemnarent.' J. Bosscha.—2 Lat. Latīn. *Cedo dum*, ut *adhucdum*, et sim. Sed aliter Mss. et Edd. Supra p. 461. 'Cedo enim si ego de Veneris statua nihil dixissem.' Id.—3 Ms. Pith. non habet et. Male. Sophocli profuerunt literæ in iudicio; experiamur an et mihi. Id.—4 Sic Edd. ante Elmenb. et Pric. cum Ms. Pith. sed Mss. Florent. D'Orv. cum Edd. Elm. Scriv. Flor. p. de pr. Id.—5 Sic Ms. D'Orv. Edd. Elm. Scriv. seqq. In reliquis *deinde*. In Mss. Florent. *deest*. Id.—6 D'Orv. *ac tu*. Id.—7 Ms. Pith. *pluraque*... *antiquum philosophicum*. 'Antiqui philosophorum' Græca constructio est: *παλαιὸν τῶν φιλοσόφων*. cf. ad l. de Mundo p. 361. a. Sic supra 'peregregram tragediarum.' Id.—8 D'Orv. *quorum*. Mox Pith. *propignerantur*: id. paulo post: *quicquid anni ejusque*. Id.—9 Pith. *ex causis*. Mox pro *discreverit* Edd. Vic.

NOTÆ

tam tamen lectionem secutus in interpretatione exposui, gravitatem eloquentiæ: pro *coliturum* qui seriis rebus agendis adhibetur, gravitatem, seu maiestatem intelligens. Sed magis placet altera lectio.

⁷ *Aquam sustine*] Obtura clepsydram, ne interim labatur aqua, dum legitur liber, neve mihi aliquid pereat

temporis ad defensionem concessi.

¹⁰ *Fœminæ subent, mares suriant*] Utrumque verbum tractum a subis, ut *κατὰ* apud Græcos *ἐκ τοῦ κάτω*. Supervacanea videtur Apuleii diligentia, qui ista distinguat: promiscue enim et de maribus et de foeminis dicta invenias apud Festum.

discreverit natura viviparos eorum et oviparos:¹ [486] ita enim appello,² quæ Græci ζωόρκα καὶ ὀωόρκα.³ Et ne opere per omnes animalium genitus pergam,⁴ deinde de differentia, et victu, et membris, et ætatibus, ceterisque plurimis, scitu quidem necessariis, sed in iudicio alienis, pauca etiam de Latinis scriptis meis, ad eandem peritiam pertinentibus, legi jubebo:⁵ in quibus animadvertes, cum res cognitu raras,⁶ tum nomina etiam Romanis inusitata, et in hodiernum, quod sciam, infecta; ea tamen nomina labore meo et studio ita de Græcis provenire,⁷ ut tamen⁸ Latina moneta percussa sint.⁹ Vel dicant nobis, Æmiliane, patroni⁹ tui, ubi legerint Latine hæc pronuntiata vocabula. De solis aquatilibus dicam, nec ceteras anima-

erit discrimen inter eos ex illis qui sunt vivipari, et eos qui sunt ovipari. Nam sic voco animalia, quæ Græci vocant ζωόρκα et ὀωόρκα. Et, ut non laboriose percurram omnes generationes animalium, ac postea dicam de discrimine eorum, et pabulo, et partibus, ætatibusque, et permultis aliis, quæ necesse quidem est nosse, sed quæ nihil faciunt ad hanc causam, præcipiam ut pauca etiam legantur ex meis libris Latinis spectantibus ad eandem disciplinam: in quibus videbis, et quadam a paucis cognita in piscibus, et præterea nomina etiam nova Romanis, quæque non fuerant formata hactenus, quantum scio: videbis tamen illa vocabula sic derivari a Græcis, opera et diligentia mea, ut nihilominus insignita sint Latino characterē. Aut tui advocati, o Æmiliane, dicant nobis ubi legerint hæc nomina enuntiata Latine. Loquar de aquatilibus tantum, neque tangam reliqua animalia, nisi in differentiis com-

Junt. pr. Bas. pr. *discrevit*. Mss. Pith. D'Orv. *discernit*. Id.—1 Edd. Ald. Junt. post. *civiperos*... *oviperos*, ut mutatur vocalis etiam in *puerpera*. Ms. Pith. *viv. eorum, ovip. eorum*. Id.—2 V. C. recte, ita enim Latine appello. Scip. Gentilis. Lege ex Mss. *Ita enim Latine appello*, &c. Pric. Latine extat in Edd. Vic. et Wow. addicentibus Mss. Fulv. et Pith. Mihi a glossatore videtur. J. Bosscha.—3 Bas. pr. *ζωόόρκα*. Post hæc verba et superiori vs. in Ms. Pith. irrepsit ita. Id.—4 Vid. Not. Var.—5 D'Orv. *jubeo*. J. Bosscha.—6 Sic rescripti e vestigiis Cod. Pith. in q. *animadvertentes cum me cogn. raras*. Videtur ita etiam in Cod. Fux. scriptum vidisse Salm. qui id marg. allevit. Vulgo editur: in q. *animadvertes cum in eis cogn. raras*. Pro cum D'Orv. tum. Res et nomina sibi invicem opponi solere, nemo nescit. Id.—7 Ea tamen... provenire. Ms. Pith. et tamen. Lat. Latin. corrigiit *provenere*: male. Pendet infinit. ab *animadvertes*, eleganter abundante τῶ ea: sed in nonnullis Edd. perperam major distinctio est post *infecta*. Id.—8 Displicet illepidi geminatio τῶ tamen: suavius ad aures, quidni et sententiam? legas *tantum*. Pric.—9 Ed. Bas. pr. *paterni*, unde correxit Lat. Latin. J. Bosscha.—1 Dicam...

NOTE

¹ Ne per omnes animalium genitus pergam] Certissimam Casauboni emendationem secutus sum. Legit æque verisimiliter Colvius *ne per omnia ani-*

malium genera:

² Latina moneta percussa sint] Latini characterem præ se ferant. Metaphora a re monetaria.

les, nisi in communibus differentes,⁷ attingam.¹ Ausculta igitur, quæ dicam.² Jam me clamabis mágica nomina Ægyptio vel Babylonico ritu percensere:³ Σιλάχεια, μαλάκια, μαλακόστρακα, χονδράκανθα, ὀστρακόδερμα, καρχαρόδοντα, ἀμφίβια, λεπίδατα, φολιδατά, δερμόπτερα, πύζα, νέποδα, μονήρη, συναγελαστικά.⁴ Possum⁴ etiam pergere, sed non est operæ in istis diem terere, ut sit mihi tempus aggredi ad cetera. [467] Hæc interim, quæ dixi⁵ pauca, recita, Latine a me enuntiata.⁶ (*Desunt Latina vocabula e superioribus Græcis versa.*) Utrum igitur putas⁷ philosopho, non secundum Cynicam temeritatem^a rudi et indocto, sed qui se Plato-

muniſua. Audi ergo quæ dicam. Mox exclamabis me referre vocabula Magica more Ægyptiorum, aut Babyloniorum: Græca vocabula. Possum etiam legere ulterius, sed non est operæ pretium consumere diem in istis, ne tempus mihi desit pergendi ad reliqua. Interim recita hæc pauca, quæ pronuntiati, conversa a me Latine: Versio superiorum Græcorum Vocabulorum. Utrum ergo arbitraris pudendum esse philosopho non imperito, neque ignaro juxta impudentem sectam Cynicorum, sed qui scit se esse ex secta Platonica; utrum, inquam, arbitraris pudendum esse ipsi nosse ista, an vero ignorare? contemnere hæc, an curare? cognoscere

~~~~~

attingam. Ms. D'Orv. attingant, deleto dicam. Id.—2 D'Orv. dico. Id.—3 Vid. Not. Var.—4 Pith. possem. J. Bos.—5 Edd. Elm. Scriv. Altenb. Bip. dixit: male. Ipse dixerat Ap. Id.—6 D'Orv. nunc. Pith. enunc. Latina verba non apposita fuerunt ab Auctore, utpote non a se, sed ab alio quodam recitata. Id.—7 Pro utrum Mss. Pith. D'Orv. verum: non male: modo deleas cum D'Orv. igitur putas: sed vulgata lectio Apuleiano stylo magis convenit. In

#### NOTE

<sup>1</sup> Nisi in communibus differentes [*differentiis*] Hæc est mens Apuleii: Non attingam, inquit, alia animalia præter aquatilia: nisi quatenus, inter explicandum horum genera, incidet oratio in differentias ipsis communes cum reliquis.

<sup>2</sup> [*Græca vocabula*] Ea Elmenhorstius ex membranis Florentinis edidit, sed adeo monstrose corrupta, ut nihil certi clarique possit ex eis erui. Ea sic habent: Καλυκεκ καλακ εκ καλακοστρακα † οκα Ρακακα οστρακοδερνα κερ † υΡοαΝ τυ C † Ν φιβια e N † δυνοφολια οτα δερκοπτερα πεσυ Νο ποδυ κο Νηρη cy ΝΑ γε λα e πκα: ex quibus aliqua Pricæns emendavit, et explicuit. Pro Καλυκεκ legit σελάχεια,

hoc est, inquit, cartilaginea. Pro καλακειν, μαλάκια, hoc est, mollia. Pro καλακοστρακα, μαλακόστρακα, nempe, crustis tenuibus contexta. Pro οστρακοδερνα, ὀστρακόδερμα, hoc est, testis duris conclusa. Pro Νφιβια, ἀμφίβια: hoc est, in terra simul ac mari degentia. Pro φολια οτα, φολιδατά: hoc est, squamosa. Pro δερκοπτερα, δερμόπτερα, quibus cutis pro alis est. Reliqua felicioribus ingeniis eruenda relinquit.

<sup>a</sup> Secundum Cynicam temeritatem] Cynicis enim impudentia et mordacitas pro doctrina erat, et dicenti cuiusdam, Οὐδὲν εἶδας φιλοσοφῆν, Philosopharis, cum nihil scias, Diogenes respondit, Εἰ καὶ προσποιῶμαι σοφίαν,

nicæ scholæ meminerit, utrum ei putas turpe, scire ista, an nescire? negligere, an curare? nosse, quanta<sup>8</sup> sit etiam in istis providentiæ ratio, an de Diis immortalibus matri et patri credere?<sup>b</sup> Q. Ennius, Hedypathetica<sup>c</sup> qui versibus scripsit, innumerabilia piscium genera enumerat, quæ scilicet curiose cognoverat.<sup>9</sup> Paucos versus memini, eos dicam:

Omnibus ut Clypea<sup>d</sup> præstat mustela marina.<sup>f</sup> [468]  
Mures sunt Ænid, aspra ostrea plurima Abydi,<sup>g</sup>

quantum ordo providentiæ etiam in iis eluceat, an vero credere patri et matri de Diis immortalibus? Q. Ennius in Hedypathetica, quæ composuit carminibus, recenset innumeras species piscium, quas nimirum observaverat studiosè. Recordor aliquot ejus carminum: referam ea: Sed mustela marina, quæ reperitur prope urbem Clypeam, melior est ceteris omnibus. Reperiantur mures Æni: sed

D'Orv. exulat etiam secundum. Id.—8 D'Orv. quanto. Pith. non habet in, nec, cum D'Orv. de. Pro Q. Enn. D'Orv. Quæn. Id.—9 Mss. Pith.

NOTÆ

καὶ τοῦτο φιλοσοφῶν ἐστίν, 'Etsi philosophiam simulo, hoc ipsum philosophari est' ut refert Lært. in ejus Vita.

<sup>b</sup> Patri et matri credere] Proverbialis locutio: pro, non curiose investigare.

<sup>c</sup> Hedypathetica [Ædesphagitica] Perierunt illi Ennii versus, ut et multi alii. Itaque ne eorum quidem inscriptio, quæ hic proculdubio corruptissima exhibetur, certo restitui potest. Casaub. reponerat Ἐδεσφάτη φάγυα. Pricæus melius meo judicio Ἐδύφαγυα, aut certe Ἰχθυόφαγυα, de Snavibus, aut de Pisculentis Eduliis, Msa. vestigiis imitens, quæ habent Hedypathetica et Ædesphagitica.

<sup>d</sup> Omnibus ut Clypea, &c.] Versus hos corruptos sic repono et lege ex Turnebi et Casauboni emendatione: Omnibus at Clypea præstat mustela marina. Mures sunt Æni, aut aspra ostrea plurima Abydi. Mitylenæ est pecten, capreaque apud Ambracienses. Brundisii argus bonus est: hunc, magnus erit ei, Sume: apricium piscem scito

primum esse Tarenti. Surrenti phagem, glaucum Cumas apud. At quid? Searum præteriti, cerebrum Jovis pæne supremi! Nestoris ad patriam hic capitur magnusque bonusque. Melanurum, turdum, merulamque, umbramque marinam. Polypus Coreyræ, calcaria pinguis Atarnæ. Purpura, muriculi, murex, dulces quoque echini.

<sup>e</sup> Clypea [Clypeæ] Clypea, seu Clapea urbs est veterum Carthaginiensium, quam Plinius ponit in Promontorio Mercurii, atque in ea emori scorpiones. Eam Græci Geographi Ἀρωῖδα vocant. A Siculis extractam fuisse refert Solinus, in Polyhistore, cap. 20.

<sup>f</sup> Mustela marina] Γαλέος. Hanc Paulus Jovius, in De Piscibus Rom. putat esse, quam nos a lambendis petris 'lampetram' dicimus. Omnia hæc nomina, in his contenta versibus, piscium sunt, et locorum, in quibus singuli inveniuntur.

<sup>g</sup> Mures sunt Ænid, asp. [Mures sunt Æni; aut aspra] ostrea plurima Abydi] Expressit hunc Arcestrati versum:

Mitylenæ est pecten, charadrumque apud Ambraciai.<sup>b</sup>  
 Brundusii<sup>c</sup> sargus bonus est:<sup>d</sup> hunc, magnus erit si,  
 Sæmæ. Apriculum piscem scito primum esse Tarenti.<sup>e</sup>  
 Surrentid elopem face emas. Glaucum ad Cumas.<sup>f</sup>  
 Quid

et multa ostrea scabra prope Abydum. Est pecten apud Mitylenen, et caper piscis apud Ambracienses. Sargus bonus invenitur Brundusii: cape eum, si sit magnus. Scias optimum apriculum piscem reperiri Tarenti. Phagen Surrenti, glaucum vero apud Cumas. Sed quid hoc est? Omisi scarum, qui

D'Orv. Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. cognorat. Id.—1 D'Orv. Brundini. Phk.

#### NOTÆ

Τὸς μὲν ἄνδρς ἔχει μεγάλους, δοτρεῖα δ' ἄβυδος. Ænus, ἄνως, oppidum est Thraciæ, non longe ab ostio Hebri, et portu Stentoris, Plinio. Ollim dictum fuit Πολυνοβρία, teste Strab. lib. vii. Abydus vero oppidum est ad Hellespontum, Seato oppositum. Utrumque Leandri et Herus amoribus clarum.

<sup>b</sup> *Mitylenæ est pecten, charadrumque apud Ambraciai* [caperisque apud Ambracienses] Sic statuit Casaubonus, ita ut 'Capros' nominativus sit Græcus καπρός pro, caper, metri causa. Lectio hæc optime quadrat cum his Archestrati: Τὸς δὲ κτέρας ἡ Μιτυλήνη Πλειστόνους δ' Ἀμβρακία παρέχει, καπρός τε μετ' αὐτῶν: id est: Mitylene habet pectines: plurimos item Ambracia, cumque eis etiam capros. Pectines Polyporum genus. 'Saliunt pectines,' inquit Plinius lib. ix. cap. 33. 'et extra volitant, seque et ipsi carinant.' Idem lib. xxxii. cap. ult. 'Polyporum genera, pectines maximi, et nigerrimi æstate, laudatissimi Mitylenis, Tyndaride, Salonis, Altini, Antli, in insula Alexandriæ in Ægypto.' Mitylene urbs est in Lesbo insula, hodie *Metelin*, sicut et ipsa insula, cui nomen urbs suum dedit. Ambracia Epiri urbs ad Ambracium Sinum, pectinibus et capris abundan-

tem. Plinius tamen capros præcipue in Acheloo amne (qui haud multum ab Ambracia distat) reperiri innuit lib. xi. cap. 51. 'Et is, qui caper vocatur,' inquit, 'in Acheloo amne grunnitum habet.'

<sup>c</sup> *Brundusii sargus bonus est*] Brundisium, Βρονθήσιον, urbs est Calabria ad Mare Adriaticum sita. Sargi piscis meminit Plin. lib. ix. cap. 17.

<sup>d</sup> *Apriculum piscem scito primum esse Tarenti*] Apriculus καπρόλεος. Opiano piscis acutissimis ac validissimis dentibus. Tarentum Calabriae oppidum ad sinum cognominem, hodie Tarente.

<sup>e</sup> *Surrentid elopem face emas. Glaucum ad Cumas.* [Surrenti phagem, glaucum Cumas apud] De Glaucio pisce narrat ex Ovidio Plin. lib. xxxii. cap. ult. eum æstate nunquam apparere. Surrentum oppidum est in Picentino agro juxta Minervæ promontorium. Cumæ vero in Lucanis urbs ab Enbolcis Calciadiensibus condita. Phagem ponit Gentilis auctoritate Constantini de Re Rust. lib. xx. cap. 7. ubi piscium genera enumerans scribit: 'Phages, scaras, glaucas,' quos tres pisces etiam hic simul posuisse Apuleium verisimile est. Phages porro piscis est; phager dictum Plinio.

[469] Scarum præterii,<sup>m</sup> cerebrum Jovi' pæne supremi?<sup>n</sup>

(Nestoris<sup>2</sup> ad patriam hic capitur<sup>o</sup> magnusque bonusque)

Melanurum,<sup>3</sup> turdum,<sup>p</sup> merulamque, umbramque<sup>4</sup> marinam?

Polypu' Corcyrae,<sup>q</sup> calvaria pinguis Atarnæ,<sup>r</sup>

Purpura, muriculi,<sup>s</sup> murex,<sup>t</sup> dulces quoque echini.<sup>u</sup>

est fere cerebrum summi Jovis! Hic capitur magnus et bonus prope patriam Nestoris. Omisi melanurum, turdum, et merulam, atque umbram marinam. Polypus invenitur apud Corcyram, pinguis calvaria apud Atarnam. Item purpura, muriculi, murex, atque etiam dulces echini. Celebravit etiam car-

caret est. Id.—2 Edd. Valc. sec. tert. Nestoris. Ms. Pith. Nestoris. Id.—3 Elm. Scriv. Melanurum. Ms. D'Orv. Menalorum: ut citat Ciofan. l. c. Pro turdum Ms. Fulv. cardum. Id.—4 Ms. Pith. umbramque. Id.—5 Vid. Not. Var.—6 Matriculi. Rom. Ven. mariculi. Ald. mariculi. Turneb. mari-

NOTÆ

<sup>m</sup> Quid Scarum præterii] Scarus piscis nobilis, ab Horatio, Martiale, Juvenale, Plinio, allisque celebratus, cui Plinius suo tempore datum esse principatum scribit lib. ix. cap. 17.

<sup>n</sup> Cerebrum Jovi' pæne supremi] Proverbialiter dictum de optimis suavissimisque cibus Διὸς ἐγκέφαλος; quod proverbium a Persis fluxit, ejusmodi res 'cerebrum Jovis' aut etiam 'cerebrum regis' vocantibus. Sic enim Suidas: Διὸς ἐγκέφαλος. οὕτω λέγουσιν οἱ Πέρσαι ἐπὶ τῶν ἡδονακούντων. ἢ βασιλέως ἐγκέφαλος.

<sup>o</sup> Nestoris ad patriam hic capitur] Ad Pylum, Messeniorum urbem, patriam Nestoris illius grandævi ab Homero adeo celebrati. Petronius scaros Mari Siculo præsertim attribuit: 'Siculo scarus æquore mersus.'

<sup>p</sup> Melanurum, turdum, &c.] Hæc omnia nemina piscium in accusativo regit verbum 'præterii'. Umbra marina piscis est a colore nominatus, teste M. Varrone, quod sit coloris forvi et umbræ. De hoc Ausonius, quem edemus propædiem, in Edyllio

Mosellæ: 'Effugiensque oculos celeri levis umbra natata.'

<sup>q</sup> Polypu' Corcyrae] Præterea circa Thasum insulam et prope Cariam reperiri ait Archestratus jam laudatus: Πόλυποι ἐν τε Θάσῳ καὶ Κάρῳ εἰσὶν ἄριστοι, καὶ Κέρκυρα τρέφει πολλοὺς. Coreyra insula, hodie Corfu, in Ionio Mari.

<sup>r</sup> Calvaria pinguis [pinguis] Atarnæ] Calvaria piscis est, a rotunditate et duritie sua sic dictus. Plinius orbem vocat lib. xxxii. cap. 2. 'Durissimum esse piscium constat, qui orbis vocetur: rotundus est, et line squamis, totiusque capite constat.' Atarna hic urbs est, non piscis, ut quidam somniaverunt. Ejus meminit Stephanus, eamque ponit Mysiam inter et Lydiam, prope Leabum insulam. Ἀταρνα, inquit, πόλις μεταξὺ Μυρίας καὶ Λυδίας, πλησίον Λέσβου.

<sup>s</sup> Purpura, muriculi, murex] Hæc conchylia sunt, parum inter se discrepantia.

<sup>t</sup> Dulces quoque echini] Unde etiam Gallis, qui oram Massiliensem inco-

Alios etiam<sup>7</sup> multis<sup>8</sup> versibus decoravit,<sup>9</sup> et, ubi gentium quisque eorum [470] inveniatur, ostendit;<sup>9</sup> qualiter assus aut jussulentus<sup>1</sup> optime sapiat; nec tamen ab eruditis reprehenditur: ne ego reprehendar, qui res paucissimis cognitas Græce, Latine<sup>2</sup> propriis et elegantibus vocabulis conscribo. Cum hoc satis dixi, tum aliud accipe. Quid enim tandem, si medicinæ neque instudiosus, neque imperitus, quæpiam remedia ex piscibus quæro; ut sane sunt plurima, cum in aliis omnibus rebus eodem naturæ munere interspersa atque interseminata, tum etiam<sup>3</sup> non-

minibus plurimos alios, et docuit quibus in regionibus unusquisque eorum reperitur: quomodo habeat optimum sorem, assatum, an vero jure conditus: neque tamen redarguitur a doctis. Ego igitur non sum quoque redarguendus, qui explico Latine nominibus congruis et elegantibus res, quæ Græce scriptæ notæ erant perpaucis hominibus. Sed satis innixus sum his rationibus; audi jam alios. Nam quid dum dicant, si ego neque negligens, neque ignarus medicinæ, quæro aliqua medicamina ex piscibus, ut certe permulta sunt immixta et inaspera eadem largitole naturæ tum in ceteris omnibus rebus, tum etiam aliqua in piscibus? credisne pertinere

culi. Num potius: auriculæ. τὰ ὠτίδια apud Athenæum lib. III. Colchus. Mas. Florent. murriculi. Pith. marriculi cum Ed. Vic. Ms. D'Orv. matri- culi cum Edd. Bas. Junt. pr. Colv. Vulc. pr. In Ald. et Junt. post. mariculi. Sed Cas. Gent. Wow. Elm. Pric. et seqq. muriculi. Pro purpura Mas. D'Orv. Pith. purpuram. Muriculos interpretatur Salm. parvos murices. Equidem muriculos ab Ennio vocari putem, quos musculos appellat Plaut. Rud. II. 1. 10. 'Echinos, lepadas, ostreas, balanos captamus, conchas, Marinam urticam, musculos, placusias striatas.' Cels. II. 29. 'ostrea, pelorides, echini, musculi.' J. Bosscha.—7 Ms. D'Orv. in, non agnoscens decoravit. Idem.—8 Malim multos, ut nimirum pisces intelligas. Pric.—9 Inveniatur ostendit. Non sunt in Florentino hæc verba. Elmenh. Uti nec in Pith. et D'Orv. J. Bos.—1 D'Orv. aut insolenter. Acidalii emendatio an jussul. non necessaria est. Id.—2 Male Ms. Pith. Edd. Junt. post. Al- tenb. Bip. et Latine. Statim et exulat a D'Orv. Id.—3 Ms. D'Orv. cum et.

## NOTÆ

Iunt, dolussins dicuntur. Pisces illi testas habent ovalis fere figuræ, in inferiori parte planas, in superiori gibbosas, aculeisque brevioribus asperas, quæ est eorum, cum terrestribus echinis, seu herinaculis, similitudo. Ab illis dicti sunt in architectura echini illi, qui in Capitulis Ionici generis insculpti videntur, et sæpe etiam in coronictibus, quos Italico vocabulo (ocea) dicimus. Post hunc

versum: 'Purpura, muriculi,' &c. erant alii, in quibus (ut arbitror) locas designabatur, ubi reperirentur hi pisces, quemadmodum in aliis factum observavimus.

<sup>9</sup> Alios etiam multis [multos] versibus decoravit] Eorum versuum nihil ad nos pervenit, præter superiores ab Apuleio relictos, eosque, miram quam corruptos.

nulla in piscibus? An remedia nossè, et ea conquirere,<sup>4</sup> Magi potius esse,<sup>5</sup> quam Medici, quam denique Philosophi putas? qui<sup>6</sup> illis non ad quæstum, sed ad suppetias usus<sup>7</sup> est. Veteres quidem medici etiam carmina remedia vulnerum norant,<sup>8</sup> ut omnis vetustatis certissimus auctor Homerus docet, qui facit Ulixi<sup>x</sup> de vulnere sanguinem profluentem sisti cantamine. Nihil enim, quod salutis ferendæ gratia fit, criminosum<sup>9</sup> est.<sup>7</sup> At enim, inquit, piscem cui rei, nisi malæ, proscidisti,<sup>1</sup> quem tibi Themison servus<sup>2</sup> attulit? Quasi vero non paulo prius dixerim,

*ad Magum potius quam ad medicum, aut etiam ad philosophum cognoscere medicamina, et ea investigare? qui philosophus non usus est eis ad lucrum sibi parandum, sed ad auxilium ferendum agris? Prius quidem medici cognoscebant etiam incantationes, quibus vulnera sanabantur, quemadmodum Homerus auctor constantissimus totius antiquitatis tradit: apud quem sanguis emanans Ulyssi ex plaga cohibetur incantatione. Nam nihil eorum, quæ sunt ad opem salutarem ferendam, crimen habet. Sed, inquit, ad quam rem nisi malam secuisti piscem, quem famulus tuus Themison attulit ad te? Quasi vero non dixerim paulo ante, me scribere*

Mox Pith. cum Ed. Vic. *conquerere*. Id.—4 Legerim: An ea remedia nosse et conquirere? qui pressius verba inspexerit, mecum sentiet. *Pric*. Recte: modo addicerent Mas. aut Edd. vett. J. Bos.—5 *Mss*. Florent. Pith. *pot. est*. Id.—6 D'Orv. *que*, ut sæpe in illo Cod. quod semel monuisse sufficiat. Id.—7 Pith. *ad suppetias*: id. cum Florent. D'Orv. *usura*. Id.—8 Venet. et Margar. Poët. *nominant*. Colvius. Bemb. *nominant*. Sic paulo post: 'et leporem marinum nominatis.' *Er. Pulem*. Accedunt *Mss*. Pith. D'Orv. Non placet tamen. J. Bos.—9 Sic Bas. 2. et Marg. Poët. In aliis *arum-nosum*. Colvius. In Vic. nempe, Junt. pr. Ald. Bas. pr. contra *Mss*. et sensum. J. Bos.—1 *Male proscidisti*. Scribendum *malæ*, reclamant licet Edd. ineptæ. Formulæ antiquariis notæ: 'bonæ rei, malæ rei: bono tuo, malo tuo: bono reip. malo reip.' *Stewech*. Immo Edd. Basil. quod sciam solæ, habent *malæ*. J. Bos.—2 *Mss*. et Edd. vett. rursus *Themison servus*. Proxime sequens me

## NOTE

<sup>x</sup> *Carmina, remedia vulnerum norant*] Virgil. *Æneid*. lib. vii. 'Neque eum juvere in vulnere cantus.' Marcellas, de Medicamentis: 'Gramine seu melle ægro præstare medelam, Carmine seu potius; namque est res certa saluti Carmen ab occultis tribuens miracula verba.'

<sup>x</sup> *Qui facit Ulixi, &c.*] *Ὀδυσσ.* T. 456. et seq. *Ὀδυσσῆν δ' Ὀδυσῆος ἀμύμονος ἀντιβόιο Δῆσαν ἐπισταμένως, ἐπαοιδῇ δ' αἶμα κελαιδὺν Ἑσχισθον αἶψα δ' ἰκόντο φίλον τρὸς δόματα πατρός*: Vul-

nus autem Ulyssis optimi divini Ligaverunt scienter: incantatione autem sanguinem nigrum Tennerunt: statim autem iverunt dilecti ad ædes patris.

<sup>7</sup> *Nihil enim, quod s. f. gr. fit, criminosum est*] Immo vero multa, et hæ præsertim excantationes, gravissimæ sane supplicia coercendæ. Leo Imperator eas prohibuit Constitutione sua 65. *περὶ τῆς κολάσεως τῶν μαγικῶν χρησμένων*.

[471] me de particulis omnium animalium, de situ earum, deque numero, deque causa<sup>3</sup> conscribere, ac libros ἀνατομῶν<sup>4</sup> Aristoteli<sup>5</sup> et explorare studio, et augere. Atque adeo summe miror,<sup>6</sup> quod unum a me pisciculum inspectum<sup>7</sup> sciatis, cum jam plurimos, qui ubicumque<sup>8</sup> locorum oblatis sunt, æque inspexerim: præsertim quod ego nihil<sup>9</sup> clanculo, sed omnia in propatulo ago; ac quivis, vel extrarius, arbiter assistat:<sup>1</sup> more hoc et instituto magistrorum meorum, qui aiunt, hominem liberum et magnificum debere, si queat, in primori fronte animum gestare. Hunc adeo pisciculum, quem vos leporem marinum nominatis, plurimis, qui aderant, ostendi, necdum etiam decerno, quid vocent,<sup>2</sup> nisi quæram sane accuratius: quod nec apud ve-

*de partibus omnium animalium, et de positura, numero, et causa earum, moque experiri et augere meo labore libros Aristotelis Dissectionum. Sed certe miror quod noveritis tantum me considerasse unum piscem, cum jam consideraverim similiter permultos, qui mihi oblatis fuerunt variis in locis: cum præcipue nihil faciam in occulto, sed omnia in aperto; ita ut, quicumque voluerit, etiam extraneus, adesset testis: secundum hunc morem et hanc consuetudinem meorum magistrorum, qui dicunt hominem ingenuum et liberalem debere ferre animum suum in prima fronte, si possit. Ceterum monstravi multis, qui præsentibus erant, hunc pisciculum, quem vos appellatis leporem marinum, neque adhuc status quomodo eum appellem, nisi certe exquiram diligentius; quia non invenio apud antiquos philosophos proprietatem*

~~~~~

ignorat Pith. Id.—3 Pith. D'Orv. denique num. denique c. Id.—4 Deest Græcum vocabulum Mss. Pith. D'Orv. et Edd. Vic. In Junt. pr. Bas. pr. conspicitur ἀπαρδ νῶν. in Ald. ἔπεινῶν. Id.—5 Al. Aristotelis.—6 Atque adeo miror. Edd. Bas. sec. et aliæ quædam ante Casaub. atqui ad. mir. ut et Valc. sec. tert. Wow. In Vic. Junt. pr. Bas. pr. Ald. atque admiror. Junt. post. atque ad eorumque miror, e Mss. nam sic distincte extat in Pith. et D'Orv. unde verissime margini allevit Salm. fortasse e Ms. Fax. atque adeo summe miror. Adverbium summe amasse videtur Ap. Met. l. x. p. 713. 'summe delectari.' L. xi. p. 767. 'summeque miratus:' add. l. i. p. 28. et p. 73. l. iii. p. 201. l. xi. p. 709. J. Bos.—7 D'Orv. inconspicuum. Id.—8 Exquisite pro qui ubique. Ovid. Am. iii. 10. 5. 'Te, Dea, munificam gentes ubicumque loquuntur:' nbi cf. Burm. quare non ejiciendum qui, cum Ms. Pith. Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. Id.—9 Inverso ordine D'Orv. Id.—1 Ut quivis vel extr. arb. ass. Ita lego. Mox Fulv. quid vocem nisi quæram. Sciopp. in Symbols. Melior quorundam lectio, ut quivis. Pricæus. E vet. cod. emendavit sic quoque Schickrad. et amplexus id est Florid. probante in marg. Salm. Reliquæ Edd. at quivis. Sed Casaub. Gent. Wow. ac quivis; quod falcitur auctoritate Mss. Pith. D'Orv. et dici puto pro, ac cnivis assistere licet: non enim iungenda hæc cum superiori 'inspexerim.' J. Bos.—2 Placeret magis scribi, quid vocem: quod verum puto. Colo. Vocent non

NOTE

³ Aristotelis] Genitivus est per crasim pro, Aristotelei, a nominativo,

Aristoteles.

teres philosophos proprietatem ejus piscis^a reperio; quam sit omnium rarissima, et hercule memoranda.³ Quippe solus ille, quantum sciam, cum sit cetera exossis, duodecim numero ossa, ad similitudinem talorum suillo- rum, in ventre ejus connexa et catenata sunt. Quod Aristoteles si scisset, nunquam⁴ profecto omisisset scrip- to prodere: qui aselli piscis solius^b omnium in media alvo⁵ corculum situm pro maximo⁶ memoravit. Pis- cem, inquit, proscidisti. Hoc quis ferat⁷ philosopho [472] crimen esse, quod lanio vel coco non fuisset? Piscem proscidisti: quod crudum: id accusas?⁸ si cocto ventrem ruspares,⁹ hepatia suffoderem, ita ut apud te puerulus ille Sicinius Pudens suomet obsonio^d discit,¹ eam rem non

illius piscis, quamvis sit rarissima omnium, et sane digna relatu. Ille enim solus piscis, quod sciam, habet duodecim ossa in alvo, instar astragalorum porcinorum inter se colligata et concatenata. Quod si Aristoteles cognovisset, nunquam certe oblitus esset mandare scriptis: siquidem ipse retulit, tanquam aliquid rarissimum et insignis, parvum cor positum in medio ventre aselli solius ex omnibus piscibus, qui hoc habeat. Secuisti piscem, ait. Quis patiar hoc crimini dari philosopho, quod non datum fuisset lanioni, aut coquo? Dissecuisti piscem: quid? crudum? et arguis hoc? si scrutarer alvum pisci cocto, si ei eruerem viscera, quemadmodum ille adolescentulus Sicinius Pudens docetur apud te suo ipsius sumtu, non existi-

male: quin si tamen vocem. Casaubonus. Vocem edidit Florid. non male: sed invitis libris. J. Bos.—3 Corrupte Pith. *hedere memoranda*: statim ille non est in D'Orv. Id.—4 Si scisset unquam. Pro his D'Orv. si unquam, Pith. *unquam*. Id.—5 Mss. Pith. D'Orv. *medio alvo*: quod vitiosum esse affirmat Oud. ad Sueton. Vespas. c. 24. quem vide etiam ad Nostr. Met. lib. vi. p. 444. b. Id.—6 D'Orv. *pro maximum*. Id.—7 D'Orv. *quis praeferat*: male: supra p. 460. 'Quis æquo animo pateretur, si me per hoc beneficii arcesse- res?' Id. Ms. *pro crimen, crimine*. An *crimini*? sed non necesse est. Pro *coco* D'Orv. *coquo*. Id.—8 Sic bene Edd. Vic. Junt. utr. Ald. Bas. Cas. Gent. Pric. Scriv. cum Mss. Reliquæ: *quid? crudum? id accusas?* Id.—9 Al. *rusparet*.—1 Vid. Not. Var.—2 En tibi librorum omnium scripturam

NOTÆ

^a *Proprietatem ejus piscis*] Non le- poris marini, ut sibi male persuasit Belloinus, sed illius quem secuerat, nec sciebat quo nomine insigniret, cum proprietatem ejus valde insignem nusquam apud auctores repe- riret.

^b *Qui aselli piscis solius, &c.*] Hoc de asello majore, qui Græcis *livos* di- citur, legisse se ait Casaub. non apud

Aristotelem, sed apud Athenæum et Ælianum, sæpius. Hic piscis est quem Germani *Stockfisch* vocant.

^c *Si cocto ventrem ruspares*] Voca- bulum vetus 'ruspari.' Glossæ Isi- dori: 'Ruspantur, perquirunt anxie.' Porro, ventrem piscis ruspari, et he- patia erueri, liguritoris est: piscium enim delicatissima pars venter est.

^d *Suomet obsonio*] Hoc est, in pisci-

putares accusandam? Atqui² majus crimen est philosopho comesse pisces,³ quam inspicere. An hariolis licet jocinora⁴ rimari,⁵ philosopho contemplari non licebit, qui se sciat omnium animalium haruspice,⁶ omnium Deum sacerdotem? Hoc in me accusas, quod ego et Maximus in Aristotele miramur? cujus nisi libros bibliothecis exegeris, et studiosorum⁷ manibus extorseris, accusare me non potes. Sed de hoc pæne plura, quam debui. Nunc præterea vide, quam ipsi sese revincant. Aiunt, mulierem magicis artibus, marinis illecebris, a me petitam eo in tempore, quo me non negabant in Gætuliæ mediterraneis⁶ montibus⁷ fuisse, ubi⁷

mores id esse arguendum? Sed majus est crimen philosopho edere pisces, quam eos considerare. An fas est haruspibus scrutari viscera, ea vero inspicere nefas erit philosopho, qui novit se esse haruspice omnium animalium, et sacerdotem omnium Deorum? Tu hoc reprehendis in me, quod ego et Maximus admiramur in Aristotele? cujus nisi expuleris libros ex bibliothecis, et eripueris ex manibus studiosorum, non potes me accusare. Verum jam dixi de hac re plura fere quam opus erat. Nunc considera præterea quantum ipsi sibi contradicant. Dicunt me aggressum fuisse mulierem magicis incantaminibus ope illecebrarum ex mari petitam illo tempore, quo non inficiabuntur me fuisse in montibus Gætuliæ, qui sibi

~~~~~

interpunctionemque: utramque vitiosam, Immo adeo putide corruptam, ut hic locus semimortuus jaceat, si non interfectus. Vis postliminio redeat? Aufer e medio interrogationis notam: post lege et interpunge mecum ad hanc faciem: *Atqui majus cr. e. Ph. inspicere pisces quam comesse?* Locum perpende jam, et, siquid merui, repone. Pric. Ed. Vic. cum Mss. Pith. D'Orv. *accusandam*. An 'non accusare' notare possit, pro nihilo habere? Sed cave quicquam mutes. Affirmat Apul. (*Atqui inquit*) majus crimen esse Philosopho comesse, quam inspicere pisces, ut qui non nisi in delicatioribus cænis apponi solebant. J. Bos.—2 D'Orv. *acqui*. Id.—3 *Jocinera*. Lege in Glossis priscis: *Jocinera*, "Erraps: ubi male *Jocinera*, "Erraps. Colcius. Ed. Vic. *Jocinera*. Al. *Jocinera*: ut ubique variatur. Pro *hariolis* Pith. *hariolus*. J. Bosscha.—4 *Aruspice*. D'Orv. *conspicerem*: et pro *sacerdotem* Pith. *sacerdotarium*. Id.—5 D'Orv. *studiorum*. Mox nam *præterea*. Id.—6 Pith. *negabant*. D'Orv. *medindanis*. Id.—7 Edd. Junt. pr. Ald. Bas. pr. tibi.

#### NOTE

bus suo ipsius ære emtis.

<sup>2</sup> *Majus crimen est philosopho comesse pisces* Erant enim pisces delicatiorum et luxuriosarum cenarum fercula. Horat. 'Bene erat, non piscibus Urbe petitis, Sed pullo atque hædo,' &c.

<sup>3</sup> *Jocinora rimari* Petron. 'Recluso pectore extraxit fortissimum jecur, atque inde mihi futura prædixit.'

De hariolis omnique illa extispicia plura vide apud Antiqui. Roman. scriptores, et Plin. lib. ix. cap. 37.

<sup>4</sup> *In Gætuliæ mediterraneis montibus* Qui montis Atlantis suffragines sunt. Gætulia Libyæ regio est ad Nigrum fluvium. Maritimæ ejus rupes ac scopuli muricibus et purpuris abundant.

pisces per Deucalionis diluvia<sup>b</sup> reperiantur.<sup>c</sup> [478] Quod ego gratulor,<sup>d</sup> nescire istos, legisse me Theophrasti quoque περὶ<sup>e</sup> δακετῶν ζώων καὶ βλητικῶν, et Nicandri θηριακά.<sup>f</sup> Ceterum me etiam veneficii reum postularent, ut qui<sup>g</sup> hoc negotium ex lectione et æmulatione Aristoteli nactus sim,<sup>h</sup> nonnihil<sup>i</sup> et Platone meo<sup>j</sup> adhortante, qui ait, eum, qui ista vestiget, φρονεῖν ἀθάνατα<sup>k</sup> καὶ θεῖα ἄνθρωποις ἀληθείας ἐφαπτηται.<sup>l</sup> Nunc quoniam<sup>m</sup> pisces horum satis patuerunt, accipe aliud, pari quidem stultitia, sed multo tanto vanius et ne-

*sunt in mediis terris: ubi invenias pisces, sed tempore diluvii Deucalionis. Ego sane gaudeo quod illi ignorent, me etiam legisse libros Theophrasti de iis, quæ mortui et vulnere patent, et Nicandri Theriaca. Alias accusarent etiam me veneficii: utpote cum in hoc studium incubuerim ex lectione et imitatione Aristotelis, ex aliqua etiam exhortatione Platonis, qui dicit eum, qui quærat ista, cognoscere res immortales et divinas, si veritatem assequatur. Jam, quia pisces eorum refutati sunt satis evidenter, audi aliud commentum, simili quidem stoliditate, sed longe in-*

~~~~~

Id.—8 V. D. in marg. reperiebantur. Mss. Florent. D'Orv. reperientur. Id.—9 D'Orv. quod ergo gr. Id. Vid. Not. Var.—1 Edd. ante Bas. sec. et Ms. D'Orv. ut quidem. Lat. Latin. in Bas. sec. legerat postulare, eum, ut qui. Unde fingit, ut eum qui: Ms. Pith. ut per. J. Bos.—2 Edd. Scriv. Bip. Aristotelis: contra Nostri morem. Ms. D'Orv. notus eum. Id.—3 Mss. D'Orv. Pith. nihil. Id.—4 Vid. Not. Var.—5 Ex Casauboni conjectura hæc in seqq. Edd. recepta sunt: cum in Mss. et Edd. vet. desint. Pro ὅντων corrupte Ed. Scriv. ἀντων ὅντων. J. Bos. Obliti eramus, in schedula nos olim notassem emendationem Gronovii Antiq. Gr. tom. II. p. 83. qui, pro Platonicis a Casaubono invecitis, alia invenit in Membrana Medicea, a se inspecta Florentiæ: ἀπεταμένον παιδῶν ἐν βίῳ καὶ ζωῇ. Itaque hæc jam in locum succedant eorum, quæ et nos sine Msti auctoritate retinuimus, quia nihil melius suppetebat. Idem in Addend.—6 Ms. D'Orv. quæ. Ed. Vic. potu-

NOTE

^b Per Deucalionis diluvia] Cum scilicet 'Obruerat tumulos immensa llicentia ponti: Pulsabantque novi montana cacumina fluctus:' Ovid. Met. lib. I. Non tamen Deucalionis diluvii temporibus: illud enim peculiare fuit Græciæ, nedum ad Gætulicæ montes pervenerit: sed per diluvium Noë, quo universæ terræ facies aquis fuit operta. Verum ista diluvia non distinguit fabulosæ antiquitas; et, quod universali Noë diluvio contingit, Deucaliæneo, ut sibi notiori, tribuit.

^c Περί *] Hunc hiatus supplet

Casaub. hoc modo: περὶ δακετῶν καὶ βλητικῶν, quæ verba expressi in interpretatione. Schottus vero sic: περὶ ζώων ἐν ἡμέρᾳ διαμενόντων, hoc est, de animalibus in sicco morantibus. Utraque inscriptio apud Laërtium est, in Theophrasti Vita, et multæ item aliæ, quarum nonnullæ non minus bene huic loco convenient.

^d Nicandri θηριακά] Addit idem Schottus: καὶ Ἀλεξισφάρμακα.

^e φρονεῖν ἀθάνατα] His verbis lacunam suppleo, ex loco Timæi a Casaubono huc allato, desumptis; quæ in Interpret. exposui.

quius excogitatum.⁷ Sclerunt et ipsi, argumentum piscarium futile et nihili futurum;⁸ præterea novitatem⁹ ejus ridiculam. Quis enim fando audivit, ad Magica maleficia desquamari et exdorsuari¹ pisces solere? Potius aliquid de rebus pervulgatioribus et jam creditis fingendum esset.² Igitur ad præscriptum opinionis et famæ confinxere,³ puerum quempiam carmine cantatum, remotis arbitris, secreto loco,⁴ arula et lucerna, et paucis consociis testibus, ubi incantatus sit, corruisse; postea nescientem sui, excitatum.⁵ Nec ultra isti quidem progredi mendacio ausi. Sed enim⁶ fabula ut impleretur, addendum etiam illud fuit, puerum

anius et improbius. Ipsi etiam viderunt probationem ductam a piscibus futuram frivolam et nullius momenti: et insuper ridiculam propter suam insolentiam. Nam quis audivit dici squammas et ossa solere eximi piscibus ad magicas incantationes? Excogitandum esset potius aliquid de rebus magis communibus, et quæ jam creduntur valere ad ejusmodi incantationes. Ergo commenti sunt, convenienter ad opinionem et famam de his rebus pervulgatam, quendam puerum a se incantatum carminibus, semotis testibus, in loco solitario, ad parvam aram, et lampadem, et paucis consociis, et collapsum esse eum, postquam incantatus fuerat; deinde expergefatum fuisse, ignarum eorum quæ sibi contigissent. Neque ipsi ausi sunt præferre mendacium ulterius, sed, ut perficeretur fabula, oportuit etiam illud adjicere, eundem

*erunt. Pro seq. tanto Ms. D'Orv. tanta, Ed. Ven. tamen: male. Id.—7 Repone ex Rom. et Ven. excogitatu. Sic lib. vi. Met. 'panem sordidum petitiu esto.' Colvius. Colvio obsecuti sunt Elm. et Scriv. sed male, ob præcedens, pari stultitia. Ms. D'Orv. cogitatum. J. Bos.—8 Mss. Florent. D'Orv. Edd. Cas. et seqq. Male ante, et Ms. Pith. nihil f. Id.—9 Lat. Latin. prætereo nov. male. Non præterit Auctor. 'Quis enim fando audivit,' &c. Id.—1 Desquamari et exdorsari. Scripserim desquamari, et exdorsuari, ut apud Plantum et Festum. Casaub. Desquamari rescriptum a seqq. invitis licet Mss. e quibus D'Orv. discamari. J. Bos. Exdorsuari. Flor. et Rom. exdorsari. Plant. Anl. Scena: 'Dromo desquama, &c. Murænam exdorsa quantum potes.' Sic locus hic exaratus est in Edit. Paris. Simonis Carpentarii. Sed quoniam Festus et Nonius vulgatam lectionem retinent, nihil mutare volui. Elmenh. Et hoc contra Mss. in quibus, ut et Edd. ante Casaub. exdorsari. Pith. exdorsare piscem. J. Bos.—2 Confluxendum esset. Omittit ultimum verbum D'Orv. Id.—3 Vir doctus, confluxere. Colvius. Non ceperunt elegantiam hujus locutionis, qui confluxere putarunt legendum. 'Ad præscriptum opinionis et famæ' valet, prout præscribebat et docebat faciendum esse fama et opinio, quæ vulgo de magis obtinet. Plane sic accipit 'præscriptum,' ut Græci suum *προσρῶπον* et *προσρῶπον*, cum ipsa natura rei, aut hominum communis opinio alicujus nos per se admonet. Casaub. Ms. D'Orv. confingere, et mox cantum. J. Bos.—4 Mss. Fulv. Pith. Edd. Elm. Scriv. cum Salm. in marg. secr. aliquo l. Id.—5 Burm. ad Propert. iv. 5. 13. emendandum arbitratur excantatum. Vulgatum præfero. Excitantum opponitur *et corruisse*: somno quodam magico enim oppressus fuit ille puer, et quo postea excitatus fuit. Infra p. 475. 'posse animum humanum, &c. soporari.' Id.—6 Etenim. Læge confideret, at enim. Pricæus. Pith. enim. D'Orv. sedenim, i. e. sed enim: quod sequor. cf. de Dogm. Pl. i. p.*

eundem multa præſagio prædixiſſe: quippe hoc emolumentum canticis⁷ accipimus,⁸ [Præſagium, et Divinationem.] Nec modo⁹ vulgi opinione, verum etiam doctorum virorum auctoritate, hoc miraculum de pueris confirmatur. [474] Memini, me¹ apud Varronem philoſophum,^m virum accuratiſſime doctum atque eruditum, cum alia bujuſmodi,² tum hoc etiam legere: Trallibusⁿ de eventu Mithridatici belli^o Magica percontatione conſulentibus,³ puerum in aqua^p ſimulacrum Mercurii^q contemplantem, quæ futura

puerum vaticinatum eſſe multa: diſcimus enim hunc eſſe fructum carminum, prædictionem et vaticinationem. Neque tantum exiſtimatione plebis comprobatur miraculum illud de pueris, verum etiam teſtimonio eruditorum virorum. Recordor me legiſſe in ſcriptis Varronis philoſophi, viri apprime docti et periti, præter alia ſimilia, hoc etiam maxime. Cum Tralles inquirerent Magica indagatiōe, quis futurus eſſet exitus belli Mithridatici, puerum vaticinatum eſſe eis centum et ſexaginta carminibus, quæ euentura erant, inſpiciendo imaginem Mercurii in aqua.

198. b. Id. D'Orv. ſcila pro fabula, et mox nihil pro illud. J. Bos.—7 V. D. accepiſit cantaminibus. Non infrequens noſtro Auctori vox canticum. v. Met. iv. p. 285. Flor. N. 15. et 17. de Mundo p. 751. Ed. Flor. Apol. p. 415. et 522. Id.—8 Pith. D'Orv. accepimus. Id.—9 Pith. nō. Poſt auctoritate membranæ Florent. addunt me, ex ſq. vs. Id.—1 Me non eſt apud Colv. Id.—2 D'Orv. quomodi: et ſtatim pro legere Trallibus, idem, legenter trallibus. Id.—3 Mss. Pith. D'Orv. conſultantibus. Ed. Vic. conſulantibus. Id.—4 Centum

NOTÆ

^m Apud Varronem philoſophum] Hic eſt M. Terentius Varro, Ciceronis amicus, quem ipſe ait Romanorum fuiſſe doctiſſimum.

ⁿ Trallibus] Tralles hic ciues ſunt urbis Trallinæ, quæ in Asia Minor ſita eſt Mæandrum inter et Cayſtrum fluvios, Cariæ annuerata a Plin. et Ptolemæo, a Strabone vero Ionie, a Stephano Lydiæ. Aliis nominibus Evanthia, Seleucia, et Antiochia appellata eſt.

^o Mithridatici belli] Quod a Sylla inceptum, a Lucullo poſtea valde affectum, a Cn. Pompeio tandem finitum eſt, poſt quadraginta circiter annos.

^p In aqua, &c.] Genus hoc divinationis *ὕδαρρα* Græcis dictum eſt. Multa fuere ejusmodi divinationum

et Magiæ genera. Plin. lib. xxx. cap. 2. 'Ut narravit Oſthanes, ſpecies ejus [Magiæ] plures ſunt. Namque et ex aqua, et ex ſphæris, et ex aëre, et ſtellis, et lucernis, ac pelvibus, ſecurisque, et multis aliis modis divina promittit: præterea umbrarum inferorumque colloquia: quæ omnia ætate noſtra Princeps Nero vana falſaque comperit.'

^q Simulacrum Mercurii] Deorum enim imagines in aqua videre dicebantur vi magica evocatas. D. Auguſtinus lib. vii. de Civitate Dei, cap. 85. 'Hydromantiam facere compulſus eſt [Rex Numa] ut in aqua videret imagines Deorum, vel potius ludificationes Dæmonum; a quibus audiret, quid in ſacris conſtituere atque obſervare deberet: quod genus

erant centum sexaginta⁴ versibus cecinisse.⁵ Itemque Fabium,⁵ cum quingentos denarios perdidisset, ad Nigidium⁶ consultum venisse: ab eo pueros carmine instinctos indicasse, ubi locorum defossa esset crumena, cum parte eorum:⁷ ceteri [475] ut forent distributi: unum etiam denarium ex eo numero⁸ habere M. Catonem philosophum; quem se a pedissequo in stipe⁹ Apollinis acceperisse. Cato confessus est. Hæc et alia¹ apud plerosque de Magicis

Præterea Fabium, amissis quingentis denariis, convenisse Nigidium ipsius consulendi causa: et pueros, inspiratos ab eo ope incantamenti, ostendisse quo in loco maraspium esset infossum cum aliquot ex eis denariis, et quomodo reliqui dispersi essent: Catonem etiam philosophum habere unum denarium ex illo numero, quem revera Cato fassus est se sumsisse a pedissequo, ut erogaret Apollini. Lego sane hæc

~~~~~

sexaginta. Ms. D'Orv. ob, corrupte; quia notis expressus fuerat numerus. Id.—5 Pith. idemque. D'Orv. *Fautum c. q. denarium prodidit.* Id.—6 Pith. *Nigidium*, D'Orv. *Nidigedium*: iidem Mss. mox indicavisse. Id.—7 Nescio an legendum, cum partim eorum. Vide Agel. lib. x. cap. 13. Brant.—8 Pith. ex numero uno. D'Orv. ex eo nunc: in eod. mox deest Catonis prænomen. J. Bosscha.—9 Al. in stipem.—1 Forte et talia. Colvius. Ms. D'Orv. *ideo et alia*.

#### NOTE

divinationis Varro a Persis dicit fuisse allatum.<sup>1</sup> Nempe Pythagoras a Persis Magiam edoctus, ad quos, ejus discendæ gratia, fuerat profectus, Regem Numam, cujus dicitur familiaris et magister fuisse, illa erudierit.

<sup>2</sup> *Cecinisse*] Afflatum nempe magico *ἐκδομασµῶς*.

<sup>3</sup> *Fabium*] Fuerit ille T. Fabius Ciceroni familiaris, ad quem etiam hic consolatoriam scripsit epistolam, quæ est 18. lib. v. Epist. ejus ad Familiares.

<sup>4</sup> *Ad Nigidium*] P. Nigidius Figulus, Ciceroni item, et Catoni, Fabioque æqualis, quem Cicero in Epistola 13. lib. iv. Famil. ad eum scripta, num omniū doctissimum, et sanctissimum, sibi quæ amicissimum vocat. Ejus frequenter meminit Gellius, in Noct. Attic. Pythagoricus habitus est: unde non mirum, si divinationis cau-

sa eum consuluerit Fabius.

<sup>5</sup> *M. Catonem philosophum*] Catonem Uticensem intellige, qui Stoicam sectam amplexus est.

<sup>6</sup> *A pedissequo in stipe* [*stipem*] *Apollinis acceperisse*] Sic lege ex emendatione Casaub. non autem in *stipe*. Quia olim moris non erat, ut argentum honesti viri per urbem incedentes secum gestarent; si qui eorum ad manum habere vellent, id dabant pedissequi suis negotiis, ut in peris pecuniam secum deferrent, quam ab eis sumerent, si forte opus fuisset.

*In stipem Apollinis*] Seneca, de Benef. lib. vii. cap. 4. 'Omnia Deorum sunt; tamen Diis posuimus domum, et stipem jecimus.' Sumserat ergo Cato a suo pedissequo denarium, quem jaceret in stipem Apollini, at non jecerat, sed habebat adhuc, ut patet ex Apuleii textu.

pueris<sup>2</sup> lego equidem: sed dubius sententiæ sum, dicamne fieri posse, an negem. Quanquam Platoni credam, inter Deos atque homines, natura et loco medias quasdam Divorum potestates<sup>3</sup> intersitas, easque divinationes cunctas et Magorum miracula<sup>4</sup> gubernare.<sup>5</sup> Quin et illud mecum reputo, posse animum humanum, præsertim puerilem et simplicem,<sup>4</sup> seu carminum avocamento, sive odorem delinimento,<sup>5</sup> soporari, et ad oblivionem præsentium externari:<sup>6</sup> et paulisper remota corporis memoria,<sup>6</sup> redigi ac redire ad naturam suam, quæ est immortalis scilicet et divina; atque ita, [476] veluti quodam sopore, futura rerum præaugurare.<sup>7</sup> Verum enimvero, ut ista sese habent,<sup>3</sup> si qua

et alia in plerisque scriptoribus, de pueris magicis: sed incertus sum utrum dicam ea posse fieri, aut inficere. Quamvis credo Platoni, qui dicit esse quasdam divinas virtutes interpositas medias, tum natura sua, tum loco, inter Deos et homines, et eas præesse omnibus divinationibus et miraculis magorum. Quin etiam hoc quoque apud me cogito, mentem hominis, ac præcipue pueri, quæ simplicior est, posse sopiri, et alienari ad obliuiscenda præsentia, sive avertendo eam incantationibus, sive demulcendo odoribus: et, deposita tantisper recordatione corporis, reduci et reverti ad naturam suam, quæ nimirum est immortalis et divina; et sic prædicere res futuras, tanquam per somnium quendam. At certe, quicquid sit de istis, si

\*\*\*\*\*

J. Bosscha.—2 Rom. Ven. de magicis et pueris. Colvius. Mss. Pith. D'Orv. cum Ed. Vic. de magis et p. quod notavit quoque in marg. Salm. Edd. Junt. pr. Ald. Bas. pr. de magis p. De pueris magicis cf. Casaub. ad Spartian. Did. Jul. c. 7. Haverc. ad Tertull. Apol. c. 23. J. Bosscha.—3 D'Orv. miraculum. Id.—4 Ita excudi jussi auctoritate Salm. in marg. et Mss. Pith. D'Orv. Vulgo et puer. præ. simplicemque. Prius et servat tamen etiam Ms. Pith. Ed. Junt. post. præ. puer. simplicemque. Id.—5 Al. delin.—6 Alii, torporis in eo mora. Elmenhorstius. Nescio, qui. Pith. corp. remedia. J. Bosscha.—7 Edd. Rom. Vic. Ven. cum Mss. Pith. D'Orv. præaugurare: quemadmodum in sex Mss. præaugaverant legitur Met. lib. ix. p. 665. Id.—8 Melius utut ista sese hab. Colvius. Quemadmodum rescribere seqq. præter Casaub. Gent. Pric.

#### NOTÆ

<sup>2</sup> De Magicis pueris] Quorum opera utebantur magi ad oracula promenda per hydromantiam.

<sup>3</sup> Medias quasdam Divorum potestates] In De Deo Socratis: 'Sunt quædam mediæ divinæ potestates inter summum æthera et infimas terras, in isto aëris spatio intersitæ,' &c. ubi vide Notas nostras.

<sup>4</sup> Easque divinationes cunctas et Magorum miracula gubernare] In eodem

Delph. et Vær. Clus.

Apul.

lib. De Deo Socratis: 'Per hos eosdem, ut Plato in Symposio antumat, cuncta denuntiata, et varia magorum miracula,' &c.

<sup>5</sup> Et simplicem [Simplicemque] Nul- lis adhuc opinionibus, curis, et affectibus præventum aut occupatum.

<sup>6</sup> Externari] Extra terminos suæ mentis poni. Gloss. 'Externatus, ἐκτὸς φρεσῶν.'

<sup>7</sup> Veluti quodam sopore futura rerum

4 X

fides hisce rebus impertienda est, debet ille nescio qui puer providus,<sup>d</sup> quantum ego audio, et corpore decorus atque integer<sup>e</sup> deligi,<sup>f</sup> et animo solers, et ore facundus: ut in eo aut divina potestas, quasi bonis ædibus, deversetur;<sup>g</sup> si digne tamen<sup>h</sup> ea pueri corpore<sup>i</sup> includitur; aut ipse<sup>j</sup> animus expergitus, cito ad divinationem suam<sup>k</sup> redigatur: quæ ei promte insita, et nulla oblivione saucia et hebes,<sup>l</sup> facile resumatur. Non enim ex omni ligno, ut Pythagoras dicebat, debet Mercurius exsculpi.<sup>m</sup> Quod si ita est, nomi-

*credendum est his rebus, ille puer præcuius, quisquis sit, eligendus est, quantum intelligo, formosus corpore et integer, et sagax mente, et disertus ore: vel, ut virtus divina habilet in eo tanquam in bona domo (si tamen illa possit digne contineri in corpore pueri): vel, ut mens ipsa excitata reducatur celeriter ad suam vaticinationem, quam recipiat facile, utpote sibi ingentam et expeditam, ac nullo oblivio læsam aut retusam. Nam, ut aiebat Pythagoras, Mercurius non est fabricandus ex quovis ligno. Quod si sic se habet, dicite quis fuerit ille puer, sanæ mentis, bonæ*

Bip. Non opus esse hac mutatione sine auctoritate, vidimus supra ad p. 422. J. Bosscha.—9 Al. *probus*.—1 Edd. Junt. pr. Bas. pr. *diligi*. J. Bosscha.—2 Al. *diversetur*. Id.—3 In Ms. Pith. et Edd. Vic. Junt. post. non est *digne*. Mss. Florent. D'Orv. *quasi bonis æd. digne diversa. si tamen*. Elm. et Scriv. *quasi b. æd. div. digne si tamen*. Mihi vulgatum magis placet. Id.—4 Ms. Pith. Ed. Ven. in corpore. Id.—5 Alii, *ex ipse*.—6 Bemb. q. i. f. *pueri*. Forte,

## NOTE

*præagire*] Hoc vult Platonius nos- ter, animos humanos ex natura sua, quæ divina est et immortalis, etiam futura cognoscere; sed illa eos cognitione privari, quamdiu terrenis ac corporeis sordibus sunt involati: ex quibus si quando emergerint, ut in illo magico sopore, quo fingit eas extra se rapi, illico redire ad suam indolem, dotesque omnes suas recuperare.

<sup>d</sup> *Puer providus*] Puer, qui ad prædicenda futura sumitur.

<sup>e</sup> *Integer*] Id est, omnibus suis membris absolutus, non mancus, non mutilus. Non me latet posse etiam aliter intelligi, pro casto nempe ac sancto; sed verisimilius mihi fit priore modo intelligendum: maximum enim erat ejusmodi magicis operationibus impedimentum, si quid mem-

bris deesset, ut innuit Plinius lib. xxx. cap. 2.

<sup>f</sup> *Ad divinationem suam*] Hoc est, ad divinum illum statum, naturæ suæ convenientem, in quo etiam futura cognoscit, ut supra dictum est. Duos nempe modos affert Apuleius, quibus animus potest fatidicus effici. Per inspirationem atque inhabitationem numinis, quam Græci *ἐκστασις* vocant, et per elevationem mentis ad divinam suam naturam, quam externationem animi ipse vocat.

<sup>g</sup> *Nulla oblivione saucia et hebes*] Quam oblivionem divinæ naturæ inducit ætas frequenti corporæarum imaginum contemplatione.

<sup>h</sup> *Non enim ex omni ligno, ut Pyth. dicebat, debet Mercurius exsculpi*] Plin. lib. xvi. 'Quidam superstitiosius ex-

nate, quis ille fuerit puer,<sup>6</sup> sanus, incolumis, ingeniosus, decorus, quem ego carmine dignatus sim<sup>7</sup> initiare. Ceterum Thallus,<sup>1</sup> quem nominastis, medico potius, quam Mago, indiget. [477] Est enim miser morbo comitali ita confectus,<sup>8</sup> ut ter aut quater die sæpenumero, sine ullis cantaminibus corruat, omniaque membra confictionibus<sup>9</sup> debilitet:<sup>1</sup> facie ulcerosus,<sup>k</sup> fronte et occipitio conquassatus, oculis hebes, naribus hiulcus, pedibus caducus.<sup>2</sup> <sup>1</sup> Maximus omnium Magus<sup>m</sup> est, quo præsentē Thallus diu steterit :

*valetudinis, ingeniosus, ac formosus, quem ego dignatus sim consecrare incantatione. Porro Thallus, quem dixistis, eget potius medico, quam mago. Ille enim infelix adeo conficitur epilepsia, ut sæpius collabatur ter vel quater per diem, absque ullis carminibus, et ladat sibi omnia membra concussibus: habens vultum plenum ulceribus, frontem vero et partem posteriorem capitis quassatam, et aciem oculorum retusam, nares hiantes, ac pedes debiles. Ille magus est maximus omni-*

*quid illud fuerit pueri.* Er. Pnteanus. Ed. Vulc. tert. *nominare.* Ante *ingeniosus* Pith. habet et. J. Bosscha.—7 Pith. *dign. sum. male.* Id.—8 Vulgo *infectus.* Elmenhorstius. Membranis Florent. e quibus primus sic rescripsit Elm. cum seqq. accedit Pith. ut passim *confectus dolore, fame* et sim. et de eodem morbo dixit Plaut. Capt. III. 4. 22. 'multos iste morbus homines macerat.' Mellus hoc verbum quadrat ad seq. *corruat*, quam *infectus*, quod ceteroquin splendens verbum est de rebus contagiosis: quomodo capiendum cum Gronov. puto locum Cic. ad Att. I. 13. 'vereor, ne hoc, quod infectum est, serpat longius:' ubi, 'quod infectum est,' intelligo, contagionem mali. cf. tamen Ernest. in Cl. Virg. quoque *Æn.* VI. 741. 'Infectum eluitur scelus.' J. Bosscha.—9 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *confictionibus*: contra Mss. Id.—1 Scribebam, *debilis et facie ulc.* Colvius. Pith. *debilitat.* Pro *facie* Pith. D'Orv. *facile.* J. Bosscha.—2 D'Orv. *caducis*: male. Id.—3 Perperam Edd.

## NOTE

quirunt materiam, unde numen exsulpant; et, quamquam Priapus ille Deus facilis et crassus hand gravatur ficulnus esse, non tamen idem liceat in Mercurio, Deo tam ingenioso, totque prædito artibus.' Proverbium est: 'Non ex quolibet ligno Mercurius.' De quo vide Erasmus, in Chiliad.

<sup>1</sup> *Thallus*] Pricæus censet scribendum esse *Thalus*, idque probat ex hac veteri inscriptione:

D. M.  
TI. AVG. LIB. THALETIS  
VINICIANI. NOMENCLATORIS  
A. CENSIVS. THALVS. ET  
IANVARIA. LIB. D. S. P.

<sup>k</sup> *Facie ulcerosus*] Ulceribus ortis ex variis plagis et contusionibus, quibus corruens et sese agitans faciem mulcaverit: neque enim ulcera faciei ex sese epilepsios symptoma sunt.

<sup>1</sup> *Oculis hebes, naribus hiulcus, pedibus caducus*] Id accidit ob spirituum turbationem, quæ maxima est in hoc morbo: unde distractio, convulsio, contractioque nervorum ac musculorum, quibus nervi inseruntur, hincque nares hiulcæ manent, et oculi torvi et truces hebetesque sunt, nec crura pedesque sustentare corpus amplius possunt.

<sup>m</sup> *Maximus omnium Magus*] Qui im-



ita plerumque morbo ceu somno<sup>3</sup> vergens inclinatur. Eam tamen vos carminibus meis subversum<sup>4</sup> dixistis, quod forte me coram semel decidit. Conservi ejus plerique adsunt, quos exhiberi denuntiastis. Possunt dicere omnes,<sup>5</sup> quid in Thallo despuant:<sup>6a</sup> cur nemo audeat cum eo ex eodem catino cœnare,<sup>o</sup> eodem poculo bibere. Et quid ego de servis? vos ipsi, si audetis, negate, Thallum multo<sup>7</sup> prius, quam ego Eam venirem, corruere eo morbo solitum, medicis sæpenumero ostensum. Negent hoc [478] conservi ejus, qui sunt in ministerio vestro.<sup>8</sup> Omnium rerum convictum me fatebor, nisi rus de omnium consensu<sup>9</sup> diu ablegatus est; in longinquos agros, ne familiam contaminaret.

*um, coram quo Thallus diu steterit. Sic plerumque pronus prostratitur morbo velut somno. Vos tamen affirmastis eum prostratum fuisse meis incantamentis, quia forte lapsus est semel me præsentem. Ecce maximam partem ejus conservorum, quos mihi significastis esse producendos. Possunt cuncti dicere quid animadvertant in Thallo: quare nemo audeat edere cum eo in eadem lance, et potare in eodem calice. Sed quare ego loquor de conservis ejus? Vos ipsi cernitis. Insciemini Thallum consuevisse cadere ex illo morbo, et exhibitum fuisse scississime medicis longe antequam ego venirem Eam. An conservi ejus, qui sunt in vestro famulatu, hoc insciantur? Conflabor me convictum esse omnium rerum, quarum accusor, si non fuit missus rus in prædia remota consensu omnium, et ibi diu remansit, ne inficeret cetera.*

Casaub. Gent. Pric. *ceu somno*: ex quarum una locum citavit Heins. ad Valer. Flacc. VIII. vs. 66. emendans *ceu*. Pro *ceu somno vergens* D'Orv. *cis oïo augere*. Id.—4 Fulvius submersum. Elmenhorstius.—5 Ms. Pith. Edd. Rom. Vic. Ven. *hominea*, obvia variatione. J. Bosscha.—6 Vid. Not. inf. et Not. Var.—7 D'Orv. *multum*. J. Bos.—8 *Negant ... vestro?* Legenda *despuant*, et pro *negant, negent*. Pricæus. Allevit etiam Salm. et rescipsi auctoritate Mss. D'Orv. J. Bosscha.—9 *Nisi de omnium cons. rus*, Ita Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. Cas. Gent. Pric. Inverso ordine, sed quem servant Mstorum vestigia, *nisi rus de omn. cons.* Junt. post. Colv. Vulc. cum reliquis. Sed *nisi* non est in Mss. Florent. D'Orv. Pith. In Florent. scribitur *rura*. in D'Orv. *rusa*. Totum illud *de omnium consensu* ignorat Pith. nec *consensu* est

## NOTÆ

pedierit quominus Thallus vi comitalis illius morbi correptus cadat.

<sup>a</sup> *Quid in Thallo despuant* [dispiciant] Elmenhorstius ex Florentinis membranis reponit *despuant*, quem sequitur et Pricæus, adductis ad lectionis suæ confirmationem Plinii et Plauti locis, quibus 'despui' seu 'inapui' comitali morbo laborantes probatur. Ego tamen nihil mutare velim. Con-

venientissimus enim et apertissimus sensus est verbi *dispiciant*: quid in Thallo *dispiciant*; id est: quid observent in eo, quid agnoscant, quid animadvertant.

<sup>o</sup> *Cur nemo audeat cum eo ex eodem catino cœnare, &c.* Quod scilicet sibi a comitali morbo metuerent, qui morbus contagiosus est.

Quod ita factum nec ab illis negari potest. Eo nec potuit hodie a nobis exhiberi.<sup>p</sup> Nam ut omnis ista accusatio temeraria et repentina fuit, nudius tertius nobis Æmilianus denunciavit, ut servos numero quindecim apud te exhiberemus. Adsunt quatuordecim, qui in oppido erant. Thallus solus rus ablegatus, ut dixi, et quidem ferme ad<sup>1</sup> centesimum lapidem, longe ex oculis; Thallus solus abest: sed misimus, qui eum curriculo advehat. Interroga, Maxime, quatuordecim servos, quos exhibemus, Thallus puer ubi sit, et quam salve agat: interroga servos<sup>2</sup> accusatorum meorum. Non negabunt, turpissimum puerum corpore putri et morbidò caducum, barbarum, rusticanum. Bellum vero<sup>3</sup> puerum elegistis, quem quis sacrificio adhibeat, cujus caput contingat,<sup>4</sup> quem puro<sup>5</sup> pallio amiciat,<sup>r</sup> a quo re-

*ros servos. Quod ne illi quidem possunt inficiari sic factum esse. Eam ob rem etiam non potuit huc produci hodie a nobis. Nam, cum hæc tota accusatio fuerit temeraria et subitanea, Æmilianus nobis significavit nudius tertius, ut produceremus coram te quindecim famulos. Ecce quatuordecim, qui erant in urbe. Solus Thallus, qui, ut jam dixi, relegatus est rus ad centum fere milliaris procul a nostro conspectu, solus (inquam) ille Thallus desideratur. Verum misimus qui eum adducat celerrime. Quare a quatuordecim servis, quos statim coram te, Maxime, ubi sit servus Thallus, et quomodo valeat: quare a famulis meorum accusatorum: non inficiabuntur eum esse puerum maxime deformem, corpore putrido et agro, obnoxium casui, barbarum, et agrestem. Vos sane delegistis pulchrum puerum, quem aliquis admoveat sacro, cujus tangat caput, quem induat lactia sine labe, et a quo*

in D'Orv. Videtur aliquid turbatum esse. Id.—1 *Th. solus rus ablegatus, ut d. ferme ad, &c.* Ita exhibent Edd. Rom. Bas. sec. Colv. Vulc. Elm. Scriv. Flor. cum Mss. Florent. Sed Edd. Vic. Ven. Junt. pr. Ald. Bas. pr. T. s. r. abl. ut dixi quidem ferme a. Unde Cas. Wow. Gent. Pric. dederò et quidem f. &c. quod secutus sum, quia in Mss. Pith. D'Orv. est quoque ut dixi qui ferme, et in Ed. Junt. post. ut dixi quod ferme. In iisdem Mss. et Ed. Junt. post. non extant *rà rus ablegatus*; quæ, licet glossam sapere videantur, non temere tamen ejicio: nam tunc etiam expungenda rursus *rà et quidem*. Dein pro *ex oculis* Mss. Florent. Pith. ex oleis, D'Orv. exolens: unde, conjectura ductus, legendum puto, *exulans*. Id.—2 D'Orv. iterum inserit *Maxime*. Pro *accusatorum* Edd. Vic. Junt. Ald. Bas. pr. *accusatorum*. Id.—3 Abest vero a D'Orv. in quo mox *quam*, non *quem*. Id.—4 *Cujus caput cingat*. Flor. et Rom. legunt *c. c. contingat q. pulchro pallio*. Elmenhorstius. *Cingat* nempe editum ex Vulcanii conjectura in ejus Edd. sec. tert. cf. Pric. J. Bosscha.—5 Al. *pulchro*.

## NOTE

<sup>p</sup> *Eo nec potuit hodie a nobis exhiberi*] Quia rari adhuc erat, necdum potuerat per angustias temporis inde advenisse, quanquam accersitus.

<sup>q</sup> *Cujus caput contingat*] Dum car-

mine enim initiaret, ut supra loquitur Noster. Observandus est hic locus; ritum enim peculiarem exhibet magicorum illorum sacrorum.

<sup>r</sup> *Quem puro pallio amiciat*] Sic lq-

sponsum speret! Vellem hercule adesset: tibi eum,<sup>6</sup> *Æmiliane*, permissem, ut teneres ipse, ut interrogares.<sup>7</sup> Jam in media quæstione, hic ibidem<sup>8</sup> pro tribunali oculos traces in te invertisset,<sup>9</sup> faciem tuam spumabundus conspuisset, manus contraxisset, caput [479] succussisset, postremo in sinu tuo corruisset. Quatuordecim servos, quos postulasti, exhibeo: cur illis ad quæstionem nihil uteris? Unum puerum, atque eum caducum, requiris, quem olim abesse pariter mecum scis? Quæ alia est evidentior calumnia? Quatuordecim servi petitu tuo<sup>1</sup> adsunt, eos dissimulas: unus puerulus<sup>2</sup> abest, eum insimulas. Postremo quid vis? puta Thallum adesse. Vis probare, eum præsentem me concidisse? Ultro confiteor. Carmine id factum dicis? hoc puer<sup>3</sup> nescit: ego, non factum, revinco. Nunc, caducum<sup>4</sup> esse puerum, nec tu audebis negare. Cur ergo carmini po-

*expectet oraculum! Cuperem sane ut hic esset; tradidissem eum tibi, Æmiliane, ut tu ipse eum teneres, et interrogares. Jam, in media interrogatione, hoc ipso in loco ante tribunal convertisset ad te oculos torvos, conspuisset vultum tuum, spumam ore fundens, constrinxisset manus, quassavisset caput, denique cecidisset in tuum gremium. Sisto quatuordecim famulos, quos poposcisti: quare nullatenus uteris illis ad inquisitionem? postulas, tantum unum puerum, et eum laborantem comitiali morbo, quem tam bene scis, quam ego, jam pridem non hic esse? quæ potest esse calumnia manifestior? Ecce tibi quatuordecim famuli, prout postulasti; flagis te non videre eos: desideratur unus servulus: criminarius ejus absentiam. Quid tandem tibi vis? pone sane Thallum hic esse præsentem. Vis probare eum corruisse coram me? fateor sponte meo. Dicis hoc factum esse incantamento? servulus id ignorat: ego probo non esse factum hac ratione. Jam ne tu quidem audebis inficiari puerum illum esse epilepticum. Quare igitur casus ejus refundatur*

Vid. Not. Var.—6 Pith. et etiam tibi eum. J. Bosscha.—7 Ed. Junst. post. et tenerem, si tu interrog. sine dubio ex Mss. nam invenitur sic in Mss. Pith. D'Orv. cf. seqq. Id.—8 Hic male deest Pith. In D'Orv. ne hic ibidem. An legendum: et tenerem (ipse) si tu interrogares, jam in media quæstione ne hic ibidem pro tribunali oculos tr. in te invertisset, &c. Neque enim sic necesse est, ut legatur invertisset... conspueret, nam plusq. perf. subjunctivi pro imperfecto usurpari, Afris scriptoribus peculiare est, observante Salmas. ad Tertull. Pall. p. 120. v. Muncker. ad Fulg. Mythol. I. prol. p. 600. cf. Oudend. ad Hirtium de B. Afr. c. 75. Id.—9 D'Orv. invertisset... spumabundus. Id.—1 Negligenter Ed. Flor. petitu meo, quod inde propagatum in Ed. Altenb. licet in interpretatione bene exposuerit Flor. 'prout postulasti.' Id.—2 D'Orv. parvulus. Id.—3 Ed. Vic. hic p.—4 Grosiot. in marg. ita distinguit

## NOTE

gendum, non pulchro. Festus: 'Pura gurnita, non fanesta, non maculam habentia.'  
vestimenta sacerdotes ad sacrificium habebant, id est, non obsita, non ful-

tius, quam morbo, attribuitur ejus ruina? An evenire non potuit, ut forte præsente me idem pateretur,<sup>5</sup> quod sæpe alias multis præsentibus? Quod si magnum<sup>6</sup> putarem, caducum dejicere, quid opus carmine fuit? cum incensus Gagates lapis,<sup>7</sup> ut apud Physicos lego, pulchre et facile hunc morbum exploret: <sup>7</sup> cujus odore etiam in venaliitiis<sup>8</sup> vulgo sanitatem aut morbum venalium experiantur. Etiam orbis a figulo circumactus non difficile ejusdem valetudinis hominem vertigine sui corripit: <sup>8</sup> ita spectaculum rotationis ejus animum saucium<sup>9</sup> debilitat; ac multo plus ad caducos consternendos figulus valet, quam Magus. [480] Tu frustra postulasti, ut servos exhiberem: ego non de nihilo

potius in incantationem, quem in morbum illum? An non potuit contingere, ut pateretur forte coram me, quod alias sæpe passus est coram pluribus? Quod si crederem rem magnam esse prostrernere epilepticum, quid opus fuit incantamento? si quidem lapis gagates, ut lego apud scriptores rerum naturæ, si accendatur, bene et facile probat hunc morbum: cujus etiam nidore solent in foris venalium explorare bonam aut malam valetudinem servorum prostantium. Rota etiam gyrata a figulo facile corripit sua gyratione hominem eodem illo morbo laborantem. Usque adeo inspectio vertiginis afficit ejus mentem infirmam; et figulus longe potentior est ad deiciendos epilepticos, quam magus. Tu petisti inutiliter, ut sisterem huc meos

~~~~~

revinco nunc. Cad. &c. Pro nunc Pith. non. Legendum puto nam. Id.—5 Pith. putaretur. Statim sæpe deest D'Orv. Id.—6 Flor. magum. Elmenhorstius. Solita confusione. Inde tamen Scriv. dedit magicum, damnante Pric. neque quadrat h. l. Si magicum putaret, omnino opus carmine. 'Magnum putare,' est operæ pretium putare. cf. Ern. in Cl. Cicer. J. Bosscha.—7 Edd. Vic. Ven. Junt. pr. Ald. Bas. pr. Casaub. exploraret contra Mss. Florent. D'Orv. Id.—8 Edd. omnes: corrigit. Lege: coarguit. Wowerius. Miseram Wowerii lectionem coarguit Noster in de Mundo: 'Venenati spiritus contagione corripunt, et vertice circumacta interimunt.' Pricæus. Edd. vet. quædam, non omnes, corrigit. Sed Junt. post. cum aliis et Mss. recte corrigit. J. Bosscha.—9 Corrupte vet. Edd. pleræque saucium. Mox Ms. D'Orv. consternandos.

NOTÆ

⁵ Cum incensus Gagates lapis, &c.] De eo Plinius, lib. xxxvi. cap. 19. 'Deprehendit sonticum morbum et virginitatem suffitus.' Dioscorides, lib. v. Sonticus morbus quis sit, docet Gellius, lib. xx. cap. 1. 'Ceteroqui morbum, vehementiorem vim pravi- ter nocendi habentem, legum istarum scriptores alio in loco, non per se morbum, sed morbum sonticum ap-

pellant.' At loco supra laudato intelligere videtur tantum comitalem: sic enim de eodem lapide Dioscorides lib. v. 'Ἐστι τῶν ἐπιληπτικῶν ἑλεγχος ὁποθυμίας: 'Suffitus ejus probamentum est epilepticorum.'

⁸ Cujus odore etiam in venaliitiis, &c.] Hunc modum explorandæ venalium valetudinis, non alibi commemoratum, quam hoc Apuleii loco, invenio.

postulo, ut nomines, quinam testes huic piaulari sacro affuerint, cum ego ruentem Thallum impellerem. Unum omnino nominas puerulum¹ illum Sicinium Pudentem, cujus me nomine accusas: is enim affuisse se dicit: cujus pueritia etsi nihil ad religionem refragaretur,² tamen accusatio fidem derogaret.³ Facilius fuit, Æmiliane, ac multo gravius, tete⁴ ut ipsum diceres interfuisse, et ex eo sacro coepisse dementire⁵ potius, quam totum negotium quasi ludicrum pueris donares.⁶ Puer cecidit, puer vidit: num etiam puer aliquis⁷ incantavit? Hic satis veteratorie Tannonius Pudens,⁸ cum hoc quoque mendacium fringere,⁹ ac prope jam omnium vultu et murmure explosum videret, ut vel suspiciones quorundam spe moraretur, ait pueros alios producturum, qui sint æque a me incantati; atque ita ad aliam speciem argumenti¹⁰ transgressus est.

famulos: ego non temere peto, ut dicas quinam testes præsentes fuerint huic nefario sacro, cum ego impellerem Thallum jam cadentem. Nominas tantum unum adolescentulum, illum scilicet Sicinium Pudentem, cujus nomine me accusas. Ipse enim ait se præsentem fuisse; cujus quamvis pueritia nihil conferret ad religionem movendam iudici, accusatoris tamen persona quam sustinet detraxerit ei fidem. O Æmiliane, convenientius erat, et longe majoris ponderis, ut diceres te ipsum affuisse, et capisse insanire ex illo incantamine, quam ut permitteres omnem hanc rem pueris quasi joculari. Puer lapsus est, puer vidit labentem; an puer quoque aliquis eum incantavit? Hic Tannonius Pudens cum cerneret hoc etiam mendacium parum valere, et jam exsibilatum esse omnium fere nutibus ac susurris, callidissime dixit se exhibiturum alios pueros, quos incantaveram similiter; ut sic saltem spe illa retardaret suspiciones quorundam: sicque transiit ad aliud genus probationis. Quod

Id.—1 In Florent. e præc. vs. hic irrepsit puer. Thallum. Id.—2 Vid. Not. Var.—3 D'Orv. ut multo gr. t. Pith. de te.—4 Al. dementiri.—5 Syntaxis postulat donare: sed nec vulgat. danno. Pric. Scal. in Ed. Vulc. sec. cum tert. et Wow. dant donare: sine causa. Intelligitur ut. Met. lib. ix. p. 674. 'dedere potius, quam discrimen proprii subiret capitis:' ubi cf. Oud. J. Boa.—6 Pith. non et. Florent. aliquid. Id.—7 Mss. Pith. D'Orv. fingere. Mox D'Orv. amurmure explosum ... suspicione, et delet dein sequens æque. Id.—

NOTE

¹ Cujus pueritia etsi nihil ad religionem ref. [suffragaretur] Hoc est: Quanquam non dubitaretis, non religioni duceretis, propter ejus pueritiam, cui vulgo parva habenda est fides.

² Tamen accusatio fidem derogaret] Neque enim accusator adversus reum

testimonium dicere potest. Neque, si dicat, ei creditur.

³ Dementire] Insanire. Lucret. lib.

III. 'Dementit enim deliræque fatitur.'

⁷ Tannonius Pudens] Æmiliani advocatus.

¹⁰ Ad aliam speciem argumenti] Ad

Quod quanquam dissimulare potui, tamen ut omnia, ita hoc quoque ultro provoco.⁸ Cupio enim produci eos pueros, quos spe libertatis audio confirmatos ad mentiendum. Sed nihil amplius dico, quam ut producant.⁹ [481] Postulo igitur et flagito, Tannoni Pudens, ut expleas, quod es pollicitus.¹ Cedo² pueros istos, quibus confiditis, produc, nomina qui sint: mea aqua licet ad hoc utare.³ Dic, inquam, Tannoni: quid taces? quid cunctaris? quid respectas?³ Quod si hic nescit, quid dixerit,⁴ aut nomina oblitus est, at tu, Æmiliane, cede huc: dic, quid advocato tuo mandaveris:⁵ exhibe pueros. Quid expalluisti? quid taces? hocceine accusare est? hocceine tantum crimen deferre? an Claudium Maximum, tantum virum, ludibrio habere, me calumnia insectari? Quod si forte patronus tuus verbo

licet potuerim prætermittere tamen, cum provoco sponte ad hoc probandum, sicut et omnia alia. Opto enim, ut servuli illi exhibeantur, quibus accipio animos esse ad-ditos ad mentiendum proposita spe manumissionis. Verum nihil addo ulterius nisi ut eos exhibeant. Peto ergo et posco, o Tannoni Pudens, ut præstes quod promissisti: produc istos servulos quibus vos fidiis: exhibe eos: dic quoniam illi sint: utere mea aqua ad hoc, per me licet. Loquere, inquam, Tannoni, quare siles? quare hæsit? quid respicias? Quod si hic ignorat quid dixerit, aut oblitus est nomina eorum; tu certe, o Æmiliane, veni huc: eloquere quid præceperis tuo patrono. Produca servulos. Quare palles? cur siles? an hoc est accusare? an hoc est deferre tantum scelus? an potius irridere Claudium Maximum tantum virum, et persequi me calumnia? Quod si forte tuus advocatus erravit loquendo, et tu nullos habes

8 Alii vitro prov.—9 Hoc modo editum vulgo. Sed Salm. e Ms. Fux. margini annotavit nihil amplius: tantum producant. Pith. quoque nihil tanti (vel tanto) ut producant: et quam non est in D'Orv. sed producant. Cum tamen Mss. Florent. nihil variant, et frequens sit formula, 'amplius dico,' 'amplius dicendum,' nil muto: nisi quis pro quam ut prod. e Mstorum vestigiis malit tantum ut producant. J. Boscha.—1 D'Orv. et expl. q. poll. es. rō es ignorat Pith. Id.—2 D'Orv. edo: et mox que sunt. Id.—3 Hæc vera et prisca lectio: non ut vulgo, expectas. Casaubonus. Respectas jam ante Casaub. recte editum in Ed. Junt. post. consentientibus Mss. cunctis. Circumspicere et nequequaue respicere solent, qui, quid dicant, non habent. J. Boscha.—4 D'Orv. nesciris q. dicent. Pith. dixerit. An dixeris? Pro at tu Æm. D'Orv. aut tu A. Pro huc Pith. huc. Id.—5 D'Orv. quod... mandaveras. Pro hocceine tantum id. heccine

NOTE

aliud quidem argumentum: a Thallo enim transibat ad alios pueros, quos aiebat similiter incantatos. Sed non ad aliud genus argumenti; in utroque enim de pueris incantatis ageba-

tur.

³ *Mea aqua licet ad hoc utare*] Tempore mihi ad dicendum concessio, quod aqua, e clepsydra guttatim fluens, metitur.

prolapsus est, et nullos pueros habes, quos producas; saltem quatuordecim servis, quos exhibui, ad aliquid utere: aut cur sisti⁶ postulabas tantam familiam? Magiæ accusans de quindecim servis denuntiasti: quod si de vi accusares,^b quot tandem servos postulares? Sciunt ergo aliquid quindecim servi, et occultum est? an occultum non est, et Magicum est? Alterum horum fatearis necesse est: aut illicitum⁷ non fuisse, in quo tot conscios non timuerim; aut si illicitum⁸ fuit, scire tot conscios non debuisse. Magia ista, quantum⁹ ego audio, res est legibus delegata,ⁱ jam inde antiquitus duodecim Tabulis propter incredundas frugum illecebras interdicta.^c [482] Igitur et occulta non

servulos quos huc sistas; certe utitor ad aliquid quatuordecim famulis quos produxi: vel quare poscebas ut tot famuli producerentur? Cum me magiæ insimulares, postulasti quindecim famulos: quod si me accusares de vi, quot quæso famulos peteres? Igitur quindecim servi norunt aliquid, et illud secretum est? an vero non est secretum, et tamen magicum est? Oportet ut concedas alterutrum horum: vel illud non fuisse vetitum, in quo non veritus sim tot participes: vel, si vetitum fuit, non oportuisse ut tot testes illud cognoscerent. Hæc magia, ut ego accipio, est res tradita legibus ad puniendum, jam a primis temporibus vetita legibus duodecim Tabularum, ob incredibiles excantationes segetum: quæque proinde non minus absconditur, quam dira est et abominanda; quæ sæpius exercetur vigilando per noctem, obscur-

~~~~~

tamen. Id.—6 *Aut cur sisti, &c.* Aliter locus interpungendus: *Aut cur sisti postulabas tantam familiam? Magia accusans de XV. servis denuntiasti, quod si de vi acc. q. t. s. postulares?* Hoc postremum et ita legi poterat quid? *si de vi acc. quot.* Sed mutare nihil necessarium. *Acidal.* In Edd. nempe, præter Casaub. Gent. Pric. Flor. male interrogandi nota ponitur post *accusans*. Quod a nullo libro firmatur; alias non male id reponas. *J. Boscha.*—7 Ed. Scriv. aut *inlicitum*. Id.—8 *Aut si ill.* Priori vocula caret Pith. Id.—9 D'Orv. *quam*. Id.—1 *Legibus delegata*. Sic v. c. *Fulvius denegata*. Mox V. C. *an auditorio*. Sciopp. in Symb. *Delegata*, i. e. mandata, et quasi tradita potestati legum. In V. C. legi aiunt *legibus delegata*. Plinius intestabilem dicit, et legibus interdictam. *Scip. Gent.* Jungerm. in Epp. Gud. p. 364. cogitabat *relegata*: nec mutari tamen volebat *delegata*, i. e. legum curæ demandata, ut in eam animadvertatur. Nil mutant Mss. et Edd. Forte minima distinctio hinc tol-

#### NOTE

<sup>b</sup> *Si de vi accusares*] Quæ neque a solo, neque clam fieri potest, sed multorum hominum opera perpetratur. Magica vero sacra alio longe modo se habent, utpote quorum præcipua conditio est ut secreta sint.

<sup>c</sup> *Duodecim Tabulis propter incredundas frugum illecebras interdicta* [interjecta] Lex illa ex duodecim tabulis

sic habet: *SI QUIS ALIENAS FRUGES EXCANTASSIT, KAPITAL ESTO*. Porro per incredibiles illas frugum illecebras intellige segetum attractiones et translationes ex uno agro in alium, quas vi carminum fieri posse, et revera factas putabant. Virgil. in *Pharmacutria*: 'Atque satas alio vidi traducere messes.' Omitto Plin.

minus, quam tetra et horribilis, plerumque noctibus vigilata, et tenebris abstrusa,<sup>2</sup> et arbitris solitaria, et carminibus murmurata: cui non modo servorum, verum etiam liberorum<sup>3</sup> pauci adhibentur.<sup>4</sup> Et tu quindecim servos vis interfuisse? Nuptiæne illæ fuerunt, an aliud celebratum officium, an convivium tempestivum?<sup>5</sup> Quindecim servi sacrum Magicum participant, quasi Quindecimviri sacris faciundis creati.<sup>6</sup> Cui tamen<sup>4</sup> tot numero adhibuisses, si

*ritate tecta, destituta testibus, et peragitur susurris incantationum; ad quam utuntur opera paucorum non servorum modo, sed vel ingenuorum quoque. Tu vero vis quindecim servos affuisse? An fuerunt illæ nuptiæ, an aliud officium peractum, an convivium tempestivum? Quindecim famuli conserti sunt carimoniarum magicarum, veluti Quindecimviri electi ad sacra peragenda. Ad quid tamen usus fuisses tot servis, si vel*

~~~~~

lenda et collocanda post antiquitas. J. Bosscha.—2 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Scriv. *obstrusa*. Met. lib. III. p. 210. 'in solitudinem semper abstrusa, et omnium præsentia viduata, solet secum huiusmodi secreta perficere.' Lib. xv. p. 316. 'clausæ domus abstrusi tenebris: ubi vide. Hic Mss. O. *abstrusa*. Ed. Scriv. statim *murmura*. J. Bosscha.—3 Exulat in D'Orv. *Id.*—4 Pro tamen Groslet. in marg. *tandem*. J. Bosscha.—5 Vid. Notas Variorum.

NOTÆ

Ovid. Tibullum, et alios, qui rei hujus meminerunt.

² Cui non modo servorum, verum etiam liberorum pauci adhibentur] Teste Philone, in Commentario, quo probat omnes, qui virtutem colunt, esse liberos. Athenienses mancipia sua excludabant, cum rem divinam Furiabus facerent. Minucius Felix in Octavio: 'Etiam servo quibusdam carimoniis interesse piaculare flagitium est.'

⁵ An convivium tempestivum] Turnebus Adversariorum lib. vi. cap. 16. exponens hunc Apuleii locum, et alios tres Ciceronis in Verrem, de Senectute, et pro Murena, ait: 'Convivium tempestivum esse, quod neque fit de die, (nam turpe, et nequam, et intempestivum habebatur de die convivia agitare,) neque in multam noctem producit, sed quod tempore suo fit. Contra vero intempestivum.' Ad tempestivum quoque con-

vivium pertinuisse suspicatur, ut diebus quibusdam, puta festis, agitaretur, potius quam aliis.

⁶ Quasi Quindecimviri sacris faciundis creati] Duumviros primum sacris faciundis creavit Tarquinius Superbus, vel (ut quidam volunt) Tarquinius Priscus, occasione librorum Sibyllinorum, quos emerat, quosque eis custodiendos tradidit. Postea pro Duumviris illis creati sunt Decemviri, quorum esset idem munus; permanseruntque illi ad usque Syllæ tempora, qui alios quinque primus addidisse creditur, et effecisse Quindecimviros sacris faciundis. Illos Sibyllinos custodiebant, cumque ex Senatusconsulto adeundi essent, adibant, et, quæ legissent, Senatui renuntiabant, ludos sæculares celebrabant, postremo ea omnia peragebant, quæ Sibyllinorum librorum jussu erant peragenda.

conscientiæ nimis multi sunt? ⁵ Quindecim liberi homines, populus est: ⁶ totidem servi, familia: ⁷ totidem vincti, ergastulum. ¹ [483] An adiutorio ⁶ multitudo eorum necessaria fuit, qui diutine ⁷ hostias lustrales tenerent? At nullas hostias, nisi gallinas, ⁸ nominastis. ⁹ An ut grana thuris numerarent? ¹⁰ an ut Thallum prosternerent? Mulierem etiam liberam perductam ¹ ad me domum dixistis, ejusdem Thalli ¹ valetudinis, quam ego pollicitus sim curaturum: eam quoque incantatam ³ a me corruisse. Ut video, vos palæstritam, ¹ non magum, accusatum venistis: ita omnes, qui me accesserint, ⁴ dicitis ⁵ cecidisse. Negavit tamen, quærente te, Maxime, Themison medicus, ^m a quo mulier ad

unus conatus plures sint quam expedit? Quindecim homines liberi constituunt populum: totidem famuli constituunt familiam: totidem servi ligati constituunt ergastulum. Num tantus eorum numerus necessarius fuit ad auxilium, ut scilicet tenerent diu victimas lustrales? Verum nullas victimas nominavistis nisi gallinas. Num ut numerarent micæ thuris? num ut deicerent Thallum? Dixistis etiam faminam ingenuam, laborantem eodem morbo, quo Thallus, deductam fuisse ad me in meam domum, quam promiserim me sanaturum: et illam etiam cecidisse incantatam a me. Quantum video, venistis accusatum luctatorem, non autem magum: quandoquidem dicitis corruisse omnes, qui ad me venerint. Attamen Themison medicus, qui adduxit faminam illam ad me, ut eam inspicerem, dixit, cum tu eum

~~~~~

—6 Al. *auditorio*.—7 Num *diutine*? Supra enim: ‘quippe in omnibus mann faciendis imaginibus opera diutino sumitur.’ Ad eum modum ‘matutino,’ ‘Cotidianio,’ et talia. Colo. Sed vide ad Flor. p. 63. a. Unus Ms. *quæ, qui diut.* J. Bos.—8 D’Orv. *ad n. h. mihi gallias.* Id.—9 Sic paulo post: ‘dixistis... vos venistis... dicitis.’ Itaque male Edd. ante Bas. sec. pleræque *nominasti*. Ms. D’Orv. pro nom. an habet *nominasti* seu. Id.—1 D’Orv. *productam.* Id.—2 Al. *Thallo*.—3 Ald. Bas. 1. in *cautelam*. Colvius. De Aldina errat Colv. Bene habet. Ms. D’Orv. *ad me incant.* sine seqq. a me: et mox *palæstritam* pro *palæstritam*. J. Bos.—4 Mss. Florent. D’Orv. *accessere.* Id.—5 Edd. Rom.

#### NOTE

<sup>5</sup> *Populus est*] Hoc est, pagus. Attici *ἄμους* vocant pagos suos. Quindecim scilicet viros liberos, hoc est, patresfamilias, cum omni sibi subdita familia, ad pagum constituendum suffecisse perquam verisimile est.

<sup>6</sup> *Totidem servi, familia*] Immo et panciores.

<sup>1</sup> *Ergastulum*] Glossæ Philoxeni: ‘Ergastulum, τόπος ἐν ᾧ οἱ δεσπόται ἐργάζονται:’ locus, in quo vincti ope-

rantur.

<sup>10</sup> *An ut grana thuris numerarent*] Pricæus vult legi *mundarent*. Ex illo Eunapii in pari argumento, *Λιβανωτῶ χόρδον καθάριον*: Cum purgasset micam sen granum thuris.

<sup>1</sup> *Palæstritam*] Athletam, qui, quotquot se adeunt, humi prosterнат.

<sup>m</sup> *Themison medicus*] Apuleii servus, de quo jam supra.

inspiciendum perducta est, quicquam ultra passam, nisi quæsisse me, Ecquid<sup>6</sup> illi aures obtinnirent, et utra earum magis: ubi responderit, dextram sibi aurem nimis inquietam,<sup>7</sup> confestim discessisse.<sup>8</sup> Hic ego,<sup>9</sup> Maxime, quam sedulo impræsentiarum a laudibus tuis tempero, nec ubi<sup>1</sup> tibi ob causam istam videar blanditus, tamen solertiam tuam in percontando<sup>2</sup> nequeo quin laudem. Dudum enim cum agitantur hæc,<sup>3</sup> et illi incantatam mulierem dicerent, medicus, qui affuerat, abnueret; quæsisisti tu nimis<sup>4</sup> quam prudenter, quod mihi emolumentum fuerit incantandi? responderunt, ut mulier rueret. Quid deinde? mortua est? inquis: negarunt.<sup>5</sup> Quid ergo dicitis?<sup>6</sup> quod Apulei<sup>7</sup> commodum, si ruisset? ita enim pulchre ac perseveranter tertio quæsisisti,<sup>8</sup> [484] ut qui scires<sup>9</sup> omnium factorum rationes diligentius examinandas, ac sæpius causas quæri, facta concedi: eoque etiam patronos litigatorum causidicos

*interrogasti, o Maxime, nihil aliud ei contigisse, nisi me rogasse num aures ei tinnirent, et utra earum magis tinniret. Eam autem, cum respondisset dextram aurem sibi nimium turbari tinnitu, statim abiisse. O Maxime, quamvis studiose abstineo in præsens a tuis præconiis, ne videar aliquo modo tibi adulari propter hanc litem, non possum tamen quin prædicem tuam sagacitatem in interrogando. Jam pridem enim, cum hæc disputarentur, et illi affirmarent faminam fuisse incantatam, medicus autem, qui præsens fuerat, id negaret, tu aciscitatus es prudentissime sane, quam utilitatem ego perceperim ex incantatione: responderunt, ut famina caderet. Quid postea? ais: an obiit? Negaverunt. Quidnam igitur dicitis? quamnam utilitas rediisset ad Apuleium, si mulier illa cecidisset? nam sic tertio interrogasti egragie et constanter; quippe qui sciebas causas omnium factorum considerandas esse sedulo, et sæpe rationes inquire, licet facta concedantur: et propterea etiam ad-*

\*\*\*\*\*

Vic. Ven. *interdicitis*: adhæsit ultima syllaba præcedentis verbi. *Id.*—6 D'Orv. *et quid*: et statim cum Pith. et Edd. Junt. post. Ald. *ultra*. Edd. Vic. Junt. ntr. Ald. Bas. pr. et Ms. Pith. eorum: dein Ed. Scriv. *dexteram*. *Id.*—7 Lat. Latin. *minus quietam*. Frustra. *Id.*—8 Al. *decessisse*.—9 Ed. Scriv. *hæc ego*. Pro a laudibus tuis D'Orv. an laud. ejus. J. Bos.—1 Nullo sensu prius, ne ubi. Casaubonus. Recte nec ubi Ms. Florent. D'Orv. Edd. Casanb. et seqq. cum Latino Latinio. Nec ubi, i. e. ne alicubi, vel, ne aliquo modo, vid. Heins. ad Virg. Ge. III. vs. 176. J. Bos.—2 Pith. *percunctando*. *Id.*—3 Pith. *dum*, et cum D'Orv. *hæc agit*, sed D'Orv. *agilaretur*. 'Agitari' apposite hic dictum, de consiliis clandestinis. Ad. ad Met. lib. I. p. 42. a. *Id.*—4 In D'Orv. hic additur *meret*, quod loco suo excidit. *Id.*—5 Ms. Florent. *negaram*. *Id.*—6 V. D. in marg. Ed. Junt. post. *dixisti*. Male. sequitur: 'ita enim tertio quæsisisti.' 'Quid ergo dicitis' verba sunt Maximi increpantis. *Id.*—7 Appuleii. Ed. Vic. Appoleii. Al. Apuleii. de more. Pro ita enim D'Orv. ita est. *Id.*—8 Ita Junt. post. cum Ms. D'Orv. ut supra. Vulgo: quæsisisti. *Id.*—9 D'Orv. *quæsisisti ut res*. Pith. q. ut quæreres: uterque mos facta sunt. *Id.*—

nominari, quod, cur quæque facta sint, expediant.<sup>1</sup> Ceterum negare factum,<sup>2</sup> facilis res est, et nullo patrono indiget: recte factum, vel perperam, docere, id vero multo arduum et difficile est. Frustra igitur, an factum sit, anquiritur,<sup>3</sup> quod nullam malam causam habuit ut fieret.<sup>4</sup> Ita facti reus<sup>5</sup> apud bonum judicem scrupulo quæstionis liberatur, si nulla fuit ei ratio peccandi. Nunc, quoniam neque incantatam,<sup>6</sup> neque prostratam mulierem probaverunt, et ego non nego, petitu medici a me inspectam; dicam tibi, Maxime, cur illud de aurium tinnitu quæsierim, non tam purgandi mei gratia<sup>6</sup> in ea re, quam tu jam præjudicasti neque culpæ neque crimini confinem, quam ut ne quid dignum auribus tuis<sup>7</sup> et doctrinæ tuæ congruens reticuerim. Dicam

*vocatos litigantium dici cassidos, quia explicant causas quare singula gesta sint. Porro facile est inficiari factum, et ad hoc nullo avvocato opus est: at difficillimum est et maxime arduum ostendere an hoc bene vel male factum sit. Ergo incassum inquiritur num aliquid perpetratum sit, quod nullam habuit malam rationem cur perpetraretur. Sic, qui accusatur facti, exsoluitur metu inquisitionis coram probo iudice, si ipse nullam habuit causam malefaciendi. Jam, quia neque ostenderunt famulam fuisse incantatam, neque dejectam humi, atque ego non inficior eam a me fuisse consideratam rogatu medici, aperiā tibi, o Maxime, quare hoc sciscitatus fuerim de tinnitu aurium, non tam ad me excusandum in hac re, quam tu jam ante statuisti neque culpæ neque sceleri esse proximam, quam ne sileam aliquid conveniens tuis auribus et tuæ eruditioni. Hoc ergo exponam quam paucissimis verbis*

1 Fulv. expendant. Wowerius.—2 Negare factum. Ultima voce caret D'Orv. in quo mox paterno; et properam pro perperam. J. Bos.—3 Sic recte Membranæ Flor. vulgo *quæritur*. Vide Indic. *Elmenh.* Sed diu ante *Elmenh.* anquiritur jam editum in Ed. Junt. post. Recte secuti sunt Scriv. et Flor. v. Ind. Ms. D'Orv. inquiritur. J. Bos.—4 Venet. A. ut fecerit. Colvian.—5 D'Orv. incantatum... prostratum... quæsieris. J. Bos.—6 Deleo gratia ut glossema. *Stewech.* Ms. D'Orv. meo gr. Frequens est ellipsis *rei causa* vel *gratia*. v. quos citat Oudend. ad Cæs. de B. G. iv. 1. Davis. ad Hirt. de B. Al. c. 65. et ad Cic. de Nat. De. i. 31. Drakenb. ad Liv. ix. 39. Arutsen. ad Aurel. Vict. de V. Ill. c. 11. § 6. Sed contra Mss. non ejiciendum. J. Bos.—7 Ne quid auribus t. Scribendum ex vet. ne quid dignum aur. t. Wowerius. Ne quid dignum a. t. Ita Fulvii liber. Ab aliis *re dignum* abest. *Elmenh.* Legend. (ut e vett. Wower. monuit) Ne quid dignum auribus tuis, &c. Cicero in Bruto: 'Romanis Græcisque auribus digna.' Catullus: 'O rem ridiculam Cato et jocosam, dignamque auribus, et tuo cachinno:' cujus loci etiam, ex applicatione illius ad hunc Nostri, communis lectio firmatur, contra magni Scaligeri mentem, qui legebat, *dignam auribus*. Priceus. Recte Wow. Elm.

## NOTE

[Ita facti reus, &c.] Quamquam hoc absolute fallax, tamen non leve habet ad innocentiam probandam momen-

tum, quod vix malum perpetretur ingratiis.

igitur quam brevissime potero:<sup>8</sup> etenim admonendus es mihi, non docendus. Plato philosophus in illo præclarissimo Timæo coelesti quadam facundia universum mundum molitus, postquam<sup>9</sup> de nostri quoque animi trinis potestatibus<sup>10</sup> solertissime disseruit, et cur quæque membra nobis divina providentia fabricata sint,<sup>1</sup> aptissime<sup>2</sup> demonstravit,<sup>3</sup> causam morborum omnium trifariam percenset.<sup>4</sup> Primam causam primordiis corporis attribuit: si ipsæ elementorum qualitates, [485] humida et frigida, et his duæ adversæ, non congruant: id adeo evenit, cum quæpiam earum modum<sup>5</sup> excessit, aut loco demigravit. Sequens causa<sup>6</sup> morborum inest in eorum vitio, quæ jam concreta ex simplicibus elementis, una tamen specie coaluerunt, ut est sanguinis species, et visceris, et ossi, et medullæ: porro illa, quæ ex hisce singularibus mixta sunt.<sup>7</sup> Tertio, in

*licebit: nam tu non es mihi instruendus, sed tantum admonendus. Plato philosophus, explicans totum orbem divina quadam eloquentia, in illo egregio Dialogo Timæo, postquam subtilissima disputavit de tribus etiam facultatibus nostræ mentis, et ostendit convenientissime, quamobrem providentia divina nobis formaverit artus; distribuit causam omnium ægritudinum in tres partes. Primam causam tribuit principiis corporis: si ipsæ qualitates elementorum, humida nempe ac frigida, et duæ illis contrariæ, non bene inter se convenient. Illud porro contingit, cum aliqua earum immoderate abundavit, aut exivit ex sua sede. Altera causa morborum posita est in corruptione earum rerum, quæ jam conflata ex primordiis simplicibus coadunata sunt in unam substantiam: cujusmodi est substantia sanguinis, et carnis, et ossis, et medullæ, uno verbo ea omnia quæ conflata sunt ex his singulari-*

~~~~~

Flor. addunt dignum e Ms. Falv. cui accedunt Pith. D'Orv. Sed diu ante jam additum fuerat ab editore Junt. post. Cancellis inclusit Scriv. J. Bos.—8 Ed. Vic. cum Mss. Pith. D'Orv. *potuero*. Id.—9 Elm. e Florent. dedit *Igitur postquam*, præmissa majori distinctione: eum secutus est Scriv. sed cum distinctione minori. Certe in Ms. D'Orv. reperitur quoque *igitur*: nec male. Id.—1 V. D. in marg. ait se malle *fabricata sit*: vide supra ad lib. de Mundo p. 296. b. sed standum est a Mss. Id.—2 Ms. D'Orv. *apertissime*. W. Gæsius in marg. *apertissime*. Sed et vulgatum bene se habet. Id.—3 Ed. Junt. post. docuit: quod Elm. quoque cum Scriv. dedit e Florent. Mss. quibus accedit D'Orv. Id.—4 Ed. Vulc. tert. *recenset*: et mox *humilia* pro *humida*. Id.—5 Al. modo.—6 Ed. Vic. *seq. causam*. Bas. pr. *s. causas*. J. Bos.—7 Minus bene Salm. hic tolli volebat distinctionem, eamque poni post *et medullæ*. Sed *et porro illa quæ, &c.* coherent cum præcedentibus: intelliguntur enim pul-

NOTE

⁸ De nostri quoque animi trinis potestas, memoria.
[tatibus] facultatibus] Intellectu, phan-

corpore concrementa⁸ varii fellis,^{9p} et turbidi spiritus, et pinguis humoris, novissima ægritudinum incitamenta sunt. Quorum e numero præcipua sit materia⁷ morbi comitialis, de quo dicere exorsus sum, cum caro in humorem crassum et spumidum⁴ inimico igni colliquescit, et, spiritu indidem³ parto, ex candore⁴ compressi aëris albida et tumida tabes⁵ fluit. Ea namque tabes, si foras corporis⁶ prospiravit,⁷ majore dedecore, quam noxa, diffunditur.⁸ Pectoris⁸

bus. Tertia loco collectiones bilis diversicoloris, et statum turbulentorum, et humorum crassorum, sunt ultima irritamenta morborum. Ex quorum numero præcipua est materia morbi comitialis, de quo incepti disputare. Quando nempe caro liquefit ardore noxio in humorem spissum, et spumæum, et collecto inde statu ex fervore aëris stipati, sanies subalba et spumæa manat. Etenim illa sanies, si transpiravit extra corpus, effunditur cum majori deformitate, quam læsione. Nam notat exti-

~~~~~

mo, lien, jecur, &c. *Id.*—8 Flor. et Rom. *concremata*: male. *Elmeph.* Coll. Lindenbrog. *conciemata*. Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *concremata*: unde Lat. *æatiu*. fecit *concreta*. Reliqui libri *concrementa*. J. Bos.—9 Aptius existimarem: *amari fellis*. Wowerius. Fulv. *amari fellis*: non male. *Elmenh.* Qui secutus est Fulviani Codicis lectionem *amari*, streuam hercle suspicionem injicit *quod fellis* non intellexisse se. *Pric.*—1 Pith. *si mat.* J. Bos.—2 Copula deest D'Orv. Ms. in quo mox *colliquescit*. *Id.*—3 Vid. Not. Var.—4 Al. *calore*.—5 *Spumida tabes*. Hanc Pricæi conjecturam audacter admisit Flor. cum vulgo et in Mss. sit *tumida*. Recte. Quam eleganter crassa et pinguis illa sanies *tumere* dicatur, quemadmodum passim mare, aqua, &c. tument, quæ non videt? Accedit quod verbum '*tumere*' in morborum adhibetur. de Dogm. Plat. II. p. 256. '*morbis tumentes*.' J. Bos.—6 Magis ex Latinitatis usæ dixisset *Foras corpore*: at nil muto: syntaxin esse Græcam puto. Sic VIII. Met. '*intus ædium*.' *Pric.* Offendit tamen et Lat. Latin. emendantem *foras corp.* J. Bos.—7 D'Orv. *conspiravit*. *Id.*—8 Al. *corporis*.—9 Edd. Vic.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Tertio in corpore concrementa varii fellis, &c.*] Hoc tertium membrum etiam tripartito dividit Plato. Alios enim morbos a spiritu, alios a pituita, alios a bile fieri dicit: quos singulas causas ordine deinceps explicat. Apuleius sic interpretatur: *concrementa varii fellis* (χολῆς): et turbidi spiritus (πνεύματος): et pinguis humoris (φλέγματος).

<sup>4</sup> *Et, spiritu indidem parto, ex candore [calore] compressi aëris albida et tumida [spumida] tabes, &c.*] Sic lege, non autem *ex candore*. Ex calore enim spuma. Ennius apud Macrob. '*Spiri-*

*tus ex anima calida spumas agit albas.*' Neque legas, *et tumida tabes*, sed *spumida*; supra enim proxime dixit '*humorem crassum et spumidum*.'

<sup>7</sup> *Foras corporis*] Magis Latinum esset *foras corpore*. At nihil mutandum. Syntaxis Græcæ est: ἐκτὸς τοῦ σώματος. Sic lib. VIII. *Metamorph.* dixit '*intus ædium*.'

<sup>8</sup> *Majore dedecore, quam noxa, diffunditur*] Vitiliginem enim tantum efficit illam, quæ Græcis ἄλφος, in qua, ut ait Celsus, lib. v. color albus est, fere subasper, et non continuus,

enim<sup>1</sup> primorem cutim [486] vitilagine insignit, et omnimodis maculationibus convariatur:<sup>2</sup> sed cui hoc<sup>3</sup> usu venerit, nunquam postea<sup>4</sup> comitali morbo attentatur.<sup>5</sup> Ita ægritudinem animi gravissimam levi turpitudine corporis compensat.<sup>6</sup> Enimvero si pernicio<sup>7</sup>sa illa dulcedo<sup>8</sup> intus cohibita,<sup>9</sup> et bili atræ sociata, venis omnibus furens<sup>10</sup> pervasit; deinde ad summum<sup>11</sup> caput viam molita, dirum fluxum cerebro immiscuit; illico regalem partem animi debilitat, quæ ratione pollens, verticem hominis velut arcem et regiam insedit.<sup>12</sup> Ejus quippe divinas vias et sapientes mea-

*mam pellem corporis vitilagine, et distinguit maculis omnis generis. Verum ille, cui hoc contigerit, nunquam deinceps afficitur epilepsia. Sic commutat acerbissimum morbum animi parva deformitate corporis. At, si ille exitialis humor albus introrsum retentus, et permixtus nigræ bili, penetravit in omnes venas cum furore; postea, tendens ad summitatem capitis, permiscuit cerebro sævam destillationem; protinus infirmat regiam partem mentis, quæ, valens ratiocinatione, fixit sedem in summo capite hominis, tanquam in arce et in palatio. Nam obturat et perturbat*

Junt. pr. Ald. Bas. pr. sed cui hæc. J. Bos.—1 Rom. *attemperatur*: male. Elmenh. Ms. D'Orv. *adattentatur*. Edd. Junt. utraque, Ald. Bas. pr. *attentantur*. J. Bos.—2 Venet. *compescat*. Colvins. Ms. Pith. *compescant*. Pro animi, quod præcessit, Ed. Vic. *animum*. J. Bos.—3 Al. *albedo*.—4 Ed. Scriv. *furans*. Notetur locutio 'pervasit venis omnibus,' pro 'in venas omnes.' Sic Metam. lib. x. p. 725. 'lapsa decipulo,' pro, 'in decipulam:' ubi vide. J. Bos.—5 Ed. Junt. pr. *sumum*. Ms. D'Orv. *somnium*. Id.—6 Bemb. *egregium insedit*: sed nihil mutandum, ut apparet: confirmatur vero illa lectio Msti in

## NOTÆ

ut quædam quasi dispersæ guttæ videantur: 'quæ vitiligo,' ut ait idem Celsus, 'quamvis per se nullum periculum afferat, tamen fœda est.'

<sup>1</sup> *Pectoris enim, &c.* Aut reponere cum Casaubono *Corporis*, aut, si *Pectoris* retinet, pectus pro toto corpore usurpatum intellige, quemadmodum et Euripides τὸ στήθεον ἀπὸ τοῦ ὅλου σώματος dixit, ut notat ejus Scholiastes, ad hunc Phœniss. locum: Ἄρην δ' Αἰτωλὸν ἐν στήθεσσι ἔχει.

<sup>2</sup> *Omnimodis maculationibus convariatur* Sic exprimit illa Platonis ex supradicto Timæo: κατασκευάζει τὸ σῶμα: ex quibus verosimillimum sit *Corporis* supra reponendum esse, loco *Pectoris*.

Delph. et Var. Clas.

Apul.

<sup>3</sup> *Sed cui hoc usu venerit, nunquam postea, &c.* Id non legitur apud Platonem.

<sup>4</sup> *Levi turpitudine corporis compensat* At Plato non solum vitilagine corpus commaculati dicit, sed illud præterea addit, alios cognatos morbos generari: quod omisit Apeleius.

<sup>5</sup> *Si pernicio<sup>7</sup>sa illa dulcedo [albedo] intus cohibita, &c.* Sic omnino legendum est, non *dulcedo*, quicquid in contrarium dicat Gentilius. *Ille albedo* est humor ille albus, qui vitiliginem facit, cum in exteriorem partem corporis diffunditur. Exprimit illa Platonis: τὸ λευκὸν φλέγμα ἀπολφθὲν μετὰ χολῆς μελαίνης κερασθὲν.

4 Y

tus<sup>a</sup> obruit et obturbat:<sup>7a</sup> quod facit minore perniciē per soporem;<sup>b</sup> cum potu et cibo plenos Comitialis morbi prænuntia strangulatione<sup>8c</sup> modice angit. Sed si usque adeo aucta est, ut etiam vigilantium capiti offundatur, tum vero repentino mentis nubilo obtorpescunt, [487] et moribundo corpore cessante animo cadunt. Eum nostri non modo Majorem<sup>d</sup> et Comitiale<sup>e</sup>, verum etiam Divinum

*semitas ejus divinas, et poros rationi destinatos. Quod quidem facit cum minore periculo per somnum; quando moderate premit potu et esca repletos, suffocatione præsaga morbi sacri. At, si crevit eo usque, ut se effundat etiam in caput vigilantium, tunc obtupescunt subita caligine animi, et deficiente jam mente corrumpunt, corpore simili morientis. Nostri merito nominaverunt eum, non tantum morbum*

~~~~~

historia Psyches. Er. Putean.—7 Fulvius: *obstruit et obturat*. Sciopp. in Symb. Elmenhorstius. Amicus noster, rei medicæ peritiss. pro *obturbat*, legendum existimabat, *obturat*, id est, obstruit. Sed germana lectio est, quæ vulgata. Ita enim Plato, quem Apuleius expressit hoc loco, ἐν τὰς περιόδους τε τὰς ἐν κεφαλῇ θεωρίας ὅσας ἐπισκεδανόμενον, καὶ ξυτράπττον αὐτὸς. Et parum interest. Nam ex obstruptione illa oritur turbatio, et inde turbidum spiritum Apuleius supra dixit. Deinde non solum ait *obturbat*, sed et *obruit*: quo verbo obturatio intelligitur. Plato autem pro iis dixit, disipare et turbare. Scip. Gent. Si mei iudicii res esset, legerem: *obstruit et obturat*: quemadmodum et Pulvio visum. Wower. Posset videri legend. *obstruit et obturat*. Has voces passim conjunctas videas. Gloss. etiam Puteani Ms. *oppliat, inclaudit, obturat, obstruit*. Nullus moveto tamen vulgariam scripturam. Plato: ἐπισκεδανόμενον καὶ ξυτράπττον. Pric. Perperam itaque Scriv. edidit *obstruit et obturat*. J. Bos.—8 Ms. D'Orv. *prænuntiata angul.* et mox *effundatur*. Id.

NOTE

^a *Divinas vias et sapientes meatus*] Cerebri sinus ventriculos et poros intellige, in quibus spiritus animales in nervos totumque corpus derivantur. 'Sapientes meatus' interpretor, artificiosos, solerti ac sapienti manu fabricatos: vel, quibus animus sapiens suis fungitur muneribus.

^a *Obruit et obturbat*] Quidam, *obstruit et obturat*. Nihil mutandum. Exprimit illa Platonis: 'Ἐν τὰς περιόδους τε τὰς ἐν κεφαλῇ: θεωρίας ὅσας ἐπισκεδανόμενον καὶ ξυτράπττον αὐτὸς.

^b *Quod facit minore perniciē per soporem, &c.*] Plato: Καθ' ὅσον μὲν ἰδυ πρᾶκτερον, ἐγγρηγορσί δὲ ἐπιτιθέμενον δυσπαλλασκότερον.

^c *Prænuntia strangulatione*] Nihil diserte de hac strangulatione prænun-

tia Plato: de interclusa quidem et impedita respiratione nonnulla dicit. Fit autem illa strangulatio obrutis et obturatis viis, per quas vis sentiens et movens transmittitur.

^d *Majorem*] Corn. Celsus vocat etiam eum 'majorem morbum,' eadem ratione quæ 'vis major' Latinis dicitur, cui resisti non potest. Hesychius: Μεγάλη νόσος ἡ ἐπιληψία. Galeenus lib. Epidem. 'Herculeum' etiam hunc morbum dici autumat, non quod Hercules ea laboraverit, sed quia est invictus, vel, κατ' ἐξοχήν, quomodo et sonticus est appellatus: cum alias omnis morbus, qui cuique rei agendæ impedimento est, 'sonticus' dicatur, ut docent Plin. et Jurisconsulti.

^e *Et Comitiale*] Sic dictus est,

morbū,^f ita ut Græci *ισχὺν νόσον*,^g vere⁹ nūcuparunt: videlicet quod animi partem^h rationalem,ⁱ quæ longe sanctissima est, eam violet. Agnoscis,ⁱ Maxime, rationem Platonis, quantum potui^a pro tempore, perspicue explicatam: cui ego fidem arbitratus,^j causam Divini morbi esse, cum illa pestis in caput redundavit, haudquaquam videor de nihilo percontatus,^k an esset mulieri illi caput grave, cervix torpens, tempora pulsata,^l aures sonoræ. Ceterum,⁶ quod

Majorem, et Comitalem, sed etiam morbum Divinum, quemadmodum et Græci sacrum morbum: quia nimirum lædit rationalem mentis partem, quæ est multo sanctissima. Agnoscis, o Maxime, rationem Platonis, expositam quam clarissima potui pro ratione temporis: cui ego credens dicenti, causam morbi comitalis esse quando ille dirus humor refluxit in caput, nullatenus videor frustra interrogavisse, num caput esset gravatum illi feminæ, num collum ipsi torpidum esset, an ipsi tempora quaterentur, atque an aures ei tinnirent. Et porro, quia confitebatur aurem dex-

—⁹ *ισχὺν νόσον vere.* Desunt Pith. D'Orv. Ed. Vic. In Pith. nuncuparent. Id.—¹ Ms. D'Orv. *rationabilem*: non male: ut sæpe apud Nostrum. V. ad de D. Plat. p. 207. a. Id. Ms. caret statim *τῇ* est, neque habet *τὰ* Maxime rationem. Id.—² Alii *quantum potuit*.—³ Fulvii Cod. cui ego *fidens*, arbitratus causam d. recte. Wower. Verior et elegantior est vulgata scriptura. Plantus Bacchid. 'Postremo si pergis parum mihi fidem arbitrarier:' i. e. habere. Scip. Gent. Wower. e. vett. *fidens*, importune. V. Gulielm. ad Planti Bacchid. cap. 3. Pric. Lat. Latin. quoque malebat *fidens*: quomodo perperam edidit Elm. et Scriv. J. Bos.—⁴ D'Orv. *percontari*. Id.—⁵ Alii *pulsantia*.—⁶ *Auris sonora. Et ceterum.* Sic vulgatum ante Elmenh. qui e Ms. Florent. dedit cum seqq. præter Pric. *aures sonora*: recte. Ut supra p. 483. dixerat Auctor: 'ecquid illi aures obtinnirent, et utra earum magis:' ita h. l. primo *aures* in universum, tum *dextram* speciatim memorat. Sed e Ms. Fox. ut videtur, Salm. allevit *aures sonora*. Ceterum: optime. Illud et otiosum est, et intrasum e littera finali *τοῦ sonora*. Similis corruptelæ causa supra p. 443. 'terra alumna,' ubi Mss. B. terra et alumna. Nusquam sic loquitur Ap. Et ceterum,

NOTE

quod, in comitis de repente culpam interveniens, ea turbaret. Hinc de eo Q. Sammonicus Serenus: 'Est sublit species morbi, cui nomen ab illo est, Quod fieri nobis suffragia justa recusat. Sæpe etenim, membris atro languore caducis, Concillium populi labe horrenda diremit.'

'*Divinum morbum*] Sive ob eam rationem, quam subjungit Apuleius, sive quia eum crederent *θεόπεμpton*, a Diis immissum, seu potius quia haberet *θεοῦ βλαν*, vim majorem.

^f *ισχὺν νόσον*] Sacrum morbum.

Quemadmodum etiam dictus est a Latinis.

—^h *Videlicet quod animi partem, &c.*]

Interpretatur illa Platonis: *νόσημα δὲ, ἰσχὺς δὲ φύσεως, ἐνδικότατα ἰσχὺν λέγουται*: Morbus, ad sacram seu divinam naturam (hoc est, ut intelligit Noster, animum hominis) pertinens, justissime sacer seu divinus dicitur.

ⁱ *Agnoscis*] Quia supra dixit: 'Admonendus es mihi, non docendus.'

^k *Cui ego fidem arbitratus*] Hoc est, fidem habens. Similiter Plantus, in Bacchid. 'Postremo, si pergis parum

dextræ⁷ auris crebriores tinnitus fatabatur, signum erat morbi penitus adacti.⁸ Nam dextera corporis validiora sunt, eoque minus spei ad sanitatem relinquunt, cum et ipsa ægritudini succumbunt.⁹ Aristoteles adeo in [488] *Problematis*¹ scriptum reliquit, quibus æque caducis¹ a dextero² morbus occipiat, eorum esse difficiliorem medelam. Longum³ est, si velim Theophrasti quoque sententiam de eodem morbo recensere: est enim etiam ejus egregius liber de Caducis.^m Quibus tamen in alio libro, quem de invidentibus animalibusⁿ conscripsit, remedio esse ait exuvias stellionum,^o quas velut senium, more ceterorum

tram sibi æquius sonare, indicium erat morbi altius infixi. *Dextræ enim partes corporis firmiores sunt, et propterea permittunt minus spei sanationis, quando ipsæ quoque vincuntur morbo. Porro Aristoteles scripsit in suis Problematis similiter, difficiliorem esse curationem illorum epilepticorum, quibus ægritudo incipit a dextera parte. Diutius morarer, si vellem referre etiam opinionem Theophrasti de eadem ægritudine: nam extat quoque præclarus ejus liber de Epilepticiis. Quibus nihilominus dicit in alio volumine, quem composuit de Animalibus invidis, medelam afferre spolia stellionum, quæ illi deponunt certis temporibus tanquam senectutem*

sed semper sine copula. J. Bosscha.—7 Scriv. ubique fere edidit *dextræ*: ut paulo post *dextera* in Mss. scribitur et Edd. præter Vulc. et Wower. Idem.—8 Vid. Not. Var.—9 Ms. Pith. *ægritudinis accumbunt*: ex simili scriptura nata est corrupta lectio veterum Edd. plerarumque *ægritudini accumbunt*: quod est etiam in Ms. D'Orv. J. Bosscha.—1 Ms. D'Orv. *Problematis*. Ed. Vic. *Problematis*. Idem.—2 *Dextero*. Sic Mss. et Edd. vett. Al. et Junt. post. *dextro*. Pro occipiat Pith. excipiat. Idem.—3 Addit D'Orv. *η. in quo ex eodem, non, de eod. et, qui tamen, pro, quibus t.* Idem.

NOTE

mihî fidem arbitrarier.

¹ *Quibus æque caducis*] Τὸ 'æque' abundat, aut certe sonat, maxime, præsertim. Sic lib. viii. Metam. 'Canis adæque venaticus:' et lib. vi. 'Crebris æque ingestis ictibus.'

^m *Egregius liber de Caducis*] Hujus meminit Laërtius, sed hac inscriptione: περὶ Ἐπιλήψεως, de Epilepsia.

ⁿ *De invidentibus animalibus*] Sic Casanbonus recte emendavit, pro de non videntibus. Titulum hunc habet Laërtius in Theophrasti Operum catalogo: περὶ τῶν λεγομένων ζῴων φθορῶν, de iis animalibus quæ invidere

dicuntur. Hujus libri fragmentum extat in Bibliotheca Photii, pag. 862. ὅτι ὁ γαλεότης, φασί, φρονῶν τῆς ὀφελείας τοῖς ἀνθρώποις, καταπίνει τὸ δάρμα, δταν ἐκδύνηται. ἔστι γὰρ βοήθημα ἐπιλήπτους. Ad ea Theophrasti verba proculdubio hic respicit Apuleius. Stellionem Plinius, non γαλεότην solum, sed et κυλάτην, et ἀσκαλαβότην dici scribit, lib. xxix. cap. 4.

^o *Stellionum*] Rationem hujus nominis pete ex his Ovid. Metamorph. lib. iii. fab. 7. 'Nomen habet, variis stellatus corpora guttis.'

serpentium, temporibus statis ⁴ exuant. Sed nisi confestim eripias, ⁵ malignone præsagio, ⁶ an naturali appetentia, illico convertuntur, ⁶ et devorant. Hæc idcirco commemoravi, nobilium philosophorum disputata simul et libros sedulo nominavi, nec ullum ex medicis aut poetis volui attingere, ut isti desinant mirari, si philosophi ⁷ suapte doctrina ⁷ causas morborum et remedia ⁸ noverunt. Igitur cum ad inspiciendum mulier ægra, curationis gratia, ad me perducta sit, atque hoc, [489] et medici confessione qui adduxit, ad meam ratiocinationem recte factum ⁹ esse conveniat; aut constituent, Magi et malefici hominis esse, morbis mederi, aut, si hoc dicere non audent, fateantur, se in puero et muliere caducis vanas et prorsus caducas calumnias intendisse. Immo enim, si verum velis, Æmiliane, ¹

suam, secundum consuetudinem reliquorum reptilium: at, ni statim eis subtrahas, protinus se convertunt, et absorbent ea, nescio an prænotione invida, an vero appetitu naturali. Ideo narraui istas disputationes inclytorum philosophorum, simul et citavi accurate libros eorum, neque volui citare quenquam medicorum, vel poetarum, ut hi jam non mirentur, si philosophi cognoscunt sua propria scientia causas ægritudinum et medelas earum. Cum ergo famina morbida adducta sit ad me, ut eam viderem, et sanarem, et constet testimonio medici, qui eam adduxit, bene factum fuisse juxta meam ratiocinationem; vel decernant pertinere ad Magum, et veneficum hominem, sanare morbos, vel, si verentur hoc dicere, concedant se intentasse accusationes inanes, et penitus fluxas, in puero et famina epilepticis. Quinimmo, si ris

~~~~~

—4 Al. *statutis*.—5 Alii *eripiebatur*. Elmenhorstius. Bas. pr. *eripiat*: unde *eripias* correxit Lat. Latin. quomodo bene legitur in reliquis libris. Nisi non est in D'Orv. neque *appetentia*. J. Bos.—6 Alii *converuntur*. Elmenhorstius. Fulvius nempe, monente Scioppio supra. J. Bos.—7 *Suapte natura*. Caret hisce D'Orv. Id.—8 Bas. pr. et Rom. *ut rem*. Colvius. Pro *inspiciendum* D'Orv. *spiciendum*, et paulo infra, *hec pro hoc*. Id.—9 Vera emendatio Ful. *ac mea ratiocinatione recte f.* Wower. Non male Fulv. nec opus tamen. *Ad meam ratiocin.* i. e. juxta, secundum, convenienter ad meam ratiocinationem, paulo ante adhibitam, philosophos suapte doctrina causas morborum et remedia nosse. Pro *recte* Pith. *rectam*, et infra *vana*, pro *vanas*. J. Bos.—1 Ita lego cum Memb. Flor. In vulgatis est: *immo enim si audire verum velis* Æm. Elmenhorstius. Nec in Edd. Junt. post. et Bas. pr. nec in Mss. Pith. D'Orv. comparet *audire*: quare ejeci. V. supra ad p. 421. In

# NOTE

¶ *Malignone præsagio*] Quod exuvias snas usui fore epilepticis sentiat, ideoque, hominum utilitati maligne invidens, illas devoret. Hoc sibi volunt illa Theophrasti: *ἐθὼν τῆς ἀφε-*

*λείας τοῖς ἐπιληπτοῖς.*

¶ *Si philosophi, &c.*] Inter quos Apuleius nomen profitebatur suum: a quo proinde alienum non erat morborum causas et remedia nosse.

tu potius caducus, qui jam tot calumniis cecidisti.<sup>1</sup> Neque enim<sup>2</sup> gravius est corpore, quam corde, collabi: pede potius, quam mente, corruere: in cubiculo despui,<sup>3</sup> quam in isto<sup>3</sup> splendidissimo cœtu detestari. At tu fortasse te putas sanum, quod non domi containeris, sed insaniam tuam, quoquo te duxerit, sequeris. Atqui si contenderis<sup>4</sup> furem tuum cum Thalli furore, inuenies, non permultum interesse: nisi quod Thallus sibi, tu etiam<sup>5</sup> aliis furis.<sup>1</sup> Ceterum<sup>6</sup> Thallus oculos torquet, tu veritatem:<sup>a</sup> Thallus manus contrahit, tu patronos: Thallus pavimenti illiditur,<sup>7</sup> tu tribunalibus. Postremo ille, quicquid agit, in ægritudine facit, ignorans peccat: at tu, miser, prudens et sciens delinquis. Tanta vis morbi te instigat! falsum pro vero insimulas, infectum pro facto criminaris: quem innocen-

*audire verum, o Æmiliane, tu potius es caducus, qui jam decidisti tot falsis accusationibus. Nam non est gravius corruere corpore, quam mente: cadere potius pede, quam animo: conspu in cubiculo potius, quam execrationibus peti in hac illustrissima concione. Sed tu forsitan credis te esse sanæ mentis, quia non coerceris domi, sed sequeris stultitiam tuam, quocumque te pertraxerit. Sed, si vis comparare dementiam tuam cum dementia Thalli, reperiens, non magnum esse discrimen: nisi quod Thallus insanit in suam tantum perniciem, tu vero etiam in alienam. Porro Thallus contorquet oculos, tu autem veritatem: Thallus stringit manus, tu advocatos: Thallus alliditur ad pavimenta, tu ad tribunalia. Denique, quicquid ille facit, illud facit in morbo, delinquit ex ignorantia: tu vero, improbe, peccas sciens vidensque: tanta violentia morbi te incitat! defers falsum pro vero, accusas quod non factum est, tanquam sit factum: criminaris tanquam sentem eum, quem manifesto*

Pith. deest quoque si. J. Bos.—2 D'Orv. nec en. Id.—3 Pith. ipso. *Iste, δευτικὸς* adhibitum, Apuleianum est. v. Ind. Id.—4 Debeo hanc lectionem Edit. Junt. post. In reliquis *si contendere vis*. Si non est in Pith. D'Orv. Id.—5 Ed. Bas. pr. *vi etiam*. Pro *aliis furis* Ms. Pith. *alii satis*. Alii quoque Ed. Vic. Id.—6 Lat. Latin. rescribendum monet *Etenim* vel *Iterum*. Causam non video. Id.—7 Sic Rom. Ven. Alii *illiditur*. Colvius.—8 Ma-

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Qui jam tot calumniis cecidisti] Qui jam tot calumnias adversus me intendisti, sed frustra, quippe quas ego egregie ad unam omnes refutavi. Varie ludit in verbis 'caducus,' et 'cadere,' et alludit ad solennia hæc, 'causa,' 'formula cadere,' &c.

<sup>2</sup> In cubiculo despui] Quod fieri solitum epileptics probet vel hic Plau-

ti locus ex Captivis: 'Illic iati, qui insptatur, morbus interdum venit.'

<sup>3</sup> Nisi quod Thallus sibi, tu etiam aliis furis] Id est, Thalli morbus nemini nocet, nisi ipsi; tuus vero furor, o Æmiliane, nocet aliis.

<sup>a</sup> Thallus oculos torquet, tu veritatem, &c.] Frigidiusculæ allusiones.

tem liquido scis, tamen accusas ut nocentem. Quin etiam, quod præterii, sunt, quæ fatearis<sup>3</sup> nescire: [490] et eadem<sup>9</sup> rursus, quasi scias, criminaris. Ais enim, me<sup>1</sup> habuisse quædam sudariolo involuta<sup>4</sup> apud Lares Pontiani. Ea involuta quæ<sup>1</sup> et cujusmodi fuerint, nescisse te confiteris: neque præterea quenquam esse, qui viderit: tamen illa contendis instrumenta Magiæ fuisse. Nemo tibi blandiatur, Æmiliane. Non est in accusando versutia,<sup>4</sup> ac ne impudentia<sup>5</sup> quidem,<sup>7</sup> ne tu arbitreris. Quid igitur? furor infelix acerbi animi, et misera insania crudæ senectutis.<sup>x</sup> His enim pæne verbis cum tam gravi et perspicaci iudice

*cognoscis esse insontem. Quin et (quod prætermiseram) quædam sunt, quæ confiteris te ignorare: quæ tamen accusas perinde, ac si ea cognosceres. Nam dicis me habuisse apud penates Pontiani quædam linteola involuta. Fateris te ignoravisse, quæ et qualia fuerint, quæ involuta erant: et insuper neminem esse qui ea viderit: et tamen affirmas illa fuisse instrumenta Magiæ. Nemo aduletur tibi, o Æmiliane: non est hæc tua calliditas in accusando, et ne audacia quidem, ne tu id putes. Quidnam est ergo? est rabies misera mentis exasperata, et infortunata dementia senectæ acerbæ. Etenim accusasti me apud iudicem tam gravem et solertem his*

lim fateris. Pricæus.—9 Non habet D'Orv. in quo rursus. J. Bos.—1 Id. Cod. *Is enim non.* Id.—2 Sudariola involuta. Scribe, sudariolo i. Infra: 'Habuit Apuleius quæpiam sudariolo involuta.' Pric. Allevit e Fux. Cod. etiam Salm. immo editum jam in Ed. Junt. post. et miror neminem obsecutum esse; nam nihil verius est. Sequentia id satis declarant. J. Bos.—3 D'Orv. ea inv. qui. Id.—4 Non est in acc. tua ista vers. Fulvius. Sciopp. in *Symb.* Reposui ex antiquo: Non est tua ista in acc. vers. Wowerius. Augent nonnulli Codd. hoc modo *Non est ista tua i. a. v.* Pricæus. *Tua ista* non sunt in Edd. ante Wower. qui ea addidit cum Elm. Scriv. seqq. Ego rursus egeri, quia in ceteris Mss. non comparent, et ambiguum est, sitne Codicis Fulviani lectio, an ipsius Fulvii conjectura. J. Bos.—5 Al. impru-

## NOTÆ

<sup>7</sup> *Ac ne impudentia quidem, &c.]* Quam tibi exprobrari, ut assuetus es, ita non admodum graviter ferres, quinimmo fortasse gloriareris; adeo fronte perfrecta es: sed est furor ac mera rabies, cujus te accusari iniqui-ori animo toleras. Hic, ut pnto, sensus hujus loci est; nec rō impudentia in rō imprudentia mutatum velim, quicquid dicat Pricæus.

<sup>x</sup> *Misera insania crudæ senectutis]* Hinc non satis me expedito. Insania

enim sen delirium decrepitæ potius, quam crudæ senectutis est; quin et hunc Æmilianum infra 'capularem' vocat, et alibi 'hominem præcipitis ævi, et occidnæ senectutis:' nisi (quod unum occurrit) dicere velimus 'crudam senectutem' hic intelligendam non viridem, qualem Charonti tribuit Virgilius, sed quæ in corpore caduco animum habeat crudum adhuc et im-maturum.

egisti: Habuit Apuleius quæpiam linteolo<sup>6</sup> involuta apud Lares Pontiani:<sup>7</sup> hæc quoniam<sup>7</sup> ignoro quæ fuerint, idcirco Magica fuisse contendo: crede igitur mihi quod dico, quia id dico, quod nescio. O pulchra argumenta, et aperte crimen revincentia! Hoc fuit, quoniam quid fuerit ignoro. Solus repertus es, Æmiliane, qui scias etiam illa,<sup>8</sup> quæ nescis. Tantum super omnes stultitia evectus es: quippe qui<sup>9</sup> solertissimi et acerrimi philosophorum,<sup>1</sup> ne iis quidem confidendum esse aiunt, quæ videmus. At tu de illis quoque affirmas, quæ neque conspexisti unquam,<sup>2</sup> neque audisti. Pontianus si viveret, atque [491] eum interrogares, quæ fuerint in illo involucro, nescire se responderet. Libertus etiam ille, qui claves ejus loci in hodiernum habet, et a vobis stat,<sup>3</sup> nunquam se ait inspexisse: quanquam ipse aperiret (utpote promus librorum, qui illic erant conditi) pæne quotidie et clauderet; sæpe nobiscum, multo sæpius

*fere verbis: Apuleius habuit apud Penates Pontiani quædam circumdata sudariolo. Quia nescio quænam illa fuerint, ideo affirmo ea fuisse Magica. Ergo crede mihi quod dico, quoniam illud dico quod ignoro. O ratiocinia egregia, et quæ manifeste probant crimen! Fuit hoc, quia nescio quid fuerit. Tu unus es inventus, o Æmiliane, qui noveris etiam illa, quæ ignoras: usque adeo superas omnes dementia! illi enim ex philosophis, qui fuerunt sagacissimi et constantissimi, dicunt, ne illis quidem, quæ cernimus, omnino credendum esse. Tu vero pronuntias etiam de illis, quæ nunquam vidisti, neque audisti. Si Pontianus viveret, et quæreres ab eo, quænam fuerint in illo involucro, responderet se ignorare. Ille quoque libertus, qui habet claves illius loci usque ad hodiernum diem, quique est vestrarum partium, dicit se nunquam intuitum esse: quamvis ipse recluderet fere quotidie (quippe qui depromebat libros, qui in eo asservabantur) et clauderet; frequenter nobiscum, at ipse solus*

*dentia.*—6 Ita h. l. Edd. recentiores cum Junt. post. addicentibus membranis Florent. Id.—7 D'Orv. quod. Id.—8 Etiam illa. Desunt in eod. Ms. qui mox tamen pro tantum. Id.—9 Super omneis stultitia vectus es quippe qui. Clara, ut mea quidem fert opinio, emendatio: super omneis stultitia evectus es: quippini sol. &c. Stewech. Distraximus literas quæ in diphthongum male coaluerant: legebatur enim stultitia vectus es: sic in libello de Interpretatione male in quibusdam libris maxime minimis efficere, pro maxima e min. Casaubonns. Mss. Pith. D'Orv. stultitie vectus. Edd. ante Casaub. stultitia vectus. J. Bos.—1 Quippe qui sol. et ac. ph. fuerunt. Tò fuerunt hoc loco abest in vet. edit. Unde scribi possit, quippini, solertissimi et ac. &c. Colvius. Fuerunt ignorant Ms. D'Orv. Edd. Junt. post. Bas. aliæ, et vacat. Quippeni sæpius corruptum esse in Apuleio, supra aliquoties monitum: h. tamen l. non puto. Facile intelligitur fuerunt. Pro ne iis Pith. ne his. J. Bos.—2 D'Orv. nec c. u. Ultima voce caret Pith. Statim D'Orv. lib. et ille q. cl. hujus l. Id.—3 D'Orv. a nobis stat: et cum Pith. statim utpote primus. Id.—

## NOTE

<sup>7</sup> Apud Lares Pontiani] In Larario, ubi et bibliothecam habebat.

solus intraret, linteum in mensa positum cerneret, sine ullo sigillo,<sup>4</sup> sine vinculo. Quidni enim? Magicæ res in eo occultabantur, eo negligentius asservabam. Sed enim libere scrutandum et inspiciendum, si liberet, etiam auferendum, temere exponebam, alienæ custodiæ commendabam, alieno arbitrio mittebam.<sup>5</sup> Quid igitur impræsentiarum vis tibi credi? quodne Pontianus nescierit,<sup>6</sup> qui individo contubernio<sup>7</sup> mecum vixit, id te scire, quem nunquam viderim, nisi pro tribunali? an quod libertus assiduus,<sup>8</sup> cui omnis facultas inspiciendi fuit, quod is libertus<sup>9</sup> non viderit, te, qui nunquam eo accesseris, vidisse? denique ut, quod non vidisti, id tale fuerit, quale dicis? Atqui, stulte, si hodie illud sudariolum tu interceptisses, quicquid ex eo promeres, ego Magicum negarem. Tibi adeo permitto: <sup>1</sup> finge quidvis, reminiscere,<sup>2</sup>

*ingrederetur longe sapius, videretque linteum positum in mensa absque ullo sigillo, absque ligamine. Cur non enim? Res magica absconditæ erant in eo, propterea custodiebam illud incuriosius. Quin et obiciebam illud negligenter, ut libera pervestigaretur, et consideraretur, et asportaretur etiam, si libitum esset; committebam illud tutelæ alienæ, relinquebam alienæ voluntati. Quid ergo vis nunc, ut tibi credatur? an te, quem nunquam aspexi nisi ante tribunal, cognoscere illud, quod ne Pontianus quidem cognosceret, qui vixit mecum societate inseparabili? An, quia libertus perpetuo præsens fuit, et ei omnimoda potestas fuit illud considerandi, vis credi te, qui nunquam illuc veneris, aspersisse id, quod ille libertus non asperxit? postremo, visne credi id, quod non asperxisti, tale fuisse, quale ais? Sed, o stolidè, si tu intervertisses hodie illud linteolum, quicquid proferres ex illo, ego inficiarer illud esse Magicum. Ceterum, per me licet, excogita, reputa, commin-*

4 Pith. signo. Pro quidni id. quidem. D'Orv. quidne. Id.—5 Edd. Flor. Altenb. Bip. negligentem mittebam. Id.—6 Quod ne Pont. quidem scierit. Flor. quod Pont. nescierit. Elmenhorstius. Immo, quodne Pont. nescierit legitur in Florent. teste Lindenbrog. in Exc. quomodo extat etiam in Mss. Pith. D'Orv. et emendavit in marg. Salm. atque editum in Edd. Junt. post. Bas. pr. Rectissime: non, ut vulgo, quod ne Pont. quidem sciret. Ne interrogandi particula est, quam perperam eiecit Scriv. edens tamen nescierit, et retinens quidem, contra Mss. Flor. N. 15. 'quodne jam ipsi hæreditatem avebant, an quod,' &c. supra p. 452. 'quodne pisces mihi piscem quæserunt... an... quod,' &c. J. Bos.—7 Scriv. et Flor. sine necessitate addunt in, eiectionem rursum ab Edd. Altenb. et Bip. Id.—8 Forte lib. assiduus: ut proprium nomen hoc sit liberti: vel, An quod libertus, assiduus cui, &c. Colv.—9 Quod is libertus. Delenda hæc esse monuit Lat. Latin. contra Nostri stylium; nisi omnia illa, cui omnis, &c. ... quod is libertus, delenda sint, utpote orta ex interpretatione τοῦ assiduus: quod minime affirmo tamen. Pro viderit Pith. fuerit. J. Bos.—1 Ed. Vic. permitte. Id.—2 Al. comminiscere.—

#### NOTE

<sup>2</sup> *Reminiscere*] Id est, comminiscere. quid, reminiscimini quid respondere. Simili sensu infra: 'Fingite alia. tis.'

excogita, quod possit Magicum videri: tamen de eo tecum decertarem: aut ego subjectum dicerem, aut remedio acceptum, aut sacro traditum, aut somnio<sup>3</sup> imperatum.<sup>4</sup> Mille alia sunt, quibus [492] possem more communi<sup>5</sup> et vulgatissima observationum consuetudine vere refutare. Nunc id postulas, ut, quod deprehensum et detentum,<sup>6</sup> tamen nihil me<sup>7</sup> apud bonum iudicem læderet, id inani suspitione incertum et incognitum condemnet. Haud<sup>7</sup> sciam, an rursus, ut soles, dicas: Quid ergo illud fuit, quod linteo tectum apud Lares potissimum<sup>8</sup> deposuisti? Itane<sup>8</sup> est, Æmiliane? sic accusas, ut omnia a reo percontere,<sup>9</sup> nihil ipse afferas cognitum.<sup>9</sup> Quam ob rem pisces quæris? cur ægram<sup>1</sup> mulierem inspexisti? quid in sudario habuisti? Utrum tu accusatum,<sup>2</sup> an interroga-

*cere quilibet, quod possit existimari Magicum; contenderem tamen de eo tecum: vel ego dicerem illud esse suppositum, vel me accepisse in medicamen, vel mihi fuisse datum ad sacrum faciendum, vel mihi præceptum fuisse in somnis. Sunt mille aliae responsiones, quibus possem vere hoc refellere, iuxta morem communem, et consuetas observationes. Nunc vis ut hoc, quod est dubium ex vana suspitione, et ignotum, me damnet, quod nullatenus mihi noceret coram probo iudice, quamvis esset deprehensum et patefactum. Nescio an iterum dicturus sis, sicut conseruisti: Quid igitur illud erat, quod posuisti apud Penates Pontiani opertum linteo? Siccine est, Æmiliane? ita accusas, ut quæras omnia a reo, tu vero nihil proferas notum. Quare investigas pisces? quare consideravisti faminam ægrotam? quidnam habuisti insudum in linteo? Venistine me insinuatum, an vero percontatum? Si re-*

~~~~~

³ Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. somno. Vic. imparatum. J. Bos.—4 D'Orv. more poss. communiri. Id.—5 Detectum arripuit Scriv. cum Florido, bene, si Mss. addicerent: opponitur enim e seqq. incognitum. In vulgato acquiescendum putavi, quod significatione parum differt a *reprehensum*, pro quo Mss. D'Orv. et Pith. *repreh.* D'Orv. insuper qui non quod. Id.—6 Edd. Vic. Ven. nihil ad me. Id.—7 Pith. condemnaret. D'Orv. aut. Mox pro dicas Pith. *dices.* Id.—8 D'Orv. *ita.* Id.—9 Pith. D'Orv. percontare. Id.—1 D'Orv. *cujus gratia.* Id.—2 *Habuisti insudum?* Acc. Supra tantum dixerat Ap.

NOTE

^a *Aut somnio imperatum*] Petronius: 'Medicinam somno petil, jussaque sum vos perquirere,' &c.

^b *Apud Lares potissimum*] Bene ex superioribus restituas *apud Lares Pontiani.*

^c *Ut omnia a reo percontare, nihil ipse afferas cognitum*] Non licet accusatori, vel actori, reum interrogare lite

non contestata, nec accusatione instituta, id est, crimine ipso non proposito: iniquissimum enim esset ex interrogatione rei, vel responsione, accusationem formare. Immo, accusatione jam instituta, accusator reum interrogare non potest, et jure reuatur reus respondere: præsertim ubi de crimine suo interrogatur: sed illud

tum venisti? Si accusatum, tute³ argue, quæ dicis: si interrogatum, noli præjudicare, quid fuerit,⁴ quod ideo te necesse est interrogare, quia nescis. Ceterum hoc quidem pacto omnes homines rei constituentur, si ei, qui nomen cujuspiam detulerit,⁵ nulla necessitas sit probandi, omnis contra facultas percontandi. Quippe omnibus, sicut forte negotium Magiæ facessitur,⁶ quicquid omnino egerint, obijcietur. Votum in alicujus statuæ femore assignasti;^d

nisti insimulatum, proba tu ipse ea, quæ dicis: si venisti percontatum, ne ante judices quid fuerit, quod propterea tu cogeris percontari quid sit, quoniam ignoras. Porro cuncti homines quidem flent rei hac ratione; si ille, qui accusaverit quempiam, non cogatur probare, sed contra possit interrogare, ut libuerit. Nam obijciatur omnibus id omne quod fecerint, si forte lis intentabitur cuipiam ob Magiam. Affixisti votum cruri alicujus simulacri; ergo tu es Magus: aut quare affixisti?

'lnteo involutum, lnteo tectum fuisse.' Ed. Bas. sec. insitum. Ms. Pith. h. ut supla. D'Orv. h. ut sum tu: unde una litera mutata emendandum cum Salm. in marg. qui id in Ms. Fux. videtur legisse, *habuisti? Utrum tu acc.* In Ms. Fulv. quoque corruptum fuit *insutum*, unde fluxit Fulvii conjectura *num tu*. Id.—3 D'Orv. *tune*. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. tu. Id.—4 Edd. Vulc. sec. tert. Wow. *fuertunt*. Id.—5 D'Orv. *detulit*. Id.—6 Non satis hanc lectionem concoquo. Puto melius, *ut cuique f. n. magiæ facessetur*, vel, *simul cui f. Casaubonus*. Non satis se concoquere hanc lectionem, ait doctissimus Casaubonus, itaque rescribit, *ut cui [immo cuique] forte negotium, &c. vel simul cui*. Melissus noster eruditissimus nulla fere mutatione, *si cui forte*, verissime legebat, ut admonitus sum a Gothofredo Jungermanno. Sed major quædam in hoc loco videtur hæere menda, et vox Magiæ non satis congruere, aut suo loco habitare. Omnino legendum sic puto: *Quippe omnibus, si cui forte negotium facessitur, quicquid omnino egerint, Magia obijcietur*: quod diserte probant verba sequentia: 'Votum in alicujus statuæ femore, assignasti: igitur Magus es: aut cur signasti? Tacitas preces in templo Diis allegasti: igitur Magus es,' &c. *Scip. Gent. in App. Si cui forte neg. Fulvius. Sciopp. in Symb.* Facile apparet scribendum, *si cui forte neg. Wowerina*. Argute nimis Gentilis: vivila enim et perspicua est sententia, ut vulgo editur. *Pric.* Casauboni emendatio *ut cuique* expressa est in Edd. Vulc. sec. tert. Propius ad Mss. accedit conjectura Vulc. et Groslot. in marg. et Lat. Latinii, quam amplexi sunt Gent. Wow. et seqq. Accedit sane lectioni illi aliquid adjumenti ex eo, quod in Ms. D'Orv. reperitur *egerit*, pro *egerint*. Wyttenbachius V. Cel. margini sui exemplaris ascripserat *si quid f. neg. &c.* Antiquam lectionem ego revocavi; hoc sensu: sicut solet sane Magiæ accusatio forte, i. e. temere, intendi. 'Magiæ calumniam facile infamari' supra p. 401. dixit Ap. 'Forte' pro temere, aliquoties ponitur, unde 'forte' et 'temere' sæpius junguntur. V. Gronov. ad Liv. x. 43. J. Bos. Gent. Wow. et seqq. *facessetur* contra Mss. In

NOTÆ

est officium judicis.

^d *Votum in alicujus statuæ femore assignasti*] Mos hic fuit Veteribus, ut vota sua et preces tabellis conceptas,

conscriptasque, et cera obsignatas Deorum genibus affigerent: atque hoc vocabant, 'votum,' seu 'preces,' seu 'orationem signare,' 'assignare.'

igitur Magus es: aut cur signasti? Tacitas preces* in templo Deis allegasti; [493] igitur Magus es: aut quid optasti? Contra, nihil in templo precatus es; igitur Magus es: aut cur Deos non rogasti? Similiter si posueris donum aliquod, si sacrificaveris, si verbenam sumseris.^f Dies me deficiet, si omnia velim persequi, quorum rationem similiter calumniator flagitabit: præsertim quod conditum cumque,^g quod obsignatum, quod inclusum domi asservatur,⁹ id omne eodem argumento Magicum dicetur, aut e cella promtuarum in forum atque in iudicium proferetur. Hæc quanta sint, et cuiuscemodi,ⁱ Maxime, quantusque campus calumniis hoc Æmiliani^a tramite aperiatur, quantique sudores innocentibus hoc uno sudariolo afferantur,^s

Emisisti ad Deos preces secretas in fano; ergo tu es Magus: vel quid petivisti? E contrario, nullas preces iudisti in fano; ergo tu es Magus: aut quare non precatus es Deos? Eodem modo, si obtuleris aliquod munus, si feceris sacrum, si ceperis verbenam. Dies mihi deerit, si voluero enumerare omnia, quorum improbus accusator postulabit rationem in hunc modum. In primis, quicquid absconditum, quicquid obsignatum, quicquid clausum custoditur in ædibus, id totum dicetur esse Magicum, eodem ratiocinio: vel deprometur ex apotheca in forum, et in iudicium. Possem sane ostendere longo sermone, quanta hæc sint, et qualia, et quantum spatium calumniis patefuit hac semita Æmiliani, o Maxime, et quanti labores orcentur inson-

D'Orv. *fatescitur*. Id.—7 Sic Mss. Florent. D'Orv. cum Edd. ante Elmenb. qui, per incuriam fortasse, et hic dedit *assignasti*: quod tamen deinceps in Edd. remansit. Id.—8 Jungermannus malebat *cuique*. Id.—9 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *observatur*. Ms. Pith. quoque *observatum*. Pro *promtuarum* id. Ms. *promtoria*. Id.—1 *Cuiuscemodi*. Rom. *cuiuscemodi*, quod reposuerim. *Cole*. Accedunt Editioni Romanæ, Junt. post. et Mss. Pith. D'Orv. Bene. v. Ind. J. Boe.—2 Ms. Pith. *Æmiliane*. Id.—3 Sic Mss. Florent. D'Orv.

NOTÆ

Juvenalis dixit: 'Genua incerare Deorum:' sensu, ut arbitror, eodem, quo Noster hic: 'Votum in statum femore assignasti.'

* Tacitas preces, &c.] Veteribus tamen etiam tacitæ preces damnatæ quoque sunt, et sceleratorum hominum creditæ, qui ea Deos rogarent, quæ audientibus aliis hominibus pronuntiare erubescerent, puta cognatorum mortes, &c. Unde Persius, Sat. II. 'Mens bona, fama, fides, hæc

clare, et ut audiat hospes: Illa sibi introrsum, et sub lingua murmurat: O si Ebullit patrum præclarum funus! et, o si Sub rastro crepet argenti mihi seria, dextro Hercule! pupillamve utinam, quem proximus hæres Impello, expungam,' &c.

^f Si verbenam sumseris] Ornandæ aræ, aut ex ipsa aræ, ut tecum feras domum.

^g Quantique sudores innocentibus hoc uno sudariolo afferantur] Festive sud

possum³ equidem pluribus disputare: sed faciam, quod institui; etiam quod⁴ non necesse est, confitebor; et interrogatus ab Æmiliano respondebo. Interrogas, Æmiliane, quid in sudario habuerim. At ego,⁵ quanquam omnino positum ullum sudarium meum in bibliotheca Pontiani possim negare; ac maxime fuisse, concedam:⁶ [494] cum habeam dicere,⁷ nihil in eo involutum fuisse. Quæ si dicam, neque testimonio aliquo, neque argumento revincar.⁸ Nemo est enim, qui attigerit:⁹ unus libertus, ut ais, qui viderit: tamen, inquam, per me licet fuerit refertissimum: sic enim, si vis, arbitrare, ut olim Ulixi¹ socii²

tibus hoc solo linteolo. Sed faciam, quod carpi facere: fatebor etiam quod non est necesse: et respondebo, licet interroget ab Æmiliano. Quæris, o Æmiliane, quidnam habuerim in sudario. Ego vero, tametsi possim inficiari ullum prorsus sudarium meum positum fuisse in bibliotheca Pontiani, nihilominus, o Maxime, dabo fuisse positum: cum supersit mihi quod dicam, nihil fuisse absconditum in eo. Quæ si dixerō, nullo testimonio refellar, neque ulla probatione. Nam nullus est, qui illud contrectaverit: unus est tantum libertus, qui uspexerit, ut dicis: sed esto, inquam, fuerit maxime compertum: crede enim ita, si vis: ut quondam comites Ulyssis cre-

cum Edd. plerisque, etiam Altenb. et Bip. At Ms. Pith. cum Cas. Gent. Wow. Pric. Flor. possem. Id.—4 Rom. et quod. Ven. Ald. Bas. 1. extra quod. Colvius. Et quod v. c. Sciopp. in Symb. Msto Fulv. accedit Pith. In Ed. Junt. pr. quoque extra. Mox non abest D'Orv. J. Bos.—5 D'Orv. ac ego. Id.—6 Tamen Maxime fuisse c. Non male scripseris maxime f. et sane non aliter edi debuit. Idem est ac quod statim subjicit, 'per me liceat fuerit repertissimum.' Casaub. Ante Casaubon. ut proprium nomen legebatur Maxime. Sed insuper tamen mutandum in ac, intendendi particulam, quæ nota ejus vis. Fecit id jam Elm. e Mss. Florent. succinentibus Mss. Pith. et D'Orv. cum Scriver. E Cod. Fux. Salm. ascripsit at; et in Junt. post. editum attamen; in aliis Edd. tamen non h.l. ponitur sed post concedam. Immo ejiciatur, intrusum post quanquam a mala manu, quod sæpius factum in nostro Auctore aliquoties monuit Oudend. v. Ind. Insuper illud tamen in Mss. D'Orv. Pith. locum occupavit sequentis cum: quod certo est indicio, aliunde esse inductum. J. Bos.—7 Non est in D'Orv. a m. pr. Id.—8 Vitiose Ed. Flor. revincat. Id.—9 Hoc ordine D'Orv. Vulgo: Nemo en. q. attig. est. Ed. Vic. attingeris. Statim D'Orv. ut is. Id.—1 Sic Edd. vet. cum Mss. Recte. v. ad Met. lib. 1. p. 46. Ms. D'Orv. Uxili. Id.—2

NOTÆ

more ludit in vocibus 'sudores' et 'sudariolo,' quo sudores detergeri solent, non afferri. Sensus est: Si trahatur in exemplum futilis hæc Æmiliani de sudario accusatio, et, ex quo quis involutum quidpiam linteo ha-

buerit, Magis eum illico accusare liceat; quanti labores, et quanta pericula innocentibus imminent!

¹ Ut olim Ulixi socii, &c.] Refertur hoc Odyssæas K.

thesaurum reperisse arbitrati sunt, cum utrem ventosissimum² manticularentur.³ Vin' dicam, cujusmodi illas res in sudario obvolutas Laribus Pontiani commendarim? Mos tibi geretur. Sacrorum pleraquē initia in Græcia participavi.¹ Eorum quædam signa et monumenta tradita mihi a sacerdotibus sedulo conseruo. Nihil insolitum, nihil incognitum dico: vel unius Liberi patris symmystæ,³ qui adestis,^m scitis, quid domi conditum celetis, et⁴ absque omnibus profanis tacite veneremini. At ego, ut dixi, multijuga sacra, et plurimos ritus, et varias⁵ cærimonias, studio veri⁶ et officio erga Deos didici. Nec hoc ad tempus compono: sed abhinc ferme triennium est, cum primis diebus, quibus Œam⁷ veneram, publice disserens de Æscu-

diderunt se invenisse thesaurum, cum secarent corium refertissimum ventis. Vieni ut tibi aperiam quales fuerint illæ res involutæ sudario, quas commiserim Penatibus Pontiani? Parebitur tibi. Initiatus fui maxima parte sacrorum in Græcia. Servo diligenter quasdam notas, et insignia eorum, data mihi a sacerdotibus. Nihil dico inuictum, nihil ignotum. Vel vos, soli consacranei patris Bacchi, qui hic adestis, nostis, quid legatis domi absconditum, et colatis secreto procul ab omnibus profanis. Ego autem, ut jam dixi, instructus sum variis religionibus, permultis ritibus, diversis cærimoniis, amore veritatis, et obsequio erga Deos. Neque hoc comminiscor nunc ex tempore: sed tres anni fere sunt, ex quo hæc eadem professus sum, et enumeravi quot sacris essem imbutus, cum publice verba facerem de numine

~~~~~

Pith. ventosissimam: et statim, illa res... obvolutis... in Græciam. Id.—3 Symmystæ. Gloss. *Ἰνυπότονος*, Consacraneus. Pric. Mss. D'Orv. Pith. *midæ*. Infra p. 497. 'Si qui forte adest eorundem sacrorum mihi particeps.' J. Bosscha.—4 Ed. Vic. *Cælestis* et. Ms. D'Orv. *cel. ut.* Id.—5 Sic Mss. Pith. D'Orv. cum Ed. Junt. post. In reliquis deest male et. Id.—6 Ms. D'Orv. *studuerim*. Id.—7 Œam et Œæ perpetuo scripsimus: non ut in vulgatis Œam, Œæa, corrupte. Casaub. Ita ubique Fulv. Cod. Wower. Pro veneram Mss. Pith. D'Orv. Edd. Vulc. sec. tert. venerem. Forte, venirem.

#### NOTE

<sup>1</sup> *Utrem ventosissimum*] In quo nempe conclusos ventos omnes Ulyssi, præter eum, qui ipsi esset opus ad patriam petendam, Æolus tradiderat.

<sup>2</sup> *Manticularentur*] Secarent, surripiendorum, quos ei inesse credebant, nummorum gratia. 'Manticularum usus,' inquit Festus, 'pauperibus in nummis recondendis etiam nostro sæculo fuit: unde manticulari dicebantur, qui, furandi gratia, manticu-

las attrectabant.'

<sup>3</sup> *Sacrorum pleraque initia in Græcia participavi*] Metamorph. III. 'Sacris pluribus initiatus.' Vide ejusdem initiationem sacris Iaidis, lib. Metamorph. ultimo.

<sup>m</sup> *Vel unius Liberi patris symmystæ, qui adestis*] Hoc est: Vos, qui sacris Bacchi, itidem atque ego, initiati estis. Gloss. *Ἰνυπότονος*, Consacraneus.'

lapii majestate, eadem ista præ me tuli, et, quot sacra nossem,<sup>8</sup> percensui. [495] Ea disputatio celebratissima est;<sup>9</sup> vulgo legitur; in omnium manibus<sup>9</sup> versatur; non tam facundia mea, quam<sup>1</sup> mentione Æsculapii religiosus<sup>2</sup> Censibus commendata.<sup>0</sup> Dicite aliqui, si qui<sup>3</sup> forte meminit, hujus loci principium. Audisne, Maxime, multos suggerentes?<sup>p</sup> immo ecce etiam<sup>4</sup> liber offertur: recitari

*Æsculapii, primis diebus, quibus veneram Cœam. Oratio illa est pervulgatissima: legitur ab omnibus: teritur manibus omnium, accepta piis Censibus, non tam eloquentia mea, quam quod de Æsculapio loquitur. Referte, heus aliqui, initium hujus loci, si forte aliquis vestrum recordatur. Maxime, audisne plurimos suggerentes? quinimmo et liber quoque exhibetur: præcipiam, ut hæc ipsa legantur:*

J. Bos.—8 Rejecimus, quod in omnibus libris invenimus, quod: nam alterum sensus postulat, et similes alii loci, 'tot mysteriis Deum consciunt,' et, 'tot mysteriorum enumerationes.' Casaub. Leg. quot, ut respondeat illi, quod a paucis paginis est, 'tot initiorum enumerationes.' Acidal. Amplexi sunt seqq. recte: quia in reliquis Mss. et Edd. vett. est quod: alias præstaret quæ, quod est in Ms. D'Orv. et in marg. conjecit Groslot. Ed. Bip. revocavit antiquam lectionem. J. Bosscha.—9 Hanc formularem pæne locutionem, suspectam h. l. reddit Mss. Pith. D'Orv. et Ed. Junt. post. scriptura omnibus manibus. Id.—1 Incuriose Ed. Flor. fac. illa q. rō quam delet Ms. D'Orv. Id.—2 Casaub. Religionis: quod non probō. Pric. Nec ego: licet alleverit etiam Salm. J. Bosscha.—3 Aliqui, si quis. Rom. Bas. 1. aliquis. Vide ad lib. i. Miles. Colo. Mss. Pith. D'Orv. Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. aliquis, si qui. Forsan recte. Sed aliqui pro aliquis non semel apud Nostrum legitur. v. Ind. De rō si qui vid. ibid. J. Bosscha.—4 Inverso ordine Ms. Pith. Edd.

## NOTÆ

<sup>0</sup> Ea disputatio celebratissima est, &c.] Perit hæc de Æsculapio oratio. Perit et alia, quam Lucium nostrum apud eosdem Censes, de statua sibi locanda, adversus contradictionem quorundam civium habuisse refert D. Augustinus, ad Marcellinum Epistola v. quanquam in Floridis Fragmentum extat Apuleianæ orationis non apud Censes quidem, sed Carthaginienses, statuas decretæ causa, habitæ.

<sup>0</sup> Mentione Æsculapii religiosi, Censibus commendata] Æsculapius enim tutelare Censium numen erat, ut refert Tertullianus: fuitque Cæ nobile illius Dei templum: ideo oratio hæc non potuit non esse; Censibus

gratissima. Celebratus etiam singulari cultu fuit Æsculapius apud Carthaginienses. Lib. iv. Florid. 'Nunc quoque igitur principium apud vestras aures auspiciatissimum ab Æsculapio Deo capiam, qui arceni vestræ Carthaginis indubitabili numine propitius respicit:' ad quem locum vide quæ observavimus.

<sup>p</sup> Audisne, Maxime, multos suggerentes, &c.] Hui! tam attemperate! ne credas hoc fortuito factum: de compacto res gerebatur: præmonerat ac conduxerat, qui initium suæ orationis suggererent roganti, librumque etiam ipsum offerrent. Est hoc oratorium artificium.

ipsa hæc jubebo: <sup>5</sup> quoniam ostendis humanissimo vultu, auditione te ista non gravari. (*Deest locus ex oratione Apuleii Cæ habitus*.<sup>6</sup>) Etiamne cuiquam mirum videri potest, cui sit ulla memoria <sup>7</sup> religionis, hominem tot mysteriis Deum conscium,<sup>8</sup> quædam sacrorum crepundia<sup>9</sup> domi asservare: atque ea lineo texto <sup>9</sup> involvere, quod purissimum est rebus divinis velamentum? Quippe lana, segnissimi [496] corporis <sup>9</sup> excrementum, pecori detracta, jam inde, Orphei et Pythagoræ scitis, profanus vestitus est.<sup>1</sup> Sed enim <sup>1</sup> mundissima lini seges, inter optimas fruges terra exorta, non modo inductui <sup>2</sup> et amictui sanctissimis Ægyptiorum sacerdotibus,<sup>4</sup> sed opertui quoque rebus

*quia indicas tua comissima facie, te hæc audire non illibenter. Locus ex oratione Apuleii Cæ habitus. An quisquam, qui aliquo modo recordetur sacrorum, potest adhuc mirari, quod vir, particeps tot mysteriorum dicinorum, consereat domi quædam monumenta sacrorum, et illa involvat tela lineæ, quæ est purissimum involu- crum rerum sacrarum? Lana enim, quæ est excrementum corporis inertissimi, ut pote detonsa pectudibus, jam pridem habetur vestimentum profanum ex placitis Orphei et Pythagoræ. At vero purissima herba lini, enata e terra inter optimas fruges, non solum adhibetur ad vestimentum et amictum castissimorum sacerdotum*

Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. Id.—5 Ms. D'Orv. ipsa hic jubebo. Id.—6 Primus addidit hæc Casaub. In Mss. non comparent. Id.—7 D'Orv. illa mem. Id.—8 Ms. D'Orv. trepudia. Id.—9 Linea texta apud Symmach. lego iv. 34. Pric. Sequitur 'lini seges.' De variatione τῶν 'lineus' et 'linteus' v. ad Met. II. p. 104. b. Supra tamen p. 491. et 492. 'linteum,' substantive. Ms. Pith. eo lineo t. D'Orv. ea ligneo t. J. Bosscha.—1 Ms. D'Orv. vestitus. Sed est. Id.—2 Al. indului.—3 Quoque inde rebus s. usurp. Vocem inde dele-

## NOTE

<sup>1</sup> Tot mysteriis Deum conscium] Pro, tot mysteriorum conscium. Sic Anicetus, in Perieg. 'Qua surgenti terræ pars conscia Phæbo est.' Et Tibullus: 'Levis occultis conscia cista sacris.'

<sup>2</sup> Quædam sacrorum crepundia] 'Cre- pundia' sunt proprie, quæ pueris initio dari solent munuscula, ad ob- lectionem. Transfert hoc verbum Noster ad ea significanda, quæ infra appellat 'sacrorum signa et memo- racula.' Sicut enim crepundiis ple- rumque expositi pueri a suis ag- noscebantur parentibus, ita his sa- crorum monumentis agnoscebantur,

qui iis fuerant initiati.

<sup>3</sup> Segnissimi corporis] Ovium nem- pe: quod genus pecoris maxime seg- ne eat et imbelles.

<sup>4</sup> Orphei et Pythagoræ scitis, profa- nus vestitus est] Aut hic Noster labi- tur, aut Laërtius, in Vita Pythago- ræ, cum ait, eum lanea veste, non lineæ usum. Σπολὴ δὲ ἀντὶ λευκῆ, καθαρὰ, καὶ στρώματα λευκὰ ἐξέπων. τὰ γὰρ λευκὰ οὕτως εἰς ἀειμένους ἀφίκετο τοὺς τόπους. Quanquam, quæ hic habet Apuleius, cum Philostrato in Vita Apollonii, infra laudato, satia cohæ- rere videntur.

<sup>5</sup> Non modo inductui et amictui sanc-

sacris usurpatur. Atque ego scio, nonnullos, et cum primis Æmilianum istum, facetiæ<sup>4</sup> sibi habere, res divinas deridere. Nam, ut audio partim Censium,<sup>5</sup> qui istum novere, nulli Deo ad hoc ævi supplicavit, nullum templum frequentavit: si sanum aliquod prætereat, nefas habet, adorandi gratia<sup>6</sup> manum labris admovere.<sup>7</sup> Iste<sup>7</sup> vero nec Diis rurationis,<sup>8</sup> qui eum pascunt ac vestiant, segetis<sup>8</sup>

*Ægyptiorum, verum etiam ad velamentum rerum sacrarum. Sed ego compertum habeo aliquos, et in primis hunc Æmilianum, joco ducere, ludibrio habere res sacras. Quantum enim intelligo ex narratione eorum qui cognoscant eum, nullum Deum oravit hactenus, nullum delubrum ingressus est. Si transeat per aliquod templum, crimini ducit applicare manum labris venerationis ergo. Ipse autem neque largitur ullas primitias frugum, aut vineæ, vel pecoris Diis agricolationis, qui alunt et ces-*

verim. Nam non putem, antiquam præpositionem indu vel endo hic ab Auctore usurpatam. *Acid.* E conjectura Vulcanii marginali primus Scal. in Ed. Vulc. sec. dedit in, quod servarunt seqq. cum antea legeretur inde. In Ed. Junt. post. vox illa prorsus deest, quare et ego eam ejeci, auctoritate Mss. Pith. D'Orv. Fux. Respondent sibi 'amictui... sacerdotibus,' et, 'opertui... rebus sacris... usurpatur.' E Florentinis nihil notatum video: unde colligas in iis esse in, quoniam illorum collatio facta est ad Vulc. sec. J. Boe. —4 Æmilianum istud fac. Fulvius. Sciopp. in Symb. Pro divinas Ed. Vic. divina. J. Bosscha. —5 Percensentibus. Bas. 2. Al. partim Censium. Colvius. Al. partim Censium, ut apud Agel. lib. x. cap. 13. Brant. Partim Censium: inepte. Elmenh. Cod. Florent. Partim Censium, quod ut maximus nunc ævi Criticorum probet, ego nullus amplectar. Pric. Intelligit Pricæus Salmasium, qui ad Solin. p. 227. legendum monuit partim Censium; quæ lectio, edita jam in Junt. post. ab Elmenhorstio derideri non merebatur. Equidem certe eam verissimam puto, cum auctoritate Ed. Junt. post. et Mss. Florent. tum propter reliquorum Mss. vestigia. Nam Pith. partim censuum, D'Orv. partim eu sūt, et q̄ pro qui. Salmasii emendationem probat etiam Gronov. Obs. III. 2. ubi plura de ἀρχαῖσφι, quo partim construitur ut, 'quidam,' nonnulli.<sup>5</sup> Sed insuper V. D. ascripsit margini e partim Censium; quia opinor, audire aliquem, pro, ex aliquo, est contra veram Latinitatem. In Adverbio tamen sibi hoc indulgere potuit Auctor: seu potius, cum Gronovio, intelligendum dicentes, vel sim. quid. J. Bosscha. —6 D'Orv. gram. Id.—7 Ms. Pith. Istā. D'Orv. Dis rur. Id.—8 Alii segetes, male. Elmenh. Sic recte Mss. cum Edd. Ald. Cas. Pric. Elm. Scriv. aliis, et Lindenbrog. ad Censorin. de Die

## NOTE

tissimis Ægyptiorum sacerdotibus, &c.] Apollonius apud Philostratum: Καθαδὸν μὲν Ἰνδοῖς δοκεῖ (nempe λίον) καθαρόν δ' Ἀγυρτίου: ἐμοὶ δὲ καὶ Πυθαγόρα διὰ τοῦτο σὺχμα γέγονε, διαλεγόμενος, εὐχομένης, θόουσι. Vide quæ de Zachia Ægyptio sacerdote dicit Noster, Metamorph. II. et quæ nos ad illum locum observavimus.

Delph. et Var. Clas.

<sup>4</sup> Adorandi gratia manum labris ad-movere] Non erga Deos solum, sed et erga homines potentiores, mos erat manum ori admotam oculari. Phædrus hoc vocat 'jactare basia.'

<sup>5</sup> Diis rurationis] Quales erant Liber, et alma Ceres, necnon magna Pales, Pan ovium custos, Sylvanus tutor sanium, Priapus heritorum cus-

Apul.

4 Z

ullas, aut vitis, aut gregis primitias impartit;<sup>9</sup> nullum in villa ejus delubrum situm;<sup>7</sup> nullus locus aut lucus consecratus. Et quid<sup>1</sup> ego de luco et [497] delubro loquor? Negant vidisse se, qui fuere,<sup>2</sup> unum saltem in finibus ejus aut lapidem unctum,<sup>4</sup> aut ramum coronatum.<sup>3</sup> Igitur agnomena ei<sup>4</sup> duo indita: Charon, ut jam dixi, ob oris et animi diritatem: sed<sup>5</sup> alterum, quod libentius audit, ob Deorum<sup>6</sup> contemptum, Mezentius.<sup>b</sup> Quapropter facile in-

*tiant eum. Nullum fanum exstructum est in ejus villa, nullus est locus, nullum nemus consecratum. Sed quare ego loquor de nemore, et templo? qui fuerunt in ejus agris, negant se in eis conspexisse vel unum lapidem oleo perfusum, aut ramum coronatum. Ergo imposita sunt ei duo agnomina: Charon, ut jam dixi, propter truculentiam vultus, et mentis ejus: sed alterum etiam, Mezentius, propter aspernitatem Deorum, quod agnomen auscultat equiore animo. Quare satis video, narra-*

\*\*\*\*\*

Nat. c. 1. ubi, et apud Pric. ad h. l. vide plura de primitiis Diis oblati. Male allæ Edd. *segeteis*. J. Bos.—9 Ms. D'Orv. ut *gr. prim. impartit*: et pro *situm* *mox scitum*. Id.—1 Groslot. *sed quid*. Mutandi nullam causam video. Id.—2 Lectio vel nunc putamine non licenda, quam tamen hactenus nemo improbat. Tentabam levi transpositione: *Fuere qui negant vidisse se, &c.* Minus id nunc placet, enim non dubito Apuleium scripsisse, *Negant vidisse se qui affuere*. h. e. in finibus ejus, ut ex subsequentibus patet. Hæc est correctio mea, quam nec suspectam, nec pœnitendam duco: infra: 'Vidistis profecto qui affuistis,' &c. Pric. Ms. D'Orv. a. v. *qui a. f.* Mihi vulgata lectio suspecta non est. *Qui fuere*, nempe, in finibus ejus. J. Bos.—3 'Querum cornibus ornatam,' et 'fagum pellibus coronatam' memorat Noster Flor. N. 1. Vide Pric. h. l. Inanis itaque conjectura, nescio cujus, in marg. Ed. Junt. post. *aram coronatam*. Id.—4 Ms. Pith. *agnomen vela*. D'Orv. *ignomina*. In neutro compareret ei. Id.—5 Groslot. in marg. *sed et*: sine necessitate. *Sed valet sed et*. Adi ad Met. 1. v. p. 344. b. Id.—6 Ms. D'Orv. *ent D.* Id.—

#### NOTE

tos, Nymphæ aquas irrigandis satis præbentes, Deus Terminus, &c.

<sup>7</sup> *Nullum in villa ejus delubrum situm*] De ejusmodi delubro agresti Propertius, lib. 11. 'Atque ibi rara feres inculto thura sacello, Hædus ubi agrestes corruebat ante focos.' Censorinus, de Die Natali: 'Et, cum agros atque urbes Deorum munere possiderent, partem quandam templis sacellisque, ubi eos colerent, dicavere.'

<sup>4</sup> *Aut lapidem unctum*] Floridorum 1. 'Vel lapis unguine delibatus.' Sticulus Flaccus de conditionibus agrorum: 'Cum terminos disponent, ipsos quidem lapides in solidam terram collocabant proxime ea loca, quibus, fossis factis, defixuri eos erant, et unguento velaminibusque et coronis eos coronabant.'

<sup>3</sup> *Aut ramum coronatum*] Ovid. viii. Metamorph. 'Pœdientia vidi Serta super ramos.'

<sup>b</sup> *Mezentius*] Hec nomen fuit cujusdam Tyrrhenorum Regis, summi Deorum contemptoris, qui, ob immensem crudelitatem cum tota familia expulsus, una cum Læso filio ad Turnum Rotalorum Regem se recepit, ac deinde pro ipso pugnavit ab Ænea interfectus est in acie cum

telligo, hasce ei tot initierum enumerationes nugas videri : et forsane ne ob hanc divini contumaciam <sup>7</sup> non inducat animum, <sup>8</sup> verum esse quod dixi, me sanctissime tot<sup>9</sup> sacerorum signa et memoracula custodire. Sed ego, quid de me Mezentius sentiat, manum non vorterim.<sup>d</sup> Ceteris autem clarissima voce profiteor, si qui forte adest eorundem solennium mihi particeps, signum dato,<sup>e</sup> et audiat <sup>a</sup> licet, quæ ego asservem. Nam equidem [498] nullo unquam periculo compellar, quæ reticenda accepi, hæc ad profanos<sup>f</sup> enuntiare.<sup>3</sup> Ut puto,<sup>4</sup> Maxime, satis videor

*tiones tot sacerorum ei videri ineptias, et fortasse propter hunc contemptum Deorum non sibi persuadebit, verum esse quod dixi, me religiosissime asservere insignia et monumenta tot initiationum. At ego minime curo quid Mezentius credat de me. Palam autem dico aliis voce altissima, si forte fortuna aliquis hic sit initiatus iisdem sacris ac ego, proferat aliquod argumentum huius rei, et licebit ei auscultare quam ego custodiam. Nunquam enim certe inducar quocumque periculo, ut narrem profanis ea, quæ mihi credita sunt silenda. Videor, ut arbitror, o Maxime, satis-*

7 Vid. Not. Var.—8 Rursus debeo hanc lectionem Ed. Junt. post. quæcum faciant Mss. Pith. D'Orv. Vulgo addunt in, quod frequentius omittit Noster. V. Ind. J. Bos.—9 D'Orv. et. Id.—1 D'Orv. *verterficetis*. Ed. Scriv. *verterim*. De proverbiali locutione 'manum non vorterim,' quæ et alibi legitur, vid. Eras. in Adag. Id.—2 Ms. Pith. *signo dato et audias*. Audias quoque Salm. ascripsit marg. Pro *compellar* Pith. *compellor*. Id.—3 Al. *annuntiare*.—4 Ut

## NOTÆ

filio. Virgil. Æneid. lib. vii. 'Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris Contemptor Divum Mezentius.'

<sup>c</sup> Et forsane ne ob hanc [et fors fuit ut ob hanc] divini contumaciam, &c.] Sic legit Casaubonus, cuius vestigiis in hæreo. *Diviniconsumacia* uno verbo lege, ut superius legisti 'artem piam et diviniicientem.' *Diviniconsumacia* est divinarum rerum contemptus, et incredulitas. Glossarium: 'Contumacia, καταφρόνησις, ἀπειθεια.'

<sup>d</sup> Manum non vorterim] Proverbium est, significatque: Minime cura, sudeoque habeo.

<sup>e</sup> Signum dato] Quo agnoscam eum sacris hiedem esse initiatum, quibus ego sum. Per signum autem illud vel intellige tesseram vocalem, quales refert Casaubonus ex Clemente

Alexandrino et Arnobio; hanc Symmystarum Matris Deum, Ἐκ τυμπάνου ἔραγον, ἐκ κυμβάλου ἔπιον, ἐκερροφόρησα, ὑπὸ τὸν παστὸν ἐπέδουν; et hanc Synorgiastarum Liberi patris, ἀσπράγαλος, σφαῖρα, σπρόβιλος, μῆλα, βῆμβος, ἑσπντρον, πόκος; et illam eorum, qui Eleusiniis sacris erant initiati, Ἐρήσμενα, ἔπιον τὸν κυκῶνα, ἔλαβον ἐκ κίστης, ἐργασάμενος ἀπεθέμην εἰς κύλαθον, καὶ ἐκ καλύβου εἰς κίστην. vel intellige cuticulare quodpiam invisum signum, quo eorundem sacerorum participes se invicem agnoscebant, quod Minueius Felix vocat 'corporis notaculum.' Et Prudentius *σφραγίδα*, quemadmodum refert Præcius, qui hoc posteriori sensu locum hunc mavult intelligere.

<sup>f</sup> Ad profanos] Non initiatos.



cuius vel iniquissimo animum<sup>5</sup> explesse, et, quod ad sudarium pertineat, omnem criminis maculam deterxisse: ac bono jam periculo ad testimonium illud Crassi, quod post ista quasi gravissimum legerunt, a suspicionibus Æmiliani transcensurus.<sup>6</sup> Testimonium ex libello<sup>7</sup> legi audisti gumie<sup>8</sup> cuiusdam, et desperati lurconis,<sup>7</sup> Junii Crassi, me in ejus domo nocturna sacra<sup>1</sup> cum Appio Quintiano<sup>8</sup> amico meo factitasse, qui ibi mercede deversabatur. Idque se ait Crassus, quanquam in eo tempore<sup>9</sup> vel Alexandriæ fuerit, tamen tædaceo fumo<sup>1</sup> et avium plumis<sup>1</sup> compo-

*fecisse cuiuslibet etiam injustissimo, et absterxisse omnem notam sceleris, quantum spectat ad linteum illud: et jam posse secure transire a suspicionibus Æmiliani ad illud testimonium Crassi, quod legerunt post hæc veluti maximi ponderis. Audivisti legi ex tabella testimonium cuiusdam gulosi et heluonis perditissimi, Junii Crassi, me celebrasse sacrificia nocturna in ejus domo, cum Appio Quintiano amico meo, qui in ea habitabat conducto. Et Crassus dicit se cognovisse hoc ex occisione, et fumo, et pennis volucrum, quamvis esset in ipsa urbe Alexandria tunc temporis. Nempe*

non est in Ms. D'Orv. J. Bos.—5 Al. animo.—6 A suspicionibus Æmiliani transcursus. Hæc ad oram libri ab interprete quondam ascripta fuisse arbitratus sum. Stewech. Bas. 1. Ald. transcursus. Colvius.—7 Ms. D'Orv. sui coriis; in quo, ut et Pith. Junii nomen corruptum est. J. Bosscha.—8 Ed. Vic. Quintiliano. Pro deversabatur alii cum Ms. D'Orv. divers. Male. Id.—9 Quanquam eo tempore. Omnes Codd. quanquam meo tempore: inepte. In Rom. vero etiam post aliquot paginas meo tempore, iterum vitiose, pro eo tempore. Casaubonus. Flor. in eo tempore. Elmenhorstius. Vid. Not. Var.—1 A cæde et fumo. Marg. Bas. 2. tædæ fumo. Colvius. Quid si legamus a cinere et fumo. Woverius. Wow. et Marcellus a cinere et f. Pricæus. Floridus interpretatur: 'ex occisione et fumo.' Si sanum foret τὸ cæde, equidem intelligi mallet de variis rebus desectis, ad sacrum Magicum perficiendum. Sic 'cædem ligni et frondium' dixit Gell. xix. 12. cf. Pric. ad Met. l. iii. p. 53. cum Ed. Verum non sine causa suspicati sunt VV. DD. aliquid latere:

#### NOTÆ

<sup>5</sup> Testimonium ex libello] Vim illius testimonii maxime minuebat, quod ex libello per absentem diceretur: nisi enim testimonia præsentibus testibus comprobentur, irrita sunt, aut certe momenti levissimi. Cicero, pro L. Flacco: 'Ergo is, cui, si aram tenens juraret, crederet nemo, per epistolam, quod volet, injuratus probabit?'

<sup>8</sup> Gumie<sup>8</sup> cuiusdam, et desperati lurconis] Scaliger in Notis ad Varronem: 'Gumia, a γόμος; quod est, πλόημα

τῆς ρόδου: Latinis, Saburra: inde Plauto, 'mulieres saburratæ.' Legitur hoc vocabulum apud Lucilium: 'In quo Lælia' clamores sophos ille solebat Edere, compellans gumias ex ordine nostros, O Publi, o Gurges, Galloni,' &c.

<sup>1</sup> Me in ejus domo nocturna sacra, &c.] Cornel. Nepos, in Vita Alcibiadis: 'Aspergebatur infamia, quod in domo sua facere mysteria dicebatur.'

<sup>1</sup> Et avium plumis] Quas in sacris

risse. Scilicet eum,<sup>1</sup> cum Alexandriæ symposia obiret, (est enim Crassus iste, qui non invitus de die in ganeas + correpat<sup>1</sup>) in illo cauponio [499] nidore<sup>5</sup> pinnas de Penatibus<sup>6</sup> suis advectas aucupatum, fumum domus suæ agnovisse, patrio culmine longe exortum. Quem si oculis vidit, ultra Ulixi vota et desideria hic quidem est oculatus. Ulixes fumum terra sua emergentem,<sup>7</sup> compluribus annis e littore

*ipse cum celebraret computationes Alexandriæ, (nam ille Crassus is est, qui penetret se libenter per diem in popinas,) captans in illo vapore gurgustii plumas eo apportatas ex laribus suis, recognoverit fumum suarum adium procul elatum ex fastigio paternæ domus. Quem si conspexit oculis suis, ipse profecto perspicacior est, quam Ulysses cupioerit, et optaverit se esse. Ulysses, prospiciens per multos annos ex ora maris fumum emergentem e patriâ sua, aucupatus est eum in vanum: Crassus*

~~~~~

neque enim margo tantum Bas. sec. pro *a cæde et fumo* præbet *tæda fumo*, sed et editum hoc in Ed. Junt. post. *E tæda fumo* allevit Salm. ut arbitror, e Ma. Fux. nam in Pith. certe pro *a cæde* et legitur *te edæ*, in D'Orv. *te docæ*. Unde acute coniecit in marg. Oudend. *tædaceo*, quod tam manifeste verum puto, ut nova hac voce Latinam Linguam donare non dubitaverim. *A cæde* utique Matorum aberrationibus nimis quam suspectum redditur: *tæda* autem sing. num. mentio minus h. l. convenit. Infra p. 500. 'multas avium pinnas offendisse: præterea parietes fuligine deformatos:' et dein: 'fumi tantam vim fuisse, ut parietes atros redderet.' 'Tædacens' vero aptissimum vocabulum, effectum ad similitudinem τῶν 'chartaceus,' 'herbaceus,' 'prædaceus,' 'violaceus,' 'merdaceus,' 'arundinaceus,' &c. e quibus sunt, quæ itidem non nisi semel hodie in Veterum libris conspiciuntur. J. Bosscha.—2 Ms. D'Orv. *ex av. pl. Id.*—3 Apertior erit sententia si compositam vocem in sua principia dissolvas, *scire licet*. Ceterum tota periodus tenebrosa admodum nonnihil etiam corrupta ante edebatur. Quod priores Censores non videre, nos vidimus nec tulimus: sed omnes tenebras recta distinctione, et mutatione vocis *aucupatum*, in *aucupantem* sustulimus. Casaub. Ante Casaub. maior distinctio ponebatur demum post *obiret*, et alia iterum post *correpat*. *Scilicet*, quod irrisio in inservire solet, initio periodi positum, mutandum non videtur. Sic p. 500. 'Videlicet.' Pro *eum cum* Acidal. malebat *tum cum*. Pro *obiret* Ms. D'Orv. *audiret*. J. Bosscha.—4 Ms. D'Orv. *ingeneas*. Id.—5 *Cauponis nid*. Melius *caupona*, aut potius, *Cauponii*. Brantius. Malim cum Brantio *caupona*, vel *Cauponii*. Pricæus. Quin potius *cauponio*, cum Ed. Scriv. ut opponatur mox 'domesticus nidor.' Sane *cauponis* verum non est: quare recepi Scrivarii correctionem. J. Bosscha.—6 Ms. D'Orv. *pennatis*. Id.—7 Ms. Pith. *terra sua mergentem*. Legerat librarius *terra suemergentem*, qui hinc *terra* in *terræ* corrigendum putavit. Edd. Vulc. sec. tert. et Elm. veterem revocarunt lectionem *mergentem*, quam confirmant Mss. Florent. D'Orv.

NOTÆ

illis nocturnis ad magicas artes sacrificasse Apuleium affirmabat.

¹ *De die in ganeas correpat*] Proprie 'correpat.' Ganeæ enim, seu ganeæ, ut ex Glossario veteri patet, loca erant occulta et subterranea: et

Donatus, in Adelph. Terentii: 'Veteres ganeam meritoriam tabernam dixerunt, ἀνὰ τῆς γᾶς, τοὺν ἔσση, τῆς γᾶς.

² *Ulixes fumum terra sua emergentem, &c.*] Alludit ad Homeri locum,

prospectans, frustra captavit: Crassus in paucis, quibus abfuit,⁸ mensibus, eundem fumum, sine labore, in taberna vinaria sedens, conspexit. Sin vero naribus nidorem domesticum præsensit, vincit idem sagacitate odorandi canes et vultorios.⁹ Cui enim cani, cui vulturio Alexandrini coeli,⁹ quicquam abusque Censium finibus⁹ oboleat? Est quidem Crassus iste summus helluo, et omnis fumi non imperitus:⁹ sed profecto pro studio¹ bibendi, quo solo censetur,¹ facilius ad eum Alexandriam vini aura,² quam fumi, perveniret. Intellexit hoc et ipse incredibile³ futu-

vero paucis mensibus, per quos abfuit, vidit eundem fumum abeque labore, sedens in caupona. Sin autem assecutus est naso odorem suae domus, ipse superat canes et vultures subtilitate olfactus. Nam quis canis, quis vultur regionis Alexandriae odorari possit aliquid inde ab ipsa regione Censium? Iste quidem Crassus est maximus turco, atque haud ignarus cujusvis nidoris: at certe vapor vini facilius deferretur Alexandriam usque ad eum, quam vapor fumi, ob ardorem bibendi, quo uno celebratur. Ipse etiam cognovit hoc non fore verisimile. Fertur enim venumde-

~~~~~

Similem corruptelam vide infra pag. 533. Id.—8 Ms. D'Orv. adfuit. Id.—9 Spero distinctionem vulgarium librorum, cui vulturio, Alexandriæ caeli quicquam, Casaubonus. Admisit eam tamen Pric. cum Ed. Bip. Male. Non enim sermo est de re aliqua sub Alexandrino caelo gesta, sed de eo quod Cæs. factum Alexandriæ sentiri potnerit. Pro oboleat Mss. Pith. D'Orv. aboleat. J. Bos.—1 Ms. Pith. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. carent pro. Idem.—2 Loquitur de Crasso Alexandriæ commorante: recte ergo nos Alexandriam scripsimus, cum hic quoque vulgatæ editiones ineptirent: ubi est Alexandria. Sed et pervenisset potius scripserim. Jam enim Crassus Alexandriæ non erat. Casaub. Ms. Pith. cum Edd. ante Casaub. Alexandria. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. aurea. Dein Scal. Wow. Elm. et Flor. dedere pervenisset, ex conjectura Casauboni, sed contra Mss. et Edd. vett. Quare rescripsi perveniret, i. e. pervenire posset. Ne dicam, imperfecta pro plusquamperf. frequenter adhiberi. V. quos citat Oudend. ad Cæs. de B. G. vii. 88. et dicta supra. J. Bosscha.—3 Ms. D'Orv. credibile. Id.—4 Ms. D'Orv. Alexandriam: et cum

#### NOTE

<sup>1</sup>Odor. A. ubi Ulysses immortalitati præfert patriæ suæ aspectum: 'Et fumum patrio salientem cernere tecto:' ut ait ex Homero Horatius.

<sup>2</sup> Canes et vultorios] Quorum sagacitas et odora vis vel inde deprehenditur, quod ad jacentia cadavera et morticina ex longinquo conveniant. Addere et his corvos licet.

<sup>3</sup> Abusque Censium finibus] Quod fieri non potest, cum civitas Censis sita sit in Tripolitana regione Libyæ,

ad illud littus, quod utramque Syrtim interjacet: Alexandria vero ad unum ex ostiis Nili.

<sup>4</sup> Et omnis fumi non imperitus] Id est, parasitus præstantissimus: hæc enim ex præcipuis eorum dotibus fuit, ut culinarum nidorem scite aucuparentur.

<sup>5</sup> Quo solo censetur] Celebratur, clarius est. Glossa: 'Censeri, ἀγορεύεσθαι.'

rum. Nam dicitur ante horam diei secundam, jejunos adhuc et abstemius,<sup>7</sup> testimonium istud vendidisse. Igitur scripsit, hæc se ad hunc modum comperisse. Postquam Alexandria revererit,<sup>8</sup> domum suam [500] recta contendisse,<sup>4</sup> qua<sup>5</sup> jam Quintianus migrarat. Ibi in vestibulo multas avium pinnas offendisse,<sup>6</sup> præterea parietes fuligine deformatos. Quæsisse causas ex servo suo, quem Cææ reliquerit,<sup>7</sup> eumque sibi de meis et Quintiani nocturnis sacris indicasse. Quam vero subtiliter compositum,<sup>8</sup> et verisimiliter commentum, me, si quid ejus facere vellem, non domi meæ potius facturum fuisse?<sup>9</sup> Quintianum istum, qui mihi assistit,<sup>1</sup> (quem ego pro amicitia, quæ mihi cum eo arctissima est, proque ejus egregia eruditione<sup>1</sup> et

*dixit hoc testimonium ante secundam horam diei, cum esset adhuc jejunos, et sicus. Scripsit ergo se cognovisse ea hoc pacto. Se nempe, cum redisset Alexandria, ivisse recta in suas aedes, ex quibus Quintianus jam exiverat: illic se reperisse multas pinnas avium in vestibulo: insuper parietes inquinatos fuligine: se percontatum fuisse causas a famulo suo, quem reliquerat Cæa, atque illum sibi aperuisse mea sacrificia nocturna, et Quintiani. Quam solerter autem confotum, et probabiliter excogitantem, me, si vellem facere aliquid hujusmodi, non facturum potius in meis aedibus? illum Quintianum, qui mihi adest, (quem ego nomine honoris et laudis causa, propter amicitiam, quæ strictissima intercedit inter me et ipsum, et propter*

Pith. rectam: Id. Pith. candidasse. Id.—5 Ex qua. Flor. qua. Elmenhorstius. Abest quoque præpositio Mss. Pith. D'Orv. immo Ed. Jun. post. Uncis inclusit Scriv. Sed rectius ejiciatur auctoritate Matorum. Pro qua Pith. qua. J. Bosscha.—6 Pith. ostendisse. D'Orv. fuliginem. Id.—7 Malim reliquerat. Elmenhorstius. Quod amplexi sunt seqq. Sed revocavi antiquam et scriptam lectionem. Conjunctivas requiritur, non indicativus. Sic supra 'postquam revererit.' Ms. D'Orv. ea vel. J. Bos.—8 Sublimiter compositum. Referenda huc quæ alias dixi de verbo 'componere:' deinde scripturam compendiosam librariis causam præbuisse loci depravandi non negabis. Restituo subtiliter compositum. Facit pro me istud quod reperi apologia proxima, 'o mirum commentum, subtilitas digna carcere.' Stewech. Rescribendum ex Ven. et Rom. subtiliter. Colvius. Nimium fastidiosi fuerant, quibus hæc Rom. Cod. lectio displicuit, et sublimiter maluerunt. En Criticorum vel oscitantiam vel æquosæ. Casaub. In Edd. Basil. Lugd. Vulc. male sublimiter contra Mss. Pro commentum D'Orv. comtum. J. Bos.—9 Td fuisse adjecti ex Florentino cod. Elmenhorstius. Male, et contra Mss. et Edd. vett. ejectum fuerat a Colv. Vule. Cas. Gent. Wow. Pric. J. Bosscha.—1 Invertit ordinem

## NOTE

<sup>7</sup> Et abstemius] Non quod vinum nullatenus biberet, sed quia ea diei hora nondum biberat.

<sup>8</sup> Postquam Alexandria revererit] Cæam.

<sup>1</sup> Qui mihi assistit] Metamorph. III. 'Non contentus quod mihi nec assistendi solatium perhibuit,' quem lo-

cum vide.

perfectissima eloquentia, honoris et laudis gratia nōmino,) hunc igitur Quintianum, si quas aves in cœna habuisset, aut, quod aiunt, Magiæ causa interemisset, puerum nullum habuisse,<sup>2</sup> qui pinnas converreret,<sup>3</sup> et foras abjiceret? præterea fumi tantam vim fuisse, ut parietes atros redderet; eamque deformitatem, quoad habitavit, passum in cubiculo suo Quintianum? Nihil dicis, Æmiliane: non est verisimile: nisi forte Crassus non in cubiculum reversus perrexit,<sup>4</sup> sed suo more recta ad focum.<sup>5</sup> Unde autem servus Crassi suspicatus est, noctu potissimum<sup>6</sup> parietes fumigatos? an ex fumi<sup>6</sup> colore? videlicet fumus nocturnus nigrior est, eoque diurno fumo differt? Cur autem suspicax servus, ac tam diligens, passus est Quintianum migrare prius, quam mundam domum [501] redderet? Cur illæ plumæ, quasi plumbeæ,<sup>7</sup> tam diu, usque ad adventum Crassi

*præloram ejus doctrinam, atque absolutissimam facundiam,) illum, inquam, Quintianum, si habuisset aliquas volucres in cœna, vel occidisset Magiæ gratia, nullum habuisse servum qui verreret pinnas, et præjiceret foras? insuper tantam extitisse copiam fumi, ut denigraret parietes; et Quintianum tolerasse illam turpitudinem in suo cubiculo, quamdiu ibi habitavit? Æmiliane, nihil dicis: non est hoc credibile: nisi forte Crassus, cum rediisset, non ivit in cubiculum, sed recta ad focum, juxta quam consuetudinem. Qua vero ratione famulus Crassi suspicatus est parietes denigratos fuisse nocte præsertim? num ex colore fumi? nempe fumus nocturnus est magis ater, et hac re discrepat a fumo diurno? Quare autem famulus ille, suspiciosus atque ita ædulus, sicut Quintianum exire antequam purgaret aëdes? Quare illæ pennæ tandem ibi remanserunt, perinde ac si essent ex plumbo, donec Crassus*

*Florid. egregia ejus erud. ut et mox cum Elmenh. et Scriv. laudis et hon. gr. sed in Elm. Ed. excidit et. Id.—2 Aut quod aiunt... nullum habuisse. Non comparat hæc in Ms. D'Orv. Id.—3 In plerisque converteret. Colvius. Ita Fulvius. Sciopp. in Symb. Recte Mss. et Edd. exceptis paucis antiquis, converterret. J. Bosscha.—4 D'Orv. porrexit, et mox servus Crassus. Id.—5 Gœsius ascripsit: 'Forte: Pontiani: non melius quam supra p. 492. Id.—6 Pith. aut e f. Statim D'Orv. migrasse pro migrare. Id.—7 Pith. post hanc vocem addit ac. D'Orv. plumbeæ: rō usque non comparat in Florent. et pro adventum Pith. eventum. Ceterum hinc in D'Orv. multa desunt usque ad pag.*

## NOTE

\* *Sed suo more recta ad focum*] Ad culinam, ut helleo egregius, quam atra fuligine denigratam oportuit, illis maxime temporibus, quibus tibi nulli in focus erant, per quos recta fumus sarsum erumperet, ut constat ex Vitruvio; qui in iis locis, ubi ignis accendi solet, coronas puras, hoc est,

minime celatas, faciendas præcipit, quo facilius extergeatur fuligo.

\* *Cur illa plumæ, quasi plumbeæ, &c.*] Id est, quasi ita graves fuerint, ut inde moveri non poterant. Simul laedit in vocabulis, 'plumæ' et 'plumbeæ.'

manserunt? Non insimulet<sup>2</sup> Crassus servum suum? sed ipse hæc potius de fuligine et pinnis mentitus est, dum non potest nec in testimonio dando discedere longius a culina. Cur autem testimonium ex libello legis? Crassus ipse ubi gentium est? An Alexandriam<sup>1</sup> tædio domus remeavit? an parietes suos detergit? an, quod verius est, ex crapula heluco<sup>3</sup> attentatur? Nam equidem hic Sabratæ eum<sup>4</sup> hesternæ die animadverti satis notabiliter<sup>5</sup> in medio foro tibi, Æmiliane, obructantem.<sup>6</sup> Quære a nomenclatoribus tuis, Maxime,<sup>7</sup> quanquam est ille canponibus, quam nomenclatoribus, notior: tamen, inquam, interroga, an hic Junium Crassum Censum viderint: non negabunt. Exhi-

reverteretur? Et ipse Crassus non obfurgaret suum fumulum? verum ipse potius confinxit hæc de fuligine et pinnis, cum ne in testimonio ferendo quidem possit digredi longius a culina. Quare vero legis testimonium ex libello? Quo in loco est Crassus? num rediit Alexandriam fastidio suarum adium? nam obdetergit suos parietes? num (quod verius est) guloos ille ex temulentia decumbit? Nam certe, Æmiliane, vidi cum hœri evidenter eum ructu eggerentem tibi hanc callidam fraudem in medio foro. Roga nomenclatores tuos, o Maxime, (quomodo ille magis notus est stabulariis, quam nomenclatoribus,) roga tamen eos, inquam, num conspexerint hac in urbe Junium Crassum Censum: non ibunt inficias. Æmilianus sinit

507. [ed. Flor.] 'Sub imo pilei umbraculo appareat.' Id.—8 Ita Bas. 2. ad marg. rescribit. Alias: *nonne simul et Cr. servus suus.* Colvins. Lectio marginalis Bas. sec. expressa jam in Junt. post. cum Mss. Non male tamen *nonne* legatur, et melius utique, quam cum Jungerm. Ep. 31. inter Gudian. *nunc ne.* J. Bosscha.—9 Non est in Ed. Junt. post. nec agnoscit Ms. Pith. Id.—1 Scriv. de suo addidit *confestim.* Id.—2 Al. *helluo.* Vld. Not. Var.—3 Ven. *nobiliter.* An *nauseabiliter*? Colvins. Retineo ego *notabiliter.* Cyprian. de habitu Virgin. 'Ceterum si tu te sumtuosias comas, ut per publicam notabiliter incedas.' Plinius lib. 1. Ep. 5. 'expalluit notabiliter, quamvis palleat

## NOTE

<sup>1</sup> *Hic Sabratæ eum* [Hanc fabram technam] Sic legendum puto ex conjectura Scaligeri. Prius erat hæc *fabra tecum.* *Fabra techna* hic est, solum delus, callidum artificium.

<sup>2</sup> *Obructantem*] Dicentem cum ructibus, quales temulentum belluonem decent.

<sup>3</sup> *Quære a nomenclatoribus tuis, Maxime*] Nomenclatorum usus maxime in comitiis, in quibus Candidati, cum civium, quos præsabant, nomina non

tenerent, monitores secum ducebant, qui sibi uniuscujusque nomen suggererent. Neque enim leve erat ad conciliandum favorem momentum, proprio singulos nomine compellere. Alii fuere nomenclatores, qui Magistratibus præsertim in provinciis ministerium præstabant, et proprie accensam appellabantur: illi reos, testesque, et alios solebant in judiciis vocare, jubere dicere, aut tacere. De ejusmodi hic sermo est.

beat nobis Æmilianus juvenem honestissimum, cujus testimonio utitur. Quid sit diei, vides. Dico Crassum jamdudum ebrium stertere, aut secundo lavacro, ad repotia cœnæ obeunda,<sup>4</sup> [502] vinolentum sudorem<sup>5</sup> in balneo desudare. Iste, cum maximo præsens, per libellum loquitur. Non quin adeo sit alienatus omni pudore, ut etiam sub oculis tuis si foret, sine rubore ullo mentiretur: sed fortasse nec tantulum potuit ebrius<sup>6</sup> sibi temperare, ut hanc horam sobrie<sup>6</sup> expectaret; aut potius Æmilianus de consilio fecit, ne eum sub tam severis oculis tuis constitueret,<sup>7</sup> ne tu belluam illam vulsis<sup>8</sup> maxillis, foedo aspectu, de specie improbares: cum animadvertisses caput juvenis barba et capillo populatum, madentes<sup>9</sup> oculos, cilia tur-

*nobis honestissimum illum juvenem, cujus fretus est testimonio. Certe quæ sit hora dici. Affirmo Crassum jam pridem dormire temulentum, vel sibi exprimere sudorem vinosum secunda lotionis in balneo, ad potandum iterum in cœna. Illic loquitur ex libello, licet valde sit præsens, non quod non sic exuerit omnem verocundiam, ut facile sit mentiturus sine ullo pudore, etiam in tuo conspectu, si adesset: verum temulentus ille forsitan nequivit se continere vel tantillum, ut opprimeretur hanc horam piceus. Vel potius Æmilianus id fecit de industria, ne, si eum videret ante tuos oculos adeo severos, ne, inquam, tu male sentiret ex aspectu de ista bestia malis præminentibus et turpi facie: quando vidisses caput juvenis spoliatum barba et coma,*

~~~~~

semper.' Brant.—4 Quædam editt. obeunda. Colvius. Nescio quæ. Pro vinolentum Ms. Pith. vinulentum. J. Bosscha.—5 Pith. ebria. Id.—6 Si per Mss. liceret, legam sobrius. Id.—7 Serviret hoc loco, ut conveniens tribunali vocabulum consideret. Magis tamen arridet scribamus: nec cum sub t. sev. oc. constitueretur, tu belluam illam. Stewechius. Ne eum s. t. o. t. constitueret. V. C. Et proxime: manuum tremorem, ructus spinam. Nam patrimonium, &c. Infra non longe Fulv. tribus millibus nummum Æmiliano huic. Scioppius in Symbola. Nemo est quin fateatur scribendum ne eum s. t. s. Wowerius. Duplicatio particulae ne reddit impeditum locum. Expedies aliquid aliquæ si cum Stewech. rescripseris: Necum s. t. s. o. t. c. tu belluam, &c. Pric. Ne eum est in Mss. quos sequor, cum Edd. plerisque, ut et mox ne tu: geminationem particulæ ne, quamvis minus elegantem, sollicitandam non puto. Supra pag. 414. in Epigr. 'serta, ut tibi tempora vernerent, Ætatis florem floribus ut decores.' J. Bosscha.—8 Ed. Scriv. volsis. Id.—9 Al. marcentes.—1 Vid. Not.

NOTE

⁴ Aut secundo lavacro, ad repotia cœnæ obeunda, vinolentum sudorem, &c.] Nempe primo jam se lavacro tradiderat ante cœnam, ut moris erat apud Veteres; tunc vero secundum lavacrum a cœna petierat, quo sudoribus sitim sibi crearet ad secundam cœ-

nam, seu repotia obeunda. 'Repotia' a repotando dicta. Neo balneo tantum, sed et ad ignem, sudorem illud vinolentum exciebant. Sisenna in iv. Historiarum: 'Dum pristinum vinum apud ignem per sudorem exhauerunt.'

gentia, rictum¹ salivosaque labia, vocem absonam, mantum tremorem. [* ructu spinam.] Patrimonium omne jampridem abligurrit;² nec quicquam ei de bonis paternis superest, nisi una domus ad calumniam venditanda,³ quam tamen nunquam carius, quam in hoc testimonio, locavit. Nam temulentum⁴ istud mendacium tribus millibus nummis⁵ Æmiliano huic vendidit, idque Cæs nemini ignoratur. Omnes hoc, antequam fieret, cognovimus: et potui denuntiatione impedire,⁶ nisi scirem, mendacium tam stultum potius Æmiliano, qui frustra redimebat, quam mihi, qui merito contemnebam, obfuturum. Volui et Æmilianum damno affici,⁷ et Crassum testimonii sui dedecore prostituui. [503] Ceterum nudiustertius haudquaquam occulta⁸ res acta est in Rufini cujusdam domo, de quo mox dicam, intercessoribus et deprecatoribus ipso Rufino et Calpurniano.⁹

oculos humidos, cilia tumida, latum os, labra salivam stillantia, vocem absurdam, trepidationem manuum, ructationes. Jamdudum enim devoravit totum suum patrimonium: et nihil restat ei de opibus patris, præter unam domum ad venditandam calumniam: quam nihilominus nunquam locavit majori pretio, quam in hoc testimonio. Venundedit enim huic Æmiliano hoc mendacium vinolentum ter mille nummis, et omnes hoc sciunt Cæs. Nos cuncti hoc didicimus, priusquam perpetraretur: et potui obstare delatione mea, nisi novissem tam stolidum mendacium nociturum potius Æmiliano, qui illud emebat incassum, quam mihi, qui jure aspernabar illud. Volui etiam ut Æmilianus jacturam faceret, et Crassus infamaretur turpitudine sui testimonii. Porro negotium transactum est minime latenter nudiustertius in adibus cujusdam Rufini, de quo jamjam loquar, opera et suazu ipsius Rufini et Calpurn-

Var.—2 Vet. edit. *abligurritum*. Colvins. In Cod. Rom. *jamjam prid. abligurr.* an quod ita Auctor scripserit, an scribarum vitio, non facile dixerim. *Casaub.* Edd. vet. quædam *jamjam pridem abligurritum*: sed contra *Ms. et Ed. Junt. post. J. Boscha.*—3 *Vulc.* in marg. conjicit *venditanda*. *Id.*—4 *Pith. num tem.* *Id.*—5 *Al. nummum.*—6 *Flor. damna id faciet, lego, damni id facere.* *Elmenh.* Suffragatus est *Elm.* hanc conjecturam *Lindenbrogio*. An potius *damno id facere?* *Ms. Pith.* quoque *damna id faciet.* *J. Boscha.*—7 *Al. occulto.*—8 *Pith.*

NOTÆ

¹ Nisi una domus ad calumniam venditanda] In qua me nocturna et magis sacra fœces per calumniam affliget.

² Et potui denuntiatione impedire] Ne audiretur omnino ejus testimonium: denuntiando nempe Proconsuli Cl. Maximo sceleratum illud pactum, quo Crassus ille Æmiliano mer-

cede se obstrinxerat ad falsum testimonium dicendum.

³ Res] Entio illa falsi testimonii.

⁴ Et Calpurniano] Num ille est, ad quem versus cum dentificio miserat, quem etiam insuit supra sibi in hac causa fuisse adversatum? an quispiam alius notus in ea urbe improbitatis homo?

Quod eo libentius Rufinus perfecit, quod erat certus, ad uxorem suam, cujus stupra sciens dissimulat, non minimam partem præmii ejus Crassum relaturum. Vidi te quoque, Maxime, coitionem adversum me et conjurationem² eorum pro tua sapientia suspicatum, simul libellas ille prolatus est, totam rem vultu aspernantem. Denique quoniam sunt soluta⁹ audacia et importuna impudentia præditi; tamen testimonium¹ Crassi, cujus oboluisse sæcem videbant, nec ipsi ausi sunt perlegere, nec quicquam eo niti. Verum ego ista propterea commemoravi, non quod³ pinnarum formidines et fuliginis maculam, te præsertim iudice, timerem:⁴ sed, ut ne⁵ impunitum Crasso foret, quod Æmiliano homini rustico fumum vendidit.⁶ Unum etiam crimen ab illis, cum Pudentillæ literas legerent, de cujusdam sigilli fabricatione prolatum est, quod me aiunt ad Magica malo-

niani. Quam rem Rufinus effecit tanto libentius, quod certo sciebat Crassum allaturum non minorem partem illius præmii ad suam conjugem, cujus scienter dissimulat adulteria. Animadverti etiam te, o Maxime, nutu rejicientem rem illam omnem, statim atque libellus ille exhibitus est, quia suspicabaris pro tua prudentia conventionem et conspirationem illorum contra me. Postremo, quamvis sint armati audacia effrenata, et impudentia molesta, tamen ne ipsi quidem ausi sunt legere totum testimonium Crassi, cujus videbant vinolentiam suboluisse, neque quicquam fulcire ipso. Sed ego retuli hæc, non quia metuerem terculamenta pinnarum, et maculas fuliginis, præcipue cum tu sis noster iudex: verum, ut non inultum esset Crasso, quod vendidit fumum Æmiliano, viro agresti. Hinc est, quod, cum legerent epistolam Pudentillæ, produxerunt accusationem de confectione cujusdam imaginucule, quam

~~~~~

jurationem, et mox, libellus ista. J. Bosscha.—9 Al. solita. Vid. Not. Var.—1 Testimonio. Potius, testimonium. Colvin. Testimonium Fulvius. Infra v. c. *geometricas formas ex nexu vidisse*. Sciopp. in Symbola. Mstorum et Edd. ante Colv. consensus in testimonio suspicionem movet, aliquid corruptum esse. v. seqq. J. Bosscha.—2 Rectius edit. Venet. non quo. Vide Livineii notas ad vet. Panegyri. Pric. E sola Ed. Ven. non mutandam pote. J. Bos.—3 Inverso ordine. Pith. ne ut, ut et statim vendidit fumum. Id.—4 Vid. Not.

#### NOTE

\* Non quod pinnarum formidines, &c. timerem] Crimen sacerum nocturnarum, quod pinnarum et fuliginis tantum argumento probatur. Alludit ad lineam variis plumis pinnisque consertam, quæ feras terrebant compellebantque in retia, quæ idcirco formida dicebatur. Seneca, de Ira lib. 1. 'Nec mirum, cum maximos fe-

rarum greges linea pennis distincta contineat, et in insidias agat, ab ipso effecta dicta formida.' Virgil. Georgic. III. 'Panicæve agitant trepidos formidina pennis.'

'Fumum vendidit] Falsum testimonium fumo fuligineque illa mixtum. Notum est adagium 'fumum vendere.'

facia, occulta fabrica, ligno exquisitissimo comparasse: [504] et cum sit sceleti forma<sup>4</sup> turpe et horribile, tamen impendio colere,<sup>5</sup> et Græco vocabulo nuncupare<sup>6</sup> βασιλέα.<sup>7</sup> Nisi fallor, ordine eorum vestigia persequor, et singillatim apprehendens, omnem calumniæ textum retexo.<sup>1</sup> Occulta fuisse fabricatio sigilli, quod dicitis, qui potest? cuius vos adeo artificem non ignorastis, ut ei, uti præsto esset,<sup>7</sup>

*dicitur me amice fabricatam clanculum ex rarissimo ligno: et eam impense venerari, et vocare Regem vocabulo Græco, quamvis habeat figuram larvæ, ideoque sit deformis et horrenda. Sequor eorum gressus ordine, nisi hallucinor, et, resumens singula, dissolvo totum artificium calumniæ. Quomodo confectio imaginacula potest fuisse abdita, ut dicitis? cuius vos tam bene novistis fabrum, ut significaveritis ei,*

Var.—5 Male Edd. tantum non omnes ante Celv. etiam in Junt. post. colere. Bene est in Mss. certe Pith. J. Bosscha.—6 Ante hoc verbum legitur in Ed. Vic. Græcum verbum deest. In vett. Edd. excepta Junt. post. non est τὸ βασιλέα, uti nec in Mss. Florent. Id.—7 Flor. pr. adesset. Elmenhorstius. Probat V. D. in Obs. Misc. vol. II. p. 190. ubi vide plura hujus locutionis exempla, quibus adde Cie. ad Div. IV. 8. ibique Manut. Edidit ita Scriv. Non sequor tamen. Statim sequitur En, adest. Hinc fortasse et h. l. irrepsit adesset in Mss. Florent. In Pith. deest uti: non male. J. Bosscha.—8 Scriv.

# NOTE

<sup>1</sup> Cum sit sceleti forma, &c.] Sic legendum, non celeri forma, prebant quæ infra leguntur: 'Tertium mendacium vestrum fuit macilentam, vel omnino evisceratam formam diri cadaveris fabricatam: prorsus horribilem et larvalem.' Sceletus enim idem est ac, larva: compago nempe illa ossium carne madatorum et siccorum, quales cernuntur in chirurgorum officinis. Ξεκληρὸς Græcis, aridum, sonat.

<sup>2</sup> Græco vocabulo nuncupare βασιλέα] Regem. Hoc ex remotissima antiquitate petitur est. Sædenu de Diis Syria Syntagm. I. cap. 6. 'Quam conveniens autem et proprium summo rerum gubernatori, sive Deo, fuerit, etiam apud idololatrias, Regis vocabulum, et βασιλέως, discas licet ex prima Apologia Apuleii. Uti igitur Baal, id est, Dominus, Ita et Melech, seu Molech, id est, Rex

Ammonitarum hoc nomen denotabat: unde et is ipse forsitan fuerit, qui Rex Deorum, βασιλεὺς θεῶν, titulo singulari vocitatur in Phœnicum vetustissima Theologia.' Idem, eodem Syntagm. cap. 2. hæc habet ad locum hunc facientis: 'Propius autem ad τὸν Teraphim naturam accedunt imagines, quæ non solum a siderum positura, verum etiam ἀπὸ τῶν προσεγγισσῶν Dæmoniorum, et oracula reddere, et mala depellere simul putabantur. Προσεγγιστοὶ vero τοῦ θεοῦ dicuntur Dæmones, cum, invocati, simulacra sibi dicata ingrediantur.' Et infra: 'Dæmonio autem plenum sentiendum est sigillum illud ligneum, ab Apuleio Mago βασιλεὺς dictum, et tacito nomine cultum, de quo ipse Apologia prima.'

<sup>3</sup> Calumnia textum retexo] Refello totam accusationem. Metaphora est a tela et textoribus.

denuntiaveritis? En, adest Cornelius Saturninus<sup>1</sup> artifex, vir inter suos et arte laudatus, et moribus comprobatus, qui tibi, Maxime, paulo ante diligenter sciscitanti omnem ordinem gestæ rei summa cum fide et veritate percensuit: me, cum apud eum multas geometricas formas<sup>2</sup> e buxo<sup>3</sup> vidiissem subtiliter et affabre factas, invitatum ejus [505] artificio, quædam mechanica<sup>4</sup> ut mihi elaborasset, petisse: simul et aliquod simulacrum cujuscumque vellet Dei,<sup>5</sup> cui ex more meo supplicassem,<sup>6</sup> quacumque materia, dummodo lignea,<sup>7</sup> exsculperet. Igitur primo buxeam<sup>8</sup> tentasse. Interim dum ego ruri ago, Sicinium Pontianum privignum meum, qui mihi factum<sup>9</sup> volebat,<sup>9</sup> impetratos hebeni locu-

uti hic adesset? Ecce præsto est Cornelius Saturninus faber, vir et celebratus ob suam solertiam inter suos cives, et laudatus ob probitatem; qui, cum eum sedulo interrogares paulo prius, o Maxime, narravit tibi sinceriter et veraciter totam seriem rei peractæ: me nempe, cum conspexissem apud eum plurimas figuras geometricas artificiosæ et eleganter elaboratas ex buxo, allectum ejus solertia, rogasse eum, ut mihi fabricaret quædam mechanica: simulque ut mihi elaboraret ex qualibet materia, modo lignea esset, aliquam effigiem cujuscumque Dei vellet, quem colerem secundum meam consuetudinem: eum ergo primo periculum fecisse in buxæ materia. Sed interea, dum versor ruri, Sicinium Pontianum, meum privignum, qui me benevolentia prosequeretur, attulisse sibi capulas ex ebano, quas habuerat ab honestissima

\*\*\*\*\*

Saturnus. Id.—9 Sic reposui, ducente me eo margine Bas. 2. In qua erat evoco: in aliis, Gnosso. Virg. lib. 1. Georg. 'Nec tillæ leves, aut torno facile buxum Non formam accipiunt, ferroque cavantur acuto.' Et sequitur hic: 'Igitur primo buxeam tentasse.' Colvius. Hæc vera γράφη. Rom. Cod. Gnosso, mendosissime: gradus fecit ad veram lectionem Bernardus Philomathes, qui e Mas. edidit evoco. Colvius fecit e buxo. Vere et ingeniose, Casaub. E buxo. Sic Flor. et Colv. Fulvius ex nezō. Rom. et Ald. e gnoso: male. Ebnenhorstius. Non erat cur Colvio hanc emendationem eruditi scriberent: vindico eam auctori ego, Erasmo, quem in Adag. vide Chil. 2. Cent. 5. Pric. Ms. Plith. e nezō, quod in suo Cod. invenisse videtur etiam Fulv. Sed vera lectio firmatur a Mas. Florent. J. Bosscha.—1 Pith. buxam. Id.—2 Non est mihi in Ms. Pith. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. Id.—

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Geometricas formas] Puta tetraëdra, exaëdra, dodecaëdra, &c. sphaeras pyramidulas, &c. quales permutæ figuræ in studiosorum conclavibus cernuntur.

<sup>2</sup> Quædam mechanica] Regulas putata, normas, perpendiculara, atque alia id genus instrumenta.

<sup>3</sup> Cujuscumque vellet Dei] Qui tamen publico receptus esset, aut non

interdictus: neque enim impune fuisset Apuleio, non receptos, aut improbatos Deos colere; quod crimen erat externæ religionis.

<sup>4</sup> Supplicassem [supplicarem] Privatum ac ritu peculiari.

<sup>5</sup> Dummodo lignea] Rationem infra subjungit ex Platone.

<sup>6</sup> Qui mihi factum volebat] 'Factum alicui velle,' ut et 'factum cupere'

los<sup>3</sup> a muliere honestissima Capitolina ad se attulisse: ex illa potius materie<sup>4</sup> rariore et durabiliore uti faceret, adhortatum: id munus cumprimis gratum mihi fore.<sup>5</sup> Secundum ea se fecisse,<sup>6</sup> proinde ut<sup>7</sup> loculi suppetebant. Ita minutatim<sup>8</sup> ex tabellis compacta crassitudine Mercuriolum expediri potuisse. Hæc, ut dico, omnia audisti. Præterea a filio Capitolinæ probissimo adolescente, qui

*femina, nomine Capitolina: et suavis, ut fabricaret illam effigiem ex ea potius materia minus communi, et magis durabili: hoc munus mihi futurum maxime acceptum: se fabricasse ex illa, prout capsula sufficiebant: præterea, se potuisse etiam facere parvum Mercurium, coagmentando frustatim crassitatem ejus ex tabellis. Audivisti hæc omnia, sicut dico. Præterea filius Capitolinæ, optimus juvenis, qui*

3 Al. baculos.—4 Mss. Florent. materia: ut supra. J. Boescha.—5 Flor. gr. m. foret. Elmenhorstius.—6 Ex ea se fecisse. Rom. et alius, sed ea se fec. nullo sensu, quem restituit ex pro sed repositum: malo tamen quod postea reperi in Ed. Philomathis, secundum ea s. f. Casaub. Et ea se fec. Fulvius. Mox Aldi Ed. et v. c. habent: Sciscitante te eadem dicta sunt. Et infra id. v. c. quem quidem abfuisse in eo tempore scitis. Scioppius in Symbola. Ex ea se fec. Ita restituerat Casaubonus noster, sed ei jure postea placuit lectio quæ in Ed. Philom. reperta, secundum ea, id est, postea, ἐν τούτοις, quod etiam Varroni a Scaligero restitutum admonuit me ingeniosus et doctus adolescens Jungermannus. Scip. Gent. in Append. Ms. Pith. cum Edd. ante Casaub. sed ea se fec. præter Junt. post. in qua cum Scriv. secundum ea se fec. quomodo emendarunt etiam Salm. et Jungerm. Ep. 31. inter Gudlian. Ex compendiosa scriptura facile secundum in sed mutari potuit. Sed tum non explicem secundum ea pro post ea, sed Saturnium, obsequentem adhortationi Pontiani, secundum eam fecisse signum. Reliqui post Casaubon. dedere ex ea se fec. nisi quod Elmenh. Fulvianam conjecturam et ea se f. prætulit. in Mss. Florent. videtur tamen esse ex ea, nisi et Lindenbrog. et Elmenh. contrarium monere neglexerint, quod non semel factum. J. Bos.—7 Sic lego e Ms. Pith. Vulgo perinde ut. Adi ad Met. lib. v. p. 342. a. Idem Ms. cum Florent. loculis. Id.—8 Item minutatim. Rom. Ven. Ald. ita. Colvius. Malim indidem vel etenim, &c. Acidal. Flor. Ita minuit. Elmen-

# NOTE

Latini dicunt, pro, gratificari, et bene velle, et commodis ejus studere.

<sup>3</sup> *Hebeni loculos*] Reponit Elmenhorstius, baculos, quibus Pricæus vult insui, quas vocat Plin. *φάλαγγας*, Claudianus ‘ramos ebeni,’ Lucan. ‘ebeni comas.’ Ego nihil mutandum censeo. *Ebeni loculi* sunt pyxides, seu capsulæ ex tabellia ex ebano compactæ, ex quibus mechanica illa, quæ Apuleius jusserat, fecit Saturninus. Suffragatur mea interpretatio, quod

max subjungit: ‘Item minutatim ex tabellis compacta crassitudine Mercuriolum expediri potuisse.’ Quod sane cum baculis aut phalangis Pricæi stare non potest. Intelligendum est ergo, enim illa mechanica instrumenta (quæ plana essent) ex tabellis, quibus constabant capsulæ illæ, ut potuit, fecisse: Mercuriolum vero istum, quem crassiorem oportebat esse, non potuisse facere, nisi conglutinatis inter se multis ejusmodi tabellis.

præsens est, sciscitante te, eadem dicta sunt: Pontianum oculos petisse, Pontianum Saturnino artifici detulisse. Etiam illud non negatur, Pontianum a Saturnino<sup>9</sup> [506] perfectum sigillum recepissee, et postea dono mihi dedisse. His omnibus palam atque aperte probatis, quid omnino superest, in quo suspicio aliqua Magiæ delitescat? immo quid omnino est, quod vos manifesti mendacii non revincat? Occulte fabricatum esse<sup>1</sup> dixistis, quod Pontianus splendidissimus eques fieri curavit: quod Saturnianus vir gravis, et probe inter suos cognitus, in tabernula<sup>2</sup> sua sedens propalam exculpset: <sup>3</sup> quod ornatisima matrona<sup>4</sup> munere suo<sup>5</sup> adjuvit: quod et futurum, et factum, multi cum servorum, tum amicorum, qui ad me ventitabant, scierunt.<sup>4</sup> Lignum a me toto oppido, et quidem oppido quæsitum, non piguit vos commentiri: quem abfuisse in eo tempore<sup>5</sup> scitis, quem jussisse fieri quali-

*hic adest, eadem dixit, cum ipsum interrogares: nimirum Pontianum petisse pyxides, Pontianum tulisse ad Saturninum opifcem. Non inficiatur etiam hoc, Pontianum accepisse a Saturnino imaginulam, cum absoluta fuit, ac deinde mihi donasse muneri. His omnibus clare et manifeste demonstratis, quid restat omnino, in quo suspicio Magiæ lateat? vel potius, quid prorsus est, quod non convincat vos mendacii aperti? Dixistis imaginem fuisse clam elaboratam, quam Pontianus clarissimus eques sculpendam dedit: quam Saturnianus, vir gravis et egregie spectatus inter suos, in aperto fabricavit sedens in sua officina: quam honestissima materfamilias commendavit suo dono: quam plurimi tum ex famulis, tum ex amicis meis, qui solebant venire ad me, noverunt et fabricatum iri, et esse fabricatas. Non dubitastis comminisci me perquisivisse lignum per totam urbem, et summo studio quidem? cum tamen sciatis me peregre fuisse tunc temporis: cum demonstratum sit me præ-*

~~~~~

horstius. Contra Mss. Colv. Vulc. et Flor. dedere item. J. Bos.—9 Pith. expungit a et Florent. statim et. Pro suspicio Pith. supplicio. Id.—1 Fabricatum esse sigillum. Tò sigillum non est in Florentinis. Elmenh. Uncinis circumduxit Scriv. Sed melius expunctum est in Ed. Junt. post. J. Bos.—2 Flor. taberna. Elmenhorstius. Ed. Junt. post. taberna. Ms. Pith. tabernacula, ut habent Mss. bene multi et Edd. Met. lib. ix. p. 672. 'hortulanus deorsus in ipsa tabernula:' ubi cf. J. Bos.—3 Quia Stewech. in Ed. Bas. pr. corrupte editum viderat exculeit, hinc, damnans etiam exculpset, ad Arnob. p. 71. emendari voluit exclusit. Id.—4 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. acierent. Id.—5 Quem quidem. Flor. quanquam abf. in eo temp. Elmenhorstius. Ms. Pith. etiam quanquam. Quem repetitum vim habet, ut supra quod. Sed efecit quidem cum Ed. Junt. post. quod irrepsit e proximo vs. J. Bos. Vet. edit. meo. Scribebam, in eo. Colvius. Mss. Flor. Pith. Fulv. Edd. Junt.

NOTE

¹ Ornatisima matrona] Capitolina.

⁵ Munere suo] Loculis ebeati.

cumque materia probatum est? Tertium mendacium vestrum fuit, macilentam, vel omnino evisceratam formam diri⁶ cadaveris fabricatam, prorsus horribilem et larvalem. Quod si compertum habebatis tam evidens signum⁷ Magiæ, cur mihi, ut exhiberem, non denuntiastis? An ut possetis in rem absentem libere mentiri? Cujus tamen falsi facultas opportunitate quadam meæ consuetudinis vobis adempta est. Nam morem mihi habeo, quoquo⁸ eam, simulacrum alicujus Dei inter libellos⁹ conditum¹ gestare; eique diebus festis thure et mero, et aliquando victimis¹ supplicare. Dudum ergo cum audirem, sceletum² perquam impudenti mendacio dictitari, jussi curriculo iret aliquis, et ex [507] hospitio meo Mercuriolum afferret, quem mihi Saturninus iste Cæa fabricatus est.³ Cedo tu,³ eum vi-

cepiſſe, ut fabricaretur ex quavis materia? Vestrum tertium mendacium fuit, factam eſſe figuram terribilis cadaveris, macram, aut prorsus carne nudatam, omnino horrendam, et larvalem. Quod ſi ſciebatis antehac illud eſſe manifeſtum indicium Magiæ, quare non ſignificaviſtis mihi, ut illud proferrem huc? num ut poſſetis audacter mentiri de re, quæ non appareret? Cujus tamen mendacii opportunitas vobis præcepta eſt quadam commoditate mei moris. Soleo enim ferre imaginem alicujus Dei reconditam inter meos libros quocumque pergam: et eam colere diebus feſtis, thure et vino, et nonnunquam etiam hoſtiis. Igitur, cum audirem jam pridem illam imaginem vocitari a vobis larvam, mendacio impudentiſſimo; præcepi, ut aliquis celerrime iret, et afferret ex meo diverſorio parvum illum Mercurium, quem iſte Saturninus mihi elaboravit Cæa. Da tu: aſpiciant illum, con-

~~~~~

post. Scriv. in eo t. recte. Vide supra ad p. 498. J. Bos.—6 Mss. Florent. Pith. duri. De larvali forma vide quos cito paulo infra. Id.—7 Adeo evidens sign. Omnes cod. ante evid. perspicue mendose pro adeo vel tam. Casaubonus. Flor. ænon cui videns s. male. Elmenh. Lips. Salm. Groslet. in marg. tam. Ms. Pith. sane tam: quare id rescripsi, pro eo quod post Casaub. editum adeo. J. Bos.—8 Pith. quo. Id.—9 Al. loculos.—1 Ms. Pith. victimas. J. Bos.—2 Ita esse legendum satis superque ante probavimus. Tamen omnes Codd. et hic et tribus locis proximis scelestus scriptum habent: ut dubium non sit antiquum hoc esse mendum. Sed veritati, ut ille ait, nullum temporis spatium præscribere potest. Casaub. Gruter. sceleton: quem admodum citat hunc locum Heins. ad Ovid. Ibin, vs. 146. 'Insequar et vultus ossea forma tuos:' quem ibi confer de larvali habitu, et Burman. ad Anthol. Lat. l. v. Ep. XII. vs. 13. J. Bos.—3 Ms. Pith. m. Salm. allevit

## NOTÆ

<sup>1</sup> Inter libellos conditum] In scriniis, bricatus est] Locus hic ostendere videtur cum libris. Nihil muto, quam orationem hanc non fuisse Cæa quam Pricæus malit inter loculos. promuntiatam.

<sup>2</sup> Quem mihi Saturninus iste Cæa fa-

Delph. et Var. Clas.

Apul.

5 A

deant, teneant, considerent. Ea vobis, quem scelestus ille sceletum \* nominabat. Auditisne reclamationem omnium, qui adsunt? auditisne mendacii vestri damnationem? Non vos tot calumniarum tandem dispudet? hiccine<sup>5</sup> est scelestus? hæccine est larva? <sup>6</sup> hoccine est, quod appellitabatis<sup>6</sup> dæmonium? <sup>7</sup> magicumne istud, an solenne et commune simulacrum est? Accipe quæso, Maxime, et contemplare: bene tam puris<sup>8</sup> et tam piis manibus tuis traditur res consecrata. Ea vide,<sup>9</sup> quam facies ejus decora et succi palæstrici<sup>1</sup> plena sit, quam hilaris Dei vultus, decenter utrimque lanugo malis<sup>2</sup> deserpat, ut in capite crispatus

trectent, contemplantur. Ecce vobis, quem nefarius ille vir vocabat larvæam. Auditisne murmur omnium astantium? auditisne condemnationem vestri mendacii? annon vos pudet tandem tot falsarum accusationum? hæcne est larva? hincne est scelestus? an hoc est quod vocitabatis Dæmonium? an hæc effigies est magica, an vero solita et vulgaris? Cape, oro te, Maxime, et considera. Res sacra recte committitur tuis manibus, adeo castis et adeo religiosis. Ecce, contemplare, quam habitudo ejus corporis sit formosa, et succo athletico turgens; quam os Dei sit lætum; quomodo prima barba decore pullulet in genis ab utraque parte; quomodo crines

cedo mihi. Id.—4 Rursus Edd. ante Casaub. cum Mss. scelestum: ut et mox. et Gruter. sceleton, et statim hoccine est sceleton. Sed tum non tam constanter in Mss. corrupta fulset illa vox, ut arbitror. Id.—5 Hæccine. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. hiccine cum Ms. Pith. qui statim rursus hiccine. Id.—6 Ms. Lips. qui iterum hic incipit, appellabatis. Id.—7 Ms. Dæmonem. Colvius. In eod. Cod. Lips. desunt et commune. J. Bos.—8 Laborantem a prava distinctione locum emendavimus. Casaub. Distinguebatur enim post bene. J. Bos.—9 Ms. Hem vide. Colvius. Non male. J. Bos.—1 Succi plena. Idem succipala. Colvius. Succu palæstrici. Sic recte Mercerus. Florent. succipala et vici plena sit. Lactantius in Thebaid. Statii lib. iv. 'et Mercurius Palæstritarum nomen est.' Horatius: 'decoræ More palæstræ.' Servius ad iv. Æn. Elmenh. In Ms. erat: et succipala si. Restitui, et succidula sit. Est ὀροκοπίουδς, 'succidus,' 'succidulus': qua faciē, 'Acidus,' 'Acidulus,' et infinita talia. Meurs. Priami notam vide. Mss. Florent. succi pala e trici plena. Lipsiani alia coll. succi pala est rici. Pith. succi pala e rici plena: unde manifestum, verissime emendasse Lindenbrog. in Excerptis, Mercer. ad Non. p. 131. Salmas. in marg. Gronov. Diatr. Stat. p. 150. palæstrici, uti editum jam ab Elm. Scriv. Flor. Antea ea vox prorsus deperat. Mensli conjecturam improbat Burm. in Add. ad Anthol. Lat. p. 699. J. Bos.—2 Pith. male. Id.—3 Ms. D'Orv. quem rursus hic incipere gaude-

## NOTÆ

\* Hæccine est larva] Sceletus. Petron. in Trimalcionis convivio: 'Potantibus ergo, et accuratissime nobis lautitias mirantibus, larvam argentæam attulit servus sic aptam, ut articuli ejus vertebræque locatæ in om-

nem partem flecterentur.'

<sup>x</sup> Succu palæstrici] Hoc est, qualem in athleticis et pugilibus, qui in palæstra certant, esse oportet, ut strenue pugnent. Verti, athletici, ad rem potius quam ad verbum.

capillus sub imo pilei umbraculo appareat,<sup>3</sup> quam lepide<sup>4</sup> super tempora pares pinnulæ emineant, quam autem festivo circa humeros vestis constricta sit. Hunc qui sceletum<sup>5</sup> audet dicere, profecto ille simulacra Deorum nulla videt, aut omnia negligit. Hunc denique qui larvam putat, ipse est larvatus.<sup>6</sup> At tibi, Æmiliane, pro isto mendacio duat Deus iste,<sup>7</sup> Superum et Inferum comiteator,<sup>8</sup> utrorumque Deorum<sup>9</sup> malam gratiam,<sup>9</sup> semperque [508] obvias<sup>9</sup> species mortuorum, quicquid Umbrarum est usquam, quicquid Lemurum, quicquid Manium, quicquid Larvarum, oculis tuis oggerat;<sup>1</sup> omnia noctium occursacula,<sup>2</sup> omnia bustorum formidamina, omnia sepulcrorum terriculamenta: a quibus tamen ævo et merito<sup>1b</sup> haud longe abes.

*videantur cincinnati in capite sub infimo tegmine pilei; quam festivo duc ala consimiles exsurgant supra tempora; quam lepide vero chlamys sit substriata circum humeros. Qui audet vocare hunc Deum Larvæ, certe ille vel nullas aspiciit effigies Deorum, vel contemnit universas. Uno verbo, qui credit hunc esse sceletum, ipse furit. Hic autem Deus, visitator celestium et inferorum, conciliet tibi, o Æmiliane, pro isto mendacio inimicitiam utrorumque illorum Deorum, et vultus mortuorum semper occurrentes, obtrudat tuis oculis omnes Umbras, quotquot sunt vapores, omnes Lemures, omnes Manes, et omnes Larvas: universas, quæ occurrunt noctibus: cuncta quæ terrent in bustis, omnes terrores tumulorum: a quibus nihilominus non*

mus, appareant. Id.—4 Alii quam placide. Elmenhorstius. Nescio, qui. Sed Bas. pr. lapide. J. Bos.—5 Etiam D'Orv. scelestum. Id.—6 D'Orv. hinc, et cum Pith. larvans. Post hoc verbum in D'Orv. rursus desunt seqq. usque ad Ceterum Platonicæ familia. Id.—7 Quid sunt meriti qui hanc γαργαρη Romanæ edit. mutarunt? nam in aliis omnibus libris legas aut Deus iste, sententia nulla. Duat pro duit, nisi ita scribendum potius. Vel est, ut fuit. Casaubonus. Ut Deus iste, lego. Brant. Recte duat ex Edd. Rom. Vic. edidere Casanb. Gent. cum seqq. et Mss. Florent. In Pith. cum reliquis aut D. iste. J. Bos.—8 Flor. magnam grat. Elmenh. Ex Lindembrogii Collat. mala. J. Bos.—9 Memb. Flor. obias: ut et in lib. de Mundo. Elmenh. Locus est p. 367. huj. Ed. sed vide ibi. Passim eam vocem sic scribi in Mss. monuit Oudend. ad Met. l. xi. p. 771. a. J. Bos.—1 Alii obingerat. Elmenhorstius. Ms. Fulv. nempe. J. Bos.—2 Al. ævo emerito.—3 Non est in

## NOTÆ

<sup>1</sup> Superum et Inferum comiteator] Sic Metamorphos. ii. 'Ille Superum comiteator et Inferum, læva caduceum gerens; ad quem locum vide quæ diximus.

<sup>2</sup> Utrorumque Deorum] Superorum nempe et inferorum, ad quos comiteat ultro citroque Mercurius.

<sup>3</sup> Omnia noctium occursacula] Spec-

tra, quæ noctu occurrunt. Horat. 'Nocturnus occurram furor.' Et Juvenal. Sat. v. 'Et cui per mediam nolis occurrere noctem.' Ea sunt, quæ Lucretius minime superstitionis philosophus canit, 'nihilò metuenda magis, quam Quæ pueri in tenebris metuunt, finguntque futura.'

<sup>1b</sup> Ævo et merito] Hæc lectio si



Ceterum Platonica familia nihil novimus nisi festum et lætum, et solenne, et superum, et cœleste. Quin altitudinis studio secta ista etiam cœlo<sup>3</sup> ipso sublimiora quæpiam vestigavit,<sup>4</sup> et in extimo mundi tergo<sup>5</sup> degit.<sup>5</sup> Scit, me vera dicere, Maximus, qui τὸν ὑπερουράνιον τόπον ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ νότῳ<sup>6</sup> legit in Phædro diligenter. Idem Maximus optime intelligit, ut de nomine etiam vobis respondeam, quisnam sit ille, non a me primo, sed a Platone nuncupatus βασιλεὺς,<sup>7</sup><sup>d</sup> totius rerum naturæ causa, et ratio, et origo initialis, summus animi genitor, æternus animantium<sup>8</sup> sospitator, as-

*multum distas ætate et merito. Porro nos, discipuli Platonis, nihil cognoscimus nisi festivum, et hilare, et celebre, et divinum, et cœleste. Quin et hæc nostra secta inquisivit etiam quasdam res altiores ipso cœlo ex desiderio celestitudinis, et versatur in extrema concœcitate mundi. Maximus novit me loqui vera, qui studiosè legit in Phædro: locum supercœlestem, supra convexum cœlorum. Idem Maximus (ut etiam vobis respondeam de vocabulo) apprimè scit, quis sit ille vocatus Rex non primum a me, sed a Platone, qui est causa omnium rerum naturalium, et earum ratio, et fons primordiæ, supremus pater mentis, æternus conservator animalium,*

~~~~~

D'Orv. Id.—4 Flor. vestivit. Elmenhorstius. Mss. D'Orv. quæp. nescivit. Pith. quempiam vestium. J. Bos.—5 Flor. retit: male. Elmenh. Addicit Pith. In D'Orv. re³ e. J. Bos.—6 Qui τὸν . . . νότῳ. Desunt Mss. D'Orv. Pith. Male Ed. Colv. τὸ διὰ τὸν οὐρ. Pro Phædro D'Orv. sedio: id. mox intellegit. Id.—7 Florent. auget: N. B. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΝΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΥ ΠΑΝΤΕΣΣΙ ΤΟΙΣ ΚΑΙ ΔΕΙΔΟΣ ἕνεκα πάντων. Elmenh. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. respondeam quoniam sit ille non a me pr. sed a Plat. νῦν. βασιλεὺς (in Vic. et Junt. pr. hic et mox desideratur vox Græca) Quisnam sit ille βασιλεὺς totius, &c. Ms. D'Orv. resp. q. a. i. non a me pr. nuncupatus, sed a Plat. quisnam sit ille totius, &c. Contra Pith. simpliciter respondeam, quisnam sit aliseus, totius, &c. Quæ in Florent. membranis leguntur, suspicor esse vestigia loci cujusdam Platonici, qui interpretamenti causa ascriptus fuerit: nisi ipse Auctor locum e Platone adhibuisse, et inde additamentum illud in Edd. Vic. Junt. pr. Ald. et Ms. D'Orv. fluxisse videatur. Sed prius verius videtur: ad sententiam certe nihil desideratur. J. Bos.—8 Vulg. animantium.—9 Quidam opere. Colvius.—1

NOTÆ

inhæreas, sic intellige: Ætate, quæ jam valde provectora est, et propinqua morti: et tale est meritum tuum, ut post mortem, si digna vitæ præmia reddantur, tibi in larvam proculdubio et nocturnum terriculamentum sit migrandum. Ita enim Platonici cum scelestis agi putabant. At melius forte legas: ἀπο ἐμερίτο, ut sensus sit: Æmilianum sepulcris et bustis esse proximum, quippe cujus ætas

jam peracta sit.

^c In extimo mundi tergo] In convexa parte cœli, quam Græci etiam appellant τὰ τῶν οὐρανῶν ὠρτα, cœlorum terga, seu dorsa.

^d Sed a Platone nuncupatus βασιλεὺς] Pricæus Græca hic verba ex Ms. cod. habet, sed corruptissima: ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΝΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΥ ΠΑΝΤΕΣΣΙ ΤΟΙΣ ΚΑΙ ΔΕΙΔΟΣ. SencKa τακτα.

siduus mundi sui opifex.* Sed enim sine opera⁹ opifex,^f sine cura sospitator, sine propagatione [509] genitor, neque loco, neque tempore,ⁱ nec vice ulla comprehensus, eoque paucis cogitabilis,^g nemini effabilis.^h En, ultro augeo Magiæ suspicionem.^a Non respondeo tibi, Æmiliane, quem colam βασιλῆα. Quin si ipse proconsul interroget, quid sit Deus meus, tacebo.³ De nomine, ut impræsentiarum, satis dixi.⁴ Quod superest, nec ipse sum nescius, quosdam circumstantium cupere audire, cur non argento vel auro, sed potissimum ex ligno, simulacrum fieri voluerim; idque eos arbitror, non tam ignoscendi,⁵ quam cognoscendi causa,^b desiderare: ut

perpetuus fabricator sui mundi. Qui tamen est fabricator sine labore, conservator sine cura, pater sine generatione: non conclusus loco, neque tempore, neque ulla appellatione, quique ideo cognosci potest a paucis, enuntiari a nullo. Ecce augeo sponte suspicionem Magiæ. Non aperio tibi, Æmiliane, quem Regem venerer. Quin etiam, si ipse Proconsul quærat a me, quid sit meus Deus, silebo. Satis locutus sum de ejus nomine quantum ad præsens. Quod restat, non ignoro aliquos astantium velle scire, quare voluerim ut hæc imago mihi fabricaretur maxime ex ligno, non autem ex argento, aut auro: et credo illos hoc cupere non tam ad parcendum,

Ms. D'Orv. nec temp. cf. ad Met. l. iv. p. 258. b. Id. Ms. sospicator. J. Bos.—2 Pith. suspicionem. Græca vox, statim, ut solet, abest Mss. D'Orv. Pith. et Edd. vett. præter Junt. post. Ald. Id.—3 Quin si... tacebo. Si non est in D'Orv. qui cum Ed. Junt. post. taceo. Id.—4 Ita hæc legenda et distinguenda. Ut impræsentiarum, i. e. prout præsens tempus poscebat. Cic. Brut. 7. 'Clisthenem multum, ut temporibus illis, valuisse dicendo,' i. e. prout tempora tunc erant. Quare ut non mutandum in at cum Groslet. in marg. Edd. vett. plerumque cum Colv. Vulc. Wow. Elm. Seriv. distinguunt meus; tacebo de nomine, ut impræsentiarum satis dixi. Id.—5 Arbitror tam ignosc.

NOTE

* *Assiduus mundi sui opifex*] Quem assidua veluti creatione conservat. Adverte, quam apposite de Deo loquatur Divini Platonis sectator.

^f *Sed enim sine opera opifex, &c.*] In libro de Mundo: 'Sospitator quidem ille et genitor est omnium, qui ad complendum mundum nati factique sunt: non tamen ut corporei laboris officio orbem istum manibus suis instruxerit, sed qui quadam infatigabili providentia et procul posita cuncta contingat, et maximis intervallis disjuncta complectatur.'

^g *Paucis cogitabilis*] Immo omnes

Dei ideam habent animo infixam, sed hoc vult Platonius noster, paucos de Deo cogitare, ut ejus infinita potentia et majestate dignum esset.

^h *Nemini effabilis*] Non quod ejus nomen pronuntiari non possit, sed quoniam omnia ejus attributa condigne verbis exprimere nemo potest.

ⁱ *Tacebo*] Non ex contumacia, aut contemptu Proconsulis, sed quia ex doctrina Platonis quid sit Deus apte dici non potest.

^b *Non tam ignoscendi, quam cognoscendi causa*] Non tam quia credant hoc

hoc etiam scrupulo liberentur, cum viderint omnem suspicionem criminis abunde confutata.⁶ Audi igitur, cui cura cognoscere est: sed animo, quantum potes, erecto et attento, quasi verba ipsa Platonis jam senis de novissimo Legum libro auditurus: θεοῖσι δὲ ἀναθήματα χρᾶν ἡμέτερα τὸν μέτριον ἄνδρα ἀνατιθέντα δωρεῖσθαι. γῇ μὲν οὖν ἔστι τε οἰκήσεως,¹ ἰσθὰ πᾶσι πάντων θεῶν. μηδὲς οὖν [510] δευτέρως ἐπὶ καθιερούται θεοῖς. Hoc eo⁷ prohibet, ut delubra nemo audeat privatim constituere.⁸ Censet etenim,⁹ satis esse civibus ad immolandas victimas templa publica. Deinde subnectit: χρυσὸς δὲ καὶ ἄργυρος ἐν ἄλλαις πόλεσιν⁹ ἰδίᾳ τε καὶ ἐν ἱεροῖς ἔστιν ἐπίρρινον κτῆμα. ἐλέφας δὲ ἀπολελοιπὸς ψυχὴν σώματος¹⁰ οὐκ εὐχερὲς ἀνά-

quam ad sciendum: ut exsolventur etiam hac religione, quando adverterint omnem suspicionem malefacti sua esse refutata. Ausculta ergo, quicumque cupis scire, sed ausculta mente, quantum potes, otiosa et attenta, siquidem auditurus es ipsa verba Platonis jam grandævii, ex ultimo libro Legum: Domaria Diis moderata a moderate homine offerantur. Terra igitur, ut focus domiciliorum, sacra Deorum omnium est: quocirca nequis iteram idem consecret. Hoc idcirco vetat, ut nullus audeat privatim edificare templa. Nam arbitratur publica delubra sufficere civibus ad sacrificandas hostias. Postea subiungit: Aurum autem et argentum in aliis urbibus, et in propria, et in templis invidiosa res est: tum ebar, ex inanimi corpore extractum, non satis aptum donum Deo est: jam

~~~~~

Lege cum Florent. arb. non tam ign. Elmenhorstius. Recte Florent. Cod. non tam ign. Pricæus. Bene non aderat in Edd. vett. ejectum a Colv. Cas. Gent. Wow. uti nec comparat in Ms. Pith. Eadem autem παρανομασία apud Terent. Heaut. II. 1. 'Et cognoscendi et ignoscendi peccati dabitur locus' et Aulon. Lud. VII. Sapient. 'ignoscenda isthæc an cognoscenda rearis, Attento, Drepani, perlege iudicio:' et apud Nostrum Flor. N. 23. 'repentina autem noscitis simul et ignoscitis.' J. Bos.—6 Pith. confidam. Græca infra desunt rursus Mss. et Edd. iisdem. Idem.—7 Ed. Ald. in quo. Id.—8 Ed. Junt. post. enim: τὸ esse delent Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. Id.—9 Cicero in urbibus, ἐν ταῖς πόλεσι. Casaub. πρὸς τὰ κοινὰ non inveniuntur in Ed. Junt. post.

#### NOTE

ad meam defensionem necessarium esse, et ad hoc ut me crimine vacuum credant, quam quod ipsi id scire atque cognoscere cupiant, ne ullus omnino sibi supersit scrupulus.

<sup>1</sup> γῇ μὲν οὖν ἔστι τε οἰκήσεως, &c.] Hæc posteriora verba interpretatur Cicero, lib. II. de Legibus: cujus interpretationem ad verbum expressi. 'Agri autem ne consecrentur,' in-

quit, 'Platoni prorsus assentior, qui, si modo interpretari potero, his verbis utitur: 'Terra igitur,' &c.

<sup>8</sup> Ut delubra nemo audeat privatim constituere] Contra hanc tamen Platonis prohibitionem objiciebat Æmiliano panlo supra, quod nullum in villa ejus delubrum situm esset, nullus locus aut locus consecratus.

<sup>9</sup> ἀπολελοιπὸς ψυχὴν σώματος] E-

θημα. σίδηρος δὲ καὶ χαλκός, πολέμων ὄργανα. ξύλου δὲ μονόξυλον δ, τὶ ἂν ἰδέλῃ τις ἀνατιθέτω, καὶ λίθου ὡσαύτως, πρὸς τὰ κοιναῖα ἱερά. Ut omnium assensus declaravit, Maxime, quique in consilio estis,<sup>1</sup> competentissime videor usus Platone, ut vitæ magistro, ita causæ patrono, cujus legibus obedientem me videtis.

Nunc tempus est<sup>2</sup> ad epistolas Pudentillæ præverti, vel adeo totius rei ordinem<sup>3</sup> paulo altius petere; ut omnibus manifestissime pateat, me, quem lucri cupiditate invasisse Pudentillæ domum dictitant, si ullum lucrum cogitarem, fugere semper a domo ista debuisse: quin et in ceteris causis<sup>4</sup> minime prosperum matrimonium; et, nisi<sup>5</sup> ipsa

as et ferrum belli instrumenta sunt. Lignum autem quodcumque voluerit quis, uno e ligno dedicit, itemque lapidem in delubris communibus. Ut applanus omnium, et præsertim vestrum, qui sedetis in consilio, ostendit, videor appositissime usus Platone, quemadmodum magistro vivendi, sic et advocato meæ causæ, cujus placitis videtis me obtemperantem. Jam tempus est pergere ad litteras Pudentillæ, aut sans resumere paulo superius seriem totius negotii; ut cuncti apertissime videant me, quem vulgo dicunt irrepositæ in domum Pudentillæ cupidine quæctus, si haberem ullum quantum in animo, debuisse semper vitare illam domum, atque etiam connubium neutiquam fœustum in reliquis causis, et edicium, nisi uxor

~~~~~

J. Bos.—1 Maximeque qui in consilio estis. Num igitur ipsi iudices, et vel maxime hi, dignitatis suæ oblii, planu vel clamore assensum dedisse censendi sunt? non puto. Veram lectionem restitui e Ms. D'Orv. *Maxime, quique in consilio estis.* Sic init. Apol. 'Maxime Claudii, quique in consilio estis: ubi vide. Infra p. 513. 'Maxime, quique in consilio estis.' Id.—2 Hic perperam Edd. exoletæ, et libri plerique scripti, Apologiæ librum secundum auspicantur; cum una oratio sit, minime in partes duas secanda. *Scrivo.* Mss. Pith. et D'Orv. Ego (Pith. addit c.) *Crispus Salustius emendavi meae felix*

Apuleii Platonicæ Madante est (Pith. *Madaurensis*) *pro se apud Claudium Maximum proconsulem de Magia liber primus explicit.* Pith. addit incipit *Liber secundus.* In D'Orv. alia aderant, sed deleta. Florent. *Incipit Liber secundus Magia:* sed v. Casaub. init. huj. Apol. et Scip. Gent. Argument. Apol. in Append. J. Bos.—3 Al. ordine.—4 Forte potius legendum fuerit in ceteris causis. Colvius. Cave assentiaris illi emendationi, in ceteris causis. Recta enim est vulgata omnium librorum lectio causis. Et ita in libris Jurisconsultorum accipi vocem causæ alibi monebamus. Sic *αἰτία* in illo Matthæi, *ἐὶ ὁὗτος ἔστω ἡ αἰτία τοῦ ἀποφάναι μετὰ τῆς γυναικός.* Plane respondet Hebræorum מַלְוָה. Casaub. Cf. Brisson. de V. S. in v. causæ n. 12. τῶ in caret Ed. Junt. post. J. Bos.—5 Carent copula Mss. Florent. D'Orv. Id.—6 Florent. in unicum, deleta par-

NOTÆ

lephanti nempe, cujus ebur dens multæ incipiunt, sed perperam. Una enim eademque est, et uno tenore

• Nunc tempus est] Secundam Apologiam ab his verbis editiones per-

mulier tot incommoda virtutibus suis repensaret, inimicum.⁶ Neque enim ulla alia causa, præter cassam⁷ invdiam, reperiri potest, quæ judicium istud mihi et multa antea pericula vitæ conflaverit. Ceterum, cur Æmilianus commoveretur, etsi vere me Magum comperisset,⁸ qui non modo ullo facto, sed ne tantulo quidem dicto meo læsus est, [511] ut videretur se merito ultum ire? Neque autem gloriæ causa me accusat, ut M. Antonius Cn.⁹ Carbonem,^p C. Mutius A. Albutium,^q P. Sulpitius Cn. Norbanum,^r C. Furius M. Aquilium,^s C. Curio Q. Metellum. Quippe hi omnes eruditissimi juvenes^t laudis gratia primum hoc rudimentum forensis operæ subibant, ut aliquo insigni

ipsa compensaret suis virtutibus tot molestias: nam non potest inveniri ulla alia causa, quæ mihi confecerit hanc litem et antehac plurima vitæ discrimina, nisi invidia inanis. Porro, quare Æmilianus concitaretur, quamvis revera cognovisset me esse magum, siquidem non solum non læsus est ullo meo facto, sed ne vel minime quidem meo dicto, ad hoc ut appareret jure illud vindicaturus? Nec vero accusat me honoris gratia, quemadmodum M. Antonius accusavit Cnecium Carbonem, Caius Mutius Aulm Albutium, Publius Sulpicius Cnecium Norbanum, Caius Furius Manium Aquilium, Caius Curio Quintum Metellum. Nempe illi homines, doctissimi ac juvenes, faciebant hoc primum periculum sui laboris forensis, gloriæ causæ, ut

ticula et. Elmenhorstius. D'Orv. etiam in unicum: sed in Mss. *inimicum* et in unicum discerni vix possunt. V. D. in marg. Ed. Junt. post. malebat iniquum, ut passim, 'iniqua conditio' et sim. J. Bosscha.—7 D'Orv. tamen. Id.—8 Ms. Pith. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *conspexisset*: in Pith. qui pro qui. Id.—9 Ut exulat Ms. D'Orv. Pro Cn. Pith. et Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. cum. Id.—1 *Homines eruditissimi juvenes*. Ms. Pith. *œ's er. i.* Ed. Junt. post. omnes er. i. Lego: *hi omnes erud. i.* cum Abramio ad Cic. pro Cœ-

NOTE

^p Ut M. Antonius Cn. Carbonem] Fortasse hujus accusationis meminit M. Tullius Epist. ad Pætum: ubi de Cn. Carbone loquens, 'Jam pater ejus,' inquit, 'accusatus a M. Antonio, tutorio atramento absolutus putatur.'

^q C. Mutius, A. Albutium] Cicero eum Titum vocat, in Bruto: 'Mutius augur,' inquit, 'quod opus erat, per se ipse dicebat: ut de pecuniis repetundis contra T. Albutium.'

^r P. Sulpitius Cn. Norbanum] Cicero, lib. 11. de Officiis, habet C. Norbanum, non Cn. 'Etiam,' inquit,

'P. Sulpicii eloquentiam accusatio illustravit, cum seditiosum et intillem civem, C. Norbanum, in judicium vocavit.'

^s C. Furius M. Aquilium] Reposuit Casaub. M', ut legatur *Manium Aquilium*, quem ait gravissimorum criminum fuisse postulatum, et M. Antonii patrociniis servatam. At Cicero, lib. 11. de Officiis supra laudato, pro M. Furio, habet L. Fusium: et pro Marco aut Manio Aquilio Manlium Aquilium. 'In accusando etiam Manlio Aquilio,' inquit, 'L. Fusii cognita industria est.'

judicio¹ civibus suis noscerentur. Qui mos incipientibus adolescentulis ad illustrandum ingenii florem apud antiquos² concessus, diu exolevit:³ quod si nunc quoque frequens esset, tamen ab hoc procul abfuisset.⁴ Nam neque facundiæ ostentatio rudi et indocto, neque gloriæ cupido rustico et barbaro, neque inceptio patrociniurum capulari⁵ seni congruisset: nisi forte Æmilianus, pro sua severitate,⁶ exemplum dedit, et ipsis maleficiis infensus accusationem istam, pro morum integritate,⁷ suscepit. At hoc⁸ ego Æmiliano, non huic [512] Afro,⁹ sed illi Africano et Numantino,¹⁰ et præterea Censorio vix credidissem, ne huic frutici¹¹ credam non modo odium peccatorum, sed saltem intellectum inesse. Quid igitur est? Cuivis clare dilucet,¹²

innoscerent suis civibus aliqua celebri causa. Quæ consuetudo, apud priores permixta juvenibus incipientibus, ad commendandum vigorem sui ingenii, jamdudum desit. Quod si nunc etiam in usu esset, esset tamen longe remotus ab hoc homine; etenim neque jactatio eloquentiæ convenisset imperito et ignaro, neque cupiditas laudis agresti et barbaro, neque tirocinium orandarum causarum seni decrepito: nisi forsitan Æmilianus præbuit exemplum, ut postulat ejus veritas, et, accensus odio adversus ipsa crimina, aggressus est hanc accusationem propter probitatem vitæ suæ. Verum ægre habuissæ fidem de hac re Æmiliano, non huic Afro, sed illi Africano, et Numantino, et insuper Censorio, nedum credam reperiri in illo stupido, non solum odium malefactorum, sed vel eorum cognitionem. Quid est ergo? Evidenter patet omnibus, nihil aliud esse nisi invi-

lio, 15. *Idem*.—2 *Al. indicio*.—3 *Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. ab hæc. Ms. D'Orv. abfuisse, in quo mox, rudis. J. Bos.*—4 *Ms. D'Orv. copulari*.—5 *D'Orv. sevate. Id.*—6 *Ad hoc. Leg. At h. Patet ex antecedentibus, quæ lege. Acidal.* Male *Edd. Vulc. et Mss. ad hoc. J. Bosscha.*—7 *Pith. Africo. D'Orv. Ario: id. mox odio et quod igitur. Id.*—8 *Edd. Vic. Junt. post. cujus. Ms. Pith. da,*

NOTE

¹ *Apud antiquos]* Vigente Republica, dum æqua omnibus libertas esset.

² *Diu exolevit]* Ex quo summa rerum penes Imperatores fuit, jacuitque oppressa libertas.

³ *Pro morum integritate]* Tantum, et absque ulla gloriæ aut lucris spe.

⁴ *Æmiliano, non huic Afro, sed illi Africano et Numantino, &c.]* Æmilianus ille Pauli Æmilii filius fuit, ac deinde, ex Æmilia gente in Scipionum familiam adoptatus, appellatus fuit P. Corn. Scipio Africanus Æmi-

lianus: tertioque bello Panico finem, capta deletaque Carthagine, imposuit. Observa discrimen inter Afrum et Africanum; quod Afer in Africa natum significet: Africanus vero nomen sit a rebus in Africa prospere gestis inditum.

⁵ *Huic frutici]* Rustico et rationis experti. Frutex hic per contumeliam dicitur. Similiter Plant. in Mostellaria: 'Nec verisimile loquere, nec verum, frutex.' Talia sunt, quæ Terentius in Heautontimorumenos ait in

aliam rem invidia¹ nullam esse, quæ hunc, et Herennium² Rufinum impulsorem hujus, de quo mox dicam, ceterosque inimicos meos, ad nectendas Magiæ calumnias provocarit. Quinque igitur res sunt, quas me oportet disputare. Nam si probe memini,³ quod ad Pudentillam attinet, hæc obijcere. Una res est, quod nunquam eam voluisse nubere post priorem maritum, sed meis carminibus coactam dixere: altera res est⁴ de epistolis ejus, quam confessionem Magiæ putant: deinde sexagesimo⁵ anno ætatis ad libidinem nupsisse, et quod⁶ in villa, ac non in oppido, tabulæ nuptiales sint consignatæ, tertio et quarto loco obijcere. Novissima, et eadem invidiosissima criminatio, de dote fuit. Ibi omne virus totis viribus adnixa effudere:⁷ ibi maxime agebantur. Atque ita dixere: me grandem dotem mox

diam, qua incitaverit istum Herennium Rufinum, suasorem hujus, de quo modo loquar, et reliquos meos adversarios, ad texendas falsas accusationes Magiæ. Ergo quinque sunt, de quibus mihi disserendum est. Si enim bene recorder, obijcerunt mihi hæc, quantum spectat ad Pudentillam. Primum est quod dixerint eam nunquam voluisse nubere post primum suum conjugem: sed ad id fuisse adactam meis incantamentis. Secundum est de literis ejus, quas existimant esse confessionem Magiæ. Postea obijctarunt tertio et quarto loco, quod illa nupserit libidinis causa anno sexagesimo suæ ætatis, et quod instrumentum conjugale fuerit subsignatum in villa, et non in urbe. Ultima et odiosissima accusatio fuit de dote. In ea evomuerunt totum suum venenum, contententes cunctis viribus: in ea erant maxime solliciti. Et sic dixerunt: me statim ab initio nostri conjugii expressisse

~~~~~

loco reſclare. D'Orv. claret et lucet: docte. Id.—9 Pith. sine aspiratione. D'Orv. Herinum. Iidem Mss. quia pro quinque. Id.—1 Sic vulgo editum: D'Orvilliani Cod. scriptura fortasse verior, qui expungit nam, ut tunc distinctio plena post memini ponatur. Ex quinque rebus quas disputare oportebat Apuleium, quatuor ad Pudentillam pertinebant, 'Novissima criminatio de dote fuit.' Id.—2 Quod nunquam... altera res est. Non comparit in Ms. D'Orv. In Pith. deest coactam. Id.—3 Denique sexagesimo. Ita V. C. Mox Fulv. ubi omne virus. Et proxime: ne submissum et subornatum. Sciopp. in Symb. Recte reliqui libri: deinde sexag. J. Bos.—4 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. non habent et. Statim ac ejecit Floridus, sed revocatum est in Ed. Bip. Pro eo in Ms. Pith. est at: non male. In D'Orv. ut. Post obijcere D'Orv. addit ait. Id.—5 Ms. D'Orv. adveni, deletis totis viribus. Ms. Pith. adneci. id. Cod. effundere, quomodo extat in Ed. Junt. post. quod non displicet, si pro sequente ibi cum Jungermanno legas ubi (quod voluit fortasse etiam Fulv. v. Sciopp. supra), ut sit infinitivus per indignationem. Quia tamen sic minus apte sequitur, 'Atque iam dixere,' nil muto. Pro agebantur

#### NOTE

stultum dici posse: 'Candax, stipos, dia, præter invidiam, qua nempo apud asinus, plumbeus.' *Æmilianum* flagrabat, ob nuptias Pudentillæ.

<sup>1</sup> Aliam rem invidia] Aliam ab invi-

dentillæ.

in principio <sup>6</sup> conjunctionis nostræ mulieri amanti,<sup>7</sup> remotis arbitris, in villa extorsisse. Quæ [513] omnia tam falsa, tam nihili, tam inania ostendam, adeoque facile et sine ulla controversia refutabo, ut medius fidius verear, Maxime, quiquē in consilio estis, ne demissum<sup>a</sup> et subornatum<sup>a</sup> a me accusatorem putetis, ut invidiam meam<sup>a</sup> reperta occasione palam restinguerem.<sup>1</sup> Mihi credite,<sup>2</sup> quod reapse intelligetur, oppido quam mihi laborandum est, ne tam frivolam accusationem me potius callide excogitasse, quam illos stulte suscepisse, existimetis. Nunc dum ordinem rei breviter persequor, et officio, ut ipse Æmilianus recognoscat,<sup>3</sup> falso se ad invidiam meam inductum,<sup>b</sup> et longe a vero aberrasse necesse habeat confiteri; quæso, uti adhuc fecistis,<sup>4</sup> vel si quo magis etiam potestis, ipsum fontem et fundamentum iudicii huiusce<sup>5</sup> diligentissime cognoscatis. Æ-

*ab illa femina, qua me deperibat, magnam dotem in villa semotis testibus. Quæ omnia demonstrabo esse adeo falsa, adeo frigida, adeo vana, et refellam tam facile, et absque ulla dubitatione: ut certe metum ne tu, Maxime, et vos, qui adestis hinc causa, credatis allegatum esse a me, et clam submissum delatorem, ut hac opportunitate inventa publice extinguere odium, quo flagro. Credite mihi, id quod cognoscatur rectora, maxime danda est mihi opera, ne putetis me potius commentum fuisse astute criminacionem tam futilem, quam eos illam aggressos esse etolide. Nunc, dum paucis resumo seriem rei, et facio ut Æmilianus ipse agnoscat, se opinione falsa impulsus fuisse ad invidendum mihi, atque ut cogatur fateri se procul deviasse a veritate; oro vos, ut studiosissime audiat originem ipsam et fundamentum huius mendacii, quemadmodum fecistis hactenus, aut studiosius etiam, si potestis aliquis*

~~~~~

D'Orv. agebatur. Id.—6 Forte rectius exin princ. Colvius. Pro conjunctionis nostræ Ms. D'Orv. convictionis ms. J. Bos.—7 Non male D'Orv. addit scilicet, quam vocem sæpe interserit Noster, sed aut corruerunt aut omiserunt librarii. v. Ind. Not. Id.—8 Vid. Not. Var.—9 Lego mei: certo et perpetuo Græcismo Apuleiano. Pric.—1 Ms. D'Orv. restring. solita aberratione. cf. ad Met. lib. II. p. 115. b. J. Bosscha.—2 Mihi credite. Non leguntur hæc in Ms. D'Orv. Salmas. suspicabatur legendum mihi certe: ut tum seq. mihi παρ᾽ ἄλλῃ. Efficacius mihi videtur vulgatum sequi. Pro reapse intelligetur D'Orv. reapse intelligetur; dein idem Ms. existimetis: et in seqq. officio pro eff. Id.—3 Ms. D'Orv. et Ed. Junt. post. recognita: quasi fuerit recognito: v. supra ad pag. 461. hic tamen male. Deln id. Ms. inductam et lego vera. Id.—4 Al. feceritis.—5 Fundam. mendacii huius. Bas. 2. ad marg. iudicii. Colvius. Flor. iudicii huius: male. Phædrus fab. 49. 'Si mendacium subtiliter limasset a

NOTE

^a Demissum [Emissum] Submissum. tum] Dum me credit grandi date a Hinc 'emissarius.' Pudentilla entum maritum.

^b Falso se ad invidiam meam induc-

milia Pudentilla,⁶ quæ nunc mihi uxor est, ex quodam Sicinio Amico,^c quicum antea nupta fuerat, Pontianum et Pudentem filios genuit: eosque pupillos relictos in potestate paterni avi⁷ (nam superstitie patre Amicus decesserat) per annos ferme quatuordecim memorabili pietate sedulo aluit. Non tamen libenter in ipso ætatis suæ flore tam diu vidua: sed puerorum avus invitam eam⁸ conciliare studebat alteri filio suo⁹ Sicinio Claro; [514] eoque ceteros procos absterrebat: et præterea minabatur, si extraneo nupsisset, nihil se filiis ejus ex paternis eorum bonis^f testamento relicturum. Quam conditionem cum obstinate propositam videret mulier sapiens et egregie pia; ne quid filiis suis eo nomine incommodaret, facit quidem tabulas

ratione. Emilia Pudentilla, quæ nunc est mea conjux, peperit liberos, Pontianum et Pudentem, ex quodam Sicinio Amico, cui nupserat antea: et diligenter educavit per quatuordecim circiter annos commendabili affectu eos relictos pupillos sub potestate avi paterni eorum; Amicus enim obierat patre vivo relicto. Non tamen sponte remansit tamdiu vidua in ipso vigore sui avi: sed avus puerorum cupiebat eam renitentem despondere secundo suo filio, Sicinio Claro: ac propterea removebat reliquos amantes, et insuper minabatur se nihil relicturum suo testamento ejus liberis ex bonis patris illorum, si nupsisset extraneo. Quod matrimonium cum femina prudens, et in primis liberorum amans, cerneret sibi pertinaciter oblatum; ne efflaret aliquid incommodum suis liberis ea de causa, facit quidem instrumentum matrimo-

~~~~~

radicibus.' *Elmenh. Mendacii suspectum etiam fuit Grutero Susp. Ined. xxxiii. 2. rescribenti invidia. Membranarum Florent. scriptura, quam firmat Ms. D'Orv. et præbet jam Ed. Junt. post. mihi præ vulgata placet. J. Bos. —6 Ms. D'Orv. Prud. et mox Succinio. Pro quodam Ed. Junt. post. quodam. Id.—7 Hunc verborum ordinem dedi e Junt. post. et Ms. D'Orv. in quo tamen non extat relictos. Al. pup. in pot. av. pat. rel. al. pup. in pot. av. rel. pat. Id.—8 Ms. D'Orv. invita eam consil. et. ceterum f. s. Siccin. Id.—9 Bas.*

#### NOTE

<sup>c</sup> *Sicinio Amico*] Amicus hic nomen est proprium, media correpta pronuntiandum, ut apud Virgilium: l. v. *Æneid.* 'Qui se Bebricia veniens Amici de gente ferebat.'

<sup>d</sup> *Relictos in potestate paterni avi*] Ut jure et legibus tenebatur. Vide Inst. Justin. lib. i. Tit. 9. de Patria Potestate.

<sup>e</sup> *Invitam eam conciliare studebat alteri filio suo, &c.*] Ergo licitæ erant illis temporibus nuptiæ, apud Afros

saltem, si quis fratris viduam, et quidem extantibus liberis, duceret. Non extantibus, apud Hebræos non solum licitum erat, sed etiam imperatum. Certe, apud Athenienses et Ægyptios, fratri licuit sororem uxorem ducere, ut observat Gothofredus ad legem 8. ff. de Ritu Nuptiarum.

<sup>f</sup> *Ex paternis eorum bonis*] Quæ in ejusdem avi, dum viveret, potestate erant.

nuptiales, cum quo jubebatur,<sup>2</sup> cum Sicinio Claro : <sup>1</sup> verum enimvero vanis frustrationibus <sup>2</sup> nuptias eludit, eo ad,<sup>3</sup> dum puerorum avus fato concessit,<sup>3</sup> relictis filiis ejus hæredibus : ita ut Pontianus, qui major natu erat, fratri suo tutor esset. Eo scrupulo <sup>4</sup> liberata cum a principibus viris in matrimonium peteretur, decrevit, sibi diutius in viduitate non permanendum : quippe ut solitudinis tædium perpeti posset ; tamen ægritudinem <sup>5</sup> corporis ferre non poterat. Mulier sancte pudica,<sup>6</sup> tot annis viduitatis sine culpa, sine fabula,<sup>1</sup> assuetudine conjugis torpens,<sup>7</sup> et diutino situ vis-

nii cum illo, cum quo cogeatur facere, nempe cum Sicinio Claro : sed tamen frustratur connubium inanibus elusionibus, donec avus puerorum mortem obiit, relinquens filios suos hæredes : sic ut Pontianus, qui erat grandior ætate, esset tutor sui fratris. Soluta ab illa solitudine, cum posceretur ad conjugium a viris primariis, statuit non manere diutius vidua : quamvis enim posset tolerare fastidium viduitatis, non poterat tamen tolerare morbum corporis. Castissima femina, quæ permanserat per tot annos viduitatis, sine crimine, ac rumore sinistro, languens ex desuetudine viri, et læsa longo torpore intestinorum, labefactatis interioribus parti-

\*\*\*\*\*

1. Ven. cum quo videbatur. Colvius. Editionibus Bas. pr. et sec. astipulatur Ms. D'Orv. videbatur, i. e. placebat. Sed ἐμφατικώτερον est jubebatur. J. Bos.—1 Cum Sicinio Claro. Hæc mihi quidem pro glossemate. Brant. A manu (ut notat Brantius) Glossatoris. Pric. Uncis inclussit Scriv. Potnit tamen in brevi hac et dilocida narratione perspicuitatis causa ea addere Auctor. J. Bos.—2 Legendum apparet variis : neque enim vanæ fuerunt, quæ ita ex voto mulieris processerunt : et ita prius emendarat eruditissimus Lipsius. Scip. Gent. Legerim cum Lipsio variis frustr. Colvius. Ita legendum sane, non variis, ut nonnullis placet. Attius Alcimæna : 'Tanta ut frustrando vanans, lactans protrahat.' Pric. Vanas frustrationes intelligo, non, effectu carentes ; nam tum omnino legendum foret variis cum Lips. et Salm. sed leves, futes, et fictas. J. Bos.—3 Edd. Cas. Gent. Pric. concessisset : contra reliquos libros : et Indicativus hic melior. Id.—4 Eo scrupulo. Absunt hæc Ms. D'Orv. usque ad Consilium istud, &c. Id.—5 Ms. Pith. ægritudine. Id.—6 Vulgo sane pudica. Sic sancte pius apud Plautum in Rud. Sc. 'Quam mox licet,' &c. Elmenh. Non vulgo, sed Edd. Vnic. sec. tert. sane : male. Paulo supra, 'egregie pia.' J. Bos.—7 An desuetudine ? an ita potius, a solitudine conjugii torpens. Casaubonus. Absuetudine Fulvius. Mox v. c. nuptiis valetudinem medicandam. Sciopp. in Symb. Non assuetudine hercle, sed insuetudine : ideoque rescribendum vel desuetudine, vel, quod novitate ipsa magis placeat, asuetudine, detracta unica saltem literula. Asuetudo et asuescere cum

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Cum Sicinio Claro] Hæc verba Brantio jure videntur a manu Glossatoris in textum irrepsisse.

<sup>2</sup> Eo ad] Eo usque, ut 'quoad,' quo usque.

<sup>3</sup> Sine fabula] Sine ullo sinistro ru-

more. Seneca, lib. ix. Contr. 6. 'Duxi uxorem nullis inquinatam fabulis.'

<sup>4</sup> Assuetudine conjugis torpens] Reposui ex Fulviani codicis lectione absuetudine, hoc est, desuetudine,

cerum saucia, vitiatas intimis<sup>1</sup> uteri, sæpe ad extremum vitæ discrimen doloribus obortis exanimabatur. Medici cum obstetricibus consentiebant, penuria matrimonii morbum quæsitum:<sup>2</sup> malum indies [515] augeri, ægritudinem ingravescere: dum ætatis aliquid supersit, nuptiis valetudinem<sup>3</sup> medicandum. Consilium istud cum<sup>4</sup> alii approbabant,<sup>5</sup> tum maxime Æmilianus iste, qui paulo prius confidentissimo mendacio asseverabat, nunquam de nuptiis Pudentillam cogitasse, priusquam foret Magicis maleficiis a me coacta, me solum repertum, qui viduitatis florem ejus velut quandam virginitatem carminibus et venenis violarem.<sup>6</sup> Sæpe audiui non de nihilo dici, Mendacem

*bus vulva, frequenter dis cruciatur doloribus exortis usque ad ultimum periculum vitæ. Medici cum obstetricibus uno ore dicebant, ægritudinem accersitam ex indigentia nuptiarum, malum quotidie crescere, morbum exasperari: medendum esse matrimonio infirmitati ejus, dum restabat adhuc aliquantum vitæ. Cum alii probarent hoc consilium, tum imprimis probat hic Æmilianus, qui modo affirmabat mendacio audacissimo Pudentillam nunquam cogitavisse de matrimonio, antequam esset impulsæ a me veneficiis magicis: me solum esse inventum, qui corrumperem viduitatem ejus incontinentiis et venenis, perinde ac quampiam virginitatem. Sæpe*

præp. A composita, ut *afuisse* et alia alibi legimus. Hoc tamen pono tantum, non etiam affirmo. *Acidal.* Legendum cum doctissimo Cassubono *A solitudine* vel *Desuetudine*. Scip. Gentilis. *Dissuetudine* lego. Brant. *Abosuetudine*. Sic lego cum Fulvio et Wowerio. In Flor. et Rom. est *assuetudine conj.* Scal. *desuetudine c.* Elmenhorstius. Placet Fulviani Codicis Lectio *Abosuetudine*. Pricæus. Reposni ex Fulviani Cod. lectione *abosuetudine*, i. e. *desuetudine*. Floridus. Non est Fulv. codicis lectio; sed ipsius Fulvii conjectura, et Pontani Anal. III. 13. quam admisere Elm. Scriv. Flor. *Desuetudine* exhibuere Scal. et Wew. atque ita locutus est Auctor in Flor. n. 17. 'Vox in vagina silentii condita, diutino torpore hebetatur. Desuetudo omnibus pigritiam ... parit.' Mss. et Edd. vet. servant *assuetudine* sive *ada.* quod mihi unice placet. Mulier quia assueta erat conjugi, jam torpebat, conjuge carens. J. Bos.—8 Ms. Pith. *vicini*. Id.—9 Non est in Ms. Pith. Ms. Fulv. *medicandam*: sed alterum magis ex more Apuleii. Id.—1 Cum ... tum. Ms. D'Orv. *tum ... tum*. cf. ad Met. VIII. p. 535. b. Id.—2 *Approbant.* Venet. *approbant.* Colvius. *Approbant* dedimus e Mss. Pith. D'Orv. Fnx. Post cum, sequente *tum*, aliquoties quidem subjunctivus ponitur, sed ita fere post *tum* aliud sequitur verbum. Cic. de Amic. 7. 'Cum plurimas et maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum præstat omnibus.' Quare, nisi Mss. veram lectionem servassent, amplexus essem Jungermanni correctionem *approbarunt*. J. Bosscha.—3 *Qui viduitatem ejus v. q. virginitatem violarem.* Sic

## NOTE

<sup>1</sup> Penuria matrimonii morbum quasi- cum viris habeant, magis sanæ sunt :  
tum] Siquidem, ut Hippocrates ait, sin Venere abstinence, ægrotant.  
lib. de Genitura, mulieres, si rem

memorem esse<sup>4</sup> oportere. At tibi, Æmiliane, non venit in mentem, priusquam ego Œam venirem, te literas etiam, uti nuberet, scripsisse ad filium ejus Pontianum, qui tum adultus Romæ agebat?<sup>5</sup> Cedo tu epistolam,<sup>6</sup> vel potius da ipsi: legat, sua sibi voce, suisque verbis sese revincat.<sup>6</sup> (*Initium epistolæ Æmiliani.*) Estne hæc tua epistola? quid palluisti? nam erubescere tu quidem non potes. Estne tua ista subscriptio? Recita, quæso, clarius, ut omnes intelligant, quantum lingua ejus manu discrepet, quantumque minor<sup>7</sup> illi sit<sup>8</sup> mecum, quam secum, dissensio. (*Reliquum epistolæ.*) Scripsistine hæc, Æmiliane, quæ lecta sunt? 'Nubere illam velle et debere, scio; sed, quem eligat, nescio.' Recte tu quidem, nesciebas. Pudentilla

audivi non abque ratione dici: Oportere ut mendax valeat memoria. Tu vero, o Æmiliano, non recordaris, antequam ego venirem Œam, te etiam scripsisse epistolam, ut nuberet, ad Pontianum, filium illius, qui tunc degebat Romæ jam adultus. Da tu literas, vel potius trade ipsi, ut legat eas, convincatque seipsum sua propria voce, et suis verbis. Initium Epistolæ Æmiliani. Hæc literæ summe tuæ? quare expalluisti? nam certe tu nequis erubescere: hæc subscriptio estne tua? Lege, oro, altiore voce, ut universi cognoscant quantum ejus lingua differat a manu, et quanto plus dissideat a seipso, quam a me. Reliquum epistolæ. Æmiliane, an scripsisti ea, quæ lecta sunt? Notum est mihi illam velle, et debere nubere; sed ignoro, quem seligat. Bene sane tu ignorabas: nam Pudentilla confitebatur

Edd. O. (nisi quod Vulc. sec. tert. violatum corrupte habeant) excepta Junt. post. in qua e Mes. legitur viduitatis, quemadmodum etiam Ms. Pith. habet: sine sensu. Veram lectionem eruisse mihi videor e Cod. D'Orv. qui sic habet: qui viduitatis florem continentiam ejus vel, &c. rō continentiam glosatoris nota est, explicantis florem viduitatis, idque recte. Est enim flos viduitatis, illibata et sancte pudiceque servata viduitas, quam magicis carminibus violare voluisse Apuleium, Æmilianus asseverabat. Idem.—4 Deest verbum Edd. plerisque ante Colvius. Sed contra Mss. Idem.—5 Ms. D'Orvill. ac t. quod fere perpetuum est in illo Cod. Mox Pith. in mente et venire. Deln id. Ms. tam adultus... da illi. D'Orv. agebat pro agebat. Idem.—6 Edd. Vulc. sec. tert. revinciat. Sequentia verba Initium Epistolæ Emil. non admisit Scriv. Videtur tamen initium epistolæ h. l. legisse Æmilianus, ut evincit sequens 'clarius.' J. Bos.—7 Legerim quantoque minor. Priæus. Sine necessitate. Val. Max. iv. 1. 1. 'Quantum domo inferior, tantum gloria superior evasit.' J. Bosscha.—8 Ms. Florent. D'Orv. illis sit: male. Id.—

## NOTÆ

<sup>4</sup> Roma agebat] Studiis nimirum forensibus incumbens: ut mos erat illis temporibus, illorum studiorum gratia, ex provinciis Romam commigrare.

<sup>5</sup> Cedo tu epistolam] Alloquitur fa-

mulum quempiam, quem adesse jusserrat cum illis omnibus literis, tabulis, aliisque instrumentis, quibus sibi in causa oranda opus fore præviderat.

enim tibi, cujus infestam malignitatem probe norat, de ipsa re tantum, ceterum de petitore nihil fatebatur. At tu, dum eam putas etiam nunc? [516] Claro fratri tuo denupturam, falsa spe inductus, filio quoque ejus Pontiano auctor assentiendi fuisti. Igitur si Claro nupsisset, homini rusticano et decrepito seni, sponte eam diceres, sine ulla Magia, jam olim nupturisse:<sup>1</sup> quoniam juvenem talem, qualem dicitis, elegit, coactam<sup>2</sup> fecisse, ais: ceterum semper nuptias aspernatam. Nescisti, improbe, epistolam tuam de ista re teneri: nescisti, te tuomet testimonio convictum iri. Quam tamen epistolam Pudentilla, testem et indicem tuæ voluntatis, (ut quæ te levem et mutabilem, nec minus mendacem et impudentem sciret,) maluit retinere,<sup>3</sup> quam mittere. Ceterum ipsa de ea re Pontiano suo<sup>4</sup> Romam scripsit, etiam causas consilii sui plene allegavit. Dixit illa omnia de valetudine: nihil præterea esse, cur amplius deberet obdurare: hæreditatem avitam<sup>4</sup> longa viduitate cum despectu salutis suæ quæsisse: eandem summa

*solum rem ipsam tibi, cujus egregie cognoscebat malitiam sibi infensam, at nihil confitebatur de proco. Tu vero, dum credis eam adhuc nupturam tuo fratri Claro, delusus spe irrita, persuasisti etiam ejus filio Pontiano ut assentiretur. Ergo, si juncta fuisset Claro, viro agresti et seni capulari, diceres ultro illam jam pridem expetivisse conjugium absque ulla Magia: quia vero selegit juvenem talem, qualem dicitis me esse, dicitis eam id fecisse invitam: porro autem semper respicisse connubium. Ignorasti, o scelesti, haberi tuas literas de hoc negotio: ignorasti te confutatum iri tuo ipsius testimonio. Quas literas nihilominus, testes et indices tuæ voluntatis, Pudentilla maluit servare, quam mittere, quippe quæ noverat te esse instabilem et mutabilem, similiterque mendacem et impudentem. Porro ipse scripsit Romam ad Pontianum, suum filium, de illa re: protulit quoque fuscæ rationes sui propositi. Recensuit hæc omnia de sua aegritudine: insuper nihil esse quare ultra deberet obstinate pati: se acquisivisse eis successionem avi eorum, viduitate distina, cum negligentia propria salutis: se ampliasset eandem successionem maxima solertia.*

~~~~~

9 Ms. D'Orv. etiamnum: sed V. Ind. Id.—1 Ms. D'Orv. nupturisse. Ed. Ald. nuptam esse. De desideratis in urio, ut canturio apud Petron. c. 64. et sim. consuli potest Voss. de Anal. III. 45. Id.—2 Mss. D'Orv. coactum, Pith. coactum. In seqq. pro convictum Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. convincitum. Id.—3 Pontiano filio suo. Non est filio in Mss. Pith. D'Orv. et vacat: quare ejiciatur, ut factum in Ed. Junt. post. Id.—4 Avitas. Ms. Pith. vita:

NOTE

* *Maluit retinere*—Ut, si sententia vito diceres factas, haberet unde te mutata nuptias suas postmodum im- mendacii argueret et convinceret. probares et inconsulto te atque in-

industria auxisse. Jam Deum voluntate, ipsum uxori,⁵ fratrem ejus virili togæ^p idoneos esse. Tandem aliquando se quoque paterentur solitudini suæ et ægritudini subvenire. Ceterum de pietate sua et supremo⁶ judicio^q nihil metuerent: qualis vidua eis fuerit, talem nuptam futuram.^r Recitari jubebo⁷ exemplum epistolæ hujus ad filium missæ. [517] (*Epistola Pudentillæ ad Pontianum F.*) Satis puto ex istis posse cuivis liquere,^s Pudentillam non meis carminibus ab obstinata viduitate compulsam,⁹ sed olim sua sponte a nubendo non alienam, me^t fortasse præ ceteris maluisse. Quæ electio tam gravis foeminæ cur mihi crimini potius, quam honori, danda sit, non reperio. Nisi

Eum jam maturum esse conjugii, ejus autem fratrem togæ virili, beneficio Deorum. Sinerent aliquando demum se auxiliari suæ viduitati et infirmitati. Porro nihil timerent de caritate et ultima voluntate sua; se fore vis talem cum conjugata esset, qualis fuerat vidua. Curabo ut legatur exemplum illarum literarum, quas miserat ad filium suum. Epistola Pudentillæ ad Pontianum filium. Credo ex his satis posse manifestum esse cuilibet, Pudentillam non fuisse abstractam a viduitate pertinaci meis incantamentis; verum eam, quæ quondam ultro non abhorruerat a nuptiis, me fortasse præstitisse reliquis. Quæ electio mulieris tam honestæ, non video quare vertenda sit mihi culpa potius, quam laudi. Aliquatenus tamen miror, quod

et pro eadem, eam de, ut sæpe in finalis litera omissa est in illo cod. Id.—5 D'Orv. uxoris, et dein idoneum. Tum ante paterentur id. cod. denuo inserit se. Id.—6 Mss. Pith. Fux. summo: sed vide Pricæi notam. Id.—7 In marg. Ed. Junt. post. divinator jubebo. male. Tum addidisset Auctor Maxime, ut infra p. 559. 'Litteras quæso, Maxime, paulisper, recitari sinas,' sed ut hic, ita supra p. 495. 'Recitari ipsa hæc jubebo.' Pro epistolæ hujus D'Orv. inverse hujus epist. Id.—8 Hunc ordinem dedi e Ms. D'Orv. et Ed. Junt. post. Vulgo posse collocatur post liquere. Id.—9 Al. convulsam. Vid. Not. Var.—1 Flor. alienam quam me. Elmenh. Accedunt Pith. D'Orv. Edd. Junt. utr. Ald. Bas. pr. V. D. in marg. Junt. post. putabat pro quam scribendum eam. Plurimum sane librorum consensus arguere videtur, aliquid excidisse: quod quale fuerit manifestum non est. Suspicio tamen fuisse particulam Quidni? quam passim orationi interserit Ap. V. Oud. ad Met. l. xi. p. 810. b. qui restituere id quoque conatus est de Mundo p. 361. a. Add. Met. ii. p. 89. v. p. 376. viii. p. 610. ix. p. 610. et 624. Supra Apol. p. Ed. Flor. 410. et 491. Legam itaque: sed olim sua sponte a nubendo non alienam, quidni?

NOTE

^p *Fratrem ejus virili togæ*] Quæ vulgo anno ætatis decimo septimo, deposita puerili prætextâ, sumebatur.

^q *Et supremo judicio*] Ultima sententia, quæ solet testamento explicari.

Delph. et Var. Clus.

Id vult dicere, non esse eis timendum ne testamento sua bonorum vitrico, ipsis exhereditatis, relinqueret.

^r *Talem nuptam futuram*] Hoc est, bonam piamque matrem.

Apul.

5 B

tamen miror,² quod Æmilianus et Rufinus id iudicium mulieris ægre ferant: cum ii, qui Pudentillam in matrimonium petiverunt, æquo animo patiantur me sibi prælatum. Quod quidem illa ut faceret, filio suo potius, quam animo,³ obsecuta est. Ita factum nec Æmilianus⁴ poterit negare. Nam Pontianus, acceptis⁵ literis matris, confestim Roma⁶ advolavit: metuens, ne si quem avarum virum nacta esset, omnia, ut sæpe fit, in mariti domum conferret. Ea sollicitudo non mediocriter⁷ animum augebat. Omnes illi fratrique divitiarum spes in facultatibus matris sitæ erant.⁸ Avus modicum⁹ reliquerat, mater HS. quadragies possidebat.¹ Ex quo sane aliquantam pecuniam nullis tabulis,^{*}

Æmilianus et Rufinus moleste tolerent hanc sententiam famina; siquidem illi, qui poposcerunt Pudentillam uxorem, non gravate ferunt me sibi esse antepositum. Ad quod faciendum illa morem gessit potius filio suo, quam sua cupidini. Æmilianus ipse non poterit inficiari hoc sic factum esse. Pontianus enim, cum accepisset epistolam matris, statim accurrit Roma: timens ne, si illa invenisset aliquem virum avarum, transferret omnia bona in familiam conjugis, ut sæpenumero evenit. Illa cura non leviter premebat mentem ejus. Ipse et frater ejus ponebant omnem spem opum suarum in bonis sua matris. Avus parum reliquerat; mater habebat quadragies centena millia nummorum sestertiorum. Ex qua summa debebat quidem suis liberis

me fortasse præ ceteris maluisse. J. Bosscha.—2 Nonnihil tamen miror. Sic vulgo editum. At Mss. Pith. nec t. m. Florent. nisi nihil t. m. D'Orv. cum Ed. Junt. post. nisi tamen m. Vere. Nisi simpliciter valet sed. Vide quos laudant Drakenb. ad Liv. xxiv. 20. et Oud. ad Nostri Met. iv. p. 283. Id.—3 Ms. D'Orv. aliquo. Id.—4 Ms. D'Orv. ne Æmil. pro ne ... quidem. V. Ind. Id.—5 Pith. ad acceptis. Id.—6 Al. Roman. Vid. Not. Var.—7 Ms. D'Orv. nonn. med. J. Bos.—8 Ms. Pith. sua erant: non male quoque. Id.—9 Al. modum.

NOTE

* Roma] Quo, ut supra dictum est, studii forensis causa se contulerat.

¹ Mater HS. quadragies possidebat] Hoc est, ex Budæi æstimatione, centum millia coronatorum, seu centum et septuaginta quinque millia librarum monetæ Francicæ. Sestertium, et, numero multitudinis, sestertia singula valebant mille nummos sestertios, et quadraginta sestertia quadraginta millia nummorum sestertiorum. Quod si hunc numerum per adverbium extuleris, hoc modo, quadragies sestertium; jam reddideris

hanc summam centuplo majorem, et fient quadragies centena millia nummorum sestertiorum. Sestertius nummus erat quarta pars argentei denarii, valebatque, ex ejusdem Budæi supputatione, decem denarios Turonicos et semissem.

^{*} Nullis tabulis] Absque ullo scripto aut instrumento publico, quo constaret eam penes se illam pecuniam natorum habere, unde nec jure poterat ad ejus restitutionem cogi, nisi ex mera fide: quæ si semel vitrici blanditiis finisset labefactata, filii pecunia excidissent.

sed, ut æquum erat, mera fide¹ acceptam, filiis debebat. [518] Hunc ille timorem mussitabat: adversari propalam non audebat, ne videretur diffidere. Cum in hoc statu res esset inter procationem² matris³ et metum filii, fortene an fato⁴ ego advenio,⁴ pergens Alexandriam. Dixissem, hercule, Quod utinam nunquam evenisset,⁵ ni me uxoris meæ respectus⁶ prohiberet.⁷ Hyems anni erat. Ego ex fatione itineris affectus,⁶ apud Appios,⁸ scitos amicos⁷ meos, (quos honoris et amoris gratia nomino,) aliquam

nonnihil pecuniam, quod acceperat abque ullis tabulis, sed ex sola fide, ut per erat. Ille dissimulabat hunc metum: non audebat aperte obistere, ne videretur non fidere matri. Cum negotium sic se haberet, hinc orante matre, illinc timente filio, ego accedo huc, nescio an casu, an vero certa destinatione falorum, cum irem Alexandriam. Certe dixissem: Quod utinam nunquam contigisset: nisi ratio meæ conjugis me impedivisset. Erat tunc hyberna tempestas anni. Ego, debilitatus ex defensione viæ, jaceo per dies plures apud Appios, meos antiquos amicos, quos hic

—1 Ms. D'Orv. m. *fidem*. J. Bos.—2 Vid. Not. Var.—3 Pith. *facto*. J. Bos.—4 Auctor sine dubio scripsit *Œam advenio*. Præterea. Bene, si scripsisset auctor *Venio*, ut supra 'priusquam ego Œam venirem.' Sed nunc non opus est, quamvis ascripsit etiam alius V. D. marg. Ed. Colv. J. Bosscha.—5 Sola ita Rom. Edit. Aliæ omnes, *aspectus*. Colvius. Maneat vetus scriptura *respectus*, non *aspectus*. *Respectus* hac notione Latinum et probum verbum: si probi Juvenalis, Suetonius, ipse Tullius. *Casaub.* *Respectus* Mss. cum Edd. Rom. Vic. Colv. et seqq. Verissime. Non aderat in iudicio Pudentilla, cujus *aspectus* eum prohibere posset, sed præ reverentia Pudentillæ illud dicere notebat. De hac significatione *respectus* vid. Schott. Nod. Ciceron. 1. 15. VV. DD. ad Phædr. v. 4. 7. *et Uxoris meæ* delet Ms. Pith. J. Bosscha.—6 Al. *adfectus*.—7 *Appios veteres amicos*. Flor. *Appio sitos: male*. Elmenhorstius. Sic quidem Edd. O. sed aliter Mss. nam Florent. *Appio sitos amicos*. Pith. *Appiosites am.* D'Orv. *Appios scitos am.* Legendum quippe *Appios scitos amicos*, i. e. doctos, monente Oudend. ad Sueton. Cæsar. c. 35. quem ibi vide.

NOTE

* *Inter proc. [procationem matris]* Casanbonus *procationem* scribendum putat. Nihil muto. Intellige preces matris, quas filiis adhibebat, ut cum bona eorum venia sibi liceret ad secundas nuptias transire, 'tandem se quoque paterentur solitudini sum et ægritudini subvenire:' ut in epistola supra allegata.

* *Ego advenio*] Œam.

* *Quod utinam nunquam evenisset*] Ob Magiæ negotium, quod, nuptia-

rum Pudentillæ causa in illo itinere contractarum, Æmilianus ipsi facessiverat.

* *Ni me uxoris meæ respectus prohiberet*] Quam tanti aestimo, ac tantopere diligo, ut me ejus conjugii poenitere non possit.

* *Apud Appios*] Œa, ut jam monuisse me puto, colonia erat Romanorum. Non mirum ergo, si Romana nomina habuerint ejus coloni.

multis^a diebus decumbo. Eo venit ad me Pontianus: nam fuerat mihi non ita ante multos^b annos^c Athenis^c per quosdam communes amicos conciliatus, et arcto postea contubernio intime junctus. Facit omnia circa honorem meum observanter, circa salutem solícite, circa amorem callide.^d Quippe etenim videbatur^e sibi peridoneum maritum matri reperisse, cui bono periculo totam domus fortunam concrederet.^f Ac primo quidem voluntatem meam verbis inversis^d periclitabundus, quoniam me [519] viæ cupidum et conversum^e ab uxoria re^e videbat, orat saltem paulisper manerem: ^g velle se mecum proficisci: hyemem^f alteram propter Syrtis æstus^g et bestias^h opperiendam,

nomino honoris et amicitia causa. Pontianus me convenit illuc: mihi enim fuerat conjunctus amicitia ante paucos annos Athenis, opera quorundam amicorum communitum, ac deinde unitus artissime stricta cohabitatione. Peragit officiose cuncta, quæ pertinebant ad meum honorem; anxie, quæ ad meam conservationem; et astute, quæ ad amorem matris mihi inspirandum. Nam existimabat se invenisse optissimum virum suæ matri, cui tuto committeret omnes opes suæ domus. Et primum quidem tentans meum animum ambagibus verborum, quia cernebat me esse avidum itineris pergendi, et abhorrentem a nuptiis, rogat me ut saltem remanerem tantisper. Se velle ire mecum: expectandam esse sequentem hyemem, ob calores Syrtis, et

Voce scitus libenter utitur Ap. J. Bosscha.—8 Mss. Pith. aliquem m. D'Orv. aliquandis m. Id.—9 Priores omnes Edd. perfacite non ita pridem ante multos. Casaubonus. Revocarunt pridem Elm. et Scriv. et habent id sane Mss. O. Non video tamen, quomodo non ita pridem, et, ante multos annos, quæ prorsus contraria sunt, jungi queant. Ms. D'Orv. mox conciliatus. J. Bosscha.—1 Al. calide.—2 D'Orv. videbantur: male: videbatur, scil. Pontianus. J. Bos.—3 Id. Ms. concederet: sed v. p. 520. Id.—4 Al. aversum. Vid. Not. Var.—5 Vet. edit. manere. Colvina. Mquerem est in Mss. Edd. Junt. post. Bas.

NOTE

^a Non ita ante multos annos] Sic restituit Casaub. Priores omnes edd. absurde et pugnanter habebant, non ita pridem ante multos annos.

^c Athenis] Quo, Græcarum literarum et philosophiæ discendæ causa, ex toto pæne terrarum orbe juvenes confluebant.

^d Verbis inversis] Id est, oblique et obscure alludens potius, quam exprimens, quod cogitabat Terent. in Heautontimor. 'Inversa verba, everas cervices tuas, &c. abstine.'

^e Et conversum ab uxoria re] Magis proprie aversum dixisset quod restitui Casaubono placet; nihil tamen mutare velim. Conversum ab uxoria re: supplé, ad viam, ad alia consilia, aut aliquid simile.

^f Hyemem] Quod eo anni tempore minus incommodum sit iter viantibus per Syrtis æstuosas: cum æstate intolerandus sit ardor arenarum.

^g Propter Syrtis æstus] Intellige præsertim majorem Syrtim: ut enim ait Solinus, aliquanto clementior quæ

quod illam mihi infirmitas exemisset. Multis etiam precibus ab amicis meis Appiis⁶ aufert, ut ad sese in domum matris suæ transferar,⁷ salubriorem mihi habitationem futuram; præterea prospectum maris,⁸ qui mihi gratissimus

belluas, quia agritudo mea mihi ademerat illius hyemis opportunitatem. Abstrahit etiam me plurimis precibus ab amicis meis Appiis, ut transportaret me ad se in aedes suæ matris, dicens mansionem illam mihi fore magis salubrem: me insuper liberius ex illa habitatione potiturum aspectu pelagi, qui mihi est jucundissimus.

sec. Colv. et seqq. J. Bosscha.—6 *Me ab amicis.* Florentin. *meis ab Appiis.* Elmenhorstius. Ex Coll. Lindenbrog. abest etiam *ab*, quemadmodum *me* ab amicis desunt quoque Mss. Pith. D'Orv. et Ed. Junt. post. Pessime certe intrusum illud *me*, quod cunctas Edd. hactenus occupavit, ab eo qui ignorabat verbum 'auferre' sensu impetrandi. Cic. pro Quint. c. 5. 'A Scapulis paucos dies aufert:' ad quem locum vide Ern. in Cl. id. Cic. Verr. II. 59. 'quoties, et quot nominibus a Syracusanis statuas auferes? ut in foro statuerent, abstulisti.' et sic sæpe JCTi Romani. v. Brisson. de V. S. in V. Legendum itaque videtur *meis ab Appiis aufert*, quoniam tamen *ab amicis meis* additur in Edd. excepta Junt. post. nec male, simpliciter deleui *me*. J. Bosscha.—7 *Ut sese domum matris suæ transferat.* Quin scribamus, *ut secum domum matris suæ transferat*: tum et posteriora in hunc modum mutemus, *liberius me ex eo fructurum*: usurpavit, *ex eo*, pro, *ex eo tempore*: quod non possunt ignorare juris studiosi. Nam ita solent prudentes loqui, quibus nani quoque 'fructus', 'fructurus', pro 'fruitus', 'fruiturus': testes mihi leges et fragmenta SConsulorum veterum, Festus, Lucretius, alii. Manifesta menda in scriptore Panegyrico, ubi legitur, *futurus exinde luce perpetua*: debet enim restitui, *fructurus exinde l. p.* Stewechius. *Ut ad sese in domum matris suæ transferat.* Male Stewech. *Ut secum domum, &c.* Utitur etiam supra eadem lectionis forma: 'mulierem liberam perductam ad me domum dicitis.' Probus in Timol. 'neque domum ad se filium admisit.' Plaut. Mercat. *Pricaus.* Td ad abest male in Edd. vett. præter Junt. post. D'Orv. expungit in. J. Bos. *Transferat.* Sic verissime Edd. Junt. post. et Bas. sec. Male Edd. reliquæ *transferat*. Nihil est evidentius: vel utique hic inserendum *me*, male intrusum superiori versui. *et mihi habitationem* omisa sunt in Ed. Scriv. Id.—8 *Prospectu maris.* Restituimus in suum locum veram priscarum editionum lectionem, *maris*: nam *matris*, quod in recentioribus extat, nullam reliquerat superlationem *etronias*. Casaub. Flor. *prospectum.* Elmenhorstius. Corrupte

NOTÆ

minor est. Æstus Syrtium sunt arenarum cumuli, qui huc illic ventorum arbitrio transferuntur. Solinus cap. 30. 'Inter Syrtas, quamvis terra pergentibus, iter sideribus destinatur, nec aliter cursus patescit. Nam putris soli faciem aura mutat, et, minime licet vento, tantam diversitatem flatus efficit, ut subinde, eversis sitibus locorum, nulla indicia agnitioni relinquuntur: cum modo, quæ fuerant tumultis ardua, in valles re-

sidunt; modo, quæ vallibus pressa, cœta pulveris aggerantur. Ita etiam continens naturam maris sui patitur.'

¹ *Et bestias*] Quamobrem? An bestias per hyemem minus sæviunt? Siti certe per æstatem exasperari Africæ bestias nemo negaverit. Elmenhorstius legebat *propter Syrtis æstus infestos*: nihil tamen in contextu mutare volui. Arbitrium penes lectorem sit.

est, liberius me ex ea fruiturum.⁹ Hæc omnia, adnixus impenso studio, persuadet: matrem suam¹ suumque fratrem puerum istum mihi commendat: nonnihil a me in communibus² studiis adjuvantur.³ Augetur oppido familiaritas: interibi revalesco: dissero⁴ aliquid postulantis amicis publice: omnes, qui aderant, ingenti celebritate basilicam, (qui locus auditorii erat,⁵) complentes, inter alia pleraque congruentissima voce insigniter acclamant, petentes, ut remanerem, [520] fieremque civis Censium. Mox auditorio misso, Pontianus eo principio me adortus, consensum publicæ vocis pro divino auspicio interpretatur:⁶ aperitque, consilium⁷ sibi esse, si ego non nolim, matrem

Persuadet mihi hæc omnia magno conatu et desiderio: et commendat mihi suam matrem et suum fratrem hunc puerum. Iuvo eos aliquantum in studiis communibus. Amicitia valde crescit. Interea convalesco. Verba facio de aliqua re in publico, rogatu meorum amicorum. Cuncti, qui præsentibus erant, magna frequentia implentes basilicam, (qui locus erat concionis,) inter multa alia, exclamant clare voce concordantissima, rogantes ut remanerem, et fierem civis Censium. Statim dimissa concione, Pontianus aggressus est me hoc exordio: exponit concordantiam acclamationis publicæ pro celesti omine: declarat sibi esse animum mihi jungere

Bas. sec. Colv. Vulc. pr. matris. Sed præterea legendum prospectum cum Mss. Florent. D'Orv. Ed. Scriv. vid. ad Met. viii. p. 540. b. J. Bosscha.—9 Fortean, *uberius me revalesciturum*. Sed lego tantum *uberius*, cetera non muto. Plinius lib. v. Epist. 18. ad Macrum: 'frueris mari, fontibus.' Brant. *Me non est in Pith.* Post hæc verba in Ms. D'Orv. desunt rursus multa, usque ad: 'Persuaserat idem Pont.' &c. J. Bosscha.—1 *Et matrem suam. Et melius omisum in Ed. Junt. post. Id.—2 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. communioribus. Id.—3 Jungerm. l. cit. adjuvatur: bene: si Mss. addicant. Sed adjuvantur Pontianus et frater ejus. Id.—4 Ms. Pith. dissero. Id.—5 Basilicam, qui locus auditorii erat. Quidam libri posteriora hæc verba ignorant, et recte abesse poterant. Wower. Hæc a veteribus quibusdam abesse aiunt. Equidem in cussis fere omnibus invenio, itaque retinenda censeo. Olere glossam proclive est dicere, at fors auctor ad discrimen posuit, disserebant enim in Theatro etiam. v. proxime citata. Pric. In Mss. et Edd. O. quod scio, comparent hæc verba, quæ unciis inclusit Scriv. et pro glossa habet etiam Gruter. Suspic. Ined. xxiii. 4. Non otiosa tamen sunt: nam et in theatro habebantur Orationes, cujusmodi fragmentum est Flor. N. 18. et in Bibliothecis cf. ibid. J. Bosscha.—6 Ms. Pith. *interponit et matr. sui pro matr. suam.**

NOTE

¹ *Basilicam, qui locus auditorii erat]* Sicut et forum; nam et in ea parte basilicarum, cui tribunal nomen erat, jns dicebatur, orabanturque causæ, cum interim in reliqua basilica mer-

catores sua mercimonia obirent. Basilicarum descriptionem vide apud Vitruvium, lib. v. cap. I.

⁷ *Aperitque, consilium, &c.]* Locum corruptum esse omnes affirmant, ni-

suam, cui plurimi inhiant, mecum conjungere: quoniam mihi soli (ait)⁷ rerum omnium confidere sese, et credere. Ni id onus recipiam, quoniam non formosa pupilla,¹ sed mediocri facie mater liberorum mihi offeratur; sin hæc reputans,³ formæ aut divitiarum⁹ gratia me ad aliam conditionem reservarem, neque pro amico, neque pro philosopho facturum. Nimis multa oratio est, si velim memorare, quæ ego contra responderim, quamdiu et quoties inter nos verbigeratum sit, quot et qualibus² precibus me aggressus, haud prius omiserit, quam denique² impetrarit. Non quin ego Pudentillam jam anno perpetim³ assiduo convictu probe spectassem,⁴ et virtutum ejus dotes explorassem: sed utpote peregrinationis cupiens, impedimentum matrimonii aliquantisper⁵ recusaveram. Mox tamen talem

connubio suam matrem, quam plurimi ambibant, si tamen ego non recusarem: quia, ut dicebat, confidebat mihi uni de omnibus rebus, et eas mihi committebat: rogat ut acciperem hoc onus, quia non proponebatur mihi pulchra juvenis, sed mater filiorum, forma modica. Quod si ego hæc cogitans reservarem me ad alias nuptias, propter pulchritudinem vel opes, me non facturum ut decet amicum, neque ut decet philosophum. Sermo sit prolixior, si velim recensere ea, quæ ego ex adverso retulerim: quamdiu, et quot verba inter nos commutaverimus; quot et cujusmodi flagitationibus me adortus, non ante me dimiserit, quam tandem obtinuerit quod petebat. Non quod ego non bene jam cognovissem Pudentillam assidue vivendo cum ea per solidum annum, atque observavissem quot dotata esset virtutibus: sed, cum cupidus essem peregrinandi, aliquantum respueram nuptias, tanquam obetaculum: nihilomi-

Id.—7 Vid. Not. Var.—8 Bonæ nil frugis ex hac voce elicere queo. An legend. *refutans*? Glossæ *refutant*, *ἀπορρίπτουσαι*. *Præ.*—9 Elm. e Mss. Florent. cum Scriv. Flor. *forma et divit.* minus bene. In nuptiis alterutrum spectari solet, aut forma, aut divitiæ. Ms. Pith. caret copula. J. Bosscha.—1 Ms. Pith. cum Salm. in marg. *quot et quibus.* Ut hic ita Met. I. ix. p. 658. 'quot et qualibus procuraretur hostiis.' Id.—2 Pith. *deque*. Id.—3 Margini Ed. Junt. post. ascriptum *perpeti in.* Eleganter: nec opus tamen. cf. ad Met. II. p. 99. a. Id.—4 Ms. Pith. *probes pecta semet virtutum ejus exprobrassem, deleta dotes.* Id.—5 Flor. *matrimoniale quantisper.* Elmenborstius. Pith.

NOTÆ

tantæque emendare. Ego nihili nuntio, sed paulo aliter interpungo, et lego: *aperitque consilium sibi esse, si ego non nohim, matrem suam, cui plurimi inhiant, mecum conjungere: quoniam mihi soli (ait) rerum omnium confidere sese, et credere: ut id onus recipiam, quoniam non formosa pupilla, sed mediocri facie mater liberorum mihi offeratur.*

Archaismus est, *rerum omnium attitui confidere et credere*, pro, *res omnes*. Post illa verba interpungo. Tum quod sequitur, *ut id onus recipiam*, obsecrativum est; et subintelligendam, *rogat, aut aliquid simile.*

¹ Quoniam non formosa pupilla] Ideo dixit, 'id onus.'

foeminam nihilo *segnius*⁶ volui, quam si ultro appetissem. Persuaserat idem Pontianus matri suæ, ut me aliis omnibus mallet: et quamprimum hoc perficere⁷ incredibili studio auebat.⁸ Vix ab eo tantulam moram⁹ impetramus, [521] dum prius ipse uxorem duceret: frater ejus virilis¹ togæ usum auspicaretur:¹⁰ tunc deinde², ut nos jungeremur. Utinam hercule possem, quæ deinde dicenda sunt,³ sine maximo causæ dispendio transgredi! ne Pontiani, cui errorem suum deprecanti simpliciter ignovi,⁴ videar nunc levitatem exprobrare. Confiteor enim, quod mihi objectum est, eum, postquam uxorem duxerit, a conspecta fide⁵ descendi-

nus illa mulier mihi fuit paulo post æque accepta, ac si eam mox sponte expetivissem. Idem Pontianus induxerat in animum suæ matri, ut me præferret ceteris omnibus: et ardentissima cupiebat id peragere quam citissime. Ægre obtinemus ab ipso aliquam dilationem, quo usque ipse duceret uxorem: ejus autem frater initiaretur virili toga: ut nos tum postea matrimonio jungeremur. Utinam profecto possem prætermittere, absque ingenti damno meæ causæ, ea quæ mihi posthac dicenda sunt! ne existimer nunc objectare inconstantiam Pontiano, cui simpliciter peperci, roganti veniam sui erroris. Nam fateor, quod mihi fuit objectatum, illum discessisse a fide mihi promissa, postquam contraxit matrimonium: et, subito mu-



matrimoni al. J. Bosscha.—6 Salm. e Fux. Cod. emendat segnius, ut sæpius illud segnius in sequius vel secius mutatum volunt VV. DD. cf. Heins. ad Ovid. Met. II. vs. 809. De τῷ sequius vide etiam Oudend. ad Nostri Met. IX. p. 649. b. In vitis Mss. segnius mutandum non est. v. Cort. ad Sallust. Jugurth. c. 75. quare et hic retineo cum Mss. tantum non omnibus, et Edd. cunctis. Id.—7 Ita primus edidit Elm. cum seqq. e Mss. Florent. quibus accedunt D'Orv. et Pith. Ante legebatur hæc perf. Id.—8 Ms. D'Orv. is studio aiebat. Id.—9 Venet. Ald. tantam moram. Rom. Bas. I. tantum mor. Colvius. Edd. Vic. Ven. Junt. pr. Ald. Bas. pr. tantam. Ms. Pith. tantam horam. J. Bosscha.—1 Ms. D'Orv. virili. Id.—2 Ms. Pith. tunc dem, quasi esset tunc demum. Non probo tamen. Apuleianum est, jungere sic duo adverbia cognatæ significationis tunc deinde. v. ad Metamorph. p. 553. a. et p. 643. a. Idem.—3 D'Orv. denique dicenda sunt. Idem.—4 Ignoscenti. Non est in eod. Cod. qui sic habet seqq. videor levitatem exprobrare deleto nunc. Idem.—

NOTE

¹ Virilis togæ usum auspicaretur] Signate hoc loco utitur auspicandi verbo. In more enim fuit eam rem solenniter agi, et ad ipsa templa, in comitatu amicorum, addito etiam sacrificio. Appianus, lib. IV. Ἐμφυλ. ubi de proscriptione Triumvirorum: Ἀτίλιος δὲ ἔσπευε τὴν τῶν τελευτῶν περιθέ-
ματος στολὴν, φεῖ μὲν, ὥς ἔθος ἔστιν,

ὅν τομῶν φιλῶν ἐπὶ θυσίαις ἐς τὰ ἱερὰ.

² A conspecta [compacta] fide] Sic omnino legendum, ex conjectura Colvii: quicquid in contrarium garrat Priæus, qui conspecta tuetur. Compacta est, compacta. Nonnulli habent, concepta.

visse,⁶ ac derepente animi mutatum, quod antea nimio studio festinarat, pari pertinacia prohibitum isse:⁷ denique matrimonium nostrum ne coalesceret,⁸ quidvis pati, quidvis facere paratum fuisse. Quanquam⁹ omnis illa tum animi foeda mutatio,¹ et suscepta contra matrem simultas, non ipsi vitio vortenda² sit,⁰ sed socero ejus eccilli³ Herennio Rufino: qui unum neminem⁴ in terris viliozem se, aut

latum animo, impedire voluisse simili obstinatione, quod antea acceleraverat nimio desiderio: postremo cum fuisse paratum omnia facere et tolerare, ut nuptia nostra non contraherentur. Quanquam tota illa turpis mutatio consilii, quae illi tunc accidit, et inimicitia inita adversus matrem, non debent ei dari crimini, sed huic Herennio Rufino ejus socero: qui nullum reliquit in orbe se abjectiorem, aut sceles-

5 Vid. Not. Var.—6 Pith. *discivisse*. D'Orv. *discisse*. in quo mox *mutatum*. J. Bosscha.—7 *Prohibitum esse*. Bas. 2. pro *prohibuisse*. Edit. aliae, *prohibitum isse*. Corvius. Scribe *prohibitum isse*. Wowerius. Flor. *prohibitum isse*. Elmenhorstius. Immo, si Lindenbrogio fides, *isse* non est in Florent. quatenus lectione nihil verius est. Egregie eam confirmat Ms. D'Orv. *prohibitum isse*. Salm. haud dubie pro var. lect. Cod. Fux. ascripsit *pr. ipse*. Perperam Colv. e Bas. sec. cum Scalig. *prohibitum esse*. Vide ad Met. lib. viii. p. 557. a. J. Bosscha.—8 D'Orv. *idemque ne matr. n. coal.* quem verborum ordinem servat etiam Junt. post. De *denique*, periodum incipiente v. ad Met. iii. p. 326. b. Id.—9 Sic e Florent. dedit Elm. cum Scriv. Edd. Altenb. Bip. addicente Ms. D'Orv. Vulgo *quomodo*. Quanquam subjunctivo simpliciter jungit Noster. v. Ind. Id.—1 Edd. Vulc. sec. tert. Wow. cum animi. Male. 'Illa tum mutatio,' i. e. ἡ τότε μεταβολή. Cic. Cat. ii. 12. 'Mea lenitas adhuc,' i. e. ἡ μέχρι τοῦ νῦν πραότης. Ms. D'Orv. *tum facta an. m.* Id.—2 Sic Edd. et Mss. præter Floridi, et Ms. D'Orv. in quibus *vertenda*. cf. ad Met. i. p. 54. b. Id.—3 Bas. 2. Rom. Sed Ald. *Orcilli*. Sic *Eccilla*, *eccillum*, *eccillud* apud Plantum Anularia, Stichus, Persa, Rudens: *Eccistam*, *Carculione*. Colv. Ald. *Orcilli* inepte. Vide Lipsium Ep. Qu. ii. 23. *Elmenh.* Ms. Pith. *etilli*. D'Orv. *acelli* Horrennio Ruetino. J. Bosscha.—4 *Qui uno neminem*. Florent. *qui unum neminem*. Elmenhorstius. Nempe Scal. cum Elmenh. et Scriv. exhibent *uno*, ex conjectura Vulcanii, qui margini allevit *qui uno se nem.* in t. vil. aut, &c. Refragantur Mss. nec quicquam mutandum. *Nemo unus* et alibi le-

NOTE

⁰ *Non ipsi vitio vortenda sit*] De core, et pro causa, excusat quodammodo vitricus adolescentem in ea re, quæ pietatem maternam lædebat: quod in conjunctis hujusmodi personis mutuo observandum est, ut præcipit Quintilianus, lib. xi. cap. 1. 'Avertere quoque in alios crimen decet, ut fraude aliquorum concita [mater] credatur: et omnia nos passuros, nihil aspere dictaros testandum:

ut, etiamsi non possumus non conviciari, nolle videamur.' Quod præceptum etiam secutus Apuleius est, cum supra dicit: 'Utinam hercule possem, quæ deinde dicenda sunt, sine maximo causæ dispendio transgredi: ne Pontiano, cui,' &c.

³ *Eccilli*] Illi. 'Ille,' 'eccille,' cum præsens quis demonstratur. Inde 'eccillum' et 'ellum.'

improbio rem, aut inquinatio rem reliquit. Perpaucis hominem, quam modestissime potero, necessario demonstrabo: ne si¹ omnino de eo reticuerō, [522] operam perdiderit, quod negotium istud mihi ex summis viribus conflavit. Hic enim est pueruli hujus instigator,⁶ hic accusationis auctor, hic advocatorum conductor, hic testium coëmtor,⁷ hic totius calumniæ fornacula, hic Æmiliani hujus fax et flagellum:⁸ idque apud omnes intemperantissime⁹ gloriatur, me suo machinatu reum¹ postulatum. Et sane habet in istis, quod sibi plandat. Est enim omnium litium deceptor,² omnium falsorum commentator,³ omnium simulationum architectus, omnium malorum seminarium: nec non idem libidinum ganearumque locus,⁴ lustrum,⁵ lupanar: jam inde ab ineunte

*tiorem, aut magis impurum. Describam, ut necesse habeo, hominem brevissime et quem moderatissime potero: ne, si prorsus siluero de eo, inutile illi sit, quod mihi creaverit hanc item ex totis suis viribus. Nam hic est impulsor hujus adolescentuli, hic est suavor delationis, hic redemptor patronorum, hic emptor testium, hic fornax universæ calumniæ, hic est tæda et flagrum hujus Æmiliani: atque id jactat immoderatissime coram omnibus, me accusatum fuisse suis artibus. Et certe habet in his unde sibi gratuletur: nam est redemptor litium, excogitator cujusvis falsitatis, artifex omnium fictionum, plantarium universorum malorum, * * * Nam quid faceret homo in-*

gitur, pro, ne unus quidem homo. J. Bosscha.—5 *Demonstrabo. Nisi.* Muto leviter interpunctionem et scripturam, *demonstrabo: ne si.* Stewechius. Lipsius, *demonstrabo: ne si.* Colvius. Perperam ante *nisi.* Casaubonus. Flor. *nisi.* Lege nam si. Elmenhorstius. Nam si esse in V. C. notaverat Lindenbrog. Ne si primum comparet in Casaub. et seqq. Edd. ex conj. Lips. Stew. Salm. Vule. aliorum. Mss. *nisi.* In D'Orv. exulant ne si omnino. J. Bos.—6 D'Orv. *pueruli h. investigator.* Id.—7 *Antiquæ Edit. test. exemptor.* Colvius. Non vero Junt. post. Lipsius ascripsit *redemptor.* J. Bosscha.—8 *Al. flagellum.* —9 Ms. Plith. *intemperat.* Mox D'Orv. *machinatu.* J. Bosscha.—1 *Excidit Ed. Flor. bene restitutum in Edd. Altonb. et Bip. vid. supra. Id.—2 Ald. om. lit. repertor.* Sed infra: 'cum creditoribus depeciscitur.' Geil. lib. xx. 'Reus, qui depecisci noluerat.' Depecisci, non depecisci scriptum olim notat lib. x. Priscianus. Colo.—3 Ondead. ad Florid. p. 97. b. legendum putat commentor, l. e. inventor. Quoniam tamen commentari est meditari, (cf. Ern. in Cl. Cic.) falsorum commentator recte dici videtur is, qui cogitat semper ac meditat, quo modo causas, pretio redemptas, falsis argumentis obtineat. J. Bosscha.—4 *Al. lucus, et lucus.* —5 Non est in Ed. Junt. post. In Ed. Flor.

NOTÆ

¹ *Hic Æmiliani hujus fax et flagellum*] Quo accenditur et instigatur. Male Pricus reponit *flagellum.* Aludat ad Furias, quarum fax et flagellum arma erant. Supra Metam. lib. ix. 'Quod oleum igni, quod fla-

gellum Furie.'

² *Est enim omnium litium deceptor*] Id est, redimit ab aliis lites quasvis persequendas, pactione aliquotæ partitis; puta dimidiæ, aut tertie, &c. Cicero litium mercatores vocat.

ævo cunctis probris palam notus: olim in pueritia, priusquam isto calvitio deformaretur, emasculatoribus suis ad omnia infanda⁶ morigerus; mox in juventute saltandis fabulis exossis plane et enervis,⁷ sed, ut audio, indocta et rudi mollitia. Negatur enim quicquam histrionis habuisse, præter impudicitiam.⁸ In hac etiam ætate, qua nunc est, — qui istum Di perduint,⁹ — multus honos auribus præfandus est — domus ejus tota lenonia,¹ tota familia contaminata, ipse propudiosus, uxor lupa, filii similes prorsus: diebus ac noctibus ludibrio juventutis, janua calcibus propulsata, fenestræ canticis² circumstrepitæ, triclinium comissatoribus³ inquietum, cubiculum adulteris pervium: neque enim ulli ad introëndum⁴ metus est, nisi qui pretium marito non attulit. Ita ei lecti sui contumelia vectigalis est. Olim solens⁵ suo, nunc conjugis corpore vulgo meret. Cum ipso plerique, nec mentior, cum ipso, inquam,⁶ de uxoris noctibus paciscuntur. Hinc jam illa⁷ inter virum et uxorem nota collusio. Qui amplam stipem mulieri detulerunt, nemo⁸ eos observat, suo arbitratu discedunt.⁹ Qui inaniore ve-

castrum, nescio unde. *J. Boscha.*—6 Edd. Vulc. sec. tert. *emasculat.* et in tert. ac o. inf. *Ms. D'Orv. infandia*, in quo max. deest. *Id.*—7 *Exossis et enervis.* Leg. *exossi pl. et enervi.* Sic enim et lib. 1. Miles. 'enervam et exossam saltationem explicat:' quomodo alia etiam *Exanimis* et *mus.* *Inermis* et *mus.* *Aridalius.* *Exossis* supra p. 471. sed v. ad Met. lib. 1. p. 22. a. *Ms. D'Orv. exomis* Pith. *exomis.* *Acidalii* correctio necessaria non est. Proprie histrio exossis et enervus est, i. e. cujus membra flexilia et agilia sunt: *byph Gr.* dicunt. Quod autem in Met. loco saltatio exossis et enerva dicitur, id figuratum est, non tamen h. l. id sequi necesse. *J. Boscha.*—8 Marg. Ed. Junt. post. *impudentiam.* Sed orationis series vulgarem lectionem veram arguit. *Id.*—9 Vid. Not. Var.—1 Edd. Junt. pr. Bas. pr. *lenonia.* Pro statim seq. *prorsus.* V. D. in marg. Ed. Junt. post. malebat *præstantes.* *J. Boscha.*—2 *Canticis* abest *Ms. D'Orv.* In *Burm. Ed. Propert. Add. p. 981.* negligenter citatur *canticibus.* *Id.*—3 Florent. *comissatoribus.* *Elmenhorstius.* *Lindenbergii Coll. per as.* cum *Ms. D'Orv. J. Boscha.*—4 Pith. ad *intr. ult.*: statim non deest *D'Orv. Id.*—5 *Al. solens.*—6 Pith. *inquam.* Maritorum morem paciscendi de noctibus uxorum observat *Pontan.* ad *Macrob. Sat. 11. 6. J. Bos.*—7 *Hinc jam inquam illa.* Sic rescribo ex *Florentino.* Vulgo *jam illa.* *Elmenhorstius.* *Florentini* cod. lectionem cum *Elmenh.* expressere *Scriv.* et *Flor.* In reliquis *Mss.* et *Edd.* non comparent *hinc* et *inquam*: nude tamen *Gronov.* ad *Auson. Epigr. 90.* obiter monuit legendum esse *Hinc jam mimica illa*: quam correctionem multos defensores inventuram esse non puto: vñ *inquam* tamen melius omitti putavi. Pro *virum D'Orv. vitrum*, pro *nota* Pith. non tam. *J. Boscha.*—8 *D'Orv. detuleret ut venio.* *Id.*—9 Scripserim *abcedunt*, ut *Roman.* aut *discedunt* ut *Florent. Pric.* Edd. *Vic. Junt.* utr. *Ald. Bas. Colv. Vulc. Wow. Elm. ascendunt*, cui proxime accedit, sed contrario

nere, signo dato pro adulteris deprehenduntur : et quasi ad descendendum venerint, non prius abeunt, quam aliquid scripserint.¹ Quid enim faciat² homo miser, ampliuscula fortuna devolutus, quam tamen fraude³ patris ex inopinato invenerat? Pater ejus plurimis creditoribus desceneratus,⁴ maluit⁵ pecuniam, quam pudorem. Nam cum undique versum tabulis⁶ flagitaretur,⁷ et quasi insanus ab omnibus obviis⁸ teneretur, Pax, inquit :⁹ negat posse [523] dissolvere :⁸ annulos aureos et omnia insignia dignitatis abji-

felix deturbatus ex opibus sat magnis, quas nihilominus nactus erat ex insperato, fallacia sui patris? Pater ejus, obligatus permultis creditoribus, maluit servare argentum, quam honorem. Cum enim obligationum instrumentis postularetur ex omnibus partibus, et retineretur ab omnibus occurrentibus veluti furiosus, Abstinens, ait; et dicit se non esse solvendo. Deponit annulos aureos et omnes notas honoris. Pacis-

sensu, quod est in Mss. Fux. Pith. et Ed. Rom. *abcedunt*, probante Salm. in marg. quia nempe ascendunt omnes, sed qui non dedere, non sinuntur abire immunes. Expressi itaque lectionem Mss. Florent. et D'Orv. *discedunt*. cf. supra p. 505. b. Tois 'Suo arbitratu discedunt' opponuntur seqq. 'non prius abeunt, quam aliquid scripserint.' J. Bosscha.—1 Ed. Vic. *scripserit*. Id.—2 Ms. Pith. *faciet*. Desunt quædam in D'Orv. usque ad 'Ceterum uxor,' &c. Id.—3 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. *cum fraude*: sed in *tp* tamen allusio esse videtur ad illud, quod infra dicitur, 'pedit operam, quod male partum erat, ut male periret.' Id.—4 Legit Pric. *defeneratis*.—5 *Maluit retinere*. Dele *rd* *retinere* ex Florent. membranis. *Elmenh.* Uti deleverat jam Philom. Pisanus in Ed. Junt. post. Accedit Ms. Pith. quare expungatur. Uncis includere Elm. et Scriv. J. Bosscha.—6 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. cum Ms. Pith. *hominibus obv.* perpetua variatione. Id.—7 Vid. Not. Var.—8 Scriv. intrusit *se*, quod facile excidere potuit; neque tamen contra Mss.

NOTÆ

¹ *Defeneratus*] Fœnore obligatus.

² *Tabulis*] Quæ et nomina dicebantur; in quibus, cum nomine debitoris, creditæ pecuniæ summa continebatur.

³ *Flagitaretur*] Apposite: de obæratia enim proprie dicitur. Plant. in Casina: 'Ducite ex animo curam, atque æs alienum, Ne quis formidet flagitatorem suum.' Idem, Pseudolo: 'Si non dabis, Clamore magno, et multum flagitabere.'

⁴ *Pax, inquit*] Sic scriptum malui cum Lipsio, vestigiis inhærens Mss. codd. qui habent *Flax*. *Pax* adver-

bium est, significatque quod nos etiam adverbialiter dicimus, *patienter*. Nonnunquam etiam vox est silentium indicantis (*pax*). Editiones multæ habent *Lex*, quod quidam retineri posse putant, quasi sit invocatio legis Julæ de cessione bonorum, qua vetitum erat, ne, qui solvendo non esset, in carcerem traderetur, modo bonis cederet. Sed minus arridet hæc lectio, neque enim exempla proferuntur sic implorati, per interjectionem, legum auxilii. Præterea prior lectio Mss. codd. lectioni prior est.

cit:^{*} cum creditoribus depaciscitur.⁹ Pleraque tamen rei familiaris in nomen uxoris callidissima fraude^{*} confert: ipse egens, nudus, sed ignominia sua tectus reliquit Rufino huic, non mentior, HS. tricies¹ a devorandum. Tantum enim ad eum de bonis² matris liberum^b venit, præter quod ei uxor sua quotidianis dotibus^c quæsit. Quæ tamen omnia in paucis annis ita hic degulator^d studiose in ven-

citur cum creditoribus suis. Transfert tamen maximam partem bonorum suorum in nomen suæ conjugis, astutissima fallacia: ipse inope, spoliatus, et velatus tantum sua infamia, reliquit huic Rufino tricies centena millia sestertiorum absorbenda: neque mentior. Nam tantundem rediit ad ipsum ex bonis matris suæ solutum ab ære alieno, præter id, quod ejus conjux ei acquisivit dotibus suis quotidianis. Quæ uniocrea nihilominus hic helluo tanta cura abdidit in suam alvum intra paucos annos,

inserendum. cf. quæ dixi ad Flor. p. 64. b. J. Boescha.—9 Sic Mss. et Edd. vett. Al. *depaciscitur*. Ms. Pith. *depascitur*. Id.—1 Al. HS. *triginta*.—9 Ed.

NOTÆ

^{*} *Annulos aureos, &c. abjicit*] Ultimæ egestatis signum: nam et, aliis exuti omnibus, solebant annulos saltem custodire. Juven. Sat. xi. 'Post cuncta novissimus exit Annulus.' Nempe in cessione bonorum, quæ ex lege Julia fiebat, annulos et alia dignitatis et ordinis insignia solenni ritu cogeantur deponere: quod vel ex hoc loco conjici potest. Certum enim est in ea cessione intervenisse quasdam solennitates rerum et verborum, licet, quænam fuerint, parum liquet. Apud nos viridem galerum induant.

¹ *Cum creditoribus depaciscitur*] De quota scilicet, ut Jurisconsulti loquuntur: hoc est, ut parte aliqua debiti contenti essent creditores, vel fœnna totum remitterent, vel solutionis dilationem concederent.

^{*} *Callidissima fraude*] Non donationis titulo, quæ, licet sine fraude fiat, ipso jure inter conjuges non valet: sed alio titulo, puta ascribendo res suas in dotem uxoris; res enim dotales, aut aliæ, quæ uxoris essent, pro

mariti ære alieno capi aut detrahi non poterant.

^a *HS. tricies [XXX.]* Ita est in Mss. codd. plurimis. Male in quibusdam editionibus *HS. triginta*; minor enim est hæc summa, quam ut addendum fuerit ab Apuleio 'non mentior.' Sed numerus hic *HS. XXX.* explicandus est *HS. tricies*, hoc est, tricies centena millia sestertiorum: quam summam ad nostram monetam redigere facile est ex iis, quæ paulo supra observavimus ex Budæo, ad illa verba 'Mater HS. quadragies possidebat.'

^b *Liberum*] Hoc est, deducto ære alieno matris, et sumptibus funeris.

^c *Quotidianis dotibus*] Pretiis, quæ ab adulteris quotidie accipiebat. Quotidianæ nuptiæ etiam Plauto dicuntur, Cistellaria II. 2. 'Habemus nuptias quotidianas. Hæc quidem ecator viro quotidie nubit.'

^d *Degulator*] Glossæ Isidori: 'Sorbillator, degulator. Onomasticou vetus: Degulo, καταλαύω.

trem condidit, et omnimodis collurcationibus³ dilapidavit,⁴ ut crederes metuere, ne quid habere ex fraude paterna diceretur. Homo justus et morum⁵ dedit operam, [524] quod male partum erat, ut male periret: nec quicquam ei relictum est⁶ ex largiore fortuna, præter ambitionem miscram, et profundam gulam. Ceterum uxor, jam propemodum vetula et effata,⁶ nunc demum⁷ contumeliis abnuvit.⁷ Filia autem per adolescentulos ditiores, invitamento matris suæ nequicquam circumlata, quibusdam etiam procis ad experiendum permissa, nisi in facilitatem⁸ Pontiani incidisset, fortasse an adhuc vidua, antequam nupta,¹ domi sedisset.

et decoxit comensationibus omnis generis, ut putaretis eam timere, ne diceretur possidere aliquid ex dolo sui patris. Nempe vir ille probus et vita integra curavit, ut, quod erat male acquisitum, male etiam perderetur. Et nihil ei remansit ex eis amplioribus opibus, nisi infelix ambitio, et profunditas ingluviæ. Porro uxor ejus, jam fere vetula et debilitata, nunc tandem respuit stupra. Filia vero frustra circumducta per juvenes locupletiores, instigatione sua matris, tradita etiam quibusdam amantibus ad periculum faciendum, nisi nacta esset Pontianum facilem virum, forsitan mansisset huc usque domi prius vidua, quam maritata. Pontianus dedit ei

Junt. post. ex b. contra Mss. et Edd. reliquas. J. Boescha.—3 Vid. Not. Var.—4 Male Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *delapid.* J. Boescha.—5 In Fulviano Cod. *Nec quicquam ei relictum est.* Lucretius: 'et jam relicuo reparari tempore posset.' Lib. iv. 'relicuus tamen essentias in mente patentes.' Fulgentius Mytholog. 'Quasque soror licuit, frater pede temperat undas.' Waverius. Unius Palv. Codicis auctoritatem tanti habendam non puto, ut cum Scrivervio sequar. J. Boescha.—6 Pith. *effata.* Id.—7 Vid. Not. Var.—8 Ms. Pith. *facilitatem*: male: pag. seq. 'quo facilius Pontiani facilitatem

NOTÆ

• Et morum⁵] Asteriscus deesse aliquid testatur. Illud, quodcumque est, facile suppleri potest; puta *integer*, aut aliquid simile. Elmenhorst. et verus.

• Nunc demum] Ita restituit Casaubonus. Flor. cod. et editiones pleraque habent *totam domum contumeliis abnuvit*, male, et absque sensu. Suspiciatur Casaub. illius vocis *totam* primam syllabam irrepississe, ultima vocis *effata*, quæ præcedit, repetita: at, quomodo pro nunc scripta fuerit syllaba *tam* secunda vocis *totam*, non aperit. Quid si legatur *jam demum*? facilius corruptio *jam* in *tam*. Et

præterea idem sensus erit. Alii aliter interpolant hunc locum, quos brevitas causa missos facio.

• Contumeliis abnuvit] Pro, abnuvit contumelias. Sic supra 'curare rebus alienis.' Contumelis hic stuprum significat, quemadmodum et apud Græcos ἡ ὄψις.

• Vidua, antequam nupta] Vidua non solum ea est, quæ marito, cui juncta erat, est orbata; sed etiam illa, quæ virum non habuit, teste Javoleno; l. Palum 212. § Viduam ff. de verborum significatione. Noster hoc sensu Metam. lib. iv. 'Psyche virgo vidua domi residents.' Seneca, in Agamem-

Pontianus ei, multum quidem⁹ dehortantibus nobis, nuptiarum titulum falsum et imaginarium donavit: non nescius, eam, paulo ante quam duceret,¹ a quodam honestissimo juvene, cui prius pacta fuerat, post satietatem derelictam. Venit igitur ad eum nova nupta, segura et intrepida,¹ pudore dispoliato, flore exoleto, flammeo obsoleto,¹ virgo rursum post recens repudium, nomen potius afferens² puellæ, [525] quam integritatem. Vectabatur octophoro.³¹ Vidistis profecto, qui affuistis, quam⁴ improba juvenum circumspectatrix, quam immodica sui ostentatrix. Quis non disciplinam matris agnovit,⁵ cum in puella videret

nomen falsum et inane matrimonii, nobis certe valde dissuadentibus: cum non ignoraret illam, paulo priusquam sibi jungeretur, fuisse desertam, post fastidium, a quodam honestissimo adolescente, cui fuerat desponsata ante. Ergo nova nupta venit ad eum, confidens, et nihil metuens, exuta verecundia, virginitate prætibata, nuptiali velo detricto; iterum virgo post recentem repudiationem, vindicans sibi potius nomen virginis, quam castitatem, vehebatur lectica octophoro. Certe, vos, qui præsentes fuistis, vidistis quam nequiter circumspectabat adolescentes, quam immoderate se jactabat. Quis non recognovit educationem matris, cum cerneret in

circumveniret.' J. Bosscha.—9 D'Orv. Pontiani ei quidem multum. Id.—1 Duceret. D'Orv. duceretur ... derelictum, deleta rē pacta. Id.—2 Afferens. Afferens malim. Brant. Recte Mss. afferens, nisi quod Pith. off. non asserens, quod est in Edd. Junt. utr. Bas. Colv. Vulc. Wow. Gent. Pric. Scriv. Flor. Infra p. 547. 'Virgo formosa ... affert ad maritum floris rudimentum;' et paulo post: 'vidua autem ... nihil affert irreposibile, quod opponitur virgini, afferenti virginitatem, quæ reposci nequit.' J. Bosscha.—3 Edd. vett. pleræque, etiam Junt. post. cum Mss. Pith. D'Orv. et Fux. octophoro: ut fluctuant etiam Mss. Saeton. in Calig. c. 43. ubi cf. Ondend. Id.—4 Ms. D'Orv. quam jam, et inhostium pro juvenum. Id.—5 Ms. D'Orv. agnovit. Id.

NOTÆ

none: 'An te morantur virgines viduæ domi?'

¹ *Secura et intrepida*] Magnum præflorationis argumentum: cum sit virginum trepidare. Claudian. 'Jam nuptæ trepidat sollicitus pudor.' Titiinius, apud Festum: 'Accede ad sponsum audaciter; virgo nulla es.'

¹ *Flammeo obsoleto*] Decenter flammeum vetus, et detritum, ac deturpatum tribuit præfloratæ nuptæ. Flammeum velamen novarum nuptiarum fuit, de quo jam Metam. lib. iv.

sub finem.

¹ *Octophoro*] Lectica, quæ ab octo servis gestabatur, ad quod ministerium maxime perquisitis Germanos Tertullianus innuit. 'Ad axorem,' cap. 4. 'non molilium pondera, non vestium tadia, non Gallicos vultus, nec Germanicos bajulos, quæ nuptiarum gloriam accendunt.'

² *Quis non disciplinam matris agnovit?*] Juvenal. Sat. vi. 'Scilicet expectas ut tradat mater honestos, Aut alios mores quam quos habet?'

immedicatum os,^a et purpurissatas genas, et illices oculos? Dos erat a creditore omnis ad ternuncium⁶ pridie sumta, et quidem grandior, quam domus exhausta et plena liberis postalabat. Sed enim iste, ut est rei modicus, spei immodicus, pari avaritia et egestate, totum Pudentillæ quadragies⁷ præsumptione⁷ cassa devorarat: eoque me amoliendum ratus, quo facilius Pontiani facilitatem, Pudentillæ solitudinem circumveniret; inquit generum suum objurgare,⁸ quod matrem suam mihi desponderat: suadet, quamprimum ex tanto periculo, dum licet, pedem referat: res matris⁹ ipse potius habeat, quam homini extraneo¹ sciens transmittat: ni ita faciat,⁴ injicit¹ scrupulum amanti adolescentulo veterator: ⁴ minatur, se filiam abducturum. Quid multis? juvenem simplicem, præterea novæ nuptæ illecebris offrænatum, suo arbitratu de via deflectit.⁵ It ille ad matrem, verborum Rufini gerulus. Sed nequicquam tentata ejus

filia os fucatum, et maculas miniatas, et oculos illecebrosos? Tota dos, usque ad minimum nummulum, petita erat pridie a creditore, et major sane quam domus epibus vacua, et repleta liberis, poscebat. At enim hic, ut habet parvas opes, cupiditatem vero immoderatam, ut est tam avarus quam inops, absorperat vana spe universam quadragies centena milia sestertiorum Pudentilla: et ideo credens me esse removendum, ut facilius deciperet credulitatem Pontiani, et viduitatem Pudentillæ, capiti increpare eum generum, quod mihi despondisset suam matrem: hortatur eum, ut extrahat se quam citissime ex tanto discrimine, dum adhuc potest: servet potius sibi bona suæ matris, quam conferat sciens prudensque in virum extraneum: quod nisi sic faciat, incutit sollicitudinem juveni amanti fraudulentus homo: minatur se recepturum ad se suam filiam. Quid plura? avertit ab incepto itinere pro suo libitu adolescentem facilem, et insuper irretitum blanditiis suæ novæ uxoris. Ille convenit matrem deferens verba Rufini. Verum, ejus constantia frustra oppug-

—6 Sic fuit scribendum, non ternuncium. Colvius. Ut erat in Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. cum Ms. Pith. J. Bosscha.—7 Male Pith. post sumtionem. vid. Pric. id. Cod. devorat. Id.—8 D'Orv. objurgare. Pith. objurgaret... despondent. Pro mihi Bas. pr. nihil. Id.—9 D'Orv. bona m. e glossa. Ed. Junt. post. habebat. Id.—1 Pith. extraneo. v. Ind. Id.—2 Mss. D'Orv. cum ita faciat. Pith. ni faciat: alius Vet. Cod. ni fallor Fux. ni faciat. Forte earundem literarum repetitio intrusit ita, ab Auctore non profectum. Id.—3 Bas. 1. et Ald. injici scr. Colvius. Immo, Bas. pr. inici. Ald. inicit. J. Bosscha.—4 Negligenter vitium Ed. Altenb. veteratur remansit in Bip. Id.—5 Pith. deflet,

NOTE

^a Immedicatum os] Recte. 'Immedicatum' est *καταφαρμαχθῆν*, medicamine illitum, non autem *ἀφαρμακθῆν*, *ῥοφ*, medicamine carens.

⁷ Totum Pudentilla quadragies] Supple HS. sestertium. De illis Pudentillæ bonis jam supra.

gravitate, ultro ipse levitatis et [526] inconstantiae increpatus, reportat ad socerum hand mollia: matri suæ, præter ingenium placidissimum et ⁶ immobile; iram quoque sua expostulatione accessisse, ⁷ non mediocre pertinaciæ adjuvmentum. ⁸ Respondisse eam denique, non clam se esse, Rufini exhortatione ⁹ secum expostulari: eo vel magis sibi ¹ auxilium mariti adversum ejus desperatam avaritiam comparandum. Hisce auditis exacerbatus aquariolus iste uxoris suæ, ¹ ita ira extumuit, ² ita exarsit furore, ut in foeminam sanctissimam et pudicissimam, ³ præsentem filio ejus, digna cubiculo suo diceret: amatricem eam, me Magum et veneficum clamitaret, multis audientibus: quos, si voles,

nata, ipse objurgatus ultro ab ea ob suam instabilitatem et mutabilitatem, refert verba non mitia ad socerum suum: suam matrem, præter indolem pacatissimam et constantem, fuisse etiam correptam ira propter suam querelam, quod non parvum auxilium est obstinationis. Postremo, eam reposuisse, se non ignorare querelam institui adversus se ex verbis Rufini: vel ob eam rem, subsidium viri sibi esse magis querendum contra perditam ejus avaritiam. Cum hic vilis mulier suæ conjugis illa audivisset, exasperatus adeo intumuit iracundia, adeo flagrant rubie, ut ecomere adversus mulierem integerrimam et castissimam, coram ejus filio, verba digna suo thalamo: vociferaretur eam esse amatricem, me vero magum et maleficum, audienti-

et cum D'Orv. ut pro it. Id. Pith. paulo post ipse. Idem.—⁶ Mss. Florent. placidissimum vegen. In reliquis Mss. nullum hujus vocis vestigium comparet. Sed in Pith. deest quoque et. Idem.—⁷ Male Ms. Pith. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. accensisse. Ms. D'Orv. pro non habet in. Id.—⁸ Pertinacia alimentum. V. C. Fulv. argumentum. Et mox: quas tamen cum saltas. Et proxime: conscribente Æmiliano. Scioppius in Symb. Hand male Cod. Fulv. alimentum. Wowerius. Alii alimentum. Fulvius, argumentum. Elmenhorstius. Mss. Pith. et Fox. quoque alimentum: non male. Quia tamen optimi Codd. Florent. et D'Orv. cum Edd. O. servant adjumentum, id non muto. J. Bosscha.—⁹ Ex oratione. Præferenda scriptura antiqua: exhortatione. Wowerius. Ex oratione, quod huc usque in Edd. legitur, suspectum jam fuit editori Junt. post. qui sine sensu sed e Mss. dedit ea, oratione: unde in ejus marg. conjecit V. D. ea orat. Sed verissimum est exhortatione, quod reposui auctoritate Ms. D'Orv. J. Bosscha.—¹ Deest D'Orv. in quo mox et pro ejus. Tum non temperant in eod. cod. seqq. usque ad 'Sed ne longius.' Id.—² Pith. tram extumuit: et ante ut repetit ita. Id.—³ Et pudicissimam. Hæc delet Flor. unus. Elmenh.—⁴ Parum

NOTÆ

^p Rufini exhortatione [ex oratione] Mss. quidam codd. habent Rufini exhortatione: bene.

¹ Aquariolus suæ uxoris Tertull. in Apologetico: 'Primi erunt lenones, perductores, aquarioli.' Lenones prostitutarum erant. Perductores, fœ-

Delph. et Var. Clas.

Apul.

minarum, in quas stupra commissa legibus vindicantur. Aquarioli, inquit Festus, 'dicebantur mulierum impudicarum sordidi assectæ:' ab aqua nempe, quam suppedabant fœdis ministeriis.

5 C

nominabo: se mihi sua manu mortem allaturum.⁴ Vix hercule possum iræ moderari. Ingens indignatio animo oboritur.⁵ Tunc, effœminatissime, tua manu cuiquam viro mortem minitaris? At qua tandem manu? Philomelæ? an Medææ? an Clytæmnestræ? quas tamen cum saltas,⁶ tanta mollitia animi, tanta formido ferri est, sine cludine saltas. Sed ne longius ab ordine digrediar, [527] Pudentilla, postquam filium videt præter opinionem, contra suam esse sententiam depravatum,⁷ rus profecta, scripsit ad eum objurgandi gratia illas famosissimas literas, quibus, ut isti aiebant, confessa est, sese mea Magia in amorem inductam dementire.⁸ Quas tamen literas, tabulario publico præsentante, et contrascribente⁹ Æmiliano,¹⁰ nudius tertius tuo

bus plurimis, quorum dicam nomina, si volueris: se mihi illaturum necem sua manu. Certe agere quæo temperare furori. Magna indignatio mihi exurgit in animo. Tunc, mollissime, minaris necem tua manu ulli viro? Sed qua tandem manu? Philomela? an Medea? an Clytæmnestra? quas nihilominus, quando saltas, saltas sine gladio; tanta est debilitas tui animi, tantus timor ensis. Verum, ne decedam longius a serie rerum, Pudentilla, cum cerneret natum suum esse corruptum, contra quam quod speraverat, et adversus suam opinionem, ivit rus, et inde scripsit ad ipsum, increpandi causa, illam decantatissimam epistolam, qua, ut illi dicebant, fœssa est se insanire, impulsam metu maleficiis ad amandum. Quam tamen epistolam, o Maxime, tuo mandato exscripsimus nudius tertius e tabulario publico coram testibus,

Latine. Scrib. *illaturum*. Casaubonna.—5 *Pith. aboritur*, et pro minitaris id. iniurari. id. *Philomena*: et cum Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *clytæmnestræ*. J. Bosscha.—6 *Al. consultas*.—7 *D'Orv. depravatam*. Pro aiebant *Pith. agebant*. J. Bosscha.—8 *Al. dementare*.—9 *Al. conscribente*.—10 *D'Orv. dixisse*,

NOTÆ

⁴ *Philomela? an Medea? an Clytæmnestræ*] An manu, qua, Philomelam, aut Medeam, aut Clytæmnestram saltans, gladium tenens in scenam producit?

⁵ *Quas tamen cum saltas*] Recte sic restituit Lips. Elect. lib. i. cap. 28. ex corrupta voce *consultas*. Innuit eum histrionem esse et cinnidum.

⁶ *Sine cludine*] Retinenda hæc lectio est. Cluden gladius est scenicus, sic dictus a cludendo, quod ejus acies in manubrium prælongum refugeret, atque includeretur, cum histrio, in tragœdia agenda, ipso se confodere

simularet. Unde bene Næster: 'Tanta mollitia animi, tanta formido ferri est:' valde enim meticulosum eum oportet esse, qui talem gladium reformidet.

⁸ *Dementire*] Rom. *dementare*: male. *Dementare* est, dementem reddere: qui sensus non est hujus loci.

⁹ *Præsentante et contrascribente Æmiliano*] Adeo ut non possit eas insimulare corruptas aut depravatas. *Contrascribere* est ἀντὶγράφειν, hoc est, ὑπογράφειν τὸ ἴδιον. Similiter contralegere dicebantur, qui astabant Mæ^o. codices corrigentibus, eademque ex

jussu, Maxime, testato * descripsimus: in quibus omnia contra prædicationem istorum pro me reperiuntur. Quamquam, etsi destriictius Magum me dixisset,¹ posset videri, excusabunda se² filio, vim meam, quam voluntatem suam, causari maluisse. An sola Phædra falsum epistolium de amore commenta³ est? An non omnibus mulieribus hæc ars usitata est, ut, cum aliquid ejusmodi velle cœperunt, malint coactæ videri? Quod si animo⁴ etiam ita putavit, me Magum esse, idcircone Magus habear, quia⁵ hoc scripsit Pudentilla? Vos tot argumentis, tot testibus, tanta oratione, Magum me non probatis: illa uno verbo probaret? Et quanto tandem [528] gravius habendum est, quod in judicio subscribitur,⁶ quam quod in epistola scribitur? Quin tu me meismet factis, non alienis verbis, revincis?⁶

Emiliano præsentē, et describente etiam illam: in qua universa inveniuntur pro me adversus id quod illi dixerant. Quamvis, etiamsi me vocasset verbis magis distinctis magum, posset apparere eam, volentem se excusare, maluisse obtinere suo filio violentiam meam, quam suum consensum. Num sola Phædra confinxit falsam epistolam de amore? Nonne hæc fraus in usu est apud omnes feminas; ut, quando inceperunt cupere aliquid tale, malint videri ad illud adactæ? Quod si etiam intra se credidit me esse magum, an ideo existimandus sum magus, quod Pudentilla id scripsit? Vos non ostenditis tot rutionibus, tot testibus, sermone tam prolixo, me esse magum; illa vero ostenderet id uno verbo? Ac denique, quanto majoris ponderis existimandum est id, quod subscribitur in lite, quam quod exaratur in literis? Quare tu non me arguis in meis ipsius gestis, non autem ver-

et statim vim eam. J. Bosscha.—3 Pith. excusabundus se. Id.—3 Ed. Vic. commentata. Id.—4 Alii legunt omnino.—5 D'Orv. quod, qui post magum me delet non. J. Bosscha.—6 Tu me...revincis. D'Orv. cum...remtis. Id.—

NOTE

aliis exemplaribus prælegebant. Nota vetus in codice Parmensi Martiani Capellæ a Grotio relata: 'Felix Rhetor emendabam, contralegente Deuterio scholastico meo,' &c.

* Testato] Quo omnimoda esset fides exemplaribus descriptis.

¹ An sola Phædra falsum epistolium de amore commenta est] Quod mitteret ad privignum suum Hippolytam, cuius incesto amore flagrabat; quo etiam epistolio ipsa erroris sui causam in fati inevitabilis necessitatem

refundebat, sicut et Pudentilla potuisset in magicam aliquam coactionem refundere: quæ excusatio amoris in Pudentilla non magis legitima fuisset, quam illa in Phædra.

* Quod in judicio subscribitur] Ubi enim quis in judicio quidpiam sic subscripserit, cogitur illud probare sub poenis a Jure constitutis: unde ejusmodi subscriptiones non temere fiunt.

* Quam quod in epistola scribitur] Ubi impune scribi potest quicquid in mentem venit.

Ceterum eadem via multi rei cujusvis maleficii postulabuntur, si ratum futurum est, quod quisque in epistola sua vel amore, vel odio cujuspiam, scripserit. Magum te scripsit Pudentilla, igitur⁷ Magus es. Quid si Consulem me scripsisset, Consul essem? Quid enim si pictorem, si medicum? quid denique si innocentem? num aliquid⁸ horum putares, idcirco quod illa dixisset? Nihil scilicet. Atqui perinjurium est, ei fidem in pejoribus habere,⁹ cui in melioribus non haberes: posse literas ejus ad perniciem, non posse ad salutem. Sed inquieti¹ animi fuit:^b efflictim te amabat. Concedo interim. Num tamen omnes, qui amantur, Magi sunt, si hoc forte qui amat scripserit? Cedo nunc,² quod Pudentilla me in eo tempore non amabat; siquidem id foras scripsit,³ quod palam erat mihi obfuturum.⁴ Postremo quid vis, sanam an insanam fuisse,^c dum scribe-ret? Sanam dices? nihil ergo erat Magicis artibus passa. Insanam respondebis? nesciit ergo,⁵ quid scripserit, eoque

bis alienis? Porro plurimi accusabuntur eadem ratione cujuslibet criminis, et, quod quilibet scripserit in sua epistola, vel ex amore, vel ex odio cujusvis, pro vero habendum sit. Pudentilla scripsit te esse magum; ergo tu es magus. Quid, si scripsisset me esse consulem, an essem consul? quid etiam, si scripsisset me esse pictorem, aut medicum? postremo, quid, si scripsisset me esse inso-tem? an crederes quicquam harum rerum, propterea quod ea illud dixisset? Nihil procul dubio. Sed injustissimum est illi credere in deterioribus, cui non crederes in melioribus: epistolam illius valere ad exitium, non autem valere ad conser-vationem. At, inquit, habuit mentem sollicitam, diligebat te perdit. Fateor in præsens. An universi tamen, qui diliguntur, sunt magi, si forte ille, qui diligit, hoc scripserit? Nunc salere Pudentillam non me dilexisse tunc temporis, quando-quidem id scripsit aliis, quod nociturum erat mihi in publico. Denique utrum vis eam fuisse mentis compotem, an impotem, cum scribebat? An affirmabis eam fuisse mentis compotem? igitur nullatenus laesa erat artibus magicis. An repones

7 Pith. q. Mox pro essem D'Orv. etiam. Seq. enim non est in Pith. Id.—8 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. aliquod. Dein *id scilicet* exulat a D'Orv. In Pith. pro atqui est atque. Id.—9 Mss. Florent. in p. non hab. In D'Orv. Pith. deunt *id habere* cui in melioribus. Id.—1 Mss. Pith. D'Orv. inquit. Id.—2 Salm. in marg. credo n. Sed et alterum ferri potest. Id.—3 Vid. Not. Var.—4 Ms. D'Orv. futurum. In Pith. deest statim ergo. J. Bosscha.—5 Plerique vulg. nesciit ergo. Colvius. Velut Bas. pr. sed pleræque reliquæ

NOTE

^b Sed inquieti animi fuit, &c.] Pro-lepsis, cujus solutio gemina: 'Concedo interim,' &c. et 'Cedo nunc,' &c.

^c Postremo, quid vis, sanam an insa-

nam fuisse, &c.] Dilemma est, argu-mentum sumtum ex loco τὰν ἀνθρώπων, in quo, quicquid dixeris, statim re-fellitur.

ei fides non habenda est. Immo etiam si fuisset insana, insanam se esse nescisset. Nam ut absurde facit, qui tacere se dicit, [529] quod ibidem dicendo tacere sese,⁶ non tacet, et ipsa professione, quod profitetur,⁷ infirmat : ita vel magis hoc repugnat, 'Ego insanio : ' quod verum non est, nisi sciens dicit. Porro sanus est, qui scit, quid sit insania. Quippe insania scire se non potest, non magis, quam cæcitas se videre. Igitur Pudentilla compos mentis fuit; si compotem mentis se non putabat. Possum, si velim,⁸ pluribus; sed mitto Dialectica.⁹ Ipsas literas longe aliud clamantis,¹ et quasi dedita opera ad iudicium istud præparatas et accommodatas, recitabo. Accipe tu, et lege² usque dum ego interloquar. (*Literæ Pudentillæ*.)^d Sustine paulisper, quæ sequuntur : nam ad deverticulum rei ventum est. Adhuc enim, Maxime, quantum equidem³ ani-

eam fuisse mentis impotem? igitur ignoravit quid scripserit: atque idcirco non est ipsi credendum: quin etiam, si fuisset demens, ignoravisset se esse dementem. Sicut enim ille, qui dicit se silere, facit inepte, quia eodem tempore, quo dicit se silere, non silet, et ipsa affirmatione negat quod affirmat: sic aut etiam magis hoc tibi contradicit, Ego sum demens: quod non est verum, nisi, qui hoc dicit, illud dicat cum cognitione. Ceterum ille est mentis compos, qui novit quid sit dementia. Dementia enim nequit se cognoscere, sicut neque cæcitas se intueri. Ergo Pudentilla sana fuit, si non credebatur se esse sanam. Possum id probare furius, si velim. Sed omitto ratiocinia dialectica. Referam ipsam epistolam aliud multo prædicantem, et veluti instructam, et aptatam de industria ad hanc causam. Cape tu, et lege: Literæ Pudentillæ. Suspende tantisper sequentia, donec ego interfabor: nam devenimus ad discrimen rei. Hactenus enim, o Maxime, hac fœmina nullate-

Edd. *nesciit*. Etiam pro seq. *nescisset* Ms. D'Orv. *nesciisset*. J. Bosscha.—6 *Tacere sese*. Ms. Pith. *taces*, deleto *sese*. Id.—7 Ms. D'Orv. *ne profiteretur*: et paulo infra ignorat quippe. Id.—8 Ms. D'Orv. *si velis*. Id.—9 Bas. 1. Rom. Ven. Ald. *Dialecticam*. Colvius. Item Vic. Jant. pr. cum Ms. D'Orv. minus bene. J. Bosscha.—1 Sic Mss. Pro *dedita* D'Orv. *debita*. Id.—2 Mirum mihi, infirmitatem huius loci necdum ulli perceptam fuisse: aio ego luxationem subesse quæ sententiam ineptissimam reddit. Emendo: *Accipe tu et lege. Literæ Pudentillæ. Sustine paulisper quæ sequuntur, usque dum ego interloquar: nam a. d. r. v. e.* Nemo paulo sanior (opinor) contrahiscere volet. *Præc.* Quæ tanta causa mutandi fuerit, prorsus non video. Dicit Ap. se interlocuturum, simul ac satis lectum fuerit. Jam revera interloquitur *Sustine paulisper, &c.* Proprie currentes *sustinent* gradum, aut remigantes remos. J. Bosscha.—3 D'Orv. *eiusdem* et pro *eundem* mox *eundem*. Id.—4 *Præc.*

NOTE

^d *Accipe tu et lege: LITERÆ PU-* hunc locum, monente PRICRŌ.
DENTILLÆ, &c.] Sic edendum curavi

madverti, nusquam mulier Magiam nominavit: sed ordinem repetivit eundem, quem ego paulo prius, de longa viduitate,⁴ de remedio valetudinis, de voluntate nubendi, de meis laudibus, quas ex Pontiano cognoverat, de suasu ipsius, ut mihi potissimum nuberet. Hæc usque adhuc lecta sunt. Superest ea pars epistolæ, quæ similiter pro me scripta, in memetipsum vertit cornua; ⁵ ad expellendam a me crimen Magiæ sedulo dimissa,⁶ memorabili laude Rufini, vicem ⁷ mutavit,⁸ et ultro contrariam mihi opinionem

nus locuta est de magia, quantum quidem observavi: verum resumit eandem seriem rerum, quam ego recensui paulo ante, de eua diutina viduitate, de medela sui morbi, de desiderio nuptiarum, quo tenebatur, de laudibus meis, quas didicerat ex Pontiano, de hortatu ejus, ut se mihi præcipue jungeret. Hæc lecta sunt hactenus. Restat illa pars epistolæ, quæ, scripta quoque in mei gratiam, militat contra meipsum, et, studiosè missa ad amoliendum a me scelus magiæ, sortita est diversam munus, insigni gloria Rufini: et peperit mihi contrariam existimationem quorundam Cœ-

longa viduitate. Necessario scribendum de longa vid. Stewechius. Vulgo, longa vid. omisso τῇ de. Colvins. Additum de jam in Ed. Junt. post. e Mss. J. Bosscha.—5 Apponam priorem lectionem et fidei meæ causa, et ut videant studiosi, quantum hic locus nobis debeat: ad expellendam a me crimen Magiæ, sedulo omissa, memorabili laude Rufini vice mutavit. Non dubito applausuram nostræ emendationi coronam doctorum. Ceteri quid sentiant, ἐπὶ ἀρὰ μέρων. Casaub. Memorabili fraude Rufini vicem mutavit. Fulvius. Sciopp. in Symb. Mirum in modum turbata hæc et corrupta. Vulgo: sedulo omissa, memorabili l. R. vice mutavit. Emendo: pro me scripta ad expellendam a me crimen Magiæ, in memet ipsum vertit cornua; sedulo omissa memorabili fraude Rufini vicem mutavit. Wowerius. Sic hæc legerim et distinxerim: ad expellendam a me crimen magiæ, sedulo omissa memorabili laude Rufini voce mutavit. Mutavit, παρῆναις. vide Agel. lib. xv. cap. 12. Brant.—6 Sedulo omissa. Ita Edd. ante Casaub. cum Vulc. Wow. Elm. Scriv. Pro quo Lips. in marg. emissa, fortasse vere, ut respondeat foras scripsit, quod supra habuimus. Interim in Ms. Pith. est obmissa, in D'Orv. dimissa, cujus auctoritatem sequor: ut 'dimittere tabellarium' apud Cic. ad Att. xiv. 21. Minus bene Edd. reliquæ missa. J. Bosscha.—7 Memorabili laude R. vocem. Lego M. fraude R. vicem m. Veram hanc emendationem seqq. prolixè probant 'multa fando, &c. sed enim versutiam tam insidiosam, tam admirabili scelere confatam.' Acidal. Fulvius: m. fraude R. vicem. Sed laude retineri potest ad irrisum scilicet et κατ' ἀντίπαρσιν ita dictum. Tametsi laudis vocabulum etiam ἐκ τῶν μέρων esse, Gellius aliique docuerunt. Sc. Gent. Fraude malnere etiam Schikhe-

NOTÆ

⁴ In memetipsum vertit cornua] Ad me impugnandum convertitur. Translatio est a tauris iratis, qui nonnunquam ab hoste ad instigatores cornua convertunt. Similiter Plantus, Pseudolo, Act. iv. Scen. 3. 'Metuo Ne in

re secunda nunc mihi obvertat cornua, Si occasionem capiat, qui siet malus.'

⁵ Memorabili laude Rufini vicem mutavit] Quidam habent fraude, sed nihil mutandum. Memorabili laude et

quorundam [590] Censium, quasi Mago, quæsit. Multa fando, Maxime, audisti, etiam plura^a legendo didicisti, non pauca⁹ experiendo comperisti: sed enim versutiam tam insidiosam, tam admirabili scelere confatam, negabis te unquam cognovisse. Quis Palamedes,⁸ quis Sisyphus,^h quis denique Eurybates aut Phrynondas^a ta-

sium, veluti magus fuissem. O Maxime, audisti dici multa, cognovisti adhuc plura lectione, didicisti sat multa experientia: sed tamen dices te nunquam vidisse astutiam tam doctam, contextam tam mira malitia. Quis Palamedes, quis Sisyphus, postremo quis Eurybates vel Phrynondas commentus esset similem? Hi omnes,

rad. et Salm. et editum in Vnlc. Ed. tert. Aliter Mss. J. Bosscha. Vid. Not. Var.—8 Sic tacite edidit Elm. e Florent. cum Florido. Antea et in reliquis Mss. est *et plura*: sed tum, pro stylo Apuleii, ante non pauca inserendum quoque *et*, quod fecit Scriv. qui edidit etiam *experiundo*, ut solet Noster: sed hic contra Mss. et male, aut scribendum quoque *legendo*. J. Bos.—9 To non delet D'Orv. posterius tam Pith. Pro cognovisse Florent. *agnovisse*. Id.—1 Sic rescripsimus ex lectione Venet. *Sisyphus*: in reliquis erat, *Syphas*. Sisyphum Æoli filium vaferissimum virum fuisse prodit ex Homero Polyænua Stratagemat. lib. i. Hinc Adagio, Sisyphi artes: de qua consulendæ maximi Erasmi Chiliades. Colv. Aldus et Rom. *Syphax*. Vide Erasmus in 'Sisyphi artes.' Elmenh. *Sisyphus* jam ante Colv. editum in Ed. Junt. post. et est in Mss. Florent. In D'Orv. *Sisyphus*. Pith. *ysiphas*. J. Bosscha.—2 Edd. ante Colv. *Phrynondas* cum Ms. Pith. In D'Orv.

NOTE

peritus dictum. Totum hunc locum ex sententia Casauboni edi curavi.

^a Quis Palamedes] Solertem quidem fuisse ac ingeniosum Palamedem legimus, ejus opera fictam Ulyssis amentiam detectam esse, literas ab eo quatuor inventas, calculorum item ludum, mensurarumque ac ponderum rationem excogitatam, annum præterea ad cursum solis, et menses ad cursum lune accommodatos, item aciei ordinem, symbolum bellicum, et vigilias ab eo fuisse inventas. At eum fraudulentum fuisse, id vero nusquam legitur.

^h Quis Sisyphus] Notum adagium, Sisyphi artes; *Σισυφίου μηχαναί*. Cui adagio locum dedit hic Homeri locus: *Σίσυφος... δ' ἀπέρροτος γένει δαΐμων*.

^a Quis denique Eurybates aut Phry-

nondas] Proverbium, Phrynondas alter, de improbo homine. Hujus Phrynondas meminit Lucianus in Pseudo-manti, inter nobiles facinorosos. Videtur hic potius legendum *Eurybates*, quam *Eurybates*. Sic enim Æschines adversus Ctesiphontem: *Ὁτρε Εὐρυβάτης, ὁτρε Εὐρύβητος, ὁτρε ἄλλος οὐδέ τις πάντες τῶν πάλαι πασησὶν τοσούτοις μέγας καὶ γόνος ἐγένετο*: id est, 'Nec Phrynondas, nec Eurybates, nec alius quisquam veterum improborum, unquam talis magnus et impostor fuit.' Eurybates hic fuit fur insigni astutia, qui aliquando a custodibus in furto deprehensus, cum illi videre cuperent quo ingenio domos concenderet, stimulis quibusdam ferreis et funibus irrepit in parietem, illique intuentibus, et expeditam hominis agilitatem admirantibus, per regulas aufugiens periculum evasit. Eurybatissare, q̄.

lem excogitasset? Omnes isti, quos nominavi, et si qui præterea³ fuerunt dolo memorandi, si cum hac una Rufini fallacia contendantur, macci prorsus⁴ et buccones^{4.1} videbuntur. O mirum commentum! O subtilitas⁵ digna carcere et robore!^{6m} Quis credat effici potuisse, ut quæ defensio fuerat, [531] eadem, manentibus eisdem⁷ literis, in accusationem transverteretur?⁸ Est hercule incredibile. Sed hoc⁹ incredibile qui sit factum, probabo. Objurgatio erat matris ad filium, quod me talem virum, qualem sibi prædicasset, nunc de Rufini sententia Magum dictitaret. Verba ipsa ad hunc modum se habebant:⁹ Ἀπυλῆιος¹ μά-

quos recensui, et si aliqui adhuc fuerunt celebres fraude, si conferantur cum hoc solo dolo Rufini, apparebunt omnino fatui et rustici. O inventio admirabilis! o solertia digna carcere et præcipitatione! Quis persuasum habeat potuisse fieri, ut, quæ fuerat defensio, eadem commutaretur in criminationem, remanentibus iisdem literis? Profecto hoc est incredibile. Verum demonstrabo quo modo illud incredibile factum reipsa fuerit. Erat increpatio matris ad filium, eo quod nunc ex voluntate Rufini magum vocitaret me talem virum, qualem ipse sibi laudasset. Ipsa verba huiusmodi erant: Apuleius magus est, et ego incantata sum ab eo:

Phiromondas. Gr. φρόνιδας. *Idem.*—3 D'Orv. *propterea.* *Idem.*—4 Male Mss. et Edd. ante Colv. *buchones* vel *beckones*: confer Pric. ad h. l. Lips. Epist. Qu. 11. 22. Voss. Etym. in v. *Bucca*. Lambin. ad Plauti Bacch. v. 1. 2. *Id.*—5 Ms. D'Orv. *subtilis.* *Id.*—6 Ms. Pith. *corrobore.* *Id.*—7 Sic Edd. ante Colv. cum Ms. D'Orv. non *iisdem*. cf. Flor. N. 16. p. 73. Sic *eis* ib. N. 12. p. 44. supra hac Apol. p. 466. et 516. Ed. Flor. *Id.*—8 Mss. Pith. Fux. *converteretur.* *Id.*—9 Ms. D'Orv. *si hoc.* Pro *qui sit f.* Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *quod sit f.* *Id.*—9 Mss. D'Orv. Florent. cum Edd. Vale. sec. tert. Wow. *habeant.* *Id.*—1 Græca desunt Mss. Pith. D'Orv. Fux. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. Alii scribunt Ἀπούλειος, alii, Ἀπολλῆιος, alii, Ἀπουλῆιος. Sed scribendum Ἀπυλῆιος: ut patet ex Epigr. Christodori in Anthol. l. v. 58. Καὶ ποιεῖς ἡφθόγκτα Λατινίδος ἔργα μοῖσος Ἀἴετο παπταίνων Ἀπυλῆιος, ὅστις

NOTÆ

ρυβαρίζειν, proverbialiter dicitur aliquis, qui, in re manifesta deprehensus, aliqua tamen arte elabitur. His addere potes Cercopam, Aristodemum, Sostratum, auctore Luciano, in Pseudomanti.

¹ *Maci prorsus*] Maci fatui sunt: a Græco μακροῖν, quod Helladius apud Photium ait ἀρχαῖως esse τὸ μὴ ἀκούειν, ἢ τὸ μὴ κοεῖν, ὃ ἐστὶ ποεῖν.

Videndus Hesych. in verbo Μακροῖν.

¹ *Et buccones*] Gloss. Isidori: 'Bucco, rusticus, stultus.'

^m *Et robore*] Robur, ut puto me jam dixisse, ea pars fuit carceris, ex qua homines præcipitari solebant. Robur præterea aliquando sumitur pro arcis ex robore, in quas concludebantur servi, eratque hoc pænis servillis genus.

γος,² καὶ ἐγὼ ὑπ' αὐτοῦ μαμάγυσμαι. καὶ ἐρῶ. ἔλθετε νῦν πρὸς ἐμὰ, ὥς· τίτι σαφρονῶ. Hæc ipsa verba Rufinus, [quæ Græce interposuit,] sola excerpta,³ et ab ordine suo sejugata, quasi confessionem mulieris circumferens, et Pontianum flentem⁴ per forum ductans, vulgo ostendebat. Ipsas mulieris literas illatenus, qua dixi, legendas præbebat: cetera supra et infra scripta occultabat: turpiora esse, quam ut ostenderentur, dictitabat: satis esse, confessionem mulieris de Magia⁵ cognosci. Quid quæris? verisimile omnibus visum. Quæ purgandi mei gratia scripta erant, eadem mihi immanem invidiam apud imperitos concivere.⁶ Turbabat impurus hic, in medio foro bacchabundus:⁷ epistolam sæpe aperiens proquiritabat:° Apuleius Magus: dicit ipsa, quæ sentit et patitur: quid vultis amplius? Nemo erat, qui pro me ferret,^p ac sic responderet:⁷ Totam sodes

certe amo eum. Venite nunc ad me, dum adhuc sum compos mentis. *Rufinus circumferens hæc verba, quæ inserui Græce, extracta sola, et separata a sua serie, perinde ac si esset confessio femina illius, et ducens Pontianum per forum, monstrabat ea omnibus. Dabat ipsam epistolam Pudentillæ legendam quousque dixi: tenebat reliqua scripta ante et post: solebat dicere ea esse fædiora, quam ut possent monstrari: sufficere quod confessio illius feminae de Magia nosceretur. Quid vis amplius? hoc apparuit probabile cunctis. Quæ erant scripta ad me defendendum: ea ipsa mihi creaverunt ingens odium apud ignaros. Hic immundus excitabat turbas, vociferans in medio foro: aperiens crebro epistolam, clamitabat: Apuleius est magus; ipsa loquitur ea quæ experitur et tolerat: quid ultra petitis? Nullus erat, qui responderet pro me, et hoc modo reponeret: Da, si vis, totam epistolam:*

~~~~~

μόνον Ἀδριανὸς ἀρχιερεὺς σοφίης ἀνεβρέψατο Χειρην. *Id.* Vid. Not. Var.—3 Quidam e vulg. excerpta. Colvius. Bas. pr. cum Ms. Pith. J. Bos.—3 Male τὸ flentem omittunt vulgati codd. *Elmenhorstius.* Primus Elm. e Mss. Florent. dedit flentem, cum Scriv. et consentiant Mss. Fax. Pith. D'Orv. Quare male denno eiecit Florid. J. Bosscha.—4 Pith. magica. Mox pro quæris in Cod. D'Orv. est quasi, sed per compendium scriptum. *Id.*—5 Edd. ante Colv. concivere, ut 'conoscere mortem,' 'fugam' et sim. sed alterum præferendum, propter κυριολογίαν, et Matorum auctoritatem. *Id.*—6 Ms. D'Orv. bacchabundus. *Id.*—7 Ms. Pith. si resp. Mox D'Orv. cedes pro sodes, et probata,

#### NOTÆ

<sup>2</sup> Ἀπολόγητος μέγας, &c.] Græca hæc verba ex Casauboni emendatione excudi curavi.

° *Proquiritabat*] Verbum effictum ex his vocibus, 'Proh proh Quirites!' quibus civium fidem advocare mos erat.

<sup>p</sup> *Qui pro me ferret*] Id est, referret. Sic in De Dogmate Platon. 'Nec omnia ad fati sortem arbitratnr esse ferenda,' id est, referenda. Pesset etiam intelligi 'qui pro me ferret,' qui sustineret meas partes.

epistolam cedo. Sine, omnia inspiciam, principio ad finem perlegam. Multa sunt, quæ sola prolata calumniæ possint videri obnoxia. [592] Cujavis<sup>2</sup> oratio<sup>1</sup> insimulari potest, si ea, quæ ex prioribus nexa sunt, principio sui defraudentur: <sup>3</sup> si quædam ex ordine scriptorum ad libidinem<sup>1</sup> supprimantur: si, quæ simulationis causa dicta sunt, asseverantis pronuntiatione, quam exprobrantis<sup>2</sup> legantur. Hæc, et id genus ea, quam merito tunc dici potuerint,<sup>1</sup> ipse ordo epistolæ ostendat. At tu, Æmiliane, recognosce, an et hæc mecum testato descriperis: <sup>4</sup> Βαυλομένην γάρ μοι δι' αἵς εἶπον αἰτίας γαμηθῆναι, αὐτὸς τῶτον ἔπεισας ἀντὶ πάντων αἰεῖσθαι, θαυμάζων τὸν ἄνδρα, καὶ σπουδάζων αὐτὸν οἰκίσιν ἡμῖν<sup>5</sup> δι' ἡμοῦ ποιῆσαι.

permitte, ut considerem cuncta, et legam ab initio et usque ad finem. Plurima sunt, quæ, si pronuntientur seorsim, possint videri exposita calumniæ. Sermo cuiuslibet potest accusari, si illa, quæ connexa sunt cum præcedentibus, presenterentur suo initio: si aliqua ex serie scriptorum taceantur ad arbitrium: si ea, quæ dicta sunt fingendi gratia, legantur prolatione affirmantis potius quam objurgantis. Ipsa series epistolæ potest demonstrare quam iusta hæc et alia hujusmodi potuerint tunc dici. Sed tu, Æmiliane, agnosce, num descriperis etiam hæc mecum coram testibus: Cum enim vellem nubere propter eas causas, quas dixi, tu ipse persuasisti mihi, ut hunc præ omnibus eligerem, admirans virum, et cupiens reddere eum nobis familiarem mea opera. Nunc vero, cum nefarii et maligni

non prolata. Id.—8 Ms. Plith. *cuiqualibetavis*, ex glossa interlineari. D'Orv. *cujusvis*, item e glossa. Plaut. Bacch. iv. 2. 55. *cujanam*. cf. Gent. Id.—9 Flor. *defrudentur*. Mox pro *si quædam* D'Orv. *siquidem*. Id.—1 Schickleradus ad *livedinem*: male. Elmenhorstius.—2 Suppl. *magis*. Hellenismus Latinis quibusdam, quam ipsis Græcis familiarior. Casaub. Lege *quasi exprobr.* Quasi et quam quoties permutata invicem sint, vix numerum inire quisquam possit. Sed hic non minus apte etiam *tanquam*, si forte hoc malis, restitueretur. *Acidal.* Acidalio placet, *quasi exprobr.* vel *tanquam*. Ego Græca ellipsi sibi et aliis familiari, usum nostrum oratorem puto, *quam*, pro *magis* vel potius, quod postea alio in loco notatum Colvio vidit. Nam in omni ironia inest quædam exprobratio tacita, præsertim cum quis ea de se innuit et dicit, quorum ab aliis falso insimulatur. Exprobrat enim eis hoc modo calumniam aut stultitiam, præsertim si aperta sit ironia, ut iratorum solet. Sc. *Gent.* in *Append.* De ellipsi *roû magis* sæpius dictum supra. Ma. D'Orv. *probatius*. J. Bosscha.—3 Tunc non legitur in Pith. qui enim D'Orv. habet *potuerint*. Id.—4 Primum comparet ita in Ed. Junt. post. In aliis vett. et Mas. Pith. D'Orv. *descriperit*. Pro *an et hæc* D'Orv. *et hæc* et *hoc*. Id.—5 Lege: *ἡμῖν*. et deinde: καὶ ἑδέρων τὸν ἄνδρα ἡμῖν. Woverius. Salm. alievit quoque *ἡμῖν*. Sed Edd. omnes *ἡμῖν*. Nec male. Ceterum iidem libri Græca hic ignorant, qui

## NOTE

<sup>1</sup> Cujavis oratio] Cujusvis; quomodo dixit Virgil. 'cujam pecus,' pro *cujus*.

<sup>2</sup> Βαυλομένην γάρ μοι, &c.] Græca hæc verba ex mente Casauboni edenda curavi.

νῦν δὲ, αἱ μοχθηροὶ ὑμᾶς κακοῦθαι τε ἀναπειθουσιν, αἰρουμένων ἐγίνετο Ἀπυλῆιος μέγας, καὶ ἐγὼ μεμίσγεσθαι ἐπ' αὐτοῦ. ναὶ ἔρῳ, καὶ ἔλθετε νῦν πρὸς ἐμὲ, ἵως ἔτι σφωρονῶ. Oro te, Maxime, si literæ, ita ut partim vocales dicuntur,<sup>6</sup> etiam propriam vocem usurparent; si verba, ita ut poëtæ aiunt, pinnis apta vulgo volarent;<sup>7</sup> nonne cum primum epistolam istam Rufinus mala fide exciperet, pauca legeret, multa et meliora sciens reticeret; nonne tunc<sup>8</sup> ceteræ literæ scelestæ se detineri proclamassent? verba suppressa de Rufini manibus foras evolassent? totum forum tumultu complessent? se quoque<sup>9</sup> a Pudentilla missas, sibi etiam quæ dicerent mandata? improbo ac nefario homini per alienas literas falsum facere tentanti ne auscultarent,<sup>1</sup> sibi potius audirent: Apuleium Magiæ non accusatum a Pudentilla, sed accusante [533] Rufino absolutum? Quæ omnia<sup>2</sup> etsi tum dicta non sunt, tamen nunc, cum magis prosunt,<sup>3</sup> luce illustrius apparent. Patent artes tuæ,<sup>4</sup> Rufine, fraudes hiant, detectum menda-

vos sollicitant, Apuleius repente magnus factus est, et ego incantata sum ab eo. Certe amo eum. Venite nunc ad me, donec adhuc sum compos mentis. Te rogo, Maxime, si literæ sumerent quoque vocem sibi propriam, quemadmodum pars earum dicuntur vocales, si dictiones instructæ aliis volitarent passim, sicut poëtæ dicunt; annon eo tempore, quo Rufinus colligebat dolose verba hujus epistolæ, et legebat pauca, nitebat vero, data opera, plurima et optima; annon, inquam, reliquæ literæ exclamassent se suppressi nefarie? annon dictiones prætermisæ silentio evolassent foras ex manibus Rufini? nonne implevissent totum forum strepitu? dicentes se etiam missas fuisse a Pudentilla, sibi etiam commissas fuisse aliqua ad dicendum? ne astantes audirent virum prævum ac scelestum, conantem persuadere falsum, ope epistolæ alienæ, auscultarent sibi potius: Apuleium non fuisse insinuatam magiæ a Pudentilla, sed contra, cum illum Rufinus insinularet, ab ipsa fuisse purgatum? Quæ universa, quanquam non fuerint dicta tunc, nihilominus nunc, quando plus juvant, patent clarius ipso lumine. Dolī tui detecti sunt,

~~~~~

supra. J. Bosscha.—6 Pith. et l. i. ut ... dicantur. D'Orv. s. l. ut ita ut ... d. Id.—7 Non capio, nisi id vulgo valeat 'passim,' 'quoqueversus': ad sensum optime, ni remote aliquantulum, posses vere legere. An forsan proba vox altera, at loco mota? legendumque, si verba, ita ut vulgo Poëtæ a. p. a. v. Pric.—8 Ms. D'Orv. tam. J. Bosscha.—9 Male Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. si q. Id.—1 Ms. D'Orv. nec. Pith. acult. Id.—2 D'Orv. etiam. Id.—3 D'Orv. possunt: in eod. et Florent. statim apparerent. Id.—4 Pith. aures t. Id.

NOTE

⁶ Si verba, ita ut poëtæ aiunt, pinnis que, quæ volantia poëtæ appellant.⁷ apta vulgo volarent] Florid. l. 'Verba- ⁸Ereos πρῶτον, Homero.

cium est. Veritas olim interversa, nunc se effert,⁵ et velut alto barathro calumniæ se emergit.⁶ Ad literas Pudentillæ provocastis: literis vinco: quarum si vultis extremam quoque clausulam audire, non invidebo.⁷ Dic tu,¹ quibus verbis epistolam finierit mulier obcantata, vecors, amens, amans:² ἡγὼ οὐτὶ 9^a μεμάρτυμαι. ὅτι δ' ἔγω, αἰτία ἢ εἰσαγωγὴν ἔπο. Etiamne amplius? Reclamat vobis¹ Pudentilla, et sanitatem suam a vestris² calumniis quodam præconio vindicat. Nubendi autem seu rationem, seu necessitatem, fato ascribit, a quo multum Magia³ remota est, vel potius omnino

o Rufine, fallacia patent, mendacium est. revelatum. Veritas, quam tu olim subvertisti, nunc se extollit, et prodit quasi ex profundo gurgite calumniæ. Appellastis ad epistolam Pudentillæ: supero vos ope ipsius epistola: cujus si cupitis audire ultimam clausulam, non impediam. Tu recita quibus verbis femina incantata, insana, furiosa, amens clausit literas: Ego nequaquam incantata sum: quod autem amo, causa fuit Fatum. An aliquid ultra cupitis? Pudentilla contradicit vobis, et defendit suam sapientiam a vestris mendaciis, quodam publica reclamazione; attribuit vero Fato sive causam, sive necessitatem nubendi; a quo Fato

~~~~~

5 D'Orv. Pith. se fert. Id.—6 Calumnias emergit. Emendat Lipsius: calumniæ se emergit. Colvius. Calumniæ se mergit rescribo ex Flor. Vulgati calumniæ emergit. Elmenhorstius. Verissime emendavit Lipsius, ut citat locum Heins. ad Ovid. Fast. III. vs. 367. ubi vide plura de locutione 'emergere se.' Add. Græv. ad Cic. de Harusp. Resp. c. 25. VV. DD. ad Nepot. Att. c. 11. Drakenb. ad Sil. VII. 413. ubi contra Drakenborchii mentem citatur locus noster ita: calumniæ se mergit; uti perperam editum ab Elmenh. e Mss. Florent. et Scriv. ac marg. ascriptum a Gœsio. Nam prorsus hæc ἀντίλογα sunt sese effert et se mergit. cf. in primis Cic. pro Cluent. a Pric. cit. Multo melius Edd. Altenb. Bip. calumniæ emergit. In Mss. D'Orv. Pith. legitur calumnias emergit, ut et in Edd. ante Casaub. qui primus dedit calumniæ emergit, quem sequuntur Gent. Pric. Flor. Quia tamen s littera in Mss. O. adest: prætuli calumniæ se emergit. Se mergit pro se emergit non h. tantum l. corrupte scriptum in Mss. sed sæpe alibi: cf. ex. gr. Severi Etn. vs. 118. J. Bosscha.—7 Ms. D'Orv. videbo. Id.—8 Ms. Pith. et hic amens. Id.—9 Hæc nostra emendatio est, quam eliciimus ex ista priorum omnium librorum: ἡγὼ ὅττι μεμάρτυμαι ὅτι τὴν ἐπιστολήν ἔποι. Corrupta omnia, et hiantia: deest enim verbum αἰτία. Senatus est, 'Ego, ait, non sum incantata: sed amoris mei causa est Fatum.' Emendationem nostram non possumus librorum auctoritate confirmare: sed possumus Apuleii ipsius. Nam bene a nobis restitui illa, ὅτι δ' ἔγω, αἰτία ἢ εἰσαγωγὴν ἔπο, evincunt hæc statim, 'Nubendi autem seu rationem seu necessitatem Fato ascribit.' Casaub.—1 Excidit Ed. Florid. J. Bos.—2 Ed. Junt. post. nostris. Pro vindicat Ms. D'Orv. vindicatur. Id.—3 Ms. Pith. Magica. In D'Orv. rursus desunt seqq. usque ad ... 'negavit.'

#### NOTE

<sup>1</sup> Dic tu] Anagnosten suum alloquitur, qui jam legerat ex epistola Pudentillæ verba superius relata.

<sup>2</sup> Ἐγὼ οὐτὶ, &c.] Hæc Græca ex-

cludenda curavi, et verti ex Casauboni emendatione. Erat prius Ἐγὼ οὐτὶ μεμάρτυμαι ὅτι τὴν ἐπιστολήν ἔποι, corrupte et nullo sensu.

sublata. Quæ enim relinquitur vis cantaminibus et veneficiis, si fatum rei cuiusque, veluti violentissimus torrens,<sup>5</sup> neque retineri potest, neque impelli? Igitur hac sententia sua Pudentilla non modo me Magum, sed omnino esse Magiam negavit. Bene, quod integras epistolas matris<sup>5</sup> Pontianus ex more asservavit: bene, quod vos<sup>5</sup> festinatio iudicii antevortit, ne quid in istis literis ex otio novaretis. Tuum hoc, [534] Maxime, tuæque providentiæ beneficium est, quod a principio intellectas<sup>6</sup> calumnias, ne corroborarentur tempore, præcipitasti,<sup>7</sup> et nulla impertita mora subnervasti.<sup>7</sup> Finge nunc, aliquid matrem filio secretis literis de amore, uti assolet, confessam. Hoccine verum fuit,<sup>8</sup> Rufine, hoc non dico pium, sed saltem humanum,

*magia valde distat, aut potius tollitur penitus. Nam quæ restat virtus incantationibus et maleficiis, si Fatum singularum rerum, tanquam torrens rapidissimus, neque potest coerceri, neque accelerari? Ergo Pudentilla affirmavit hoc suo iudicio, non solum me non esse magum, sed et nullam prorsus magiam existere. Gaudeo quod Pontianus conservavit epistolam suæ matris integram secundum suam consuetudinem. Gaudeo quod acceleratio iudicii prævenit ros, ne mutaretis aliquid ex ista epistola, si tempus daretur. Hoc est beneficium tuum et tuæ prudentiæ, o Maxime, quod prævenisti ab initio eorum mendacia tibi perspecta, et fregisti ea nulla delatione concessa, ne confirmarentur tempore. Pone jam matrem fassam esse filio aliquid de amore in epistola secreta, ut solet fieri. An hoc fuit æquum, o Rufine? An hoc*

*Id.—4 Pith. pudeo non eodem: et mox negarerū pro negavit. Id.—5 Pith. magicas ep. m. D'Orv. int. manus. Dein Pith. asservabit, D'Orv. observavit. Pro nequid Pith. nec quid. Id.—6 D'Orv. intellectus. Statim Pith. corroborentur. Id.—7 Sic Ald. et Rom. Flor. nullam impertitam horam subnervasti. Vide Casauboni notas. Elmenhorstius. Ms. D'Orv. nullam impertitam horam.*

## NOTÆ

<sup>5</sup> Si fatum rei cuiusque, veluti violentissimus torrens, &c.] Ita Seneca, lib. 11. Natural. Questionum, cap. 35. 'Quemadmodum rapidorum aqua torrentium in se non recurrit, nec moratur quidem, quia priorem superveniens præcipitat; sic ordinem rerum Fati æterna series rotat, cuius hæc prima lex est, stare decreto.'

<sup>6</sup> Bene, quod vos, &c.] Æmilianum et Rufinum alloquitur.

<sup>7</sup> Præcipitasti] 'Præcipitare' hic non est, accelerare, aut in præcepta

agere; sed, prævenire, præcipere, prævertere, præoccupare.

<sup>8</sup> Subnervasti] Proba vox est: significat succidere. Gloss. *νευροκονῶ*, subnervo. Festus, supernoare. Noster, Metamorph. viii. 'Poplites enervare.'

<sup>8</sup> Hoccine verum fuit] 'Verum' hic, iustum, seu æquum significat. Priscian. lib. xvii. 'Justum pro vero, et verum pro iusto, frequenter tam nos quam Attici ponimus.'

promulgari<sup>2</sup> eas literas, et potissimum filii præconio publicari? Sed sum ego inscitus,<sup>3</sup> qui pestalo, ut alienum pudorem conserves, qui tuum<sup>1</sup> perdidieris. Cur autem præterita conqueror, cum non sint minus acerba præsentia? Hucusque<sup>2</sup> a vobis miserum istum puerum depravatam, ut matris suæ<sup>1</sup> epistolas, quas putat amatorias, pro tribunali Proconsuli<sup>4</sup> recitet, apud virum sanctissimum Claudium Maximum, ante has Imperatoris Pii statuas,<sup>5</sup> filius matri suæ pudenda exprobrat supra, et amores objectet?<sup>6</sup> Quis tam est mitis, quin exacerbescat?<sup>6</sup> Tunc, ultime,

*fuit, non dico pium, sed vel humanum certe, illam epistolam divulgari, et differri, ac præsertim publicatione filii? Verum egone ineptus sum, qui posco ut tu custodias pudorem alterius, qui amisisti tuum? Sed quare doleo præterita, cum præsentia non sint minus dura? Adeone infelicem adolescentem corruptum esse a vobis, ut legat literas suæ matris, quas credit esse amatorias, ante solium iudicis, coram Proconsule, coram Claudio Maximo, viro castissimo; ut natus objiciat suæ parenti pudendas turpitudines et amores ante hæc simulacra Pii Imperatoris? Quis adeo lenis est, qui non irascatur? An tu sponte tua rimaris mentem tuæ*

~~~~~  
 Ia Fulv. quoque hora. J. Bosscha. Vid. Not. Var.—8 Ald. et Flor. *promulgari*. Elmenhorstius. In mea Ald. Ed. est *promulgari*. Sed *promulgari* cum Ed. Junt. post. dedit Scriv. cum Elmenh. e Mss. Florent. astipulante D'Orv. Videtur id probare Oudend. ad Sueton. Ner. c. 36. Mihi h. l. magis arripet *promulgari*, quod minus *ταυτόλογοι* sequenti *publicari*. Supra p. 419. 'Namque hæc et id genus omnia dissimulare et occultare, peccantis; profiteri et promulgare, indolis est.' Sic aliquoties extra legum mentionem occurrit *promulgare*. cf. l. de Dogm. Plat. ii. p. 245. Infra p. 536. dixit Auctor 'maritale secretum divulgarent,' non, *promulgarent*. J. Bos.—9 Al. *inascius*.—1 Florid. iterum addidit *pudorem*. J. Bos.—2 Ms. D'Orv. *hicusque*. Id.—3 Al. *matri suæ*.—4 Id. cum Pith. *proconsul*. Pro *has Imperatoris Pii* D'Orvill. *hostium 'ppii*. Id.—5 D'Orv. *amore oblectet*, in quo statim exulat est. J. Bos.—6 *Exardescat*. Fulvius. Sciopp. in *Symb.* Fulvius, *quin exardescat*. Scip. Gentilis. Aldus *exardescat*. Elmenhorstius. Aldi editio, *Exardescat*. Fulvii liber, *Exardescat*. Ego nil mutem. Onomast. vet. *Exacerbesco, exaspero, exaspero*. Pric. *Exardescat* esse Fulviani Cod. lectionem ait Wow. in Var. Lect. quam, non *exardescat*, esse Fulvii conjecturam testatur Sciopp. In Ed. Bas. pr. est *exarbescat*. J. Bosscha.—7 Tunc ultro. F. ultima, ut in Asino lib. 111. Brant. Lectio ad imas ceras

NOTE

^b *Ante has Imperatoris Pii statuas*] Antonini Pii. Fuit nempe cum animadvertetur in quævis turpiter ante Imperatorum statuas dicta factave; quod crimen impietatis historici nominant. Insanum hunc cultum Augusti primum statuis exhibitum fuisse apparet ex Suetonio, in Tiberio: 'Statuæ quidam Augusti caput demersat, ut alterius imponeret. Acta

res in senatu, et, quia ambigebatur, per tormenta quæsitæ est. Damno reo, paulatim hoc genus calumniæ eo processit, ut hæc quoque capitalia essent, circa Augusti simulacrum servum cecidisse, vestimenta mutasse, nummo vel annulo effigiem [ejus] impressam latrinæ aut lupanari intulisse.'

parentis tuæ⁸ animam in istis⁹ scrutaris? oculos observas? suspiritus¹ numeras? affectiones exploras? tabulas intercipis? ^c amorem revincis? [535] Tune, quid in cubiculo agat, perquiris,^a ne mater tua amatrix, sed omnino femina? ^d estne ut in ea cogites, nisi unam parentis religionem? O infelix uterum^e tuum,³ Pudentilla! o sterilitas liberis potior!^f o infausti⁴ decem menses!⁵ o ingrati quatuordecim anni viduitatis!^h Vipera, ut audio, exeso matris utero in lucem proserpit, atque ita parricidio gignitur. At enim tibi a filio jam adulto acerbiores morsus viventi et videnti offeruntur. Silentium tuum laniatur, pudor tuus carpitur,⁵ pectus tuum foditur,⁶ viscera intima

matris in his rebus? an tu exploras ejus oculos? an numeras suspiria? an observas ejus affectus? deprehendis ejus epistolas? arguis ejus amorem? An tu scrutaris quid faciat in suo cubiculo, non dicam tua parens amans, sed vel ulla mulier? Potestne existimare aliud esse in ea, prater pietatem matris? O infortunatum tuum ventrem, Pudentilla! o quam sterilitas melior est filijs! o infelices decem menses! o quatuordecim annos viduitatis male remuneratos! Vipera (quemadmodum accipio) prodit in luminis auras corrosos ventre sua parentis, et sic nascitur parricidio. Sed crudeliores morsiones inferuntur tibi viventi et cernenti a nato jam adulto. Tuum silentium laceratur, tua pudicitia diffamatur, tuum pectus per-

eradenda. Scribe, ultime, quod qui Genium et voces Auctoris novit, lubens amplectetur. *Pric.* Ultime legendam esse monuit idem *Pric.* ad Met. l. iii. p. 54. suæ Ed. et allevit etiam Salm. Unde suspicor eum id, aut ejus vestigia invenisse in Ms. Fux. Sane mirifice firmatur ea lectio a Ms. Pith. in quo ultimo. Quid sibi velit Brantius, non capio, nisi et ille voluerit ultime, i. e. pessime, sceleratissime. *Utro* potest explicari, sine necessitate, nulla legitima causa coactus. *J. Bosscha.*—8 Operarum vitio in Ed. Flor. est p. tui. Id.—9 I. e. in his rebus secretis. Delent in Elm. Scriv. Edd. Altenb. Bip. quasi sit Dativus commodi: ut servias nefariis istis hominibus, Rufino, Æmiliano, &c. Sed aliter Mss. Pro istis D'Orv. *justis.* Edd. veti. quædam *scrutans.* Id.—1 Al. *suspiratus.*—2 Vid. Not. Var.—3 Ms. D'Orv. *uterus tuus.* J. Bos.—4 Pith. *infantis.* Pro exeso D'Orv. *exese.* Id.—5 Ms. D'Orv. *capitur:* male. Id.—6 Ms. Pith. *fodiatur.* An *fodicatur?* ex imitatione Plauti Bacch.

NOTE

^c *Tabulas intercipis*] Quas de amore suo scribit.

^a *Ne mater tua amatrix, sed omnino femina*] Sic legit Casaub. quem secutus sum. 'Ne' hic sonat, nedum, aut non dicam. Planus sensus est.

^e *Uterum*] Pro, uterum, ut multa alia promiscue.

^f *O sterilibus liberis potior*] Liberis Sicinio Pudenti similibus.

⁵ *O infausti decem menses*] Quibus eum in utero gestanti. Catullus: 'Matri longa decem tulerunt fastidia menses.'

^h *O ingrati quatuordecim anni viduitatis*] Quibus etiam cum propriæ valetudinis dispendio vidua mansleti, quo nati commodis consuleres. 'Ingrati' hic sonat, quibus non sunt redditæ dignæ grates.

protrahuntur. Hascine gratias bonus filius matri rependis, ob datam vitam? ob acquisitam hæreditatem? ob quatuordecim annorum longas alimonias? Hiscine te patruus disciplinis erudit, ut si compertum habeas, filios tibi similes futuros, non audeas ducere uxorem? Est ille poëtæ versus non ignotus:¹

Odi⁹ puerulos præcoci sapientia.^{1k}

Sed enim malitia præcoci puerum¹ quis non aversetur,² atque oderit? [596] cum videat velut monstrum quoddam, prius robustum³ scelere, quam tempore, ante nocentem,⁴ quam potentem, viridi pueritia, cana malitia: vel potius

foratur, præcordia penitissima revelluntur. Egrege nato, tunc refers has grates matri tuæ pro vita, quam tibi largita est? pro hæreditate, quam tibi comparavit? pro diutina nutritione quatuordecim annorum? an patruus tuus te imbuit rjusmodi doctrina, ut, si certo scires liberos tuos fore tibi similes, non auderes ducere uxorem? Hic versus poëtæ non incognitus est: Non amo pueros præmatura sapientia. At enim quis non fugiat et odia prosequatur puerum præmatura improbitate? cum cernat eum, quasi quoddam monstrum, prius validum esse crimine, quam ætate; prius nocentem, quam robustum; virenti ætatula, pravitate jam cana; aut potius

~~~~~

1. 1. 30. 'Animum fodicant, bona destimulant, facta et famam sauciant.' J. Bosscha.—7 Vett. edd. *respondes*: unde faciebam, *rependes*. Colvius. Junt. post. cum Mas. recte tnetur *rependis*. J. Bosscha.—8 Vitam sententiam afferes legendo, ut quasi c. h. Pricæus. Non probō. Tota perodus est *broderuch*. J. Bosscha.—9 Pith. coi. Id.—1 Flor. *præcoqui* s. sed vitium scribæ est confundentis literas q et c. Est enim casus ejus rectus non *præcoquis* sed *præcox*. Agell. lib. x. cap. 11. *Elmenh*. Pith. etiam *præcoqui*, D'Orv. *præcoquos sapientiam*, sed mox cum Pith. *præcoqui*, qui Matorum consensus nonnihil pugnat contra Gell. l. c. ubi vid. quoque Gronov. Quint. I. O. 1. 3. 'Illud ingeniorum præcox genus, non temere unquam pervenit ad frugem:' ubi vid. Pareus. Tertull. de Anima cap. 20. 'pueri mense citius eloquuntur præcoce lingua.' *Sequentia sed enim malitia præcoci puerum*, ut verus leguntur in Edd. Junt. pr. Ald. Bas. pr. J. Bos.—2 D'Orv. *aversetur*. Id.—3 Margar. poët. *robusto*. Vulg. *robustus*. Non dubitavi corrigere *robustum*. Colvius. Bene, licet Edd. vett. O. et Mas. Florant. D'Orv. habeant *robustos*: sed veram lectionem servat Ms. Pith. Quod nisi esset, mallem *robusto scelere*, ex Cic. Phil. II. 25. 'Sed hæc, quæ robustioris improbitatis sunt:' et tum, 'robusto tempore,' ut, 'robustior annus' apud Ovid. Met. xv. 206. J. Bos.—4 Negligenter Ed. Flor. aut *noc*. Id.—5 Non displiceat mihi

#### NOTE

<sup>1</sup> Est ille poëtæ versus non ignotus] Notissimus quidem versus est Apuleii nostri beneficio, at poëtæ ignoratur, quod eum quis fuerit non prodidit.

<sup>k</sup> *Præcoci sapientia*] Quæ prævertit ætatem. Metaphora est a fructibus

ante tempus solitum maturis.

<sup>1</sup> *Malitia præcoci puerum*] Hinc malitiæ isti præcoci leges ætatis privilegia ademerunt, ex. gr. in integrum restitutionem: quia in eis, ut vulgo dicitur, malitia supplet ætatem.

hoc magis noxium, quod cum venia perniciosus est: et nondum poenæ,<sup>m</sup> jam injuriæ sufficit. Injuriæ dico? immo enim sceleri adversum parentem nefando, immani, impetibili.<sup>n</sup> Athenienses quidem<sup>o</sup> propter commune jus humanitatis, ex captivis epistolis Philippi Macedonis hostis sui unam<sup>6</sup> epistolam, cum singulæ publice legerentur, recitari prohibuerunt, quæ erat ad uxorem Olympiadem<sup>7</sup> conscripta. Hosti potius pepercerunt, ne maritale secretum divulgarent: præferendum rati fas commune propriæ ul-

*eo nocentior, quod, cum noceat, ei ignoscitur: et nondum idoneus est supplicio, cum tamen jam sit idoneus injuriæ faciendæ. Quid dico injuriæ? quin etiam et crimini infando, enormi, turpi, contra suam matrem. Athenienses quidem ob publicum jus humanitatis vetuerunt ne legeretur una ex epistolis interceptis Philippi Macedonis sui hostis, quæ scripta erat ad conjugem ejus Olympiadem, cum tamen omnes alias legerentur palam. Maluerunt ignoscere hosti, quam propalare arcanum conjugale: arbitrati jus publicum esse anteponendum suæ*

~~~~~

quondam. Casaubonus. Quod arripuere Vule. Ed. tert. Wow. Elm. Flor. sed contra Mus. J. Bos.—6 Ed. Vic. vanam. Id.—7 Mus. Pith. D'Orr. Olympiadis. Id.—

NOTÆ

^m *Nondum poenæ*] Quia nondum erat in viros relatus, ante quod tempus capite plecti quenquam non licebat. Hinc Dio de Triumviris prescriptione grassante: Παιδίσκον τὴν αἰς ἐφ' ἑβόλου εἰσέταγον, ἢ ὡς αἰς ἄνδρας ἔδει τέλει ἀποθάνει. Puerulum quendam in adolescentium numerum retulerunt, ut, statim atque ad virilem ætatem pervenisset, interficeretur. Similis religio circa virgines capitis damnatas, quas, priusquam morti traderentur, corrasas fuisse referunt Tacit. Annal. v. et Sueton. in Tiber. quia nempe virginem supplicio extremo affici nefas erat.

ⁿ *Impetibilis*] 'Impetibile' idem est ac, impetitioni obnoxium, quod facile potest impeti. Solinus de chameleonte: 'Impetibilis est coraci, a quo cum interfectus est, victorem suum perimit interemtus.' Postea cœpit hoc vocabulum accipi de re turpi et reprehensioni obnoxia, ut hoc loco

Delph. et Var. Clus.

Apuleii. Symmachus Epist. 103. lib. ix. 'Nam mihi turpe atque impetibile est, attonito animo et fronte mœsta lætos adire conventus.' Priæus 'impetibile' hic pro impetuoso seu violento sumebat. Favet huic Gloss. vet. a Casaub. allata: Impe-teius, βλας.

^o *Athenienses quidem, &c.*] Rem narrat Plutarchus in Præceptis Politicis: Οἱ Ἀθηναῖοι, inquit, φιλέππου γραμματοφόρους λαβόντες ἐπιστολὴν ἐπιγεγραμμένην Ὀλυμπιάδι κορίζοντας, οὐκ ἔλυσαν, οὐδὲ ἀπεκάλυψαν ἀνδρὸς ἀποθήμου πρὸς γυναῖκα φιλοφροσύνη. Sed hic Plutarchus solius epistolæ ad Olympiadem scriptæ meminit. Helladius apud Photium meminit et ceterarum. De humanitate Atheniensium et literis Philippi: Τὰ μὲν ἄλλα [γράμματα] ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀνεγινώσκετο. ἐπιγραφὴν δὲ τιτὸς γράμματος ἔχοντος, Ὀλυμπιάδι φίλιππος, ὁ δῆμος ἅμα ἔβόησε μήτε λύνει μήτε ἀναγινώσκειν, &c.

Apul.

5 D

tionem. Tales hostes, adversus hostem: tu qualis filius adversus⁸ matrem? Vides, quam similia contendam? Tu tamen⁹ filius matris epistolas, de amore, ut ais, [537] scriptas, in isto coetu legis, in quo si aliquem poetam lascivorem jubereris legere, profecto non auderes,¹⁰ pudore cum¹¹ aliquo¹² impedire: immo enim nunquam matris tuæ literas attigisses, si ullas literas attigisses.¹³ At quam ausus es¹⁴ tuam¹⁵ ipsius epistolam legendam dare, quam nimis irreverenter, nimis contumeliose et turpiter de matre tua scriptam, cum adhuc in ejus sinu alerere,¹⁶ miseram clanculo ad Pontianum: scilicet ne semel peccasses, ac tam

vindicta. Tales fuerunt illi hostes erga suum hostem: tu qualis es filius erga tuam matrem? Cernisne quam similia comparem? Nihilominus, tu licet sis filius, recitas in hac concione literas matris conscriptas, ut dicis, de amore: in qua concione, si præciperetur tibi ut recitares aliquem poetam obsceniorum, certe non auderes; saltem prohibereris aliqua verecundia: quinimmo sane, si imbutus esses aliquibus aliis literis, nunquam tetigisses literas tuæ parentis. At non veritus es etiam præbere tuam ipsius epistolam legendam, quam furtim miseris ad Pontianum, conscriptam de tua matre nimis injuriose et fœde, dum adhuc educareris in ejus gremio: nempe ne deliquisses tantum semel, et tam probum tuum

8 D'Orv. quasi f. adversum. Id.—9 Tu non est in Ed. Junt. post. Ma. D'Orv. ut ait et aliquam poetam. Pro jubereris Edd. Junt. pr. Ald. Bas. pr. juberetis, quod, si bene video, rursus in vectum Ed. Bip. Id.—1 Vid. Not. Var.—2 Vulgo si ullas alias att. sed alias, quo melius caremus, delevi ex Mss. Pith. D'Orv. J. Bos.—3 Ad quam ausus es. Legendamne Atquin? Colvius. Nihil muto. Brant. Locum totum ita qua scribo, qua interpungo: Immo enim nunquam matris tuæ literas attigisses, si ullas alias attigisses. At etiam ausus es tuam ipsius epistolam legendam dare, qua nimis, &c. Sic Plant. Pseud. 'Lege vel tabellas redde. Ps. Immo enim pellegam.' Cic. ii. Philipp. 'At etiam ausus es (quid autem est, quod tu non audeas?) Divum Capitolinum dicere, me Cos. plenum servorum armatorum fuisse.' Acidal. Nihil fluctuant Mss. aut Edd. vett. sed constanter servant ad quam; quibus ut proxime insistam, lego: At quam ausus es, &c. pro, qualem. Quod enim ex conj. Valc. primus Scal. et dein Wow. Elm. Scriv. dedere at quam nequiter, ei emendationi, Mss. nihil juvantibus, tanquam nimis, non assurgo. Malim tunc atquin, vel, at etiam. J. Bos.—4 Pith. alere, in quo mox pro scilicet est semel, ut et infra b.

NOTE

⁸ Non auderes] Wower. ex vet. cod. non abrueris.

⁹ Pudore cum [tamen] aliquo] Illud 'tamen,' si genuina lectio est, sonat, saltem.

¹² Si ullas [alias] literas attigisses] Si imbutus fuisses literis humanioribus,

quibus edoceri potuisses filii erga matrem officia.

¹³ At quam [quin] ausus es tuam, &c.] Ita Colvius et Pric. Elmenhorst. et Scriverius: At quam nequiter ausus es, &c.

bonum tuum factum obtutu capesseretur.⁵ Miser non intelligis, idcirco patrum tuum hoc fieri passum, quo⁶ se hominibus⁷ purgaret; si ex literis tuis nosceretur, te etiam prius, quam ad eum commigrasses, etiam cum matri blandirere, tamen jam tum vulpionem⁸ et impium fuisse. Ceterum nequeo in animum inducere, tam stultum Æmilianum esse, ut arbitretur mihi literas pueri, et ejusdem accusatoris mei, obfuturas. Fuit et illa commentitia⁹ epistola,¹⁰ neque mea manu scripta, neque verisimiliter conficta, qua videri volebant blanditiis a me mulierem sollicitatam. Cur ergo blandirer,⁹ si Magiæ confidebam? Qua autem via ad istos pervenit epistolâ,¹ ad Pudentillam scilicet per aliquem [538] fidelem missa, ut in re tali actitari² solet? Cur præterea tam vitiosis verbis, tam barbaro sermone ego scriberem,³ quem iidem dicunt nequaquam Græcæ lin-

facinus oblivioni daretur. Infelix non vidēs patrum tuum ideo visisse te hoc facere, ut excusaret se apud cunctos; si cognosceretur ex tua epistola, te etiam antequam transivisses ad eum, etiam quando matri tuæ adulabaris, jam tunc nihilominus fuisse veteratorem et impium. Porro non possum mihi persuadere Æmilianum esse tam stolidum, ut credat epistolam pueri ejusdemque mei accusatoris mihi nocituram. Illa quoque epistola, qua volebant ut illa famina videretur fuisse sollicitata a me blanditiis, fuit fictitia, neque exarata mea manu, neque excogitata probabiliter. Quare igitur adularer, si factus eram Magia? Quo pacto vero illa epistola, quam nimirum miseram ad Pudentillam per aliquem fidum ministrum, ut solet fieri in simili negotio, delata est ad illos? Quare insuper scriberem verbis adeo malis, oratione adeo impolita, ego, quem illi ipsi aiunt nullatenus ignarum esse

pag. extr. Id.—5 Vid. Not. Var.—6 Ms. D'Orv. quod. J. Bos.—7 Hoc prætulī cum Junt. post. et Mss. D'Orv. Pith. Vulgo: omnibus. In seqq. Ms. D'Orv. male literis suis, et dein, mater blandiretur. Id.—8 Bas. 1. Rom. commendaticia. Colvius. Ms. D'Orv. manu mea ... quam videri. J. Bos.—9 Cur ego blandirer. Florent. cur ego blandirem. Elmenhorstius. Alii: cur ego. Pro magiæ conf. D'Orv. magiæ c. Pith. magiam c. J. Bos.—1 Locum impediunt voces eæ ad istos. Sensus apertior erit si sic scripseris, Qua autem via pervenit E. a. P. &c. Pric. Locus apertissimus est. Probat Auctor, epistolam illam non a se scriptam, sed ab adversariis confictam esse. Ad istos, i. e. ad adversarios. J. Bos.—2 Flor. accusari: inepte. Elmenhorstius. Accedit tamen D'Orv. In Pith. accari. J. Bos.—3 Vulgo, conscriberem. Elmenhora-

NOTÆ

⁵ Vulpionem] Veteratorem, subdolum. Hoc enim sonant 'vulpes,' 'vulpecula,' 'vulpio.' Vide Erasmus, in adagio, Vulpina lingua.

⁹ Fuit et illa commentitia epistola,

&c.] Alia epistola, quam ad Pudentillam ab Apuleio scriptam mentiebantur, quamque eo nomine huc illuc circumferebant.

guæ imperitum? Cur autem ⁴ tam absurdis tamque tabernariis blanditiis ⁵ subagitarem, ⁶ quem iidem aiunt versibus amatoriiis ⁷ satis scite lascivire? Sic est profecto: cuivis palam est: hic, qui epistolam Pudentillæ Græcатиorem ⁸ legere non poterat, ⁹ hanc ut suam facilius legit, et aptius commendavit. ³ Sed jam de epistolis satis dictum habebo, si hoc unum addidero: Pudentillam, quæ scripserat dissimulamenti causa ^a et deridiculi, ἔλθετε ἰσὺς ἑτὶ σωφρονῶν, ⁹ post hasce literas evocasse ad se filios ^b et nurum: cum his

lingua Græca? Quare vero eam sollicitarem blandimentis adeo ineptis, adeoque plebeiis, ego, quem ipsi dicunt ludere satis eleganter carminibus amatoriiis? Ita est certe. Manifestum est cuilibet. Ille, qui nequibat legere epistolam Pudentillæ paulo magis Græcam, facilius legit hanc utpote a se scriptam, et exposuit clarius. Verum putabo me jam satis locutum de epistolis, si adjecero hoc solum: Pudentillam, quæ scripserat dissimulanter et per jocum: Venite dum adhuc sapio; post illam epistolam accersivisse ad se suos liberos et nurum: habitasse fere per duos menses

tius. Scriberem ex Florent. dedit Elmenh. et inde Scriv. et Flor. Sed dia ante habebat id jam Ed. Junt. post. J. Bos.—4 Pith. cur artam tam abs. tam tab. b. a. quam iid. Id.—5 Forte sublaterarem, aut simile aliud reponendum. Colvius. Mihi non displicet hæc lectio. Plantus Cistell. 'Subagito blandis et benedictis dictis.' Brant. Mss. Pith. D'Orv. subagitarem. Subagitare nequitia verbum est, quod non solicitandum. J. Bos.—6 Forte Græcатиorem, sed retineo Græcатиorem. Utiur eo Tertallian. Brant. Abest vox Ms. Pith. in quo paulo ante hoc pro hic. J. Bos.—7 Ms. D'Orv. potest, at: non male. Id.—8 Ad mentem Apuleii recte Lipsius, apertius commentavit. Colvius. Lipsius apertius commentavit, quod non improbo. Pric. Quo sensu Floridus interpretatus est, 'exposuit clarius.' Mihi non adeo displicet aptius commendavit: i. e. facilius persuadere aliis potuit, eam fide dignam esse. J. Bos.

NOTÆ

^a Tamque tabernariis blanditiis] Tam rusticis, tam plebeiis, tam vulgaribus. Elegantissime Aristophanes, in Equit. ὑπογλυκαίνειν ἡμῶν τοῖς μαγειρικοῖς, subblandiri voculis culinariis.

² Quem iidem aiunt versibus amatoriiis, &c.] Vide hujus Apologiæ initium.

⁷ Græcатиorem] Μᾶλλον ἑλληνίσουσαν: dariaseule dictum.

⁸ Et aptius commendavit] Legere malim cum Lipsio et apertius commentavit: quo sensu interpretatus sum.

^a Dissimulamenti causa] Similiter Florid. i. 'Musæ cum Minerva dissimulamenti gratia iudices astitere.'

^b Post hasce literas evocasse ad se filios] Vel ex hoc loco patet legendum fuisse in superioribus omnibus locis: ἔλθετε ἰσὺς ἑτὶ σωφρονῶν, non autem ἔλθετε, ut est in plerisque editionibus. Hoc enim sibi vult, Pudentillam, quæ per epistolam filios suos dissimulamenti et ridiculi gratia ad se revocarat his verbis, ἔλθετε νῦν πρὸς ἐμὲ, &c. post illam epistolam eos ad se evocasse serio.

ferme duobus mensibus conversatam. Dicat hic pius filius,¹ quid in eo tempore sequius² agentem³ vel loquentem matrem suam propter insaniam viderit. Neget, eam rationibus villicorum, et opilionum,³ et equisonum⁴ [539] solertissime subscripsisse:⁴ neget, fratrem suum Pontianum graviter ab ea monitum, ut sibi ab insidiis Rufini caveret: neget vere objurgatum, quod literas, quas ad eum miserat, vulgo circumtulisset, nec tamen bona fide legisset: neget post ista, quæ dixi, matrem suam mihi apud villam jampridem conducto loco nupsisse. Quippe ita placuerat, in suburbana villa potius ut conjungeremur, ne cives denuo ad sportulas convolarent:⁵ cum haud pridem Pudentilla de suo quinquaginta millia nummum in populum expunxis-

cum eis. Hic probus natus eloquatur quid viderit parentem suam deterius facientem aut dicentem per illud tempus, ob dementiam. Dicat eam non subscripsisse prudentissime actis colonorum, et pastorum, et equariorum: dicat fratrem suum Pontianum non fuisse serio commensatum ab ipsa, ut provideret sibi a dolis Rufini: dicat eum non fuisse revera increpitum, quod circumtulisset per populum epistolam, quam illa miserat ad eum, neque adeo legisset eam fidehiter: dicat parentem suam non mihi junctam fuisse matrimonio jamdudum in villa ubi inter nos convenerat, post hæc quæ memoravi. Scilicet sic visum nobis fuerat, inire conjugium potius in prædio suburbano, ne urbani iterum accurrerent ad largitiones: cum Pudentilla non dudum exhausisset de sua pecunia quinquaginta millia nummorum in plebem illo

—9 Vid. Not. Var.—1 D'Orv. his p. f. Pith. addit *Pudentis* nomen. J. Bos.—2 Al. *secius*, et *secus*.—3 Flor. *villiconum* et *upilionum*: recte. Elmenh. Causam non video: licet in Edd. vett. sit quoque *villiconum*. Sed *villici*, ni fallor, ubique dicuntur, non *villicones*. J. Bos.—4 Al. *Equisionum*. V. Ind. Pro *subscripsisse* Pith. *scribitis*. Id. post *neget* addit *se*, et, pro *monitum*, *munium* legit:

NOTE

¹ *Sequius* [secus] *agentem*] Supple, quam sanam deceat; aut aliquid simile.

² *Rationibus villicorum, &c. solertissime subscripsisse*] Tribus modis fit rationum approbatio: per subscriptionem, cum rata habentur omnia, quæ in eas relata sunt: per expunctionem, quæ est simplex cancellatio, cum scilicet ea, aut ex iis aliqua, omni ex parte improbantur: et per disputationem, quæ cancellatio est cum annotatione, quando nimirum quæ in rationes relata sunt, aut aliqua ex illis, ita improbantur, ut aliqua ta-

men ex parte habeantur rata.

³ *Ne cives denuo ad sportulas convolarent*] In nuptiis, ut et in virili toga sumenda, Magistratibus ineundis, &c. largitiones, quæ sportulæ dicuntur, in plebem fieri solitas probet vel hic locus Plinii, lib. x. Epistolarum, Epist. 117. ad Trajanum: 'Qui virilem togam sumunt, vel nuptias faciunt, vel ineunt Magistratum, vel opus publicum dedicant, solent totam *βουλὴν*, atque etiam e plebe non exiguum numerum vocare, binosque denarios, vel singulos dare,' &c.

æt^f ea die, qua Pontianus uxorem duxit, et hic puerulus toga est involutus.^f Præterea ut conviviis multis ac molestis⁶ supersederemus, quæ ferme ex more novis maritis obeunda sunt. Habes, Æmiliane, causam totam, cur tabulæ nuptiales inter me ac Pudentillam non in oppido sint, sed in villa suburbana, consignatæ: ne quinquaginta millia nummum⁷ denuo profundenda essent, nec tecum aut⁸ apud te coenandum. Estne causa idonea? Miror tamen, quod tu⁹ a villa¹ tantopere abhorreas, qui plerumque rure² versere. Lex quidem Julia, de maritandis ordinibus,⁴ [540] nunquam scilicet³ ad hunc modum interdicat: 'uxorem in villa ne ducito.'^h Immo si verum velis, uxor

die, quo Pontianus duxit uxorem, et hic adolescentulus sumpsit togam virilem. Insuper ut exsolceremur plurimis conviviis, et incommodis, quæ vulgo subeunda sunt novis conjugibus ex consuetudine. Ecce tibi rationem omnem, o Æmiliane, quare instrumentum matrimonii inter me et Pudentillam non fuerit obsignatum in urbe, sed in prædio suburbano: ne scilicet quinquaginta millia nummorum iterum eroganda essent, neve nobis esset coenandum tecum, vel apud te. Hæc ratio estne conveniens? Nihilominus miror te, qui plerumque degis ruri, adeo acerari prædium rusticum. Certe lex Julia de maritandis ordinibus nunquam videlicet vetat hoc modo: Ne ducas uxorem in villa. Quin contra, si vis audire verum, uxor du-

et infra condito pro condito. Id.—5 Recte. Furius Bibaculus: 'Duplici toga involutus.' citante Charis. lib. 1. Coluius. Floridus temere indutus, quod inde in Edd. Altenb. et Bipontinam propagatum est. J. Bos.—6 Conviviis multis ac molestiis. Jungerm. Ep. 81. inter Gudian. p. 364. conv. m. ac molestis, vel, conv. ac multis molestiis. Prius mihi verius visum, quod allevit etiam Salm. Ms. D'Orv. convitiis. Id.—7 Ms. Pith. numi nummorum. D'Orv. mox perfundenda. Id.—8 Salm. malebat ne tecum aut, quam ultimam voculam ignorat Pith. Post coenandum Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. addunt easet. Id.—9 Malim miror t. quid tu, &c. Nam inelegans 'miror quod tu abhorr.' Acidal. Sic tamen locutus est Noster supra p. 450. Ed. Flor. 'quasi non magis mirandum sit, quod tot annis non nupserit:' et de Deo Socr. p. 699. cum optimo quoque. Ms. Pith. caret rē quod. J. Bos.—1 Ms. D'Orv. Pith. tuam villam. D'Orv. tanto tempore abh. quæ. Id.—2 Sic Mss. et Edd. vet. Colv. cum seqq. ruri: quod meis auribus gratius est: Apuleianis forsitan illud. Pro versere Pith. ut fere. Id.—3 Mss. Florent. Pith. sui.

NOTE

^f *Expunctæ*] De suo.

⁴ *Lex quidem Julia de maritandis ordinibus*] Quam tulit C. Octavius Augustus, in qua plurima, quæ ad nuptiarum jura, ritus, personasque spectant, decernuntur. Eam Scholiastes Horatii, ad ejus Carmen Sæculare, vocat 'maritam legem.' Ejus

capita vide apud Rosin. lib. viii. cap. 16. et leg. 1. ff. unde vir et uxor: et l. vi. Cod. de oper. libert. Pait et ejusdem argumenti lex Papia Popæa, paulo plura continens, quam lex Julia.

^h *Uxorem in villa ne ducito*] Requisita tamen ad nuptiarum firmitatem

ad prolem multo auspiciatius in villa, quam in oppido, ducitur: in solo uberi,⁴ quam in loco sterili: ⁵ in agri cespitate, quam in fori silice.¹ Mater futura in ipso materno sinu nubat, in segete adulta,^k super foecundam glebam: vel enim sub ulmo marita¹ cubet,⁶ in ipso gremio terræ matris, inter soboles herbarum et propagines vitium et arborum germina. Ibi et ille celeberrimus in Comœdiis versus de proximo congruit: ^m

παίδων ἐκ' ἀργῶν γνησίων εἰς σπόρον.

citur longe meliori omni ad liberos procreandos, in prædio rustico, quam in urbe: in terra fecunda, quam in loco sterili: in gleba agri, quam in lapide fori: parens futura, in ipso gremio parentis, si nubat in frumento producto super cespitem fertilem, aut si decumbat sub ulmo maritata, in ipso sinu telluris parentis, inter proles herbarum, et propagines vitium, et surculos arborum. Huc valde facit ille, verus frequentissimus in Comœdiis: Natorum in agro legitimorum satio est. Nec con-

D'Orv. *sus*. Id.—4 Quidam *ubere*.—5 Vulgo *urbe sterili*. Elmenh. Non vulgo, sed Vulc. sec. Ed. J. Bos.—6 Jungerm. in Ep. Gud. malebat *accubet*. Id.

NOTE

celebritas, quæ rari non solet esse. Hinc lib. vi. Metam. Venus ad Psychen: 'Impares enim nuptiæ, et præterea in villa, sine testibus, et patre non consentiente factæ, legitimæ non possunt videri.'

¹ *Quam in fori silice*] Qnam in foro urbano, quod silice constratum est.

^k *Mater futura in ipso materno sinu, si nubat, in segete adulta, &c.*] Sic legit ex Florent. et Roman. Elmenhorstius; bene, mea quidem sententia, et aperto sensu. Observa hæc omnia, quæ hic ab Apuleio memorantur, utpote fertilitatis symbola, optime convenire nuptiis, quæ liberum quærendorum gratia institutæ sunt.

¹ *Sub ulmo marita*] Vitibus conjuncta.

^m *Ibi et ille celeberrimus in Comœdiis versus de proximo congruit*] Ignoratur quis ille versus, et cujus poetæ fuerit. Quosdam citat ex Menandro Casaubon. alium ex Philemone ve-

tere comico Gentilis: sed illi in proferendis iis operam perdunt, cum sexcenti ejusmodi versus æque apposite ad hanc rem afferri possint. Versus ab Apuleio hic relati quædam vestigia, sed corruptissima affert Elmenhorstius ex Florentino codice Ms. Ea ejusmodi sunt: Πῶς Νεραποφῶνι ΗΙCΙΟΝ ΗΙCΝΟΠΙ. Quæ Pricæus in medium reliquit, quod nihil emendatum succurreret. In eo exemplari Elmenhorstii, quod, dum hæc scribo, habeo præ oculis, manu nescio cujus scriptum in linearum duarum intervallo reperio: Παίδων παρ' ἀργῶν γνησίων εἰς σπόρον; qui versus Iambicus, quales Comœdiarum esse solent, tam bene et corruptis Florent. codicis vestigiis, et loco huic quadrat, ut eum ipsum fuisse, quem Apuleius retulerit, affirmare non dubitem; nec aliud in eo desiderem, nisi ut nota sit manus, cujus beneficio restitutum habemus; quo suus ipsi habeatur honos.

[541] Romanorum⁷ etiam majoribus, Quintiis⁸ et Serranis,⁹ et multis aliis similibus, non modo uxores, verum etiam consulatus et dictaturæ, in agris offerebantur. Cohibebo³ me in tam prolixo loco, ne tibi gratum faciam,⁴ si villam laudavero.⁵ De ætate vero Pudentillæ, de qua post ista satis⁹ confidenter mentitus es, ut etiam sexaginta annos natam diceres nupsisse, de ea paucis tibi respondebo: nam in re tam perspicua non est necesse pluribus disputare.¹ Pater ejus natam sibi filiam more ceterorum professus est.¹ Tabulæ ejus partim tabulario publico, partim domo asservantur: quæ tibi ob os obijciuntur. Porrige

juges tantum, verum et Consulatus, et Dictaturæ offerebantur quoque ruri antiquis Romanis, Quintiis, et Serranis, et plurimis aliis hujusmodi. Coercebo me in loco tam amplo, ne faciam tibi volupe, si laudavero rus. Quantum autem ad ætatem Pudentillæ, de qua post hæc mentitus es valde audacter, adeo ut affirmares quoque eam habuisse sexaginta annos quando nupsit, respondebo tibi de ea breviter. Neque enim opus est fuse disserere in re adeo manifesta. Illius parens declaravit filiam sibi genitam esse, ut ceteri solent. Ejus tabulæ custodiuntur partim in tabulario publico, partim domi: quæ tibi ponuntur ante oculos. Exhibe Æmiliano istas tabulas.

~~~~~

—7 Cod. D'Orvill. magno Apuleiani contextus malo, rursus nos deserit, et incipit rursus demum sub finem 'Quin igitur addis,' &c. Pro Quintiis Ms. Pith. Quinti. Id.—8 Ms. Pith. Edd. ante Colv. *cohibebam*. Id.—9 Id. Ms. *istas aut*, et mox in pro etiam. Id.—1 Ita leguntur hæc in Edd. Bas. sec. Colv. Vulc. Casaub. seqq. Alio ordine in Junt. post. sic: *nam necesse non est in re tam perspicua plur. disp.* Alio rursus Edd. vett. reliquæ, hoc modo: *nam in re tam perspicua non opus est plur. disp.* Quæ lectionis inconstantia corruptelæ suspensionem movet: ita quidem, ut *re non est necesse* e glossa videantur nata. Quin immo in Mss. Pith. et Fux. hæc verba non comparent, sed locus legitur ita: *nam nec in re tam persp. plur. disputare*; quem levissima mutatione *ro*

#### NOTE

Sensus versiculi est quem expressi in interpretatione. Excudendum in textu veram ipsam curavi.

<sup>7</sup> Quintiis] Vide Livium, lib. III. cap. 28.

<sup>8</sup> Serranis] Supra: 'Serranis et Curiis, et Fabriciis:' ubi vide notata.

<sup>9</sup> Ne tibi gratum faciam] O Æmiliane, qui rusticus es.

<sup>1</sup> Si villam laudavero] Quam toto vitæ tuæ tempore incoluisti.

<sup>1</sup> Natam sibi filiam more ceterorum professus est] Capitulinus, in Vita Antonini philosophi, hunc morem ab eo inductum ait. Verba ejus sunt: 'In-

ter hæc liberales causas ita munivit, ut primis juberet apud Præfectos ærarii Saturni unumquemque civium natos liberos profiteri,' &c. Videtur tamen hic mos esse antiquior. Præcaus a Servio Tullio usque repetit, Halicarnassæo prænunte, lib. IV. Hæc natalis professio dicta est, atque etiam simpliciter professio. Noster Metamorph. lib. VIII. 'Mathematicus quidam, qui stellas ejus disposuit, quintum ei numeravit annum. Sed ipse acilicet melius istud de sua novit professione.'

Æmiliano tabulas istas. Linum consideret,<sup>1</sup> signa, quæ impressa sunt, recognoscat,<sup>2</sup> [542] consules legat, annos computet. Quos sexaginta mulieri assignabat,<sup>3</sup> probet quinque et quinquaginta. Lustrum<sup>4</sup> mentitus est. Parum hoc est: liberalius agam. Nam et ipse<sup>5</sup> Pudentillæ multos annos largitus est: redonabo igitur vicissim. Decem annos Mezentius cum Ulixæ erravit:<sup>6</sup> quinquaginta saltem annorum mulierem ostendat. Quid multis? ut cum quadruplatore agam: bis duplum quinquennium faciam,<sup>7</sup> viginti annos

*Contempletur linum, agnoscat sigilla, quæ sunt illis impressa, legat consules, numret annos: ostendat esse quinquaginta quinque, quos attribuebat huic femina numero sexaginta. Mentitus est quinquennio. Hoc parum est. Agam benignius. Ipse enim dedit multos annos Pudentillæ: ergo reddam illos ei vice versa. Error Mezentii fuit decem annorum, sicut et Ulyssis: probet saltem eam habere annos quinquaginta. Quid plura? agam veluti cum quadruplatore: bis duplicabo lus-*

*disputare in disputato corrigi volebat Salm. in marg. Id.—2 Al. Lignum con.—3 Ms. Pith. multi assignant. J. Bos.—4 Id. Ms. et ille, et statim, redon. tibi*

## NOTE

<sup>1</sup> *Linum consideret*] Ita Lipsius, non *lignum*: recte. Cicero, Catil. III. 'Tabulas proferri jussimus, ostendimus Cethego, signum cognovimus, linum incidimus.' Paulus Recept. Sentent. I. v. Tit. 25. ad Leg. Cornel. Testam. parag. 5. 'Amplissimus ordo decrevit eas tabulas, quæ publici vel privati contractus scripturam continent, adhibitis testibus, ita signari, ut, in summa marginis ad mediam partem perforatæ, triplici lino constringantur, atque impositæ supra linum cæcæ signa imprimauntur, ut exteriores scripturæ fidem interiori servant; aliter tabulæ prolatae nil momenti habent.' Cujus moris origo videtur Neronis temporibus ascribenda. Sueton. in Nerone: 'Adversus falsarios tum primum repertum, ne tabulæ nisi pertussæ, ac ter lino perforamina trajecto, obsignarentur.'

<sup>2</sup> *Signa, quæ impressa sunt, recognoscat*] Antequam linum rumpatur, et aperiantur tabulæ: ne postea, apertis illis, clamet ficta. Sic Metamorph.

x. 'Videat et suum sigillum recognoscat.'

<sup>4</sup> *Lustrum*] Spatio quinque annorum. Livius, lib. II. 'Omnes Centuriæ et equites in Campum Martium convocati, sue, ove, tauro [unde Suovetaurilia dicta] cæsis immolarunt: quod lustrum dictum: sicque a sacrificio illo census obtinuit nomen lustrum.' Et, quia census quinto quoque anno habebatur, et condebatur a censoribus lustrum, quinquennale spatium lustrum quoque dictum est.

<sup>6</sup> *Decem annos Mezentius cum Ulixæ erravit*] Id est, Æmilianus (qui, ut supra dictum est, ob contentum Deorum dictus est inter populares suos Mezentius) in ætate Pudentillæ numeranda falsus est, et erravit decem annis, sicut Ulysses erravit et vagatus est per decem annos. Lusus est in duplici significatione verbi 'errare,' rigidior paulo mea quidem sententia.

<sup>7</sup> *Ut cum quadruplatore agam: bis duplum quinquennium faciam*] Bis du-

semel<sup>5</sup> detraham. Jube, Maxime, consules computari: nisi fallor, invenies nunc Pudentillæ haud multo amplius quadragesimum<sup>6</sup> annum ætatis ire. O falsum, audax, et nimium<sup>7</sup> mendacium, viginti annorum exilio puniendum! dimidio tanto, Æmiliane, mentiri falsa audes, et sesquialtera?<sup>8</sup> Si triginta annos pro decem dixisses, posses videri pro computationis gestu<sup>7</sup> errasse: [543] quos circulare

*trum, semel auferam viginti annos. Maxime, impera ut numerentur consules. Reperies, ni fallor, non multo magis, quam quadragesimum annum Pudentilla nunc agi. O mendacium falsum, et nimis confidens, mulctandum exilio viginti annorum! o Æmiliane, non vereris proferre mendacia dimidia parte majora, ac sesquialtera? Si pronuntiasses triginta annos loco decem, posses videri deceptus esse gestu numerationis; et dilatasse illos digitos, quos debuisses curvare in orbem.*

~~~~~

vic. Id.—5 Pro semel suspicor leg. esse simul. Id.—6 Elm. Scriv. Flor. k. m. quadr. ampl. Id.—7 F. astimium. Festus 'æstimias,' 'æstimationes.' Brant. Quis credat? Edd. vett. habent falsum, aud. et nimium, o mend. quæ Scal. e conject. Vulc. ita emendavit o fals. et aud. nimium, o mendac. Verrum, quia in Mss. Florent. deerat posterius o, ejecit Elm. cum Scriv. Flor. servata Vulcanii emendatione, qua tunc non indigemus. Nimius pro quam maximus centies Nostro usurpari, sæpius monitum ab Ondend. V. Ind. quare sine causa Gruter. Suspici. Ined. l. c. illud nimium putabat, proque eo malebat mimicum. Si quid emendandum, ante audax quoque insererem, et, ut amat Ap. πολυτροχότορος. Ceterum falsum mendacium suspectum ne sit; nam sic sequitur 'falsa mentiri.' J. Bos.—8 Mentiri falsa audeas sesquialtera. Sic Edd. vett. præterquam quod Junt. post. Colv. Vulc. audes habent, et mentiris editum jam in Junt. post. quod dein Elm. et ex eo Scriv. revocavit e Mss. Florent. quibus consentit Ms. Pith. Casauboni emendationem audes et pro audeas adoptarunt reliqui, et sane videtur rō et esse in Florent. si qua fides Elmenh. tacenti et Excerptis Lindenbrogii. Ceterum varie interpungitur locus. Nam Junt. post. ponit (?) post mentiris, alii (;). Alii denique dimidio tanta A. mentiri falsa audes, et

NOTE

plum est quadruplum. Alludit ad originem nominis 'quadruplator,' et simul infamiam quadruplatorum Æmiliano impingit. Qui quadruplatores, ut ait Ascon. in iv. Verrin. 'sunt accusatores criminum publicorum sub pœna quadrupli, sive quod ipsi ex damnatorum bonis, quos accusaverant, quartam partem consequerentur,' Paulus Festo conjunctus: 'Quadruplatores dicebantur, qui eo quæstu se tuebantur, ut eas res persequerentur, quarum, ex legibus quadrupli, erat actio.'

⁷ Pro computationis gestu] Arithme-

ticos olim digitis computasse, ex multis locis Veterum observare est. Seneca Epist. LXXXVII. 'Numerare docet me Arithmetica, et avaritiam commodare digitos.' Tertul. in Apolog. 'Sed interim longum multis instrumentis cum digitorum supputatoriiis gesticulis assidendum.' Numerorum alii constrictis, implicatis alii, alii apertis et porrectis digitis aliis atque aliis denotabantur. Læva porro manu ab uno usque centum computabant: centenarium deinde numerum in dextram transferebant, et eodem modo, quo unum denotatur,

debueris, digitos aperuisse.* Cum vero quadraginta, quæ facilius ceteris porrecta palma significantur, ea quadraginta tu dimidio auges, non potes digitorum gestu errasse; nisi forte triginta annorum Pudentillam ratus, binos cujusque anni Consules numerasti.* Missa hæc facio: venio nunc ad ipsum stirpem accusationis, ad ipsam causam maleficii. Respondeat Æmilianus et Rufinus, ob quod emolumentum, etsi⁹ maxime Magus forem, Pudentillam carminibus et venenis ad matrimonium pellexissem. Atque¹ ego scio, ple-rosque reos alicujus facinoris postulatos, si fuisse quæpiam causæ probarentur, hoc uno se tamen abunde defendisse, vitam suam procul ab hujusmodi sceleribus abhorre- re: nec id sibi obesse debere, quod videantur quædam fuisse ad malefaciendum^{a b} invitamenta. Non enim omnia, quæ

Quando vero tu amplifcas media parte quadraginta, quæ indicantur facilius reli- quis expansa manu, non potes deceptus fuisse positu digitorum: ni forsan, arbitra- tus Pudentillam esse triginta annorum, numeravisti ambos consules singulorum an- norum. Omitto ista. Transeo jam ad ipsam radicem delationis, ad ipsam causam incantationis. Æmilianus et Rufinus dicant cujus utilitatis gratia Pudentillam ad nuptias prolectassem incantamentis, et venenis, etiamsi essem verissime Magus. Ego tamen novi quamplurimos accusatos alicujus criminis, si ostenderetur fuisse aliquas rationes cur illud facerent, se nihilominus satis superque tutos esse hac sola ratione, vitam suam valde aversari talia crimina: nec illud debere sibi nocere, quod videantur extitisse quædam allectamenta ad committendum scelus. Neque

sesquialtera? Hos sequor. Id.—9 E vet. cod. notatum video et ut. Pith. sim- pliciter et. Id.—1 Sic rursus dedi cum Mss. Edd. Gent. Pric. et omnibus ante Scalig. qui e conject. Vulcanii cum seqq. rescripsit atque: quemadmodum sæpius in nostro Auctore hoc pro illo reponere tentarunt VV. DD. sine causa. V. Ind. Id.—2 Recepi lectionem Junt. post. quam dein e Mss. Florent. dedi

NOTE

conformabant: postea, ad altera cen- tum numeranda, ad sinistram redi- bant. Sic intelligendus Juvenalis, Sat. x. 'Felix nimirum qui per tot sæcula mortem Distulit, atque suos jam dextra computat annos.' De hac omni veterum supputandi ra- tione Beda scripsit ex professo; quem vide.

* Quos *circulare debu-eris, digitos ape-ruisse*] Denarius enim numerus, ut scribit idem Beda, effingebatur in- dice digito leviter attingente articu- lum pollicis: quod cum fieret, qui-

dam veluti circulus indice digito for- mahatur. Tricenarius vero, summo indicis veluti exosculante summum pollicis. Quo gestu magis aperti erant digiti, quam cum denarius effingeretur. Quadragenarius, ut patet ex Nostro, porrecta palma, signi- ficabatur.

^a *Binos cujusque anni Consules nu- merasti* [nominaſti] Et pro singulis consulibus singulos annos, cum duo consules unum tantum annum desig- nent.

^b *Ad malefaciendum*. Sic Elmen-

feri potuerint, pro factis habenda. Rerum vices varias evenire: certum indicem cujusque animum esse: qui semper³ eodem ingenio ad [544] virtutem vel ad malitiam moratus, firmum argumentum est accipiendi⁴ criminis, aut respuendi. Hæc ego⁵ quanquam possim⁶ merito dicere, tamen vobis condono: nec satis mihi duco, si me omnium, quæ insimulastis, abunde purgavi, sin nusquam⁷ passus sum vel exiguam suspicionem Magiæ consistere. Reputate vobiscum, quanta fiducia innocentiae meæ, quantoque despectu vestri agam: si una causa vel minima fuerit inventa, cur ego debuerim Pudentillæ nuptias ob aliquod meum commodum appetere. Si quamlibet modicum emolumentum probaveritis, ego ille sim Carinondas,⁸ c vel Damige-

enim, quæcumque potuerint fieri, existimanda esse tanquam facta: contingere diversas mutationes rerum: indubitatum testimonium uniuscujusque esse mentem: quæ semper affecta eadem propensione ad virtutem, aut ad vitium, est certum indicium admittendi aut repudiandi sceleris. Quamvis ego jure queam hæc respondere, nihilominus indulgeo ea vobis: neque puto mihi sufficere, quod excusavi me affulim ab omnibus iis, quorum me accusavistis, quod nullatenus tuli vel minimam suspicionem Magiæ esse in me. Recogitate apud vos quanta confidentia meæ innocentiae me geram, et quanto contemptu vestrum; si reperta fuerit una ratio vel minima, quare ego debuerim exoptare conjugium Pudentillæ propter aliquam utilitatem meam: si ostenderitis lucrum quantumvis parvum, ego sim ille Phrynondas, aut

Elm. cum Scriv. consentientibus Mss. Pith. Fux. In reliquis Edd. est *ad maleficium perpetrandum*. Ed. Florid. *ad malefaciendum*. Id.—3 Ms. Pith. *super*. Id.—4 Flor. *accipiendis*: male. *Elmenh.* Exc. Lindenbr. *accipiendi discrimini*. Pro seq. *respuendi* Edd. vett. aliquot *male respondendi*. J. Bos.—6 Ms. Pith. *hic ego*. Id.—6 Sic Ms. Pith. Edd. Vic. Casaub. (hinc suspicor etiam esse in Rom. Ed.) Gent. Pric. In reliquis *possum*. *Quanquam* subjunctivo jungit alibi sæpe Noster. V. Ind. Id.—7 *Si nusquam*. Leg. *nisi n.* Acidalius. Sensus sane id requirit, non *si*. Sed leviori mutatione corrigo: *sin nusq.* Sensus est: satis habeo, non si omnia, quæ in me blatterata sunt, refellam, sed si (*sin*) curavero, ne levissimam quidem suspicionem usquam superesse. cf. supra p. 404. Sic *si* et *sin* jungi solent. Pro *consistere* Ms. Pith. *desistere*. J. Bos.—8 Emendat B. Pius *Charondas*: quem non audio; etsi nihil dūm mihi de Carinonda compertum. *Colo.* Alii *Charondas*: male. *Elmenh.* Mendose, quod suboluit nenini tamen, excepto Pio. Male vero *Charondam* reposuit, Pythagoricum legislatorem. Scribe *Phrynondas*. Meminit etiam supra

NOTÆ

horst. ex Florent. cod. Pricæus ad *maleficium perpetrandum*: quod in interpretatione sum secutus.

^c Ego ille sim Carinondas] Emenda *Phrynondas*, de quo supra. Carinondæ Magi nulla usquam mentio.

ron,^d vel is Moses,^e vel Jannes,^f vel Apollonius,^g vel ipse Dardanus,^h vel quicumque alius post Zoroastren² et Hostanenⁱ inter Magos celebratus est. Vide, quæso, Maxime, quem tumultum suscitavit, quoniam ego paucos Magorum nominatim percensui. Quid faciam tam rudibus, tam barbaris? Doceam rursum,^j hæc et multo plura alia [545] nomina in bibliothecis publicis apud clarissimos scriptores me legisse? an disputem, longe aliud esse notitiam nominum, aliud artis ejusdem habere communionem: ^k nec de-

Damigeron, aut ille Moses, aut Jannes, aut Apollonius, aut Dardanus ipse, aut quisquis alius memoratus est inter Magos a temporibus Zoroastri et Hostanis. Considera, te oro, Maxime, quale murmur excitaverint, quia ego enumeravi aliquot ex Magis suo quemque nomine. Quid faciam tam imperitis hominibus, ac tam feris? An dicam Rufino me legisse hæc nomina, et alia longe plura in bibliotheca publicis apud auctores celeberrimos? an probem esse res multum diversas, cognoscere nomina Magorum, et esse participem artis ipsius Magicæ: et apparatus scientiæ,

ejus. Pric.—9 Vid. Not. Var.—1 Flor. *Apollo*, male. Apollonii enim præstigiis satis notæ sunt, quem et Hierocles non dubitavit Salvatori nostro IESU CHRISTO præpostere comparare, cujus temeritatem incivilem Eusebius elegantiori libello compercutit. *Elment*. Perperam quoque Ed. Junt. post. *Apollo*. Ms. Pith. *Apollo hic*. J. Bos.—2 Al. per m. Pro seq. *suscitavit* Pith. *suscitavit*. Id.—3 *Doceam Rufinum*. Florent. d. *rursum*. *Elmenthoratius*. Optime, et ab editore recipiendum. Prævit sola Ed. Junt. post. In Ms. Pith. est *rufin*. Cur Rufinum solum nominaret, nulla erat causa. Sed *rursum* dixit, quia supra p. 463. docuerat quoque, in veterum philosophorum monumentis legere potuisse adversarios, non Apuleium primum, sed jam alios in piscium naturam inquisivisse. cf. et p. 472. Pro *multo plura* Ms. Pith. *multa pl.* J. Bos.—4 Pith. *communione* deleta *habere*, pro quo Vulc. Ed. tert. corrupte

NOTE

^d *Vel Damigeron*] Hunc etiam inter Magos celebres refert Tertull. lib. de Anima, cap. 67. 'Hostanes, et Typhon, et Dardanus, et Damigeron, et Nectabis, et Berenice,' &c. Species et sectas Magorum vide apud Plin. lib. xxx. cap. 1.

^e *Vel is Moses*] Moses est Hebræorum ille legislator, quem Ethnicis pro Mago habitum docent Strabo, Plinius, Tacitus.

^f *Vel Jannes*] Ita legendum, non *Jannes*. Is est, quem cum Jambre Mosi restituisse scribit D. Paulus Ep. ii. ad Timoth. 'Ἰαννης καὶ Ἰαμβρὴς ἀντιέτασαν Μωσέω. Numenius

Pythagoricus apud Enseb. de Præparat. Evangel. eos vocat *Ἐγυπτίους λεγομένους*. Palladius *Ἀδελφοὶ δὲ ἀρετῆς τῆς Μαγικῆς τέχνης τὰ πρῶτα ἔχοντες*: Fratres in Magica arte partes longe primas obtinentes.

^g *Apollonius*] Ille Tyaneus celeberrimus Magnus, cujus Vita a Philostrato, maximo ejus admiratore, scriptam habemus.

^h *Vel ipse Dardanus*] A quo 'Dardaniæ artes' pro Magicis. Colamel. lib. x. 'Dardaniæ veniunt artes.'

ⁱ *Post Zoroastren et Hostanen*] De his jam alias diximus.

bere doctrinæ instrumentum et eruditionis memoriam pro confessione criminis haberi? An quod multo præstabilius est, tua doctrina, *Claudi Maxime*, tuaque perfecta⁵ eruditione fretus, contemnā stultis et impolitīs ad hæc respondere? Ita potius faciam. Quid illi existiment, nauci non putabo.⁶^k Quod institui, pergā disputare: nullam mihi causam fuisse, *Pudentillam* veneficiis ad nuptias proleclandī.⁷ Formam mulieris et ætatem ipsi ultro improbaverunt, idque mihi vitio dederunt, talem uxorem causa avaritiæ concupisse: atque adeo primo dotem in congressu grandem et uberem rapuisse. Ad hæc,⁸ *Maxime*, longa oratione fatigare te non est consilium. Nihil verbis opus est, cum multo disertius ipsæ tabulæ¹ loquantur: in quibus omnia, contra quam isti ex sua rapacitate de me quoque conjectaverunt, facta impræsentiarum et provisa in posterum de-

ac monumentum doctrinæ, non existimandum esse confessionem sceleris? An vero, quod longe salius est, dedigner ad ista reponere hominibus stolidis et rudibus, confusus tua scientia, Claudī Maxime, et tuā omnimoda doctrina? Sic faciam potius. Nihil faciam quid illi de me putent. Pergam probare quod incepti: nullam rationem mihi fuisse, cur pellicerem Pudentillam ad conjugium incantationibus. Ipsimet damnaverunt faciem et ætatem feminæ, atque id mihi verterunt crimini, me expectatiſſe ejusmodi conjugem propter avaritiā: ideoque abstuliſſe primo magnam et copiosam dotem in conjunctione nostra. Non est mihi animus, o Maxime, te lassare sermone prolixo, quantum ad ista. Nullatenus necesse est loqui, quandoquidem ipsum instrumentum matrimonii loquitur apertius: in quo reperies cuncta peracta in præsens, et prospecta in futurum omnino aliter, quam hi conjecterunt de me

~~~~~

*habent. Id.—5 Ms. Pith. tua perfectaque. Id.—6 Vett. Edd. nauci non p. Bas. 2. nacci non p. vel nauci non p. Turnebus vero, Quid isti existiment naccæ, non putabo. Colvius. Florent. nacci non put. Elmenhorstius. Theod. Marcell. Not. ad Pers. Naccæ, nari n. p. quasi in voce Apuleius luderet. Naccæ enim apud Festum homines non nauci. Pricæus. V. D. forte Tollius, ascripsit nactæ, non curabo, vel, nactæ, nauci putabo. Naccæ est in Mss. Florent. Pith. Edd. Vic. Junt. post. nacti in Junt. pr. Ald. Bas. In his nihil latere præter nauci, mihi certissimum est. Alias de nacca, vel nacta, vel natta. v. Oud. ad Met. lib. ix. p. 636. Voss. Etym. in V. J. Bos.—7 Ms. Pith. projectandī. Id.—8 Id. Ms.*

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Nauci non putabo*] *Paulus Festo* conjunctus: 'Naucus pro nugis ponitur: alias pro oleæ aut nucis nucleo. Alii omnium rerum putamen ita appellari volunt. Quidam ex Græco, quod sit *ναυ* καὶ *ὄβη*, levem hominem

significari volentes. Quidam volunt sic appellari membranulam, quæ in nucis juglandis est medio. *Ennius*: Illic est nugator nihili, non nauci homo.'

<sup>1</sup> *Ipsæ tabulæ*] Nuptiales.

prehendes.<sup>9</sup> Jam primum mulieris locupletissimæ modicam dotem, neque eam datam, sed tantummodo promissam.<sup>10</sup> Præter hæc, ea conditione factam conjunctionem,<sup>11</sup> si<sup>3</sup> nullis ex me susceptis liberis vita demigrasset, [546] ut dos omnis apud filios ejus Pontianum et Pudentem maneret: sin vero uno unave superstite diem suum obisset, uti tum dividua<sup>4</sup> pars dotis<sup>5</sup> posteriori filio, reliqua prioribus cederet. Hæc, ut dico, tabulis ipsis docebo. Fors fuit an<sup>6</sup> ne sic quidem credat Æmilianus, sola trecenta millia nummum scripta, eorumque repetitionem filiis Pudentillæ pacto datam. Capiens ipse tu<sup>7</sup> manibus tuis tabulas istas, da impulsori tuo Rufino, legat. Pudeat illum tumidi animi<sup>8</sup> sui, et ambitiosæ mendicitatis:<sup>9</sup> quippe ipse

*secundum suam aviditatem. Invenies enim primo dotem mediocrem pro fãmnia opulentissima, et eam quidem non numeratam, sed solum promissam. Præterea connubium initum ea lege, ut, si ipsa excessisset e viris nullis filiis procreatis ex me, tota dos restaret penes suos liberos Pontianum et Pudentem: sin autem mortua esset relicto uno filio, aut una filia, ut tunc dimidia pars dotis perveniret ad filium ultimum, altera vero pars ad priores. Ostendam ipso instrumento hæc se habere ut dico. Forsan Æmilianus ne sic quidem credet scripta esse dimidat trecenta millia nummorum, et repetitionem illorum conventionem concessam esse liberis Pudentillæ. Cape tu ipse tuis manibus has tabulas, et trade Rufino tuo instigatori; legat eas. Pudeat eum suæ superbiæ, et suæ egestatis fastosæ: cum ipse inops, nudus, in do-*

\*\*\*\*\*

ad hoc. Id.—9 Melius hoc, quam quod in Ed. Junt. post. et Ms. Pith. *deprehendis*. Infra: 'Hæc, ut dico, tabulis ipsis docebo.' Id.—1 Omisa vox in Ms. Pith. Id.—2 Al. *conjectionem*. Vid. Not. Var.—3 Abest Ms. Pith. ut et in seqq. vero. In eod. Cod. *obedisse* pro *obisset*. J. Bos.—4 Lat. Latin. cum aliis *dimidia*. Nonter de Deo Socr. p. 117. 'Luna dividua.' Idem.—5 *Fors fuerit* ut. Bas. 2. ad marg. *sors ferat*. Verum erit, *sors fuit*. Diomedes Grammatic. lib. 1. 'Sane aliud verbum est apud Antiquos quod dicebant, Fuo, fuas, fuit. Unde Terentius ait, Fors fuit.' Hoc etiam usus Ausonius, Sidonius Apollinaris non semel. Dicitur et, *Fors fuit*. Gellius lib. xii. cap. 8. quomodo etiam fortassis hic scribendum. Colv. *Fors fuerit* ut editum vulgo, quod loco non moverem, nisi in Ms. Pith. scriberetur *fors fuerat* an, et Ed. Junt. post. cum marg. Ed. Bas. sec. haberet *fors ferat* ut. Jam vero rescripi *fors fuit* an, ut e Cod. Fux. margini allevit Salm. *Fors fuit* an nihil est aliud quam *forsitan*, seu, *fors sit* an, vel, quod aliquoties a Nostro adhibitum, *fortasse* an. J. Bos.—6 Schickerad. *tumidi* an. ineptissime. Elmenh.—7 CCCC

#### NOTÆ

<sup>9</sup> *Neque eam datam, sed tantummodo promissam*] Huc pertinet tit xv. lib. v. cod. De dote cauta non numerata. Multa sunt privilegia traditæ et numeratæ dotis, quæ non sunt cautæ.

<sup>4</sup> *Dividua pars dotis*] Dimidia. Te-

rent. Adelphis: 'Potius quam venias in periculum, Sannio, Servense, an perdas totum, dividuum face.'

<sup>7</sup> *Capiens ipse tu, &c.*] Æmiliano hæc dicit.

<sup>9</sup> *Et ambitiosæ mendicitatis*] Jave-

egens, nudus, quadringentis millibus<sup>7</sup> nummum a creditore acceptis filiam dotavit. Pudentilla locuples fœmina trecentis millibus dotis fuit contenta: et maritum habet, et<sup>8</sup> multis sæpe et ingentibus dotibus spretis, inani nomine tantulæ dotis contentum: ceterum præter uxorem suam nihil computantem,<sup>9</sup> omnem supellectilem cunctasque divitias in concordia conjugis<sup>10</sup> et multo<sup>11</sup> amore ponentem. Quamquam quis omnium vel exigue rerum peritus culpæ auderet, si mulier vidua et mediocri forma, at non ætate mediocri, nubere volens, longa dote<sup>12</sup> et [547] molli conditione<sup>13</sup> invi-

*tem dedit sua filia trecenta millia nummorum summa a creditore. Pudentilla mulier dives contenta fuit dote trecentorum millium nummorum: et habet virum contentum vano nomine dotis tam parva, contentis jam sæpe dotibus et plurimis et magnis: ceterum nihil numerantem nisi suam conjugem: reponentem totam supellectilem et omnes opes in unanimitate uxoris, et amore reciproco. Quamvis quis ex omnibus, saltem mediocriter gnarus rerum, auderet contempnere, si fœmina vidua, et pulchritudine modica, sed non modica ætate, volens nubere, allexisset dote ample*

*Millibus n.* Sic Codex Rom. Alii CCC. Casaub. Rom. Editioni et Casaub. accedunt Vic. Ven. Gent. Pric. et Mss. quos novi. In reliquis Edd. trecentis, quia supra et infra de Pudentillæ dote numerus late CCC adhibetur. Sed hic non sermo est de dote Pudentillæ, sed de dote quam Rufinus, homo egenus, filiæ suæ dederat, quam superasse etiam dotem Pudentillæ, locupletis fœminæ, ait Ap. Revocavi itaque lectionem Edit. Rom. et Mas. J. Bos.—8 Non male legamus habet ea. Colvins. Non opus tamen. Et multis et ingentibus. Minus etiam placet Lipsii emendatio habet ex m. s. et ing. Pro seq. ceterum Ma. Pith. centum. J. Bos.—9 Leg. nihil omnium putantem. Putare est astimare. Scriptum erat compendiose om, cui postea c præposito agglutinarunt seq. dictionem. Acidal. Mihi vulgata scriptura magis placet. Scip. Gent.—1 Magis probem conjugii. Casaubonus. In contextum recepere seqq. præter Scal. et Wow. qui dederunt c. conjugali. Antiquam lectionem mutandam non putavi contra Mstorum auctoritatem. Vell. Pat. II. 65. 'si Cæsar ejus aspernaretur concordiam.' J. Bos.—2 Al. mutuo.—3 Vid. Not.

## NOTE

nal. Sat. III. 'Hic vivimus ambitiosa Paupertate omnes.'

<sup>7</sup> Omnem supellectilem cunctasque divitias in concordia conjugis] In oratione Imperatoris Antonini: 'Majores nostri inter virum et uxorem donationes prohibuerunt, amorem honestum solis animis æstimantes, famæ etiam conjunctorum consulentes, ne concordia pretio conciliari videretur.' ut refert Ulpianus, lege 8. ff. de Donat. inter virum et uxorem.

<sup>12</sup> Longa dote] Longam dotem sæpe

legas, longam, nisi hic, vix puto. Proba tamen lectio est. Græcos sequitur Apuleius, qui μακρὰν ponunt ἀντὶ τοῦ μέγα, vel πολλή. Snidas, Μακρὰν οὐσίαν οὕτω λέγουσι τὴν πολλήν, &c.

<sup>13</sup> Molli conditione] Gell. lib. IV. cap. 18. 'diceretque' (M. Nævius Tribun. pleb.) 'a rege Antiocho accepisse pecuniam' (Scip. Africanum) 'ut conditionibus gratiosis ac mollibus pax cum eo populo Romani nominæ feret.'

tasset juvenem, neque corpore, neque animo, neque fortuna poenitendum? Virgo formosa, etsi sit oppido pauper, tamen abunde dotata est. Affert quippe ad maritum novum<sup>5</sup> animi indolem, pulchritudinis gratiam, floris rudimentum. Ipsa virginittatis commendatio jure meritoque omnibus maritis acceptissima<sup>6</sup> est. Nam quodcumque aliud in dotem acceperis, potes, cum libuit,<sup>7</sup> ne sis beneficio obstrictus, omne, ut acceperas, retribuere; pecuniam<sup>8</sup> remunerare,<sup>9</sup> mancipia restituere, domo demigrare, prædiis cedere. Sola virginittas, cum semel<sup>1</sup> accepta est, reddi nequitur: <sup>2</sup> sola apud maritum ex rebus dotalibus<sup>3</sup> remanet. Vidua autem qualis nuptiis venit, talis divortio digreditur: nihil affert irreproscibile: <sup>4</sup> sed venit jam ab alio<sup>5</sup> præflorata: certe tibi, ad quæ velis, minime docilis: non minus suspectans novam domum, quam ipsa jam ob unum divortium suspectanda: sive illa morte amisit maritum, ut scævi ominis<sup>6</sup> mulier, et infausti<sup>7</sup> conjugii, minime appetenda; seu repudio digressa<sup>8</sup> est, utramvis habens culpam<sup>9</sup> mu-

*et conditione commoda juvenem non spernendum neque corpore, neque ingenio, neque opibus? Pulchra virgo, tametsi sit valde inope, nihilominus habet satis amplem dotem. Nam affert ad virum novum ingenium animi, venustatem formæ, florem virginittatis. Ipsa gratia virginittatis jure et merito jucundissima est cunctis conjugibus. Quicquid enim aliud acceperis pro dote, potes illud reddere totum sicut acceperas, quando volueris, ne sis obligatus beneficio: potes remunerare argentum, reddere servos, excedere ex ædibus, agris & vine. Sola virginittas non potest restitui, quando semel est delibata: ea unica ex rebus dotis manet penes virum. At vidua talis discedit in divortio, qualis accessit in nuptiis. Nihil affert quod non possit repetere: sed accedit jam devirginata ab alio: sane nullatenus morigeræ tibi ad ea, quæ cupias: perinde suspectas habens novas ardes, ac ipsa jam habenda est suspecta propter unam separationem: sive illa perdidit virum morte, quo in casu nullatenus concupiscenda est, utpote fœmina sinistri augurii, et connubii infortunata; sive discessit ab eo repudiatione, utrolibet modo fœmina deliquerit; quippe quæ vel fuit*

Var.—4 Ms. Pith. nulli c. J. Bos.—5 Al. a. m. novam.—6 Inverso ordine Ms. Pith. in quo mox acceperit. J. Bos.—7 Scribe cum libuerit. Præterea. Necessarium non est. Sic Flor. N. 2. 'quo libuit.' J. Bos.—8 Retribuere; pecuniam. Omissa hæc sunt in Ed. Flor. Id.—9 Al. remunerare.—1 Cum semel. Desunt Ms. Pith. J. Bos.—2 Ms. Pith. nequit. Passiva forma nota est ex Plauto et Grammaticis. Quare non audiendus d'Orleans ad Tacit. Ann. 1. pag. 61. reponens nequit vi. Id.—3 Ignorat vocem Ed. Vulc. tert. Id.—4 Vid. Not. Var.—5 Præpositionem non agnoscit Pith. Pro certe tibi Ed. Juut. post. certe ibi. J. Bos.—6 Vulgo scævi hominis. Colvius. Scævus et scævus ubique confunduntur. V. Ind. Ut scævi desunt Ms. Pith. J. Bos.—7 Elm. tacite edidit infandi. Secutus eum est Scriv. Id.—8 Ms. Pith. regressa. Id.—9 Utramvis habeat culpam. Mira lectionis varietas in media voce, nam habens, et habet, et habebit vulgati præferunt. Ego hand anxie scripserim habe-

Delph. et Var. Clas.

Apul.

5 E

lier, quæ aut tam intolerabilis fuit, ut repudiaretur, aut tam insolens, ut repudiaret. Ob hæc et alia, viduæ dote aucta<sup>1</sup> procos sollicitant.<sup>2</sup> [548] Quod Pudentilla quoque in alio marito fecisset, si philosophum spernentem dotis non reperisset. Age vero, si avaritiæ causa mulierem concupissem, quid mihi utilius ad possidendam domum ejus fuit, quam simultatem inter matrem et filios serere? alienare ab ejus animo<sup>3</sup> liberorum caritatem, quo liberius et arctius desolatam<sup>4</sup> mulierem solus possiderem? Fuitne hoc prædonis, quod esse vos fingitis?<sup>5</sup> Ego vero quietis, et concordiæ, et pietatis, auctor, conciliator, favior,<sup>6</sup> non modo nova odia non serui,<sup>7</sup> sed vetera quoque funditus

*adeo intoleranda, ut repudiaretur a marito, vel adeo superba, ut repudiaret maritum. Propter hæc et alia, viduæ invitant amantes dote ampliore. Quod Pudentilla fecisset etiam erga alium virum, nisi nacta esset philosophum contemptorem dotis. Agedum, si appetissem ipsam ob avaritiam, quid mihi fuit conductibilis ad potiendum ejus domo, quam excitare odia inter matrem et natos? removere ab ejus pectore amorem filiorum, ut ego liberius, et strictius solus potirem muliere deserta? An hoc fuit officium latronis, ut vos mentimini me esse? At ego suavor, medius, et fautor pacis et unanimitalis atque charitatis, non solum non excitavi novas inimi-*

\*\*\*\*\*

*dit. Pricæus. Immo verissima est lectio Ed. Junt. post. quæ inde etiam in marg. Bas. sec. conspicitur utramvis habens culpam. Habens respondet reliquis participiis, quæ præcesserunt, 'suspectans,' 'suspectanda,' 'appetenda.' Ms. Pith. habes, omissa lineola, qua litera n indicaretur: hinc omnis corruptela. Mss. Florent. utrumvis habet c. Edd. vett. Cas. Gent. Pric. Flor. habeat; Colv. Vulc. Elm. Scriv. habebat; Wow. habebit. Pro culpam Ed. Vic. culpa. J. Bos.—1 Colv. uncta. Ego nec hic muto. Brant.—2 Non est in Pith. J. Bos.—3 Aliquid corruptum est: nam non bene hæc coherent cum præcedentibus. Sensus flagitat: Nonne hoc fuisset prædonis, quem me esse fingitis? seu fuisset, seu fuerit hoc pr. &c. Hinc Salm. quoque allevit Fuit hoc prædonis quod me esse vos f. Infra p. 558. 'me quem isti prædonem dicunt.' Interim c Mss. nulla discrepantia enotata est: quare, quid revera scripserit Auctor, non affirmo. Id.—4 Vid. Not. Var.—5 Al. sevi.—6 De quo supra dixeram.*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Viduæ dote aucta procos sollicitant*] Quæ ratio extorsit tandem illam constitutionem Imperatorum Leonis et Anthemii, qua viduarum libido coercetur. l. Hac edictali 6. C. de secund. Nupt. Ea enim constitutione cavetur, ne mulier iterum nubens, in novum maritum plus conferre ullo titulo, vel inter vivos, vel mortis causa possit, quam filio, vel filiæ, si unus

vel una extiterit, aut, si sint plures, quam ad unumquemque eorum perventurum sit.

<sup>4</sup> *Desolatam*] Derelictam a liberis suis.

<sup>6</sup> *Favior* [*favisor*] Lips. cui accedo, *favior* antiquè, pro *fautor*, ut sæpe apud Plant. Pricæus tamen *favisor* ex Glossis Puteani, et Vindocin. asserere nititur.

extirpavi. Suasi uxori meæ, cujus, ut isti aiunt, jam universas opes transvoraram; <sup>5</sup> suasi, inquam, ac denique persuasi, ut filiis pecuniam suam <sup>6</sup> reposcentibus, de qua supra jam dixi, <sup>6</sup> ut eam pecuniam sine mora redderet in prædiis vili æstimatis, <sup>7</sup> et quanto ipsi volebant. Præterea ex re familiari sua fructuosissimos agros, et grandem domum opulente ornatam, magnamque vim tritici, et hordei, et vini, et olivi, <sup>8</sup> ceterorumque <sup>9</sup> fructuum; servos quoque haud minus quadringentos, <sup>10</sup> pecora amplius, neque pauca, neque abjecti pretii, donaret; <sup>11</sup> ut eos et <sup>12</sup> ex [549] ea,

*citias, verum eradicavi etiam penitus veteres. Auctor fui mea conjugi, cujus, ut illi dicunt, jam devoraveram omnes divitias; auctor fui, inquam, ac tandem perpuli, ut, cum liberi ejus repeterent suam pecuniam, de qua locutus sum supra, redderet illis absque dilatione illam pecuniam in agris æstimatis pretio parvo, et quanto ipsi libitum erat: insuper persuasi, ut daret eis ex suis bonis prædia feracissima, et amplas aedes magnifice instructas, et ingentem copiam frumenti, et hordei, et vini, et olei, ac reliquorum fructuum: mancipia etiam non pauciora quam quadringenta, præterea daret pecora, et multa et magni pretii; ut præstaret illos securos*

Fortasse, de qua supra dixi jam. Respicit illa superiora: 'Mulier HS. quadragies possidebat ex quo sane aliquantam pecuniam nullis tabulis, sed, ut æquum erat, mera fide acceptam, filiis debebat.' Casaub. Kalperor hoc irreptitum puto. Glossator dixerat scripsit: librario visum concinnius dixeram. Pric. A glossatore hæc non sunt, ut evidenter apparet ex repetitione illa 'ut eam pecuniam.' De quo supra dixeram est in Edd. vett. et Mss. præterquam quod in Florent. (nisi contrarium notare neglexerit Lindenbrog.) sit, de quo supra jam dixi, quemadmodum edidere Scal. in Vulc. sec. et seqq. præter Gent. qui antiquam lectionem servavit, et Pric. qui dedit de qua supra dixeram. Si scirem Florentinos Mss. cum reliquis consentire, nihil mutare auderem. Nunc lego de qua supra jam dixi: nempe pag. 517. extr. Ed. Flor. J. Bos.—7 Malim, æstimatu. Wowerius. Alii v. æstimatum. Elmenhorstius. Ineptum foret æstimatum, sed Wowerii conjecturam æstimatu videtur spectasse Elm. quam tamen nec ipsam probō. 'Vili æstimare' dicitur, ut 'vili pendere': scil. pretio. Plaut. Epid. i. 1. 49. 'quanti eam emit? Vili.' J. Bos.—8 Vulg. et olei. —9 Ms. Pith. ceterorum et. J. Bos.—1 Rom. Ven. Bas. 2. quadringentis. Colvin. male. Intelligitur quam, ut solet. J. Bos.—2 Et ignorant Mss. Florent.

## NOTE

<sup>5</sup> Transvoraram] Devoraram. Africanismus. Sic 'transglutire' dicit Optatus, lib. i. pro 'deglutire' et 'transnominare.' Tertull. contra Marcionem, pro 'denominare.'

<sup>6</sup> Pecuniam suam] Quam mera fide acceptam filiis Pudentillam debuisse supra dixit.

<sup>12</sup> Servos quoque haud [non] minus quadringentos] Vel ex hoc patet,

quam opulenta fuerit Pudentilla: multo enim plures sibi retinuisse eam oportet.

<sup>11</sup> Donaret] Donatio inter matrem et liberos facta valebat jure Romano, quæ non valebat inter patrem et liberos. Ratio, quia jure patrie potestatis quicquid filius acquirebat, patri acquirebat, præsertim ex re patris: unde si donatio valere patrem



quam tribuisset, parte securos haberet, et ad cetera hæreditatis bona spe invitaret.<sup>3</sup> Hæc ego, ab invita Pudentilla (patietur enim, me, uti res<sup>4</sup> fuit, ita dicere) ægre extorci, ingentibus precibus invitæ et iratæ extorsi: matrem filii reconciliavi: privignos meos, primo hoc vitrici beneficio,<sup>5</sup> grandi pecunia auxi. Cognitum hoc est tota civitate. Rufinum omnes execrati, me laudibus tulero.<sup>6</sup> Venerat ad nos, priusquam istam donationem mater<sup>7</sup> perficeret, cum dissimili<sup>8</sup> isto fratre suo<sup>9</sup> Pontianus; pedes nostros advolatus,<sup>9</sup> veniam et oblivionem præteritorum omnium postula-

*ex illa parte, quam dedisset, et excitaret eos spe ad reliquas opes hæreditatis. Ego difficulter exauditus a Pudentilla nolente (sine enim me rem exponere quemadmodum se habuit) summis precibus ista impetravi ab ea renuente, et irata; reduxi matrem in gratiam cum filiis, ditavi meos privignos magna pecunie summa, probans me esse eorum vitricum hoc primo benefacto. Hoc notum est in tota urbe. Cuncti abominati Rufinum, extulerunt me encomiis. Pontianus accesserat ad nos cum hoc fratre sibi haud simili, antequam mater eorum absolveret illam donationem. Prostratus ad pedes nostros petit ut sibi ignosceremus et oblivisceremur omnium*

Ed. Bip. Id.—3 Græcismus est, ne forte eo bona referas. Itaque distinguendum censeo ad hunc modum, *Ad c. hæreditatis, bona spe inv.* 'Spes bona,' ut apud Sallust. Jugurth. 'Læti, ac spei bonæ pleni:' et Cæsarem B. Civ. vi. 'Pleni bonæ spei atque animi.' Pric.—4 *Res abest Pith. J. Bosscha.*—5 *Lego, vitricus. Casaubonus. Flor. vitrici. Elmenhorstius. Recte Casaub. vitricus. Pricæns. Casaubono, exceptis Gent. et Scriv. assensum præbuerant seqq. Non ego, qui seqnor Mss. et Edd. vett. J. Bosscha.*—6 *Ruf. omnes execrari, me laudibus tollere. Sic malim. Mox Fulvius legit: Tyrocinio professionis suæ. Sciopp. in Symb. A vulgata lectione stant Mss. J. Bosscha.*—7 *Caret hac voce Ed. Junt. post. Id.*—8 *Ms. Pith. dum. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. ut cum, quia statim vitiose scriptum fuerat postulare. Id.*—9 *Ante pedes nostros advolatus. Td ante recte delet Florentinus. Sic allucibi Tacitus dixit, 'advolvi genua.' Elmenh. Uncis includere ante Elm. et Scriv. Ejeci ego cum Ed. Junt. post. Solet Ap. verba cum præpp. ad, in, &c. composita jungere accusativo. Met. lib. vi. p. 384. 'Psyche pedes ejus advo-*

## NOTE

inter et liberos diceretur, sequeretur patrem eundem esse donatorem et donatarium, eademque opera et alienare rem et acquirere: quod absurdum. At in matre nihil tale, cum faminæ jus illud patriæ potestatis non haberent.

<sup>b</sup> *Primo hoc vitrici [vitricus] beneficio]* Vel ex hoc loco patet vitricos melius in privignos affectos esse so-

lere quam novercas, ipsamque 'vitrici' nomen in bonam partem sumi pro benevolo et benefico homine, cum contra 'novercæ' nomen invidiosum fere sit, et nota 'novercæ odia.' Scripsi *vitricus*, cum prius esset *vitrici*, qua in re Casaubonum sum secutus.

<sup>c</sup> *Cum dissimili isto fratre suo]* Sicionio Pudente.

lanat,<sup>1</sup> fletis et manus nostras osculabundus, ac dicens, poenitere, quod Rufino et similibus auscultarit. Petit postea suppliciter, uti se Lolliano quoque Avito<sup>d</sup> C. V. purgem, cui haud pridem tirocinio professionis<sup>e</sup> suae<sup>e</sup> fuerat a me commendatus: quippe compererat, ante paucos dies omnia me, ut acta erant, ad eum perscripsisse. Id quoque a me impetrat. Itaque acceptis literis Carthaginem pergit: ubi, jam prope exacto Consulatus sui munere,<sup>f</sup> Lollianus Avitus te, Maxime, opperiebatur. [350] Is, epistolis meis<sup>g</sup> lectis, pro sua eximia humanitate gratulatus<sup>h</sup> Pontiano, quod cito errorem suum correxisset, rescripsit mihi

*ante aetorum, plorans, et oculos nostras manus, discensque se poenitere, quod intemperaverit Rufino, et aliis ejusmodi. Deinde rogat me enixe, ut ipsum excussem etiam apud Lollianium Avitum clarissimum virum, cui non ita dudum commendaveram eum, cum ederet rudimentum suae artis: cognoverat enim me scripsisse ad illum, paucis diebus ante, cuncta ut fuerant gesta. Obtinet id quoque a me. Ergo accepta mea epistola, proficioscitur Carthaginem, ubi Lollianus Avitus te expectabat, Maxime, efficio sui consulatus jam fere peracto. Hic cum legisset meas literas, laudat Pontianum secundum suam egregiam comitatem, quod celeriter emendasset*

Inta: <sup>1</sup> ubi cf. Oud. J. Boscha.—1 *Postulat*. Flor. *postularet*. Elmenhorstius. Immo *postularat* secundum Exc. Lindenbr. In Ms. Pith. et Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *postularet*, quod ut stare posset, intraserunt supra ut. In reliquis *postulat*, quod si Mss. addicerent, non improbandum, sed tam sic interpungendum *Venerat . . . Pontianus; pedes nostros ado. . . postulat; fletus . . . auscultarit; petit postea, &c.* Sequor nunc Mss. Florent. quemadmodum margini allevit Salm. J. Boscha.—2 *Professionis*. Lipsius, *professionis*. Colvius. Casidicinus nimirum; fuit enim Pontianus eloquentiae studiis deditus et disertus, ut ex aliquot locis hujus Apologetici apparet. *Professionis* legi debere, non *professionis*, etiam alii viderant. Casaub. Florent. *orationis*. Rom. et Ald. *professionis*. Elmenhorstius. In mea Ald. Edit. uti et in Vic. Junt. utr. et Bas. est *professionis*. Ceterum illud *orationis* sicco pede non transeundum, nam et in Pith. est *orōis*, et in seqq. Lollianus Avitus, cui commendatus fuerat Pontianus, non a juris peritia, sed a singulari eloquentia laudatur. J. Boscha.—3 Sic ex conj. Vulc. edidere Scal. et seqq. et ascripsit Salm. ac videtur extare in Mss. Florent. Sed Edd. vett. et Ms. Pith. *his*. Id.—4 Per-

## NOTE

<sup>d</sup> *Lolliano quoque Avito*] Qui Proconsul erat Africae ante Claudium Maximum.

<sup>e</sup> *Professionis suae*] Forensis. Causae enim agendae dabat operam Pontianus.

<sup>f</sup> *Consulatus sui munere*] Consulatus hic late sumitur pro Proconsulatu,

neque enim per Consules administrari solita erat provincia Africa, sed per Proconsules: quin et Municipales quoque Magistratus successu temporis praetores se atque etiam Consules nonnunquam ambitiose dicebant, qui proprie Duumviri, aut Quinquennales dicebantur.

per eum, quas literas, Dii boni! qua doctrina! quo lepore! qua verborum amoenitate simul et iucunditate! prorsus, ut vir bonus dicendi peritus.<sup>a</sup> Scio, te, Maxime, libenter ejus literas auditurum. Et quidem si perlegam, mea voce pronuntiabo. Cedo tu<sup>s</sup> Aviti epistolas: ut quæ semper ornamiento mihi fuerunt, sint nunc etiam salutis. At tu, licebit aquam sinas fluere.<sup>b</sup> Namque optimi viri literas ter et quater adeo<sup>6</sup> quantovis temporis dispendio lectitarem. (*Desunt Lolliani Aviti literæ.*) Non sum nescius, debuisse me post istas Aviti literas perorare. Quem enim laudatorem locupletiozem, quem testem vitæ meæ sanctiorem producam, quem denique advocatum facundiozem? Multos in vita mea Romani nominis disertos viros sedulo cognovi, sed sum æque<sup>7</sup> neminem admiratus. Nemo est hodie,

quod peccaverat, rescripsit ad me per eum, quam epistolam Dii boni! quanta eruditione! quanta venustate! quanta gratia, et simul suavitate sermonis! plane ut vir probus, et gnarus eloquentia. Certus sum, Maxime, te auscultaturum libenti animo ejus literas, et certe, si legam, recitabo illas mea voce. De tu literas Aviti: ut ipsæ, quæ semper contulerunt ad meum decus, conferant etiam nunc ad meam salutem. Tu interim poteris permittere ut aqua labatur. Legerem enim libenter epistolas prolixiissimi illius viri ter, atque etiam quater cum qualibet iactura temporis. Litera: Lolliani Aviti. Non ignoro me debuisse finem facere dicendi post has epistolas Aviti. Nam quem exhibeam laudatorem ampliozem, quem integriorem testam mea vitæ, postremo, quem patronum disertiozem? Novi diligenter in vita mea plurimos facundos viros Romani generis, ut nullum ita admiratus sum. Nullus

~~~~~

peram Edd. Vulc. sec. tert. Wow. gratulatur. Id.—5 Pith. non habet tu, uti nec paulo post etiam, sed fuerint pro fuerunt, et ut pro at. Id.—6 Ter et quater ab eo. Lipsius, adeo. Colvius. Ter et quater adeo coniecimus ego et Falvius. Infra malim: cujus animi dispositionem. Sciopp. in Symb. Adeo receptum a Casaub. Scalig. et seqq. bono sensu. In vett. Edd. constanter ab eo, consentientibus Mss. Florent. Verum in Pith. est abeo (i. e. ut ascripsit Oudend. aveo) q. t. d. lectitare. Videtur aveo esse quoque in Ms. Fax. nam Salm. id allevit, relicto tamen rō lectitare. Ms. Bemb. habeo. Aveo et habeo in Mss. solere confundi supra aliquoties monitum. Aveo lectitare in mentem venit jam Gruterio Suspic. Ined. Nihilominus præfero adhuc vulgatam lectionem, quia sensum reddit aliquanto commodiorem, et lectitare est tamen in Edd. cunctis et Mss. excepto Pith. J. Bosscha.—7 Ms. Pith. summe q nem. omni-

NOTE

^a Prorsus, ut vir bonus dicendi peritus] Id est, perfectus et verus orator, juxta veterem definitionem M. Cato-
nis, apud Senecam, et alios. Vide
Quintilian. lib. 1. cap. 12.

^b Licebit aquam sinas fluere] Cura-
torem clepsydrarum alloquitur. Vide,
quæ diximus de clepsydris, supra,
Metamorphos. III. pag. 189.

quantum mea opinio fert, alicujus in eloquentia laudis ac spei,⁸ quin Avitus esse longe malit, si cum eo se, remota invidia, velit conferre. Quippe omnes fandi virtutes pæne diversæ in illo viro congruunt. Quamcumque orationem struxerit Avitus, ita illa erit undique sui perfecte absoluta,⁹ ut in illa neque [551] Cato gravitatem requirat, neque Lælius lenitatem,¹ neque Gracchus impetum,^k nec Cæsar calorem,^l nec Hortensius distributionem,^m nec Calvus argutias,ⁿ nec parsimoniam Sallustius,^o nec opulentiam Cicero:^p prorsus inquam,¹ ne omnia^q persequar, si Avitum audias,

nunc est, ut arbitror, alicujus nominis et expectationis in eloquentia, qui non multo malit esse Avitus, si velit se comparare cum ipso abque invidia. Univeras enim dotes eloquentiæ fere invicem contrariæ conveniant in illo homine. Quamlibet orationem Avitus scribat, illa sic erit absoluta omnibus suis numeris, ut neque Cato desideret in ea pondus, nec Lælius comitatem, neque Gracchus vehementiam, neque Cæsar fervorem, neque Hortensius partitionem, neque Calvus sales, neque Sallustius brevitatem, neque Cicero ubertatem: in qua plane, ut non recenseam universas,

~~~~~  
 ratus. Id.—8 *Lege laudis aut spei.* Pricæus. Recte, si libri addicerent. Mox pro malit Pith. malis. J. Bosscha.—9 *In membranis, perfecta, absoluta:* quod haudquaquam spernendum. Colv. Nimirum Cod. Lips. qui hic rursus incipit. J. Bosscha.—1 *Prorsus in qua.* Ita Edd. O. eaque lectio ferri posset, nisi Mss. Florent. et Lips. cum Salm. in marg. darent inquam, quod verum est et probat Oudend. in marg. Hinc forsitan sequens omnia, quod primus tacite dedit Elmh. locum occupare non debuerat *totū omnis sive omneis*, scil. fandi vir-

## NOTE

<sup>1</sup> *Neque Cato gravitatem requirat, neque Lælius lenitatem*] Vide Cicero-  
nem, in Bruto: ubi quæ cujusque  
oratoris in dicendo virtus, quæ vitia  
fuerint, optime et clarissime expli-  
cat.

<sup>k</sup> *Neque Gracchus impetum*] Auctor  
Dialogi de Oratore: 'Malim C.  
Gracchi impetum, aut L. Crassi matu-  
ritatem.'

<sup>l</sup> *Nec Cæsar calorem*] Quintil. vocat  
'Cæsaris excitationem.' Plin.  
'vigorem igneum.' Sueton. 'arden-  
tem motum gestumque.'

<sup>m</sup> *Nec Hortensius distributionem*] Cicero, pro Quintilio: 'faciam quod  
te saepe animadverti facere, Hor-  
tensi, totam causam meam dictionem  
certas in partes dividam.'

<sup>n</sup> *Nec Calvus argutias*] Senec. lib.  
vii. contr. cap. 4. non *argutias* ei,  
sed *impetum* tribuit, quem hic Appu-  
leius Graccho. 'Calvus' (inquit)  
'qui diu cum Cicerone iniquissimam  
litem de principatu eloquentiæ ha-  
buit, usque eo violentus accusator, et  
concitatus fuit, ut in media actione  
ejus surgeret Vatinius reus, et ex-  
clamaret: Rogo vos, Judices, hunc  
si iste disertus est, ideo me damari  
oportet?'

<sup>o</sup> *Nec parsimoniam Sallustius*] 'Co-  
hibile dicendi genus' Gellius vocat.

<sup>p</sup> *Nec opulentiam Cicero*] Sidonius:  
'Varicosi Arpinatis opulentiam.' Aus-  
son. 'opulentiam Tullianam.'

<sup>q</sup> *Omnia*] Omnes ejus dotes.

neque additum quicquam velis, neque detractum,<sup>2</sup> neque autem aliquid commutatum. Video, Maxime, quam benigne audias, quæ in amico tuo Avito recognoscis.<sup>3</sup> Tua me comitas, ut vel pauca dicerem de eo, invitavit. At non usque adeo tuæ benivolentiæ indulgebo, ut mihi permittam, jam propemodum fesso, in causa prorsus ad finem inclinata, de egregiis virtutibus ejus nunc demum incipere: quin potius eas integris viribus et tempori libero servem. Nunc enim<sup>4</sup> mihi, quod ægre fero, a commemoratione tanti viri ad pestes istas<sup>5</sup> oratio<sup>6</sup> revolvenda est. Audesne te ergo, Æmiliane, cum Avito conferre? Quemne ille bonum virum ait,<sup>6</sup> cujus Avitus disciplinæ rationem<sup>7</sup> tam plene suis literis collaudat, eum tu Magiæ et maleficii criminibus insectabere? [552] An invasisse me domum Pudentillæ, et

*si audias Avitum, nec cupias aliquid adjectum fuisse, neque ablatum, nec denique quicquam mutatum. Animadverto, o Maxime, quam benevole auscultes ea, quæ agnoscis in tuo amico Avito. Tua humanitas impulit me, ut dicerem saltem pauca de ipso. Sed non tantum donabo tuæ humanitati, ut concedam mihi jam fere defatigato, nunc tandem incipere loqui de eximiiis dotibus ejus in oratione omnino vergente ad finem: sed potius reservabo eas recentibus viribus, et liberi otio. Nam nunc oportet ut deflectam sermonem a laudatione tanti viri ad hos sceleratos, quod mihi gravissimum est. An igitur audes te conferre cum Avito? An tu eum accusabis Magiæ, veneficii, et sceleris, quem ille dicit esse virum probum, cujus Avitus laudat adeo proluxe disceptationem, in suis epistolis? Tunc deberes gravius ferre, quod*

tates, quod servant Mss. et Edd. ante Elmenh. Multum tamen, peregrinitatis causa, omnia, quemadmodum locus citatur ab Oudend. ad de Deo Soer. p. 169. ubi V. *Id.*—2 Ms. Pith. *retractum*. Statim autem non est in Ma. Lips. *Id.*—3 Ms. Pith. *recognoscas*. *Id.*—4 Bas. pr. hunc e. nude Lips. corrigebat in marg. hinc e. sed nunc est in reliquis. *Id.*—5 Ms. Pith. *ratio*, et statim, *audeme ne*. *Id.*—6 Ms. Pith. *illum bon. vir. te*. *Id.*—7 *Cujus animi disputationem*. Lego, *cujus Avitus disputationem*. Casaubonus. Mss. Florent. *Adi dispat.* Reliqui nihil fluctuant. Casauboni emendationem amplexi sunt seqq. Quænam tamen est illa *disputatio*, quam laudaverit Avitus? An ea, cujus p. 496. mentio? Supra Ap. Avitum vocat 'laudatorem locupletem, testem vitæ suæ sanctissimum, advocatum facundissimum,' at de disputatione nihil; nec quicquam illa hæc facit. Quasi enim non elegantem et facundissimam disputationem scribere potuisset, et tamen jure censari. Divinavit Jungerm. Ep. Gud. p. 365. cum Fulvio *animi dispositionem*: quod tamen nec ipsi satis placebat, et nec Apuleianum, nec Latinum est. Mihi, quid scripserit Auctor, plane non liquet. Hoc video *disputationem* verum esse non posse, sed sensui egregie auxiliari conjecturam Clar. Lennepii, *cujus Avitus disciplina rationem*: quam, propterea admisi donec Mss. certiore præbeant. J. Bœsch. Vid.

## NOTÆ

<sup>2</sup> *Ad pestes istas*] Æmilianum et Rufinum.

compilare bona ejas, tu magis dolere debes,<sup>8</sup> quam doluisset Pontianus, qui mihi ob paucorum dierum, vestro scilicet instinctu, ortas similitudines, etiam absenti,<sup>9</sup> apud Avitum satisfecit? qui mihi apud tantum virum gratias egit? Puta, me acta<sup>1</sup> apud Avitum,<sup>2</sup> non literas ipsius legisse. Quid posses, vel quisquis,<sup>3</sup> in isto negotio accusare? Pontianus ipse, quod a matre donatum acceperat, meo muneri acceptum ferebat: Pontianus me vitricum sibi contigisse intimis affectionibus lætabatur. Quod utinam incolumis Carthagine revertisset! vel, quoniam sic ei fuerat fato decretum,<sup>4</sup> utinam tu, Rufine, supremum ejus judicium<sup>5</sup> non impedisses! quas mihi aut coram,<sup>6</sup> aut denique in testamento,<sup>7</sup> gratias egisset? Literas tamen, quas ad me Carthagine,<sup>4</sup> vel jam adveniens ex itinere præmisit, quas adhuc validus, quas jam æger, plenas honoris, plenas amoris,

*irrupissem in domum Pudéntillæ, et diriperam ejus opes, quam Pontianus tulisset, qui satisfecit mihi etiam absenti apud Avitum, propter odia brevis temporis nata inter vos, vestro nempè impetu? qui mihi rependit grates apud tantum virum? Finge me recitasse ea, quæ gesta sunt coram Avito, non autem epistolam ejus. Quid tu, aut quilibet alius posses reprehendere in hac re? Ipse Pontianus dicebat se habere ex meo dono, quod acceperat datum a sua matre: Pontianus gaudebat affectibus intimis, quod me nactus esset vitricum, atque utinam rediisset Carthaginem saluus! aut quia hoc modo statutum erat de ipso a Fato, utinam tu non obstitisses ultima voluntati ejus, o Rufine! quas grates mihi rependisset, vel præsens, vel tandem in suo testamento! Athamen, Maxime, oro te, ut permittas tantisper legi epistolas repletas laudibus, repletas amicitia testimoniis, quas misit ad me Carthagine, aut ex via, cum jam veniret, quas scripsit ad me, dum adhuc recto valeret, quas scripsit*

Not. Var.—8 Ms. Pith. *debuisset*, delete mox *et q̄ doluisset*. Id.—9 Ed. Junt. post. *absente*. Id.—1 Delet hanc vocem Ms. Pith. Id.—2 Quid posses vel quas quis. Non me hic extrico. Expedire has tricas videbar posse hac ratione: quid posses, vel quos quires in isto negotio accusare? Stewechius. Leg. forte quisquis. Colvius. Quod amplector cum Casaub. et seqq. quia nihil melius appetit. Si qua fides Excerptis, extat vera in Florent. J. Bosscha.—3 Vet. edit. *summu* ei jud. Colvius. *Supremum* tenent Mss. Florent. et Ed. Junt. post. cum Colv. et seqq. Sic ‘supremum judicium’ quoque testamentum vocatur in lib. xx. § 3. ff. de fam. erc. J. Bosscha.—4 Venet. *Carthagi-*

## NOTE

<sup>1</sup> Acta apud Avitum] A Pontiano errorem summi fatente, et veniam rogante.

<sup>2</sup> Sic ei fuerat fato decretum] Ut moreretur, redeundo Carthagine.

<sup>6</sup> Aut coram] Si rediisset incolumis.

<sup>7</sup> Aut denique in testamento] Si supremum ejus judicium Rufinus non impedisset.

quæso, Maxime, paulisper recitari sinas, ut sciat frater ejus, accusator meus, quam in omnibus Minervæ curriculum \* cum fratre optimæ memoriæ viro currat.<sup>5</sup> (*Pontiani literæ.*) Audistine vocabula, quæ mihi Pontianus frater tuus tribuerat, me parentem suum, me dominum, me magistrum, cum sæpe alias, tum [553] in extremo tempore vitæ vocans? Possem tuas quoque pares<sup>6</sup> epistolas promere, si vel exiguam moram tanti putarem. Potius testamentum illud recens tui fratris, quanquam imperfectum, tamen proferri cuperem, in quo mei officiosissime et honestissime meminit. Quod tamen testamentum Rufinus neque comparere,<sup>7</sup> neque perfici passus est,<sup>8</sup> pudore perditæ

*dum jam ægrotaret; ut ejus frater criminator meus cognoscat, quam insistat dicendam viam in omnibus rebus a fratre suo viro optimæ memoriæ. Pontiani literæ. An audisti nomina, quæ tuus frater Pontianus mihi dederat, me appellans suum patrem, suum dominum, suum præceptorem, et aliis sæpe temporibus, et maxime in ultimo termino suæ vitæ? Possem etiam proferre literas tuas similes, si crederem vel brevem morum iis impendendam. Optarem potius ut exhiberetur illud postremum testamentum tui fratris, quamvis imperfectum, in quo facit honestissimam et officiosissimam mentionem mei. Quod testamentum nihilominus Rufinus non permisit in lucem proferri, neque absolvi, ob pudorem amissæ hereditatis: quam*

~~~~~

nem. Colv. Addicente Ms. Pith. male. J. Bos.—5 Bas. 2. marg. *vir occurrat.* Colv. In lapide: LOCVS AD STATVAM PONENDAM OPTIMÆ MEMORIÆ VIRO, &c. Fuit qui legendum suspicaretur, Cum frater optimæ memoriæ vir occurrat. O mirum acumen! O solertiam, quæ ostreas possat vel in tegulis proeminare. Pric. Ed. Junt. post. cum marg. Bas. sec. *vir occurrat.* Ms. Pith. *vir oc currat.* J. Bosscha.—6 Ms. Pith. *postquam t. q. patriæ.* Dein id. Ms. *q. imperfectum cum proferri cupere.* Id.—7 *Comperari.* Scripserim cum Lipsio, *comparere.* Colvius. Lego, *compleri.* Casaubonus. Quid est *comperari*? an ut literarum comparationes dicimus in jure nostro, cum scriptura incerta cum alia comparatur, ut maus agnosci possit, et convinci? minime. Sed *comparari* est, formari et concipi, præpararique. Sic 'comparationem' dixit Terullianus, annotante B. Rhenano, libr. adv. Valentinianos. *Scip. Gent.* Legebam primo vel intuitu *comparere.* Post ita et Colvium scripsisse vidi, Lipsio præeunte. Casaub. *compleri*, quod non placet: sequitur enim *perfici.* Scipio, *comparari*, h. e. concipi, formari. Pric. *Comparari* non est emendatio Scipionis Gent. sed lectio Edd. vett. Vic. utique, Junt. utr. Bas. Ald. *Comperari*, quod extat in una alteraque Ed. vetustissima, itemque Colv. Vule. pr. Gent. Pric. et Ms. Pith. nihili est. Lipsii emendationem adoptavit primus

NOTE

* *Quam in omnibus Minervæ [dicendum] curriculum, &c.* Sic recte Casaubonus. Erat sensus aut nullo, aut certe inepto, atque hunc loco minime appposito, *quam in omnibus Minervæ*

curriculum, &c.

† *Comparere* Sic Colinus et Priæus, ex *comperari*, quod prius erat. Gentilis *comparari*.

hæreditatis: quam paucorum mensium, quibus socer Pontiani fuit, magno quidem pretio noctium computarat. Præterea nescio quos Chaldæos consuluerat, quo lucro filiam collocaret. Qui, ut audio, utinam illud non vere respondissent,⁹ primum ejus maritum in paucis mensibus moriturum. Cetera enim de hæreditate, ut assolent, ad consulentis votum confinxerunt.⁸ Verum, ut Dii voluere, quasi cæca bestia, incassum hiavit.^a Pontianus enim filiam Rufini, male compertam,^{1 b} non modo hæredem non reliquit,² sed ne honesto quidem legato impertivit: quippe qui ei ad ignominiam lintea ascribi^c [554] ducentorum fere dena-

astimaverat pretio ingenti quidem noctium aliquot mensium, per quos fuit socer Pontiani. Præterea percontatus erat nescio quos Mathematicos, ut filiam nuptui daret cum quaestu. Qui, quemadmodum accipio, responderunt primo virum ejus obiturum intra paucos menses (quod utinam non fuisset verum). Nam commentis sunt reliqua de hæreditate, juxta desiderium interrogantis, ut est consuetudo eorum. Sed Deorum voluntate, frustra aperuit os, veluti bellus cæcus. Nam Pontianus, cum cognovisset filiam Rufini male se gerere, non solum non scripsit eam sibi hæredem, verum ne donavit quidem eam honesto legato: utpote qui præcepit ut ei assignarentur lintamina ducentorum circiter denariorum ad contumeliam: ut cog-

Scal. et dein reliqui. Sensus sane requirit *comparere*, quod amplector, quia e Mss. Florent. nihil enotatum est, unde colligere debeo, in iis revera esse *comparere*. J. Bosscha.—8 *Neque perfici passus etiam pud.* Qui me audiet, voce distracta, interpunget: *neque perf. passus est, tam pud. &c.* Stewech. *Passus est recte editum in Edd. Junt. pr. Bas. sec. seqq. J. Bosscha.*—9 Legend. *responderunt*, et priora *aperiendus* concipienda. Pric. Bene, si e Mss. esset petitum. Nunc acquiescendum in vulgato. *Ut audio*, scilicet, eos respondisse. Possit etiam e seqq. ejici *enim*, ut continetur periodus inde a *Qui, ut audio*, usque ad *confinxerunt*. J. Bos.—1 *Al. mali com.* Vid. Not. Var.—2 Ms. Pith. *relinquit*.

NOTE

^a *Confaxerunt*] Nimirum eam bonorum omnium mariti hæredem fore, idque eum testamento cauturum: quo Rufini vota omnia tendebant.

^b *Incassum hiavit*] Deglutiendæ soli generi hæreditati.

^c *Male compertam*] Melius scribas *mali compertam*. Sic Tacit. Annal. libb. I. et IV. 'flagitii compertum' dixit, Justinus lib. XI. cap. 11. *stupri compertam*, Noster Metamorphos. X. 'noxæ compertum.'

^c *Quippe qui ei ad ignominiam lintea ascribi, &c.*] Pricæus latere hic

putat aliquid reconditis, Pontianum nempe lintea legasse sum uxori, quam mali comperisset, ad pallium lineum sibi faciendum, quo genere amiculi impudicæ matronæ tangebant: idque refert unius Isidori non magni momenti quidem auctoritate nixus, qui Originum lib. XIX. cap. 25. sic habet: 'Amiculum est meretricium pallium lineum: his apud Veteres matronæ in adulterio deprehensæ induebantur.' Ideoque ad ignominiam ait legata illa lintea. At quicquid de illa Veterum consuetu-

niorum jusserit, ut intelligeretur iratus potius extraneasse¹⁴ eam, quam oblitus præterisse.* Scripsit autem hæredes tam hoc testamento, quam priore, quod lectum est, matrem cum fratre: cui, ut⁴ vides, admodum puero eandem illam filiae suæ machinam¹ Rufinus⁵ admovet, ac mulierem aliquam⁶ multo natu majorem, nuperrimè uxorem fratris,

nosceretur ipsum potius removisse eam ex indignatione, quam omisisse ex oblivione. In hoc vero testamento, et in præcedenti quod recitatum est, reliquit hæredes matrem suam et fratrem: cui valde juveni, quemadmodum cernis, Rufinus deinceps admittitur illam machinam suæ natæ, et exponit, atque obtrudit infortunato adolescenti feminam ceteroque longe grandiorē aetate, quæque modo erat conjux ejus

~~~~~

J. Bos.—3 Al. *extraneasse*.—4 Ms. Pith. *cujus*. J. Bos.—5 Corruptissime in prioribus Edd. *tandem illam filiam suam mach. Rufino admovet*. Casaubonus. *Tandem ill. f. a. machinam Rufinus admovet* V. C. Mox Fulv. *taotus hominum suspensiones*. Et proximo: *plane quidem, si verum vetis*. Sciopp. in *Symb. Leg.* eandem *ill. f. a. m. Rufinus admovet*. Pontiano, Pudentillus filio, filiam suam Rufinus uxorem dederat, spe magna maximæ hereditatis. Eo mortuo eandem filiam Sicinio Pudenti, hujus ipsius fratri, eadem spe et voto cogitabat jungere, idque omnibus viribus et machinamentis operam dabat. Filiam autem ipsam hic machinam Apuleius vocat, quia ejus meretriciis blandimentis animum pueri ut antea et Pontiani Rufinus expugnaret. Ad finem, utrum obternit, an subternit legas, cicum non interduim. Ne nimium sibi placeant, qui integris locis vitiosis eorum particulam aliquantulam sanant. *Acidali*. Firmant emendatam lectionem Mss. Florent. et *Rufinus* etiam Pith. J. Bos.—6 *Alloqui*. Flor. *aliquam*. Membranis Florent. addicit Ms. Pith. et, ut videtur, Fux. nam margini allevit Salm. Itaque dedi *aliquam* pro vulgato *alloqui*, jubente Oudend. ad Met. l. i. p. 74. b. ubi v. J. Bosscha.—

#### NOTE

dine sit, nihil ad hunc locum pertinere puto. Frustra tam remote quæritur ratio, cur legatum hoc ignominiosum sit: subjungit eam Apuleius. Non quod lintea legasset, ignominie futuram erat, sed quod tam vilis pretii legato uxoris meminisset, quo fiebat ut eam potius ex odio exheredasse videretur (quod ignominiosum) quam ex oblivione præterisse.

<sup>4</sup> *Extraneasse*] Exheredasse velut extraneam et nihil ad se pertinetem. Hæc lectio est Florent. codicis. Alii habent minus bene *extraneos*.

\* *Quam oblitus præterisse*] Atque eam ob causam si pater liberos, quos in potestate habebat, exheredare vellet, non satis erat eorum nullam

in testamento mentionem fecisse, sed in eo nominatim erant exheredandi: ne viderentur oblivione præteriri, et testamentum inutile redderetur. Quin et filia, si qua esset, cum sufficeret eam inter ceteros exheredasse, tamen legatum ei aliquid relinqui oportebat, ne per oblivionem præterita esse videretur, inquit Imperator in Tit. Instit. de exheredatione liberorum, paragr. 1.

<sup>1</sup> *Illam filiam suam machinam*] Similem metaphoram legas apud Cicero-nem, pro Cluentia. 'Oppianicus sperare cepit, hos se Avillæ tanquam aliquam machinam admodum expere Asintii adolescentiam, et fortunas ejus patrias expugnare posse.'

miserō puero objicit et obstermit.<sup>7</sup> At ille puellæ meretrici-  
ois blandimentis, et lenonis patris<sup>8</sup> illectamentis captus et  
possessus, exinde ut frater ejus animam edidit, relicta ma-  
tre, ad patrum commigravit, quo facilius remotis nobis<sup>9</sup>  
coepta perficerentur. Favet enim Rufino Æmilianus,<sup>10</sup> et  
proventum capit. Ehem! recte vos admonetis:<sup>11</sup> etiam  
suam spem bonus patruus [555] temperat in isto, ac fovet,  
qui sciat, intestati pueri legitimum magis, quam justum hæ-  
redem futurum.<sup>12</sup> Nolle hercule hec<sup>13</sup> a me profectum:

*fratris. Ille vero irretitus et correptus illecebris impudicis filia, et obscenis adu-  
lationibus patris, statim ex quo ejus frater mortuus est, deseruit matrem suam, et  
transiit ad suum patrum, ut facilius incepta absoluerentur procul a nobis. Quia  
nempe Æmilianus amat Rufinum, et optat ipsi profectum? Ehem! vos bene mon-  
tis: probus ille patruus moderatur, atque alit suam spem in illo: quippe qui noverit  
se fore heredem necessarium potius, quam justum, juvenis, si moriatur nullo facto  
testamento. Sane nollem hoc proditiis a me. Non fuit conveniens meum modera-*

7 Vid. Not. Var.—8 Puellæ meretriciis . . . lenoniis patris. Flor. lenonis. El-  
menhorstius. Ita, non lenonis. Pentadius vet. poeta: 'Se Narcissus amat  
captum lenonibus undis.' Pric. Casaubono, legenti meretriciis . . . lenoniis,  
item Salmas. et alii V. D. in marg. Junt. post. obsecuti sunt Pric. Scriv.  
Flor. Cur autem Scal. in Vulc. sec. tert. Wow. et Elm. dederint meretricis  
. . . lenoniis, causæ nihil video. Equidem præfero Editionum vett. et Mss.  
lectionem meretricis . . . lenonis. Id. V. D. in marg. Junt. post. Insuper emen-  
dandum putabat puellus, me non assentiente. J. Bos.—9 Ms. Pith. rem omni-

# NOTE

[ Favet enim Rufino Æmilianus, &c.]  
Au quia Æmilianus favet Rufino, et  
ipsi bene evenire cupit, ideo fratris  
filium Pudentem liberius patitur Ru-  
fini domum frequentare, atque ejus  
filie blanditiis sese dare, ut ipsius  
amore captus eam uxorem ducat,  
sæque bona in Rufini transferat fa-  
miliam?

<sup>11</sup> Ehem! recte vos admonetis] Allo-  
quitur auditores, quorum aliqui for-  
tasæ suggesserant Æmilianum ea in  
re non tam consilere Rufini commo-  
dis, quam suis, cum Pudentis animo  
in omnibus obsequens, falsæ enim leni-  
tate devitavit, impeditque ne de tes-  
tamento scribendo cogitet, sed sua  
bona, quæ in alios transferre testa-  
mento posset, Æmiliano ipsi, qui

proximus sibi hæres est, relinquat,  
si intestatus mortem obeat.

<sup>12</sup> Qui sciat, intestati pueri legitimum  
magis, quam justum heredem futurum]  
Hæres legitimus est, qui intestati  
hæres est proximitatis solum jure, ex  
lege XII. tabul. Justus vero, cui ex  
testamento et voluntate defuncti hæ-  
reditas obvenit. Hoc probare videntur  
hæc Quintilliani Declamat. 308.  
'Proximum a testamentis locum ha-  
bent propinqui, at ita, si intestatus  
quis, ac sine liberis decesserit; non  
quoniam utique justum sit ad hos  
pervenire bona defunctorum, sed  
quoniam relicta, et velut in medio  
posita, nulli propius videntur contin-  
gere.' Attamen legitima hæreditas  
an non justa est? Immo, ut patet ex

Non fuit mee moderationis, tacitas omnium <sup>1</sup> suspiciones palam abruptere: <sup>2</sup> male vos, qui suggestistis. Plane quidem, si verum velis, <sup>3</sup> multi mirantur, Æmiliane, tam repentinam circa puerum istum pietatem tuam, <sup>4</sup> postquam frater ejus Pontianus est mortuus: cum antea tam ignotus illi fueris, ut sæpe ne in occursum quidem filium fratris <sup>5</sup> tui de facie agnosceres. At nunc adeo patientem <sup>6</sup> te ei præbes, itaque eum indulgentia corrumpis, adeo ei nulla re adversaris, ut per hæc suspicionibus <sup>7</sup> fidem facias. Investem a nobis accepisti, <sup>8</sup> vesticipem illico reddidisti. <sup>9</sup> Cum

*tibi patefacere evidenter secretas suspiciones cunctorum: vos male fecistis, qui hoc insurrexistis mihi. Certe quidem si vis audire verum, o Æmiliane, plurimi admirantur tuam adeo subitam charitatem erga hunc adolescentem, post obitum Pontiani fratris ejus: cum prius fueris illi adeo incognitus, ut sæpe ne cognosceres quidem ex vultu filium tui fratris, cum tibi fieret obnoxius. Sed nunc exhibes te illi tam tolerantem, adeoque depravas eum tua facilitate, sic nulla in re ei obestis, ut confirmes suspiciones hoc pacto. Accepisti eum impuberem a nobis, reddidisti ita-*

bus nobis. Id.—1 *Ab hominum.*—2 *Si puerum velis.* Potius, si puero. Colvius. Si verum velis. Legebatur, si puerum velis. Sustulimus exuberantem literam; certiore, opinor, conjectura, quam alii quibus visum, si puerum velis. A nobis stat sententia quam illam emendationem respuit: et similes loci, qui nostram confirmant: supra, 'Immo enim si audire verum velis Æmiliane, tu potius caducus:' item, 'Immo si verum velis, uxor ad prolem multo auspiciat in villa, quam in oppido dicitur.' Casaub. Verissime emendavit Casaub. succipientibus Mss. Florent. Puero conjectura est Lipsii in marg. Bas. pr. J. Bosscha.—3 *Ms. Pith. circum p. i. tuam piet.* Id.—4 *Sæpe ne occ. q. Al. fr. Flor. sæpe ne in occ. q. f. f. tui. bene. Elmenhorstius.* Abest nimirum in Ed. Junt. post. tui Bas. pr. Cas. Gent. Pric. utraque vocula Bas. sec. Vulc. tert. Colv. Wow. Sed recte utramque agnoscunt reliquæ Edd. et Mss. Pro occursum Pith. occursum. J. Bosscha.—5 *Est qui legat, parentem.* Colvius. Quis ille sit, nescio. Certe nemo eum audiet. Pro nunc Bas. pr. tunc. Pro cum indulg. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. cum indulg. J. Bosscha.—6 *Ed. Junt. post. suspiciocioribus,* præclare, si vel unum Ms. addiceret. Supra tamen 'ta-

## NOTE

lege 3. ff. pro socio, paragr. 2. ad quam Cujacius locum hunc Apuleii aliter explicat. 'Separavit tamen' (inquit) 'justum heredem a legitimo Apuleius secunda Apologia, et arguit: dum scilicet eo sensu accipit justum, quo dignum, atque merentem, quo sensu recte dicam multos esse legitimos heredes defunctorum ab intestato, sed quia immerentes sunt, non esse justos.' Unde minus placet prior distinctio legitimi hæ-

redis a justo.

<sup>2</sup> Hoc] Quod ab auditoribus suggestum est.

<sup>3</sup> Palam abruptere] Rumpere, hoc est, proferre cum impetu.

<sup>8</sup> Investem a nobis accepisti] Festus: 'Investia, qui necdum pubertate vestitus est.' 'Vesticeps' contra, qui jam 'vestem,' hoc est, 'pubertatem' cepit.

<sup>9</sup> Vesticipem illico reddidisti] Quo (malum) id pacto? proculdubio non

a nobis regeretur, ad magistros itabat: ab iis<sup>7</sup> nunc [556] magna fugela<sup>8</sup> in ganeum fugit: amicos series aspernatur; cum adolescentulis postremissimis<sup>9</sup> inter scorta et pocula puer hoc ævi convivium agitat.<sup>9</sup> Ipse domi tuæ rector, ipse familiæ dominus, ipse magister convivio.<sup>10</sup> In ludo quoque gladiatorio frequens visitur,<sup>11</sup> nomina gladiatorum et pugnas et vulnera, plane quidem ut puer,

*tim pubarem. Quamdiu nos moderabamur illi, frequentabat magistros: sed fugit nunc ingenti fuga ab illis in cauponam; contemnit amicos graves; ipse adolescens tantula ætate versatur in comessatione cum vilissimis juvenibus, inter meretrices et calices. Ipse est moderator tuæ domus, ipse est dominus tuæ familiæ, ipse est rex convivii: videtur etiam sæpe in ludo gladiatorio, dicit ab ipso lanista, prorsus tanquam nobilis adolescens, nomina gladiatorum, et certamina, et plagas.*

citas omnium suspiciones' memoravit. *Id.*—7 *Ad magistros itat: at ab iis.* Sic vulgo editum. Sed Salm. allevit ad mag. *itabat: ab iis*, &c. credo, e Ms. Fux. nam certe *itabat* est in Pith. Cod. in quo tamen *at* repetitum. *Itare*, verbum Plautinum, quod nec Cicero est aspernatus, restituendum putavi, deletum at. *Id.*—8 Non est in Ms. Pith. *Id.*—9 *In convivio agitat.* Dele in convivio. Superflua enim esse sequentia ostendunt. *Wower.* Flor. Rom. et Aldus convivium *agitāt*. Elmenhorstius. Ejecerunt in convivio Scal. et Wow. quæ adsunt tamen in Edd. vett. Sed in Mss. Florent. et Pith. cum Ed. Rom. est *convivium*, uti edidere Elm. Scriv. Flor. quod unice verum. 'Agitare convivium' dixerunt Plaut. Mil. Gl. II. 2. 10. Sil. It. xv. vs. 273. Ovid. Met. VII. vs. 431. ubi vid. Burm. et 'agitare dies festos' Virg. Georg. II. vs. 527. Vulc. pro in convivio coniecit *inconcinne*, putans tamen esse glossam *triv* inter pocula. J. Bosscha.—1 Al. m. in convivio.—2 Edd. vett. Mss.

# NOTÆ

*triv* *deppodiat*, quem ipsi permittebat: eo certe accelerari pubertatem tradunt Physici.

° *Magna fugela*] Fuga: nomen est ejusdem formæ, cujus tutela, cantela, &c.

p Cum *adolescentulis postremissimis*] Gracchus apud Gellium lib. xv. cap. 12. 'omnium nationum postremissimos.' Noster in De Deo Socratis: 'nullum animal in terris homine postremius.'

¶ *Ipse magister [in] convivio*] Varro de lingua Latina lib. iv. 'in publico convivio etiam nunc antiquitatis retinendæ causa, cum Magistri fiunt, petio circumfertur.' 'Rex' etiam dicebatur convivii, aut mensæ, item

'pater cænæ,' et 'bibendi arbiter,' atque ejus imperium 'Regnum vini.' Horatius. Carminum lib. I. Ode 4. 'Nec regna vini sortiere talis.'

¶ *In ludo quoque gladiatorio frequens visitur*] Indecorum, nobilibusque pueris indignum apud Antiquos habitum est, non solum histroniæ et saltatoris arti operam dare (ut patet ex his Scip. Africanæ Emilianæ verbis a Macrob. relatis lib. II. Saturn. cap. 10. 'Docentur præstigias inonestas, cum cinnædulis et sambuca psalterioque eunt in ludum histronum. Discant cantare, quæ majores nostri probro ducier voluerunt,' &c.), sed etiam gladiatoris arti, utpote quæ latronum et facinorosorum propria

honeste,<sup>3</sup> ab ipso lanista docetur.<sup>4</sup> 'Loquitur nunquam, nisi Punice, et si quid adhuc a matre<sup>4</sup> Graciat.<sup>5</sup> Latine enim neque vult,<sup>6</sup> neque potest.<sup>7</sup> Audisti, Maxime, paulo ante, proh nefas! privignum meum, fratrem Pontiani, disertum juvenis, vix singulas syllabas [537] fringulicentem,<sup>8</sup> cum ab eo quæreretur, donassetne illis mater, quae ego dicebam me annitente donata.<sup>6</sup> Testor igitur

*Nunquam loquitur nisi Punice, ac si aliquid mendis Graeci sermonis, quod didicit a matre. Nam nec vult loqui Latine, nec potest. O Maxime, audisti paulo prius, meum privignum, fratrem Pontiani, sacundi juvenis, proh nefas! agere balbutientem singulas syllabas, cum interrogaretur, num mater ejus donasset illis ea, quae ego dicebam ipsius donata fuisse meo impulsa. Appello ego te testem, Claudi*

~~~~~

Florent. Pith. visitor. J. Bosscha.—3 Num rectius, moleste? Certe majori cum molestia pueri, quam illi qui majores aetate, docentur. Colcius. Neque Colvium audiendum puto, neque Casaubonum, quo praesente, seqq. O. dederunt honestus. Nam repugnant Mss. et Edd. vet. neque est necessarium. J. Bosscha.—4 Ms. Pith. adhuc matre adhuc. Id.—5 Nulla causa est, cur rescribamus cum Vulc. Ed. pr. Casaub. et Gent. Latine, aut addamus loqui, quod e glossa irrepsit in Ed. Junt. post. ubi editum Enim Latine, si Mss. addicerent, bene. Id.—6 Me adjuvante donata. Non aequè bene posterior Bas. Ed. me annitente donata. Infra: 'Qui ibi contumelias dixit, et, adjuvante patruo, fecit.' Colcius. Adnitente e Mss. Florent. dedit Elm. cum seqq. sed jam ante eum expressum hoc erat in optima Junt. post. et hinc in marg. Bas. sec. Adjuvante videtur potius glossa rovi adnitente, quam contra. Pro donata

NOTÆ

esset: unde tot apud Juvenalem et alios increpationes juvenum, qui insana libidine ducti gladiatoribus se dabant discipulos, gaudebantque gladiatorio ornatu in circo pugnare.

³ Ut puer, honeste, [honestus] ab ipso lanista docetur] Huc spectant 'lanistarum dictata' apud Sueton. et Hle Juvenalis versus Sat. xi. 'Scripturus leges, et regia verba laniste.' Quod autem ait, 'ut puer honestus ab ipso lanista docetur:' *elapsum* dictum est: quasi, ut in tonstrina nobiliores tantum 'a tonsore magistro' pectebantur, quemadmodum loquitur Juvenalis Sat. vi. ceteri ab ejus tyronibus, ita et nobiliores tantum pueri a magistro gladiatore docerentur.

⁴ Et si quid adhuc a matre Graciat-

as] Hinc patet Pudentillam e Græcia oriundam fuisse, sed nupsisse in Africa.

⁵ Latine enim neque vult, neque potest] Quod summo dodecari civi Romano, maxime honestiori, in provinciis erat: praesertim cum Rhetoricam, et literas Latinas publici Professores docerent.

⁸ Fringulicentem] Quasi interpolatis singulibus balbutientem. Vox est hinc Auctori peculiaris: ea etiam utitur alibi. Florid. iii. 'Merula in remotis tesquis fringulicent.' Videtur verbum hoc fictum a 'fringilla' seu 'frigilla' ave, de qua Avienus: 'Si matutino fringilla resultat ab ore: ita ut 'fringultire' sit volucris illius cantum imitari.

te, Claudi Maxime, vosque, qui in consilio estis, vosque etiam, qui tribunal mecum assistitis, hæc damna et dedecora morum ejus patruo huic, et candidato illi ⁷ socero ⁸ assignanda: meque posthac boni consulturum, ⁹ quod talis privignus ⁹ curæ meæ jugum cervice excusserit; neque postea pro eo matri ejus supplicaturum. Nam, quod pænissime oblitus sum, nuperrime cum testamentum Pudentilla, post mortem Pontiani filii sui, in mala valetudine scripserit, ¹ diu sum adversus illam renisus, ne hunc ob tot insignes contumelias, ob tot injurias exhæredaret. Elogium gravissimum, ⁷ jam totum medius fidius ² perscriptum, ut aboleret, impensis precibus oravi. Postremo, ni impetrem, diversurum ³ me ab ea comminatus sum: mihi hanc veniam tribueret: malum filium beneficio vinceret: ⁴ me

Maxime, et vos, qui sedetis in consilio, vos quoque, qui astatis mecum ante tribunal, has depravationes et probra ejus vitæ attribuenda esse huic patruo, et illi socero futuro: et me parum curaturum deinceps quod privignus hujusmodi decesserit ex collo suo jugum meæ tutelæ, nec me deprecaturum ejus matrem pro ipso deinceps. Etenim, quod fere prætermisi, his novissimis diebus cum Pudentilla fecerit testamentum per adversam valetudinem, post obitum filii sui Pontiani, diu reluctatus sum contra eam, ne hunc privaret hereditate propter tot graves contumelias, propter tot injurias ab eo acceptas. Rogavi eam summis precibus, ut deleret acerbissimam de ipso testificationem, qua profecto jam tota scripta erat. Denique minatus sum me divortium facturum ab ea, nisi id obtinerem: rogavi, ut concederet mihi hanc veniam: superaret pravam filium beneficio;

Ms. Pith. donate. J. Bos.—7 Ms. Pith. illo, ἀρχαῖος. Id.—8 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. nil boni cons. addicente Ms. Pith. Videtur illud nil originem habere a nota glossatoris, qui 'boni consulere' explicuerat, 'nil curare', 'pro nihilo habere.' Id.—9 Flor. privigni. Elmenhorstius.—1 Pudentilla... scripserit. Ms. Pith. Pudentille, et cum Ed. Vic. scripsit. J. Bosscha.—2 Jam tum med. f. d. Flor. jam totum. Elmenhorstius. Bene: nam perperam Scal. et inde Elm. ac Scriv. dederunt jam tum. J. Bosscha.—3 Flor. divisiurum. Elmenhorstius. Vnlc. ascripsit divoraurum. J. Bosscha.—4 Liber vetus, vinciet. Nihil muto. Sallustius: 'Jugurtham beneficiis vincere aggressus.'

NOTÆ

* *Et candidato illi socero*] Ruffino, qui, filiam suam Pudenti obtrudendo, socer ejus fieri ambiebat.

⁷ *Elogium gravissimum*] Quo rationem reddebat exhæredationis. 'Elogium' enim testimonium est; sive bonum, sive malum. Utriusque exempla libet afferre: boni: apud Se-

necam: 'decessit negotiator: testamento omnium bonorum suorum reliquit formosam uxorem heredem, et adjecit elogium: quia pudicam comperi:' mali: Quintilianus: 'exheredati filii elogium: quod meretricem amarit.'

Delph. et Var. Clas.

Apul.

5 F

invidia omni liberaret.⁵ Nec prius destiti, quam ita fecit. Doleo, me huncce scrupulum⁶ Æmiliano [558] demisso: tam inopinatam semitam⁶ indicasse. Specta quæso, Maxime, ut hisce auditis, subito obstupuerit, ut oculos ad terras⁷ demiserit: enim longe⁸ sequius⁹ ratus fuerat, nec immerito. Mulierem filii contumeliis infestam,¹ meis officiis devinctam sciebat. De me quoque fuit, quod timeret. Quivis vel seque, ut ego, spernens hæreditatis, tamen vindicari de tam inofficioso privigno non recusasset.¹ Hæc

exsolveret me ab omni odio. Neque cessavi, donec sic facit. Doleo, quod liberaverim Æmilianum hac solitudine, et monstraverim ei tranitem tam insperatum. Aspeto, oro te, Maxime, quomodo attonitus fuerit repente, postquam auditus hæc, quomodo deflexerit oculos humi. Nam crediderat multo aliter rem se habere, atque id iure: noverat Pudentillam tritam esse, ob injurias sui filii, obstructam autem meis obsequiis. Habuit quoque, cur metueret sibi a me. Nam quis sperniant ulcisci privignum adeo adversum, etiamsi tam fuisset contemtor hæreditatis, quam

~~~~~  
*Wower.*—5 Ms. Pith. *meo huncce scr.* Ed. Junt. post. *me hunc sce scr.* Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *me hunc sic scr.* J. Bosscha.—6 Agnoscent hanc lectionem Edd. vet. tantum non omnes, et Mss. Florent. quare eam nondum muto: ceterum de ejus veritate jam dubitarunt Lips. et V. D. in marg. Junt. post. quorum ille, nescio quomodo, hic, *inop. sententiam vel rem legi volebat.* Ed. Junt. post. cum Ms. Pith. consentit in *inopinatam semet*, unde equidem legendum puto: *inopinatam rem ei.* Id.—7 Mutare contra Mss. non debuerant Scriv. et Flor. in *ad terram.* Sæpius *terræ* plur. num. apud Nostrum, de toto elemento. cf. ad l. de Mundo p. 298. a. et add. ib. p. 322. de Deo Socr. p. 127. 143. et alibi. *Id.*—8 Ita Rom. Edit. *Enim initio sententiæ*, ut apud Terentium, et alios veteres non raro. *Casaub.* Sic Mss. et Edd. vet. Ordinem perperam mutarunt Colv. et seqq. ut sæpe. v. Ind. J. Bosscha.—9 Sic Ms. Pith. Ed. Junt. post. cum Scriv. Vide ad Met. l. ix. p. 649. b. *Id.*—1 Contumeliis infestam. Scrib. *infestam*, ut ex antithesi colligitur devinctam. *Casaub.* Ego elegantè dici puto *infestam*, pro affectam. Sic inspersam et aspersam, similiaque multa dicimus. Potest et *infestam* Lucius dixisse, quasi infectam odio atque imbutam. *Scip. Gent. in Append.* Scipio *infestam* exponit, ‘odio imbutam,’ aut potius positum putat pro affectam; ut *inspersum* pro *aspersum*, et alia ejusmodi. Multo concinnius *Casaub. infestam.* Ego *offensam* scribebam, quia opponit devinctam. Infra intervallo brevi hac eadem Antithesi: ‘Filium potius cui offensa erat, quam me cui devincta.’ Si hoc placuerit minus, lege *infestam* sensu passivo. V. Gellium 12. 9. *Pric. Infici contumeliis* mihi non omnino displicet, ut ‘omni contumelia inquinare’ Phædr. 1. 2. 24. licet ibi dictum magis sit, pro, ‘contumeliose inquinare.’ Interim sequor Scaligerum et seqq. qui emendationem Lipsii, *Casaub.* et *Salmasii* adoptarunt. Ms. Pith. *devictam*, precibus nempe. Sed bene sibi opponitur *infestam* et *devinctam.* J. Bosscha.—2 Quis enim ... privigno recusasset.

## NOTE

<sup>5</sup> *Me invidia omni liberaret*] Qua flagrare potuisset Apuleius apud populares suos, quasi inofficiosi illius testamenti, et exheredationis privig-

ni suorum, atque auctor.

<sup>6</sup> *Huncce scrupulum*] Opinionem, quam de exheredatione Pudentis præconceperat.

præcipue sollicitudo eos ad accusationem mei stimulavit. Hæreditatem omnem mihi relictam falso ex sua avaritia<sup>b</sup> conjectavere. Solvo vos<sup>3</sup> in præteritum isto metu. Namque<sup>4</sup> animum meum neque hæreditatis, neque ultionis occasio potuit loco dimovere. Pugnavi cum irata matre, pro privigno malo, vitricus, veluti pater pro optimo filio adversus novercam: nec satis fuit, ni bonæ uxoris prolixam liberalitatem circa me nimio plus æquo<sup>5</sup> coërcerem. Cede tu testamentum, jam inimico filio a matre factum: me, quem iati prædonem dicunt,<sup>6</sup> verba singula cum precibus præeunte.<sup>7</sup> Rumpi tabulas istas jube, Maxime, invenies filium hæredem: mihi vero tenue nescio quid honoris gra-

*ego sum? Hæc anxietas præsertim instigavit illos ad me instigandum. Falso conjectaverunt, juxta suam avaritiam, totam hæreditatem mihi permissam esse. Libero vos illo timore pro tempore præterito. Nam opportunitas, et hæreditatis, et vindictæ, non potuit depellere meam mentem ex sua sede. Ego, licet vitricus, contendi pro malo privigno, adversus matrem ei infensam, quasi pater pro optimo filio contra novercam: nec contentus fui, nisi cohiberem longe magis, quam par erat, effusam in me largitatem optimæ conjugis. Da tu testamentum scriptum a matre, cum filius jam esset et invisus: me, quem hi vocant latronem, præmittente singula verba adjectis precibus. Impera, Maxime, ut dissolvantur hæc tabula. Reperies filium scriptum esse hæredem: at nescio quid exiguum mihi relictum*

~~~~~

Marg. Bas. 2. *Quivis enim... priv. non recusasset.* Colvius. Flor. pr. non recusasset. Elmenhorstius. *Quis enim, &c. ... vindicari de tam inoff. priv. recusasset.* Sic vulgatum ante me, præterquam in Ed. Junt. post. cujus lectionem revocaui. *Quivis* (in Junt. post. est *quis vis*) est quoque in Ms. Pith. qui præbet etiam *rd non*, in quo assentientes habet Mas. Florent. Non absorptum fuerat ultima syllaba *rd non* privigno; jam autem *quivis* stare non poterat, quod mutatum propterea in *quis enim*. J. Bosscha.—3 *Solvo vos.* Scripserim solvi vos. Pricæus. Non ego. *Solvo*, ipso hoc tempore, profitendo, Pudentillam meis precibus exoratam, filium suum hæredem scripsisse. In præteritum, i. e. quod ad tempus præteritum attinet, nam infra testatur Ap. se 'deinceps incuriosius habiturum, quid Pudentilla testamento suo scribat.' J. Bosscha.—4 Ms. Pith. nam. Pro *dimov.* Ed. Vic. *dem.* Id.—5 *Suspiciatus sum aliquando ræ plus æquo* esse notam glossatoris, qui explicare voluisset *nimio*: sed qui tum male explicuisset. Nam si *plus æquo* non sunt ab Auctore profecta, *nimio* ille adhibuit pro *quam maxime*, ut sæpe 'nimis,' 'nimius,' 'nimio' et 'nimium' apud Apul. et ejus ætatis auctores. Putabat id quoque Scriv. qui uncis inclinat *plus æquo*. Nunc vero omnino placet mihi vulgata lectio. Non æquum sane fuit, marito nisi tenue legatum tribni, atque adeo *nimio plus æquo* Apuleius uxoris suæ liberalitatem circa se coërcuit. Id.—6 Perperam Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *dicerent.* Id.—

NOTE

^b *Ex sua avaritia*] Qna, si in Apulei loco fuissent, hæreditatem illam sent, sibi relictam maxime gavial essent. Pudentillæ avidissime ad se traxissent.

tia legatum; ne, si quid ei humanitus attigisset,⁸ nomen maritus in uxoris tabulis non haberem.^c Cape istud matris tuæ testamentum,⁹ vere [559] hoc quidem inofficiosum.^d Quidni? in quo obsequentissimum maritum^e exhæredavit, inimicissimum filium scripsit hæredem: immo enimvero non filium, sed Æmiliani spes, et Rufini nuptias: sed temulentum illud collegium,^f parasitos tuos. Accipe, inquam, filiorum optime, et positis paulisper epistolis amatoris matris, lege potius^g testamentum si quid quasi insana scripsit,^h hic reperiēs, et quidem mox a principio: 'Sicinius Pudens filius meus mihi hæres esto.' Fateor, qui hoc legerit, insanam putabit.ⁱ Hiccine filius hæres,

esse ad honorem; ne, si contigisset illam mori, ego ejus conjux prætermittere in testamento uxoris. Sume hoc testamentum tuæ parentis, illud quidem revera inofficiosum. Quod quare non esset? siquidem in eo privavit hereditate conjugem maxime morigerum, instituit vero hæredem filium infensissimum, aut potius non filium, sed spes Æmiliani, et matrimonium Rufini; sed ebriosum illud sodalitiū, assecras tuæ mensæ. Cape, inquam, probissime filiorum omnium, ac depositis tantisper literis amatoris tuæ matris, lege potius ejus testamentum. Si scripsit aliquid veluti demens, invenies illud in eo, et certe statim ab initio: Filius meus Sicinius Pudens sit meus hæres. Ego quidem confiteor: quiquis legerit hoc, existimabit eam esse dementem. An hic filius (inquit) est tuus hæres, qui, ac-

7 Ms. Pith. præeuntem. Id.—8 Alterutrum puto scripsisse Apuleium, accideret vel contigisset. Casaubonus. Vid. Not. Var.—9 Vulg. lib. cape ista ut m. t. Casaubonus. Casauboni emendationem expresserunt seqq. Mss. Pith. Fulv. et Edd. vett. cape ista ut m. t. t. Pro cere Ms. Pith. cerum. J. Bea.—1 Ms. Pith. potius legis. Pro insana Ed. Vulc. sec. insanis. Id.—2 Male in vulgatis insanum. Simili errore paulo post in iisdem, relictum pro relicto. Ipsam Pudentillam compellat. Casaub. Lege, insanam, et deinceps coherre-

NOTE

^c *Nomen maritus in uxoris tabulis non haberem*] Magno dedecori habitum amicorum supremis judiciis præteriri: quod et probro vertit Antonio Cicero, 'ut nec nomen ejus in tabulis ullius reperiri posset.'

^d *Vere hoc quidem inofficiosum*] Argute magis, quam vere: alia enim inofficiosi testamenti acceptio apud Jurisconsultos est, nempe, quod non ex officio pietatis factum sit.

^e *Obsequentissimum maritum*] Inscriptio vetus Casaubono notata:

ANTONIA. TORTONIA. MARITO
OBSEQUENTISSIMO
B. M. F.

Et alia Prææo:

ALBANA. SABINA. MARITO
OBSEQUENTISSIMO.

^f *Sed temulentum illud collegium*] Horat. Sermonum lib. 1. 'Ambubaiarum collegia,' &c.

^g *Si quid quasi insana scripsit*] Respicit ad literas Pudentillæ supra alatas, quibus eam suam insaniam, et Magicas Apulei artes professam esse accusatores illi calumniati erant.

qui te^h in ipso fratris sui funere, advocata perditissimorum juvenum manu, voluit excludere e domo, quam ipsa donaveras?³ qui te sibi a fratre cohæredem relictam⁴ graviter et acerbe tulit? qui confestim te cum tuo luctu et mœrore deseruit, et ad Rufinum et Æmilianum de sinu tuo aufugit? qui tibi plurimas⁵ postea contumelias dixit coram, et adjuvante patruo fecit?¹ qui nomen tuum pro tribunalibus ventilavit?⁶ [560] qui pudorem tuum tuismet literis conatus est publice dedecorare? qui maritum tuum, quem ele-

cita oterva corruptissimorum adolescentum, voluit per ipsam pompam funebrem sui fratris te eliminare ex adibus, quas tu ipsa ei dederas? qui agere et moleste passus est, quod tu instituta esses ipsi cohæres a fratre ejus? qui statim reliquit te cum tuo fletu et dolore, et avolvit ex tuo gremio ad Rufinum et Æmilianum? qui deinde tibi dixit permulta convicia, et fecit multas injurias auxilio patruus? qui jactavit nomen tuum ante tribunalia? qui nixus est palam labefactare famam tuæ pudicitia: tuis propriis epistolis? qui reum egit criminis capitalis conjugem tuum,

dem relictam. De Pudentilla enim matre capies. *Acidal.* Cum Edd. ante Casaubon, et Vulcan. facit Ms. Pith. Sed insanam præbere videntur Florentini. *J. Bosscha.*—3 Ms. Pith. *donaverat.* Non intellexerunt librarii, ad ipsam Pudentillam quasi se vertere oratorem, licet ipsa in judicio non adesset. Hinc quædam hic corrupta sunt. *Id.*—4 Mss. Florent. Pith. Edd. vet. *relictum.* *Id.*—5 Qui ibi plurimas. Germana scriptura, qui tibi, ac non multo inferius: *hasce tabulas Maxime, hic ibidem pro pedib. tuis abjicio.* in aliis est, *adjicio:* proinde antehac non animadversum, quæstorem publicum diversimode eadem hac pagina nuncupari Corvinum Celerem, et Corvinum Clementem. Quod monere debuerant, qui paulo post in maleficio, pro carminibus, substitui volebant *contaminibus.* immemores forte istius Virgiliani quarto *Æneid.* 'Hæc se carminibus promittunt solvere mentes.' Item aliorum ejusd. poetæ *Ecloga VIII.* et alibi. *Stewech.* Certum scribi debere, *Qui tibi,* Colvins. *Qui ibi* dant Edd. vet. Colv. Vulc. Elm. Scriv. et favent ei lectioni Mss. Florent. Pith. In reliquis *qui tibi:* quod magis placet. 'Qui te voluit excludere;' 'qui te acerbe tulit;' 'qui te deseruit;' 'qui tibi contumelias dixit;' 'qui nomen tuum pro trib. vent.' 'qui pudorem tuum conatus est dedecorare;' qui maritum tuum capitis accusavit.' *J. Bosscha.*—6 V. D. in marg. Jant. post. *pro tribunali subvent.* vel *pro tribunali bis ventil.* Acquies-

NOTE

^h Qui te] Per apostrophem Pudentillam alloquitur, absentem tamen, neque enim judiciis mulieres interest.

¹ Qui tibi plurimas postea contumelias dixit coram, et adjuvante patruo fecit] Contumelia accipitur et pro dicto, et pro facto injurioso. Et 'contumeliam facere' non apud hunc tantum aucto-

rem, sed et apud landatissimos scriptores reperitur, Plautum, Terentium, Senecam, Quintilianum, &c. Ergo nimis superbum Ciceronis fastidium, qui hanc in Antonio locutionem reprehendit ac vellicat, Philippi. 3. 'porro' (inquit) 'quid est contumeliam facere? quis sic loquitur?'

geras,⁷ quem, ut ipse objiciebat, efflictim amabas, capitis accusavit? Aperi, quæso, bone puer, aperi testamentum: facilius insaniam matris sic probabis.^k Quid abuvis? quid recusas? postquam solitudinem de hereditate materna repulisti? At ego hasce tabulas, Maxime, hic ibidem pre pedibus tuis adjicio:⁸ testorque, me deinceps incensus habiturum, quid? Pudentilla testamento suo scribat. Ipse jam, ut libet, matrem suam de cetero exoret: mñi, ut ultra pro eo deprecetur,¹ locum non reliquit. Ipse jam, ut sui potens ac vir, acerbissimas literas matri dictet,¹ iram ejus

quem exoptaveras, quem perditte diligebas, quemadmodum ipse tibi exprobat? Recluide, oro te, egregie adolescens, recluide testamentum, hoc modo facilius monstrabis dementiam tuæ matris. Quare remis? Quare non vis, postquam amota est tibi anxietas de hereditate matris? Ego vero, Maxime, projicio has tabulas hoc ipso in loco ante tuos pedes, et profiteor me minus curaturum in posterum, quid Pudentilla statuat suo testamento. Ipse jam deinceps reget matrem suam ut voluerit. Nullum reliquit locum supplicandi amplius pro ipso. Ipse utpote jam sui juris, et qui dictet epistolas durissimas suæ matri, demulceat iram ejus: ille, qui

candum in vulgato. Id.—7 *Quem elegeras.* Omissa hæc in Vnlc. tert. Ms. Pith. accusabat. Id.—8 *Al. adjicio.*—9 Ms. Pith. qui, non male, pro, quomodo. J. Bosscha.—1 Abest pro Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. Id.—

NOTE

^k *Facilius insaniam matris sic probabis*] Cum videlicet te, post tot illatas matri injurias, heredem ab ea scriptum legis.

¹ *Ipse jam, ut sui potens, ac vir, acerbissimas literas matri dictet*] Casaub. legit, *ut sui potens, ac qui acerbissimas literas, &c.* quam lectionem retinui, et expressi in Interpretatione. At ne sic quidem satis placet; quas enim literas Pudentem matri dictasse legimus? nisi forte dicamus eum, cum pessimis suis in Apuleium Magiæ criminationibus compulerit matrem ad scribendam illam epistolam, cujus supra nonnulla relata vidimus, dictasse illam dici: sed parum placet hæc explicatio, neque illa Pudentillæ epistola acerbis quicquam in filios habuisse legitur, neque Pudens ipse

causa ejus extitit, sed præsertim Pontianus. Aliquid corruptum suspicor in voce *dictet*. Quid si legatur *deleat*, restituaturque prior lectio? ut sit: *ipse jam ut sui potens, ac vir, acerbissimas literas matri deleat*: hoc est, gravissima elogia, si qua forte mater, ob inhonestam ejus vitam, testamento innotare adversus eum deinceps voluerit, ipse, ut jam sui potens, ac vir, nec quicquam mææ opis indignus, impetret ab ipsa ut illa deleat, et animum illius sibi ipse placet, ac reconciliet. Non tamen hoc, ut verum fatear, omni ex parte satisfacit: vix enim adducor, ut credam per literas testamentum designari posse. Si quis melius quid habeat, pergratum faciet, si contulerit in medium.

delinuat. qui potuit perorare,^m poterit exorare.^{4a} Mihi jamdudum satis est, si non modo crimina obiecta plenissime dilexi, verum etiam radicem [561] hujus judicii,^{4o} id est, hæreditatis quæsitæ invidiam, funditus sustuli. Illud etiam, ne quid omnium præteream, priusquam peroro, falso objectum revincam. Dixistis, me magna pecunia⁵ mulieris^p pulcherrimum prædium meo nomine emisse.⁶ Dico, exiguum hærediolum^q sexaginta millibus nummum,⁷ id quoque non me,^s sed Pudentillam suo nomine emisse: Pu-

potuit habere orationem, poterit etiam impetrare quod rogaverit. Mihi abunde sufficit, si non solum penitus refutavi scelera, quorum accusabar, sed etiam penitus abstuli stirpem hujus litis, hoc est, invidiam ambitæ hæreditatis. Et ut nihil omit- tam ex omnibus rebus, antequam finem faciam orandi, probabo etiam hoc mihi esse exprobratum falso. Dixistis me comparavisse meo nomine amanissimum fundum ingenti pecunia Pudentillæ. Ego vero aio illud fuisse parvum prædiolum sexaginta millium nummorum, et non me, sed Pudentillam illud comparasse suo nomine: no-

~~~~~  
2 Potuit exorare. Leg. poterit. Colvius. Poterit, Fulvius. Sciopp. in Symb. Editum jam fuerat in Junt. post. Ms. Pith. cum reliquis Edd. antiquis po- tuit. J. Bos.—3 Miror Colvium ne verbo quidem hic meminisse emenda- tionis suæ ad Met. l. VIII. p. 523. a. ubi h. l. monuit legendum esse *parvissime*. Est sane minime probanda. Id.—4 Scribe R. A. mendacii. Supra 'stirpem mendacii.' Iterum: 'Fontem et fundamentum mendacii.' En, quam aperte corrupta Criticorum acumen effugere. Pric. Immo, supra p. 543. non legitur *stirpem mendacii*, sed, *stirpem accusationis*, quo vulgata lectio h. l. satis defen- ditur. J. Bos.—5 Dixistis me magna pecunia. V. C. Sciopp. in Symb. Dixistis me *Magia*, &c. non me sed Pud. suo nom. Ejicio vocem *Magia*, quæ nihil huc facit, neque unde irrepperit conjicere queo. Deinde forte fuerit verum: *Non me meo sed Pud. suo nomine emisse*. Minimus simul et auxilium una voce locum. Acidal. Cassa et inanis lectio: vera ea est quam e veteri du- dum Scioppius depromsit, *D. m. magna pecunia mulieris*, &c. ita legendum sane est et distinguendum. Pric. Requiritur vox *magna* propter sequentia: *Dico exiguum hærediolum 60,000 nummum*, &c. et infra *Num ipsum hærediolæ præ- tium invidiosum est*. Præbent eam diserte Mss. Fulv. et Fux. In Pith. est *mag sine rō de*, quod nec in Fulv. extat. Bene itaque fecit Floridus, qui *magna pecunia* in contextum admisit. Reliquæ Edd. tenent *Magia de pec*. Sed in emtione de aliena pecunia nulla poterat argui *Magia*. J. Bos.—6 Vulc. tert. *emisse*, ut et paulo infra. Id.—7 Flor. nummis. Elmenhorstius. Ms. Pith. plene, nummorum. J. Bos.—8 Al. non meo.—9 Flor. tutor. El-

## NOTE

<sup>a</sup> Qui potuit perorare] Causam ad- versus me.

<sup>b</sup> Poterit exorare] Matrem, cum irata sibi fuerit.

<sup>c</sup> Radicem hujus judicii] Magis pla- ceret ut Pricæus reponit: *radicem Ausj. mendacii*. Vulgata tamen scrip- tura ferri potest, si judicium pro lite

sumas, et exponas quomodo in Inter- pretatione exposui.

<sup>d</sup> Magna pecunia mulieris] Recte sic emendavit e veteri codice Scioppius: prius erat *Magia de pecunia mulieris*, nullo plane sensu.

<sup>e</sup> Exiguum hærediolum] Festus, 'hæ- redium, prædium parvulum.' Ono-

dentillæ nomen in tabulis esse: Pudentillæ nomine pro eò agello tributum dependi.' Præsens est Quæstor publicus, cui depensum est, Corvinus Celer, vir ornatus. Adest etiam tutor, auctor mulieris,<sup>9</sup> vir gravissimus et sanctissimus, omni cum honore mihi nominandus, Cassius Longinus. Quære, Maxime, cujus emtionis auctor fuerit, quanto pretio mulier locuples agellum suum præstinarit. (*Testimonium Cassii Longini, tutoris, et Corvini Clementis,*<sup>1</sup> *Quæstoris.*) Estne ita, ut dixi? [562] Usquam in hac emtione nomen meum ascriptum est? Num<sup>1</sup> ipsum hære-

*men Pudentillæ esse in instrumento emtionis: vectigal solvi pro illo prædiolo nomine Pudentillæ. Ecce Corvinus Celer, vir spectabilis, præfectus ararum publici, cui fuit persolutum: ecce quoque Cassius Longinus, quem debeo nominare cum omni reverentia, vir severissimus, et integerrimus, tutor et auctor Pudentillæ. Interroga eum, o Maxime, cujus emtionis fuerit auctor, quam parvo pretio famina dives emerit sum prædiolum. Testimonium Cassii Longini tutoris, et Corvini Clementis: quod recitatum est... An res se habet ut dixi? An meum nomen appositum est in aliquo loco hujus emtionis? an ipsum pretium agelli dignum est inveni-*

~~~~~

menhorstius. Jungerm. in Epist. Gud. p. 365. legendum suspicatur auctor, tutor mulieris: sed eodem redit. Nam mulieris auctor recte dicitur tutor, qui ejus rem causamque gerit: nisi totum illud tutor a mala manu est, et explicatio rōi auctor. Sic sane Cic. pro Cæcin. c. 35. 'Dos quam mulier, nullo auctore, dixisset.' i. e. ut explicat Ern. in Cl. non adhibito tutore, qui in rebus mulierum auctor est. cf. Brisson. de V. S. in v. auctor. et Scip. Gent. comm. in Nott. Var. J. Bos.—1 Ms. Pith. non, ut et seq. Id.—2 Quod ex ea. Ms. Pith. quod ut ex ea, elegantius. Favet Ed. Junt. post. cum Salm. in marg. quare id amplector. Pro ex ea Heins. ad Ovid. Fast. vi. vs.

NOTE

mast. vetus: hærediolum, *heredior*.

¹ Pro eo agello tributum dependi] Tributum ejusmodi vocat Sidonius Apollinaris 'debitum glebæ canonem:' persolvebatur Quæstori publico, id est, Populi Romani, aut Principis, non autem municipali: tributa enim illa agrorum Principis fisco inferebantur.

² Adest etiam tutor, auctor mulieris] Ex moribus Græciæ, ex qua oriunda erat Pudentilla, ipsa, etiam Apuleii jam uxor, alium tutorem habuit. Cicero pro L. Flacco: 'emtiones falsas cum mulierculis fecisti: tutor his, moribus Græcorum, ascribendus fuit.' At tutores illi mulierum, præsertim

viduarum, consultores potius erant, et *παρρηγοί*, quam tutores. Jaro Romano nuptæ in tutela maritorum erant, eas atque, quæ in maxum eorum convenissent, alias enim tutela solutas fuisse declarant Cicero, in Topicis, et Boëthius. Neomai tutorem illorum auctoritate mulieres vendere, emere, dicere diem, lites sequi, &c. poterant.

³ Et Corvini Clementis] Hic est Quæstor publicus Corvinus Celer, de quo supra. Repone ergo hic *Corvini Celeris*, pro *Corvini Clementis*, aut puta *Clemens* tertium ejus fuisse nomen, ut appellaretur *Corvinus Celer Clemens*.

dioli pretium invidiosum est? num vel hoc saltem in me collatum? Quid etiam est, *Emiliane*, quod non te iudice refutaverim? Quod pretium Magiæ meæ reperisti? Cur ego Pudentillæ animum veneficiis flecterem? quod ut ex ea² commodum caperem? Uti dotem mihi modicam potius, quam amplam diceret? O præclara carmina! An ut eam dotem filiis suis magis restipularetur,³ quam penes me sineret? Quid addi ad hanc Magiam potest? An uti rem familiarem suam meo adhortatu pleramque filiis condonasset, quæ nihil illis ante me maritum fuerat largita; mihi nihil quicquam⁴ impartiret?⁵ O grave veneficium dicam, an ingratum beneficium? An ut testamento, quod irata filio⁶ scribebat, filium potius, cui offensa erat, quam

dia? an illud saltem, qualecunque est, attributum est mihi? Quid est quoque, a Emiliane, quod non refellerim etiam tuo iudicio? quam invenisti mercedem meæ Magiæ? Quare ego demulcerem incantamenti animum Pudentillæ? quam utilitatem perciperem ex ipsa? An ut constitueret mihi parvam dotem, potius quam largam? O egregia incantamenta! Num ut reservaret potius illam dotem suis filiis, quam relinqueret apud me? Quid potest adjici huic Magiæ? Num ut donaret liberis suis maximam partem suorum bonorum, mea persuasione, ipsa, quæ nihil eis dederat priusquam fuisset ejus conjux: mihi vero nihil prorsus largiretur? O maleficium atrox, aut potius beneficium male remuneratum! Num ut institueret

594. malebat ex eo. Non muto. Pag. seq. 'Respondete, qui Ap. dicitis animum Pudentillæ Magicis illectamenti adortum, quid ex ea petierit.' *Id.* —3 Vld. Not. Var.—4 *Irata filio*. Scribo, *irata*. Brantius. Scribe *ingrato* f. aut (quod malim) *irata filio*. Pricæus. Interpretatur Floridas: 'testamentum, quod faciebat succensens adversus suum filium.' Sed tam legen-

NOTE

² *Uti dotem, &c. diceret*] Dotem dicere proprio pater dicitur, et mulier aut debitor ejus, et obligantur ditione: ceteri non nisi promissione: ut docet Ulpianus Titul. vi. De dotibus, paragraph. 1. et 2. Est autem hæc solennis formula dotis dicendæ: 'Tot doti tibi erunt.'

³ *Restipularetur*] 'Restipulari' est contra stipulari ab eo, qui ipse stipulatus antea est. Apuleius dotem a Pudentilla stipulatus erat, vel (quod idem est) dos ei dicta a Pudentilla fuerat. Pudentilla e contrario dotem, quam viro dixerat, ab eo ita est

restipulata, ut, se mortua, ea dos non penes virum remaneret, sed filiis ex priori matrimonio susceptis restitueretur, pro quibus tanquam pro suis hæredibus stipulatam fuisse intelligendum est: alias nullam vim habuisset stipulatio, nec filiis alio nomine quam hæredum data fuisset actio ad repetendam a vitrico dotem. Vide restipulationem Pudentillæ supra. 'Præter hæc, ea conditione factam conjunctionem, si nullis,' &c.

⁴ *Mihi quidquam*] Videtur legendum *nec mihi quicquam*.

me, cui devincta, heredem relinqueret? Hoc quidem multis cantaminibus⁷ difficile impetravi. Putate, vos causam non apud Claudium Maximum agere, virum æquum et justitiae pertinacem, sed aliam aliquem pravam [568] et scævam⁸ judicem substituisse, accusationum fautorem, cupidum condemnandi: date ei, quod sequatur: ministrare vel tantulam⁶ verisimilem occasionem secundum vos pronuntiandi. Saltem fingite aliquid, reminiscimini, quod respondeatis,⁷ qui vos ita rogarit.⁸ Et quoniam omnem conatum necesse est quæpiam causa⁹ præcedat, respondete, qui Apuleium dicitis animum Pudentillæ Magicis illectamentis adortum, quid ex ea petierit, cur fecerit. Formam ejus voluerat? negatis. Divitias saltem concupierat? negant

heredem filium, cui erat infensa, potius quam me, cui erat obstricta, idque testamento, quod faciebat succensens adversus suum filium? Equidem egre obtinui hoc plurimis incantamentis. Fingite vos non dicere causam coram Claudio Maximo, viro justo et servantissimo æquitatis. Verum supponite aliquem alium judicem improbum et crudelem, qui favet delationibus, et sit avidus damnandi: exhibete ei aliquid, cui inhaereat: suppedilate vel levissimam ansam probabilem ferendæ sententiæ juxta vestram intentionem: saltem comminiscimini, excogitate aliquid, quod reponatis ei, qui sic vos interrogaverit. Et quia oportet ut aliqua ratio antecedat quemcumque nium, vos qui dicitis Apuleium aggressum esse animum Pudentillæ illecebris Magicis, dicite quidnam postulaverit ab ea, quare id fecerit. An cupiebat ejus pulchritudinem? id negatis. Expectaveratne certe opes? instrumentum do-

~~~~~

*dum trita filio, quo nihil verius est. Quare id restitui, auctoritate Ms. Pith. et Bala. in marg. Supra p. 558. 'Pagnavi cum irata matre.' J. Bos.—6 Forte scævum. Pro, pravam, etiam vulgo parvum legas. Colo. non tamen in Junt. post. Ceterum scævum edi placuit Scriverio: non mihi. De Justitiæ imagine, a Chrysippo picta, agens Gellius N. A. lib. xiv. c. 4. nonnullos alt dixisse, Sævitiae imaginem istam esse, non Justitiæ. J. Bos.—6 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. tantulum. Id.—7 Reminiscimini, quod responderatis. Aperte corruptus locus. Legendum fortasse: Saltem fingite aliquid, comminiscimini quod responderetis ei qui vos ita rogarit. Quoniam omnem, &c. Casaub. Flor. eminiscimini. Alii reminiscimini. Elmenhorstius. Reminiscimini non esse mutandum, monuit etiam Jungerm. loco sæpius cit. qui pro responderatis, quod est in Edd. ante Vnlc. sec. malebat responderetis, idque ex emendat. Casanboni et Vulcanii in marg. editum a Scallg. et seqq. Lego e Ms. Pith. respondentis, quemadmodum alleverunt Lips. et V. D. in marg. Ed. Junt. post. Supra: 'Date ei quod sequatur.' Lips. etiam emendavit quid pro quod. J. Bos.—8 An, Q. v. ista rog.? Pricæus. Sine necessitate. J. Bos.—9 Ms. Pith. causam, et statim, quid fecerit, dein, illi, pro, libelli. Id.—1 Ms.*

#### NOTE

<sup>7</sup> *Multis cantaminibus* [carminibus] Pudentillæ uxori sæpe dixit, ut ejus Id est, precibus, quas se adhibuisse animum erga filium mitigaret.

tabulæ dotis, negant tabulæ donationis, negant tabulæ testamenti: in quibus non modo non cupide appetisse, verum etiam dure repulisse liberalitatem suæ uxoris ostenditur. Quæ igitur alia causa est? Quid obmutuistis? quid tacetis? Ubi illud libelli vestri atrox principium, nomine privigni mei formatum? 'Hunc ego, domine Maxime, reum apud te facere institui.' Quia igitur addis, reum magistrum, reum vitricum, reum deprecatorem? sed quid deinde? 'plurimorum maleficiorum et manifestissimorum.' Cedo unum de plurimis: cedo dubium, vel saltem obscurum de manifestissimis. Ceterum ad hæc, quæ objecistis, numera an binis verbis? respondeam. 'Dentes splendidas: ' ignosce mundiciis. 'Specula inspicis: ' debet philosophus. 'Versus facis: ' licet fieri. 'Pisces exploras: ' Aristoteles docet. 'Lignum consecras: ' Plato suadet. 'Uxorem ducis: ' leges jubent. 'Prior natu est ea: ' so-

*is, instrumentum donationis, instrumentum testamenti id negant; in quo postremo probatur non tantum non excepisse avide largitionem eius conjugis, sed etiam rejicere eam asperse. Quanam ergo est alia ratio? Quare facti estis muti? quare silentis? Ubi nam est illud truculentum initium vestri libelli scriptum nomine mei privigni? Ego decrevi, o Domine Maxime, hunc accusare coram te. Quare ergo non adjicis accusare præceptorem meum, accusare vitricum, accusare deprecatorem? At quid postea? permultorum et evidentissimorum beneficiorum. Profer unum ex illis multis, profer unum dubium aut certe obscurum ex illis evidentissimis. Perro possum respondere duobus verbis ad illa infinita, quæ mihi exprobrastis. Expolis dentes: paros mundiciis. Intueris specula: Philosophum docet. Componis carmina: fas est componere. Scrutaris pisces: Aristoteles id docet. Deos facis e ligno: Plato auctor est. Ducis uxorem: leges id præci-*

D'Orv. qui hic rursus incipit, quid igitur. Id.—2 Id. Ma. de me. Pith. demum. Id.—3 Objecistis innumera, binis verbis. Flor. a. numera, an binis v. Elmenhorstius. Accedunt Mss. Bemb. D'Orv. Pith. forte et Fox. nam ascripsit etiam Salm. neque videtur id esse de conjectura. Mstorum auctoritatem sequor cum Elm. Scriv. et Eryc. Puteano in Epist. 28. J. Bos.—4 Al. splendidas.—5 Prior natu is est. Immo, ea est. Colvius. Pudendo errore in omnibus Edd. is est. Quam multis supra de ætate Pudentillæ disputatum? Casaub. Roman. natu est ea. Florent. natu est. Elmenhorstius. Mirum, quod in Mss. non tantum, sed et Edd. vet. etiam Just. post. corruptum legitur. In Mss. Pith. Florent. cum Edd. vet. natu is est. D'Orv. prior natu

#### NOTE

\* Ceterum ad hæc, quæ objecistis] \* Quæ objecistis numera an [innumera] Brevis recapitulatio, quam in peroracione faciendam præcipiunt Rhetorice leges. ra] binis verbis, &c.] Florent. memorantur numera an binis, &c.



let fieri. 'Lucrum sectatus es:'<sup>6</sup> [564] dotales accipe,<sup>7</sup> donationem recordare, testamentum lege. Quæ si omnia affatim retudi,<sup>8</sup> si calumnias omnes refutavi, si me in omnibus non modo criminibus, verum etiam maledictis, procul a culpa tuitus sum; si philosophiæ honorem,<sup>c</sup> qui mihi salute mea antiquior est, nusquam minui; immo contra, ubique si conceptum penitus eum tenui;<sup>d</sup> si hæc, ut dico, ita

piunt. Illa est major ætate: id vulgo fit. Aucupatus es quæstum dotis: cape instrumentum dotis, reminiscere donationis tibi factæ, lege testamentum. Quæ antea si abunde repuli, si refelli cunctas falsas accusationes; si defendi philosophiam longe a noxa in cunctis eorum non solum accusationibus, verum etiam convitiis, si nullatenus imminui gloriam philosophiæ, quæ mihi charior est mea vita, si contra conservavi eam omnibus in locis optime vallatam; si hæc se habent quædam-

is enim. Scriptum fuisse videtur natu est ea. Potuit hinc is irrepere: nisi prorsus delendum sit ea. J. Bos.—6 *Lucrum sectatus es dotis*. Dotis delet Florentinus. *Elmenhorstius*. Item D'Orv. Pith. et Ed. Junt. post. quare ejiciatur. Supra, 'Divitias saltem concupierat? negant tabulæ dotis, negant tabulæ donationis, negant tabulæ testamenti.' Sic et h. l. J. Bos.—7 *Dotalem accipe*. Emendandum censui, *lucrum sectatus es? Dotis tabulam accipe*. In quo recte et ordine fecisse me convincent ipsa hæc Apuleii, non ita multis abhinc versibus præmissa: 'Divitias saltem concupierat? negant tabulæ dotis,' &c. *Stewech*. *Dotales* forte scribendum, et ad tabulas referendum. *Colv*. *Dotale*, videlicet instrumentum. Sic Græci JCh *τὸ πρῶτον*. Non recte vulgo *Dotalem acc*. Casanbonus. *Dotales* recte Flor. et Colv. Vulgo *dotale*. Vide Indicem. *Elmenh*. V. C. *dotales*, i. e. dotalia instrumenta. *Lindenb*. Si per Matos liceret, et ego præferrem *dotale*. Quia tamen in D'Orv. est *dotalem*, cum Edd. vet. plerisque, in Florantinis vero *dotalis*, plane ut in Ed. Junt. post. antique pro *dotales*, id sequor cum *Elmenh*. et *Scriv*. *τὰς tabulas*, quod in judicio, ubi ipsæ tabulæ ante oculos erant, facile subintelligi poterat, in primis cum *tabulæ dotis* jam supra memoratæ essent, addere non poterat Auctor, quia promiserat se binis verbis ad singula, quæ objecerant adversarii, responsurum. Quare pessime utique locum emendare tentabat *Stewech*. In Ms. Pith. legitur *dotall*. Suspicio compendiose scriptum fuisse *dotall*. t. pro *dotales tabulas*, quæ ultima vox a glossatore addita. J. Bos.—8 Edd. Vic. Junt. utr. Ald. Bas. pr. *recudi*. Pro si caluma, Ms. D'Orv. *sed et cal*.

## NOTE

<sup>b</sup> *Dotales* [*Dotale accipe*] Subandi instrumentum. Græci Jurisconsulti *πρωτόν συμβόλαιον*, et *συμβόλαια γράμματα* vocant.

<sup>c</sup> Si *philosophia honorem*, &c.] Jam ab initio hujus orationis professus est Apuleius sibi constitutum et se et philosophiam ab hominum calumniis vindicare.

<sup>d</sup> Si *conceptum penitus eum tenui*] Id

est, honorem philosophiæ, ut recte, spretis omnibus aliis commentatorum commentis, Pricæus legit et exponit: 'Conceptum sonat hic protectum et custoditum ab omni parte inviolabile. Corruptus erat hic locus, et legebatur nullo sensu si cum *septem penatis tenui*.' Subtiliora sunt quæ hic excogitant Casanbonus et Elmenhorstius, quam huic loco aptiora.

sunt, possum securius<sup>9</sup> tuam existimationem revereri, quam potestatem vereri;<sup>\*</sup> quod minus grave et verendum mihi arbitror, a Proconsule<sup>1</sup> damnari, quam si a tam bono tamque emendato viro improber.<sup>2</sup>

## D I X I.

*modum dico; possum jam tutius vereri tuam de me opinionem, quam timere tuam potentiam: quoniam existimo mihi minus acerbum ac minus timendum fore, si condemnar a Proconsulibus, quam si vituperer a viro adeo probo, adeoque inculpato.* Dixi.

Id.—9 *Ms. D'Orv. Pith. securus. Ms. D'Orv. inverso ordine exist. tuam. Id. —1 A Proconsulibus. Ven. Rom. Ald. Proconsule, Colvin. Rectissime, ut diserte extat in vet. Cod. forte Fax. et D'Orv. sed in hoc compendiose a procos. Pith. ac proceros. Intelligit Ap. Claudium Maximum, cujus potestatem, ut Proconsulis, non timebat; existimationem, ut 'tam boni, tamque emendati viri,' verebatur. J. Bosscha.—2 Salm. allevit improberer, addicente, ut videtur, Ms. Pith. sine necessitate. Id.—3 Debemus hanc quoque vocem editioni Rom. nam illam recentiores Edd. omisere. Casaub. Ms. Pith. Apuleii Platonici Madaurensis pro se de Magia liber secundus explicit. Ego Salustius emendavi Rome folia (felix). J. Bosscha.*

## NOTÆ

<sup>\*</sup> *Tuam existimationem revereri, quam am, provincia Africa magis reverita potestatem vereri] Acute. Sic Florid. est, minus verita.'*  
1. 'neminem Proconsulum, quod sci-

# FRAGMENTA

## APULEII.

Ex Libris Ludicrorum et Convivalibus Questionibus.

NON. MARC. V. *Absternius*. Absternius, qui vino abstinet. Apuleius: 'In te fuisti quondam Athenis parvus atque absternius:' in lib. Ludicrorum. Absternius est, immo scit quo rete' leporem tenebat, lupum non tenere. Lucil, Satir. lib. VI.

Ex Libris de Proverbiis.

FL. SOSIPATER CHARISIUS lib. II. extr. Mut. 'Mut facere non audet,' ut apud Apuleium Platonium de Proverbiis scriptum est Libro secundo.

Ex Hermagora.

PRISCIANUS lib. III. circa init. Supra, superior; infra, inferior; post, posterior; prope, propior; ante, anterior;

~~~~~

1 Posui hoc tanquam fragmentum Apuleii nostri ex ejus LIBRIS LUDICRORUM. Sed jam id nam verum sit, ambigo. Nam in Nonio duntaxat sic legimus: *Absternius, qui vino abstinet. Apul. in te fuisti quondam Athenis parvus atque absternius. In lib. ludicrorum: Absternius est, &c.* Ceterum malim locum hunc, cujuscuque est, ita legere: *Absternius est homo, scit, quo rete lep. &c. Colv. Absternius est, * immo scit, quo rete leporem tenebat, lupum non teneri. Apuleius: In se fuisti quondam Athenis parvus atque absternius: in Libro Ludicrorum. Lucil. Satyr. lib. VI.* Ita ex libris scriptis Editio Merceriana posterior, Paris. an. 1614. Prior an. 1583. et Plantiniana Junii: *Absternius, &c.* Locns hic Nonii parum probæ fidei videtur: neque enim satis aperte Apuleio libros Ludicrorum vindicat. Consulantur, si qui erant, meliores Codd. Critico ferro heic opus est, et ingenio. *Scriber.* Ut editum in Merceriana Ed. priori an. 1583. et Plantin. ita in hac Edit. quoque Nonii locum excudendum curavi. *In te fuisti.* Locns hic nobis de mendo semper suspectus fuit. Olim scribendum putavi, *Ante fuisti, &c.* Nunc etiam suspicatus sum, fortassis nomen libri qui etiam laudabatur, arduum, scribendumque: in *Phæ.* id est, in *Phadone: Fuisti quondam, &c.* Quod ad eum dialogum optime referri posse videatur. *Colv.*

penitus, penitior. Apuleius in 1. Hermagoræ: 'Visus est ei adolescens honesta forma, quasi ad nuptias exornatus, trahere se in penitiorem partem domus.'

Idem lib. eod. sub finem. Neutra in *NUM* desinentia geminant in diminutione *L* ante *M*; et si *G* habeant ante *N*, in penultima syllaba diminutivi *I*, non *E* accipiunt; ut, 'tignum,' 'tigillum,' 'signum,' 'sigillum.' Alia vero *E* habent in penultima, nisi sit primitivi penultima naturaliter longa; ut *bonum, bellum; geminum, gemellum; scamnum, scamellum*. Apuleius tamen in 1. Hermagoræ: 'Verum infirma scammellorum obice fultæ fores.'

Idem lib. iv. In *IUS* desinentia, sive a nominibus, sive a verbis derivata, servant ante *IUS* primitivorum suorum consonantes, ex quibus incipiunt ultimæ et penultimæ syllabæ derivatorum; sed tamen penultimæ, cum et ipsa penultima in vocalem desinit, et ultima a vocali incipit: ut, *servus, servi, Servius; servilis, Servilius; agellus, agelli, Agellius; sylva, Sylvius; virgula, Virgilius; Mars, Martis, Martius; saucio, saucius; scio, sciens*. Sic Apuleius in 1. Hermagoræ, et Pacuvius in Teucro: 'Postquam defessus perrogitando advenas de natis, neque quenquam invenit scium.' Unde *nescio* quoque *nescius*.

Idem lib. vi. extremo. Excipiuntur ea quoque quæ nec *C* nec *G* habent ante *IS* in genitivo; *nix, nivis*: Antiqui tamen etiam *ninguis* dicebant. Unde Apuleius in 1. Hermagoræ: 'Aspera hyems erat, omnia ninge caneabant.'

Idem lib. x. Antiqui tamen et *posivi* protulisse inveniuntur. Plantus in Vidularia: 'Nunc ut apud sequestrum vidulum posivimus.' Apuleius in primo Hermagoræ: 'Et cibatum, quem jucundum esse nobis animadverterant, eum apposiverunt.'

FABIUS PLACIADIS FULGENTIUS *De sermone antiquo.* Pollinctores dicti sunt, qui funera morientium accurant.

Plantus in Pœnulo: 'Quin mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.' Dicti autem Pollinctores, quasi pollutorum unctores, id est, cadaverum curatores. Unde Apuleius in Hermagora ait: 'Pollinctores funere domuitionem paramus.'

Alia exemplaria habent: Pollinctor ejus funere dum unctionem parat. *Item:* Pollincto ejus funere domuitionem p.

Ex Phædone.

PRISCIANUS lib. x. *Compesco, compescui, et dispesco, dispescui, et posco, poposci, et disco, didici, a præsentī tempore faciunt supinum mutatione O in I correptum, et additione TUM, compesco compescitum, dispesco dispescitum, posco poscitum, disco discitum.* Unde Apuleius participium futuri protulit in Phædone: 'De anima sic auditurum, sic disciturum, qui melius scit hæc omnia et singula sic agere aut pati, ut patiuntur atque agunt.'

Idem lib. eod. Tendo et tentum et tensum facit. Virgilius in VII. Lucanus in I. et II. *Ostendo quoque ab eo compositum similiter facit ostentum et ostensum.* Lucanus in II. Apuleius in Phædone: 'Et causam gignendi ostenturum et immortalitatem animæ reperturum.' Varro Rerum Rusticarum I. 'Ostentus sol.' Idem Divinarum III. 'Salute ostenta.' Cato pro J. Cæsare ad Populum: 'Quod ego me spero ostenturum.'

Ex Epitome.

PRISCIANUS lib. VI. *Hæc pollis pollinis:* sic Charisius. Probus autem et Cæsar, *hoc pollen pollinis* declinaverunt. *Hæc cuspidis cuspidis, semis semissis.* Apuleius in Epitoma: 'Sed tum sestertius dupondium semissem, quinarius quinquessis, denarius decussis valebat.'⁴

⁴ 'Quinquessis... decussis. Hotomannus restitui valebat quinquessim... decussim, repugnante Gronovio de Pec. Vet. lib. I. c. 8. qui intelligit *as* vel *pondus*. J. Bos.

Ex Libro de Republica.

FULGENTIUS *de prisco sermone*. Celocem dicunt genus navicellæ modicissimum, quod lembum (al. *blannam* et *bamplum*) dicimas. Apuleius libro de Republ. 'Qui celocem regere nequit, onerariam petit.'

Ex Medicinalibus.

PRISCIANUS *lib. vi*. In *E* correptum Latina sunt neutra, quæ *E* in *IS* conversa faciunt genitivum, ut *hoc mare*, *hujus maris*; *hoc monile*, *hujus monilis*; *hoc mantile*, *hujus mantilis*. Ovid. in *vi*. Fastorum, &c. Excipitur unum indeclinabile in singulari numero, *hoc cepe*, *hujus cepe*. Apuleius in Medicinalibus: 'Cepe succum melle mixtum:' quod in plurali numero foemininum est primæ declinationis, *hæ cepe*, *ceparum*, quamvis antiquissimi in *A* quoque singulare foeminino genere hoc recte protulisse inveniuntur. Nævius, Lucilius, &c.

De Re Rustica.

PALLADIUS *De re rustica lib. i. tit. xxxv*. Apuleius asserit semina bubulo felle maceranda, antequam spargas.

De Arboribus.

SERVIUS *in lib. ii. Georg. Virgilii*. Apud Medos nascitur quædam arbor, ferens mala quæ Medica vocantur. Hanc plerique citrum vocant: quod negat Apuleius, in libris quos 'De arboribus' scripsit, et docet longe aliud genus arboris esse.

EX INCERTIS LIBRIS.

Fredericus II. IMP. *De arte venandi cum avibus, sive De re accipitraria*. Cinni, et illæ quæ dicuntur ab Aristotele in libris Animalium Pelicani, qui ab Apuleio dicuntur Cofani.

FL. SOSIPATER CHARISIUS *lib. iii. Dirimo, dirimis, diremi, et dirempsi; sed magis diremi. Deleo, deles, delui, et delevi. Tero, teres, terii, et trivi juxta Apuleium.*

Delph. et Var. Clas.

Apul.

5 G

ISIDORUS *Originum lib. VIII.* Apuleius autem ait eos κατ' ἀντίφρασιν dici Manes, hoc est, mites ac modestos; cum sint terribiles ac immanes; ut Parcas, ut Eumenidas.

COD. MS. BARTHII *Advers. xv. 7.* Quemadmodum natura os unicum, aures vero duas cuilibet ministravit, ita nos et loqui pauca et audire plurima debemus.

Ibid. Apuleio tribuuntur hi versiculi:

Principium vitæ obitus meditatio est,—
Non vult emendari peccare nesciens.—
Immoderata ira fructus est insanix.—
Pecuniam amico credens,³ est damnum duplex,
Argentum et sodalem perdidit simul.—

////////

³ Barthius, minorem distinctionem ponens post *nesciens*, in seqq. *profructus* legi volebat *strictus*: dein tollens maiorem distinctionem post *insanix*, *credere* pro *credens*. J. Bosscha.

APULEII

[*ut vulgo putatur*]

ANEXOMENONΣ

EX MENANDRO.

Amare liceat, si potiri non licet.

Fruantur alii: non moror, non sum invidus: ¹

////////

¹ Vitiose in ed. Scioppii, *non moror, sum invidus*: cujus notatis de locutione *non moror* adde Grang. ad Juven. Sat. III. 38. Livius lib.

NOTÆ

² 'Απεχόμενος] Latine *veritas tolerans* vel *abstinens*. Lepidissimum hoc Poëmatium primus in publicum dedit una cum aliis Veterum aliquot ejusdem

fere argumenti Epigrammatis, vir eruditus Claudius Binetus. *Colvius*. Dixi hoc Poëmatium non esse Ma-daurensis nostri, sed hominis recen-

Nam sese excruciat, qui beatis invidet.
 Quos Venus amavit, facit^a amoris compotes.^b
 Nobis Cupido velle dat, posse abnegat. 5
 Olli, purpurea delibantes oscula,
 Clemente morsu rosea labella vellicent,^c
 Malas adorent ore^d et ingenuas genas,
 Et pupularum nitidas geminas gemmulas.
 Quin et cum tenera membra molli lectulo 10
 Cum pectora^e adhærent^e Veneris glutino ;
 Libido cum lascivo instinctu suscitât
 Sinuare ad Veneris usum^f femina, foeminæ
 Inter gannitus et subantis voculas,
 Carpent papillas, atque amplexus intiment, 15
 Arentque sulcos^g molles arvo Venereo,

VIII. 85. 'nihil morari magistrum equitum,' vid. et Serv. ad Virg. v. Æn. 400. *Burm.*—2 *Fecit*. Nescio cur potius sit *facit*. Colvius. *Facit* amores compotes. Ita Pithœana editio, et nescio, inquit Colvius, cur potius sit. alii *fecit*. Scriverius. *Fecit* ed. Binet. sed in marg. *facit*, cum Edd. Wow. Elm. et Mss. Florent. recte. sequitur 'dat,' 'abnegat.' *J. Bosscha.*—3 Agnoscit, teste Savarone ad Sidonium, Cl. Bineti Ms. schedium hunc versiculum: *Candentes dentes effugient suavia*. Ego, ut, quod res est, semel dicam, non solum hunc versiculum, sed totum poematum supposititium aut saltem infimæ vetustatis censeo. Atque ita quidem, ut, qui aliter sentiat, nihil sentiat. *Scriber.* *Rosa* in marg. Binet. de morsu osculorum vide supra ad Ep. ccxxviii. 5. et hic notas Scioppii. *delibantes oscula*, ut apud Virg. lib. I. Æn. 260. 'Oscula libavit natæ.' *Burm.* Vs. supposititius non comparet in Edd. Bas. Colv. Vulc. Wow. Elm. *J. Bosscha.*—4 Ita emendandum. vulgg. [Binet. Colv. Bas.] *odorent*. Scriverius. Firmari posset ex Petron. cap. 127. 'tu tamen dignare et meum osculum, cum libuerit, cognoscere. Immo, inquam ego, per formam tuam te rogo, ne fastidias hominem peregrinum inter cultores admittere: invenies religiosum, si te adorari permiseris.' *Burm.* Retinuit tamen *Burm. odorent*. *J. Bosscha.*—5 Vid. Not. Var.—6 Sic Scriverius edidit. in Patias. et Frellon. *cursum*. Colv. *artem*. *Burm.*—7 Assentior Bineto; legendum *Arentque*. Colvius. Ita legendum assentior Bineto et ed. Pith. pro *Harentque sulcos*. Scriverius. Binetus in codice, unde edidit,

NOTE

tioris Itali, in qua sententia adhuc persisto. *Elmenhorstius*.

^b *Fecit amoris compotes*] Pro *fecit* Scaliger et Colvius legunt *facit*. Idem.

^c *Cum pectora adhærent*] Binetus, *cum pectora una adhærent*. Douza: *Cum pectora arte adhærent*. Schickleradus: *compectorata adhærent Veneris glutino*. Ego hæc ita legerim, *Cum*

pectora arte adhærent Veneris glutino, *Libido cum lasciva instricta suscitât Sinuare ad Veneris artem femina; femina, &c.* Cum pectora glutino Veneris arcte adhærent, et cum lasciva libido instricta femina, id est, colligata, compedita, ad Veneris artem suscitât sinuare. Apertius dicerem ni veta-ret pudor. *Colvius*.

Thyrsumque pangent hortulo in Cupidinis ;
 Dent crebros ictus connivente^d lumine ;^e
 Trepidante cursu,^e Venere et anima fessula,⁹
 Ejaculent tepidum rorem niveis¹ laticibus. 20
 Hæc illi faciant, quis Venus non invidet :
 At nobis casso saltem delectamine
 Amare liceat, si potiri non licet.



invenerat, *Herentque sulcos molles, &c.* sed in margine coniecit *Iterentque*, vel potius *Arentque*. Douza pro more injurius est Scioppius, qui eum ita substituisse pro *Iterentque* criminatur non sine verborum contumelia : nam Bineti conjecturam probavit tantum ac recepit Douza, ut Scriverius, et sic Meursius Exerc. Crit. P. II. lib. III. cap. 21. in fine. *mollis in arvo Venerio* edidit Scriv. Burm. *Arentque* edidit Wow. Elm. Scriv. Flor. Burm. Gruterus allevit *secentque*. Meursius pro *arvo* legit *urvo*. J. Bosscha.—8 Cum esset *Dum*, scripsit Binetus *Dent crebros ictus*. Pithæus retinuit *Dum*, aliique ; *connivente lumine* a Bineto et Pithæo est, pro *cohibente*. Douza mavult *combibente lumine*. Scriverius. Cl. Oudendorpius malebat *Dein crebro frictu, &c.* Cl. Caneg. ad Avien. Fab. XIII. 5. *creber ictus, &c.* *Ejaculet. Dent crebros ictus* edidit Scriverius. Burm. *Dum crebros ictus cohibente lumine* editum in Edd. Bas. Colv. Vulc. adversante metro. Pro *dum* Lips. allevit *dein*. Quod editum a Sciopp. Wow. Elm. Flor. Burm. *Dum crebros ictus connivente lumine*, id non intelligo, nisi *connivere ictus* capias pro, *connivere ad ictus*. *Dent* edidi ex emendat. Scaligeri. Pro *ictus* membr. Florent. *victus*. J. Bosscha.—9 Vid. Not. Var.—1 Lips. allevit *imis*, qui seq. vs. pro *casso*, ascripsit *casto* : τὸ *imis* respuit versus. *Id.*

NOTE

^d *Dent* [*Dum*] *crebros ictus connivente, &c.*] Douza, *combibente lumine*. in *decursu* : quod placet. Elmenhorstius. Recte. Elmenhorstius.
^e *Trepidante cursu*] Douza, *trepida*

ÆQUO LECTORI

S. D.

JOANNES BOSSCHA.†

FATALE quodammodo fuisse videtur Apuleio, ut qui scripta ejus illustrare et expolire constituerant, eorum opera aut morte aliisve causis interciperetur, aut expectatione serius in hominum oculos educeretur, aut affecta, mortuis auctoribus, aliis perficienda relinqueretur. Nam, ut omittamus Elmenhorstium, Floridum, Jugeum, Marklandum,‡ is, de quo in primis hic dicendum est, Franciscus Oudendorpius, qui triginta circiter annos in Apuleio emendando versatus erat, quo minus eruditionis laude ex præstantissimo hoc opere frui potuerit, obstitit primo bibliopolarum tergiversantium mora, dein Doctissimi Viri insecuta mors. Hujus relictii operis tutelam cum suscepisset Celeberrimus Ruhnkenius, tum quoque prima hujus Editionis pars, *Metamorphosin* continens, per sedecim annos Chalcographorum manibus tractata est; alteram autem partem edere nec ipsi Ruhnkenio licuit, et jam hic septimus et tricesimus agitur annus, ex quo *Metamorphoseon* libri ex officina prodierunt. Quod vero nunc tertio jam anno, ex quo typis excudi cœpta est, altera hæc Apuleii Oudendorpiani pars evulgari potest, id inprimis tribuendum est curæ et industriæ Luchtmansiorum, qui, honestissimi typographi, cum a longo inde

† [Is nempe ad finem perduxit opus quod suscepit Ruhnkenius, cujus præf. vide supra p. 4.]

‡ De Elmenborstio, Florido, et Jugeo, vid. *Recens. Editionum inf. Jerem. Marklandus* autem Apuleii quoque editionem inchoaverat. Sed cum primis paginis, quæ typis jam descriptæ et ad Bentleium missæ erant, aliquot versus excidissent, tam

acriter hanc incuriam perstrinxit Bentleius, ut Marklandus, tædio affectus, absolvendæ editionis consilium prorsus abjecerit. Vid. *vita Jeremæ Marklandi* in *Analectis Litterariis*, a F. A. Wolfio editis P. IV.

tempore egregiis libris edendis officinam suam claram et conspicuam reddiderint, nunc quoque literas juvandi studio nullo modo deesse voluerunt. Causæ autem cur tam longo temporis intervallo nemo absolutionem suscepit operis, a Ruhnkenio inchoati, et omnibus æquis doctisque judicibus probati, ut multæ esse potuerunt, ita hæc certe non fuit, quod illa Oudendorpianæ doctrinæ monumenta, in Bibliotheca Leidensi, tanquam in religioso quodam et inaccesso fano a publica utilitate cohiberentur. Vix enim Amplissimi Academiæ Curatores consilium cognoverant de absolvenda Apuleii editione, cum non modo petenti veniam darent omnem Oudendorpii apparatus ad communem literarum fructum conferendi, sed etiam, quicquid in Bibliotheca ad Apuleii editionem augendam aut ornandam spectaret, futuro editori libere patere juberent. Cujus Amplissimorum virorum de literis bene merendi studii, et grati nostri animi, publicum hoc testimonium extare volumus.

Novi editoris officium quatuor fere continebatur partibus, quarum una versabatur in digerenda materia, ab Oudendorpio relicta, adjectis priorum interpretum animadversionibus; altera, huic conjuncta, in constituendo textu; tertia, eademque difficillima, in castiganda nobilissima illa Apologia, quæ ab Oudendorpio intacta erat relicta, neque tamen in hac Editione desiderari debebat, ne quid Apuleianis scriptis deesse justa querendi causa esset; denique aliorum commentarii, qui commode contextui subjici non poterant, edendi erant, necessarii Indices conficiendi, et reliqua addenda, quæ in absoluta veteris auctoris editione requiri posse videbantur. De singulis breviter dicendum.

In digerendis Oudendorpii animadversionibus, ubi nimis earum prolixitati detrahi aliquid sine detrimento poterat, id factum est, quamvis raro fieri potuit: cavendum enim erat, ne quid omitteretur, quod aliquo modo cum scriptoris loco, vel Oudendorpii consilio, esset conjunctum. Primæ animadversiones concinnius fortasse componi poterant, sed initio operis, ut fit, minor rei usus, et nimia verecundia, longiores eas reliquerunt, quam necesse erat. Illud vero in primis cautum est, ne aliena pro Oudendorpianis darentur; qua in re novo Editori aliquanto religiosius versandum erat, quam Celebrerrimo Ruhnkenio, qui non nunquam de suo penu, quamvis paucissima, adjecit, vel Oudendorpii notis suum judicium verbulo interposuit. Quod propterea te non ignorare vo-

lumus, Lector, ne stultitiæ atque arrogantiae tribuas, quod pauca illa, quæ a nobis hic illic addita sunt, quamvis levissima, ab Oudendorpianis, quasi ambitiose, distincta sunt. Poterat egregium illud literarum decus, Ruhnkenius, cujusvis operi, suo jure, se interponere, sed nobis committendum non erat, ut Oudendorpianis nostra qualiacumque tacite immiscerentur.

In vera lectione constituenda eo minus doctis iudicibus satisfactum putamus, quo minus nobis ipsi satisfacimus. Si quid in hac opera præstitum est, ejus laudis haud exigua pars debetur Lennepio, Viro Clarissimo, qui, de locis dubiis sententiam rogatus, nunquam defuit, sed vel iudicii subtilitate vel novæ emendationis acumine de editione nostra egregie meruit.

Verum, ad Apologiam cum nihil scriptum reliquisset Oudendorpius, præter varias librorum lectiones, in marginibus editionum enotatas, hujus expoliendæ provincia multo plures habebat difficultates, tum propter variam doctrinam, in illa oratione ab Auctore expromptam, tum propter animadversionum conscribendarum rationem, ab Oudendorpio in reliquo opere adhibitam, quam et nos sequi oportebat. Cum enim variæ librorum lectiones omnino omnes, tam manuscriptorum quam editorum, notis comprehendere et recenseri deberent, farrago illa et indigesta moles ad perspicuitatem, certe ad aliquam legentium voluptatem, componi non poterat nisi ab eo, qui, præter haud vulgarem criticam facultatem, variæ doctrinæ copiam afferre posset. Accedebat, quod describendis continuo priorum interpretum commentariis, paulatim usus contrahebatur vocabulorum et formularum, quæ sæpe hominum etiam doctorum usu frequentantur, sed a veterum auctorum consuetudine abhorrent. Quapropter, Lector Benevole, si in notis nostris neque illam perspicuitatem, doctrinæ ubertatem et accuratam linguæ scientiam reperias, quam in Oudendorpii animadversionibus deprehenderis, neque Latini sermonis eam integritatem, quæ hodie in criticorum scriptis requiritur, neque fortasse eam modestiam, quæ non continuo de aliorum errore pronuntiat, si quid dixerunt, quod nobis non verisimile videatur, illa omnia, et quæ præterea vituperanda inveneris, aut pravis aliorum exemplis aut adolescentiæ imbecillitati, quæso, tribuas. Hanc unam laudem nobis petimus, quod ad tantam laboris perseverantiam nos obduravimus, quanta requirebatur ad opus perficiendum, quod quanta nobis constiterit patientia, nemo facile cogitando assequi poterit; hunc unum hujus operæ fructum nobis vindicamus, quod jam in omnibus quæ supersunt Apuleii

scriptis, cujusvis lectionis momentum ponderatum vel auctoritas constituta est.

Addita Apologia, nimis aucta erat voluminis moles, quam ut Beroaldi et Pricæi notas, et reliqua, quæ in Ruhnkenii Præfatione promissa erant, comprehendere posset, præsertim, cum ipsa Apologia novam commentariorum accessionem postularet. Itaque Tertium Volumen additum est, cujus adornandi operæ major pars ex eo genere erat, quod majorem molestiæ quam voluptati locum præberet. De ipso Apuleio, et subsidiis, quæ ad scripta ejus illustranda et emendanda adhibita sunt, dictum est in peculiari Disputatione. Sed illud omittendum hoc loco non est. Jam fere ad dimidium editionem hanc produxerant Chalcographorum operæ, cum certiores nos fecit Schneitherus, Vir Doctissimus, Gymnasii Groningani Rector, legisse se in libello Germanico,* Böttigerum in Bibliotheca Guelpherbitana vidisse apparatus Editionis Apuleii, a Jugeo (Theod. de Juges) ita adornatum, ut jam typis describi posset, cujus apparatus in *Metamorphoseos* Editione, a Ruhnkenio curata, nulla ratio habita esset. Accepto hoc nuntio, statim intelleximus, quanti nostra interesset scire, quo pretio apparatus ille habendus esset; et circumspicere cœpimus, a quo pleniorē hujus rei notitiā acquirere possemus. Itaque, quoniam arbitrabamur, Guelpherbitanæ Bibliothecæ copias adhuc Göttingæ asservari, quo, constituto regno Westphalico, deportatæ fuerant, Göttingam cogitantibus statim sese obtulit Heerenii nomen, in literata civitate celebratissimum, cujus etiam officiosæ humanitatis fama ad aures nostras pervenerat. Eventus docuit haud vanam fuisse eam existimationem. Non ita diu enim post datam a nobis epistolam, officiosæ rescripsit Vir Celeberrimus, Bibliothecam Guelpherbitanam quidem non amplius Göttingæ haberi, sed se epistolam scripsisse ad Leistium, Vir. Clar. Gymnasii Guelpherbitani Rectorem, qui a Schönemanno, docto adolescente, totius apparatus descriptionem conficiendam curaverat, quam Leistii epistolæ inclusam nobis trans mittebat Heerenius. Scripserat Leistius, si quid ex Jugei animadversionibus aut subsidiis criticis excerptum ad usus nostros conferre vellemus, se libenter hanc rem procuraturum; sin universum apparatus huc deferri cuperemus, a summis Ducatus Brunsvicensis Magistratibus hujus rei veniam esse petendam. Verum cum ex accurata Schönemanni descrip-

* Beylage zum Literar. Wochenblad. August. 1820. Band vi. 18.

tione constaret, Jugeum nullam Mstorum copiam habuisse, et in commentario ejus neque ingenium criticum neque magnam doctrinam comparere, judicavimus, quod etiam suspicabatur Heerenius, Jugei copias non magnopere nobis esse profuturas. Itaque Apuleii editionem hac mora retardari noluimus, sed, de Jugei opera non amplius laborandum esse existimantes, Heerenio, Leistio, et Schönemanno gratæ nostræ voluntatis testem ac pignus publicam hanc commemorationem esse voluimus.

Vale, Benevole Lector, et sic putato, nihil nobis gratius futurum, quam si intellexerimus, operam nostram antiquarum literarum studiis profuisse.

Scrib. Hagæ Comitum, d. VII. Septemb. MDCCCXIII.

DO NOT CIRCULATE

